



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



KIN

3/52

F 11



647 C 1

~~613 3733~~



Handskrifte
Bibliothek
te's Klage.

HUGONIS GROTII
DE JURE
BELLI AC PACIS

LIBRI TRES,

Cum Annotatis AUCTORIS, nec non J. F. GRONOVII Notis,
& J. BARBEYRACII Animadversionibus;

COMMENTARIIS
INSUPER LOCUPLETISSIMIS
HENR. L. B. DE COCCEII

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI BORUSSICÆ
QUONDAM A CONSILIIS SECRETIORIBUS,
Sub Titulo GROTII ILLUSTRATI antea editis, nunc ad calcem cujusque
Capitis adjectis :

INSERTIS QUOQUE OBSERVATIONIBUS
SAMUELIS L. B. DE COCCEII


HENRICI FILII, REGNI BORUSSICI CANCELLARII,
*Ministri status. insimi, & Aquila Borussica Equitis, Hereditarii in Wussiken,
Repko, Kleist, Laas, cet.*

Adduntur tandem ipsius GROTII

DISSERTATIO DE MARI LIBERO,
Ac Libellus singularis

DE ÆQUITATE; INDULGENTIA; DE FACILITATE;

TOMUS TERTIUS.



LAUSANNE.
Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET, & Sociorum.

MDCCLII.
CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBRI SECUNDI
CAPUT XIII.

De Jurejurando.

- I. *Jurisjurandi quanta vis sit etiam ex paganorum opinione.*
- II. *Animum deliberatum requiri, nempe ut quis jurare voluerit.*
- III. *Verba jurantis obligare in sensu, quo ea creditur accepisse, cui juratum est.*
- IV. *Juramentum dolo elicitum quando obliget.*
- V. *Juramenti verba non extendenda ultra receptam loquendi morem.*
- VI. *Juramentum non obligare de re illicita factum :*
- VII. *Aut quod impediatur majus bonum morale :*
- VIII. *Aut si factum sit impossibile :*
- IX. *Quid si impossibile sit ad tempus ?*
- X. *Jurari Deo nominato, & quo sensu :*
- XI. *Sed & nominatis rebus aliis, cum respectu ad Deum.*
- XII. *Juramentum esse etiamsi per falsos Deos juretur.*
- XIII. *Effectus jurisjurandi : inde obligatio ex jurejurando duplex, tempore jurisjurandi, & postea : quod distincte explicatur.*
- XIV. *Quando ex jurejurando jus quaeratur homini, & Deo, quando Deo tantum.*
- XV. *Refellitur sententia statuens, eum qui pirata, aut tyranno juravit, Deo non teneri.*
- XVI. *Qui perfido juravit, an implere debeat, distinctione explicatur.*
- XVII. *Cum Deo soli quis obligatus fuit, heredem ejus ad nihil teneri.*
- XVIII. *Perjurum non esse, qui non implet nolenti impleri, aut sublata qualitate ejus, cui sub illa qualitate juratum est.*
- XIX. *Quando irritum sit quod contra juramentum fit.*
- XX. *Superiorum actus quid possit circa id, quod subditus juraverit, aut quod subdito juratum est, cum distinctionibus exponitur.*
- XXI. *Monita Christi de non jurando, ad quale juramentum proprie pertineant.*
- XXII. *Qua fides injurata juramenti vim ex more habeat.*

+ I. **A** Pud + omnes populos, + & ab omni ævo + circa pollicitationes, + promissa, & contractus, + maxima semper vis fuit jurisjurandi. (aa)

Nam ut Sophocles ^a ait Hippodamia :

G R O N O V I I.

I [Circa pollicitationes] Cap. II. num. 14. Circa pollicitationes, promissa, & contractus, id est, ad
Tom. III.

ea omnia firmanda, & corroboranda.

(aa) Confer PUFENDORFIUM nostrum, De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. Cap. 2. J. B.

A

G R O

Mens

^a Apud Stob. Serm. 27.

*Mens excitari jurejurando solet,
Ut bina diligenter evitet mala,
Culpari amicis, & Deos offendere.*

^a Off. III. *Nulum vinculum, inquit Cicero, ad adstringendam fidem majores nostri jurejurando arctius esse voluerunt.*

2. Hinc ⁺ gravis poena perjuris imminere nunquam non credita: ut ⁺ Hesiodus ^b dixit de juramento:
^b Theogon. vers. 231.

— *Clades mortalibus unde
Adveniunt, quoties fallaci pectore jurant.*

^a ⁺ Ita ut posteritas etiam majorum delicta lueret, ⁺ quod non nisi de gravissimis criminibus creditum: ⁺ & ³ sine facto voluntas quoque poenam in se accerferet: quorum utrumque ^c Herodotus confirmat ⁺ narratione de Glaucō Epicydide, qui deliberaverat tantum, an juratam de depositō fidem falleret: ubi hoc cæmen Pythiæ adfert idem Herodotus:

⁺ *At juramento quedam est sine nomine proles
Trunca manus, & trunca pedes: tamen impete magno
Advenit, atque omnem b vastat stirpemque, domunque.*

^d Sat. XIII, 208. Et eandem historiam recitans Juvenalis ^d ita concludit:

Has patitur poenas peccandi sola voluntas.

^e Off. III, 29. 3. Bene ^e Cicero: ⁺ *Est jusjurandum, affirmatio religiosa; quod autem affirmate quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. Quod autem addit: Jam enim non ad iram Deorum, quæ nulla est, sed ad justitiam, & fidem pertinet: si iræ nomine ⁺ perturbationem intelligit, non improbandum est; ⁺ sin qualemcunque nocendi ⁷ affectum, aut voluntatem, minime est recipiendum, ut recte probat ^f*

^g Lib. de Ira Dei.

Lactan^o

G R O T I I.

^a *Ita ut posteritas etiam majorum delicta lueret*] Vide *Servium* in excerptis Fuldensibus ad I. Æneidos. (Nihil ibi invenio, quod ad rem faciat. Vide ipsum Poëtam, Georg. I. 502. J. B.)

^b *Vastat stirpemque, domunque*] Vide *Zachariam* V, 3. 4. & interpretem ejus loci *Chrysothomum* de statuis XV. (Tom. VI. pag. 565. Ed. Savil.)

G R O N O V I I.

^a *Culpari amicis*] Ne subeat infamiam perfidie, & perjuria.

³ *Sine facto voluntas*] Ipsum pejerandi propositum, et si perjurium secutum non esset, a Deo puniretur.

⁴ *At juramento*] Ἄλλ' ὀρκῶ παῖς ἐγὼ ἀνάγκη. ἢ ἐπὶ χεῖρες οὐδὲ πόδες. Melius græce Ἄλλ' ὀρκῶ, quam latine *At juramento*: primum quia ὀρκῶ græcum est, juramentum latinum non est.

Dein ὀρκῶ genere masculino aptius representat personam patris, quam sacramentum, aut jusjurandum genere neutro. Significatur autem *Horcos* instar numinis, quem poëta fingunt jurandi veluti exactorem, & præsidem; *Hesiodus* filium facit Ἐπίδῳ Theog. 231. *Hyginus* Ætheris, & Telluris. Sic etiam *Horci* subolem dicit hic *Pythia*, id est, aliquid posterum, & consequens: intelligitur nimirum *Animadversio* divina.

⁵ *Affirmatio religiosa*] Pronuntiatio rei alicujus, interposita ad veritatem ejus firmandam religione, seu veneratione divini nominis: unde in libb. vett. *religio judicum, religio testium, religio militum*, quia judices jurati judicabant, testes jurati testimonium dicebant, milites sacramento rogabantur.

⁶ *Perturbationem*] Affectionem, commotionemque animi, quæ judicium impedit, ac tenebras offundit oculis mentis, ne verum cernant, ac sæpe compellit ad ea, quorum mox poenitet.

⁷ *Affectum, aut*] Decretum puniendi pro merito.

Lactantius. Nunc + unde vis jurisjurandi oriatur, + & quò pertingat usque, videamus.

II. Primum quod de promissis, & ² contractibus diximus, + & hic habet locum, + ut animus rationis compos, + & deliberatus requiratur. Quare si quis non putans se jurare, verba protulerit jurantia, ^c ut ⁹ de Cydippe narratur, locum habere potest quod ei tribuit Ovidius (*Epist. Heroid. XXI, 135.*):

a *Qua jurat mens est: nil conjuravimus illa.*

ex Euripide desumptum, qui in Hippolyto dixerat, (*vers. 612.*)

Jurata lingua est: e + mente juravi nihil.

+ Quod si quis volens jurare obligare se noluerit, ⁸ non eo minus obligatur, + quia obligatio a juramento est inseparabilis, & effectus ejus necessarius.

III. I. At si quis deliberato protulerit verba jurantia, animo tamen non jurandi, + hunc non obligari, sunt qui tradunt, + peccare tamen temere jurando. Sed + verius est, teneri eum vera facere dicta, quorum Deum adhibuit testem; + nam is actus, qui per se est obligatorius, ex animo deliberato processit. Cui consequens est ut quanquam plerumque verum est illud ^b Tullii: *Quod ¹⁰ ex animi tui sententia juraveris, id non facere perjurium est; quo & illud pertinet,* quod apud ⁱ Homerum jurans Ulyssi Calypso ait:

Ἀλλὰ ἴα μὲν νοέω καὶ φράσσομαι —
Verum animus quod sentit, idem loquar.

2. Id tamen hanc exceptionem habeat, nisi qui jurat sciat, aut probabiliter credat, ab eo, quicum negotium est, verba aliter accipi: nam dictis ipsis testem adhibens Deum, debet dicta facere vera ^f ¹¹ + quomodo putat intelligi. Et hoc est

G R O T I I.

e *Ut de Cydippe narratur*] Exstat similis narratio in metamorphosis Antonini Liberalis de Ctesylla, & Hermochare, (*Cap. 1.*)

d *Qua jurat mens est*] Ibidem:

*Consilium, prudensque animi sententia jurat,
Et nisi iudicis vincula nulla valent, (vers. 137,
&c.)*

MOX:

*Sed si nil dedimus præter sine peccore vocem,
Verba suis frustra viribus orba tenes.
Non ego juravi: legi jurantia verba.*

& quæ sequuntur.

e *Mente juravi nihil*] Quia de re honesta tacenda, nutricis verba intellexerat Hippolytus, non de adulterio, & incestu.

f *Quomodo putat intelligi*] Augustinus epistola CCXXIV. de illo locutus, qui a Punicis castris egressus in castra redierat, inde Romam venerat: ita non attenderunt qui illum Senatu moverunt, quid ipse jurando cogitasset, sed quid ab illo, quibus

juraverat, expectarent. (*Epist. 125. nov. Edit. Benedicini.*) Vide & sequentia. Vide ad hanc rem pulchre dicta concilio Troslejano tomo III. conciliorum, editionis Sirmondianæ. Et apud *Hincmarium* in opusculo de divortio Lotharii, & *Thietbergæ* ad interrogationem VI. ubi in hanc sententiam recte de Deo dicitur:

*Qui non ut juras, sed ut te jurasse putavis
Cui juras, audit: sic es utrique reus.*

In professione jurata Hebræorum per Hispaniam: *Si non ea intentione perfeceris, sicut a nobis me proficente audita, atque intellecta sunt.*

G R O N O V I I.

8 *Contractibus diximus*] *Cap. 11. num. 5.*

9 *De Cydippe*] Quæ legerat in malo, quod Acontius amator in sinum ejus miserat, inscripta, vel incisa hæc verba: *Juro me Acontio nupturam.*

10 *Ex animi tui sententia*] Formula jurisjurandi proprii. *Brisson. lib. 8. de for. p. 711.*

11 *Quomodo putat*] Quemadmodum accepit ea ille, cui juratur.

est quod idem ait Cicero: *Quod ita juratum est, + ut mens¹² deferentis (bb) conciperet fieri oportere, id servandam est.* Apud Tacitum ^k legimus: *Trepidus, & verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, ¹³ queis flagitii conscientia inerat.*
^l Epistola Augustinus ^l: *Perjuri sunt, qui servatis verbis expectationem eorum, quibus juratum est, deceperunt.* Et ^z Isidorus: *Quacumque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit.*
^m App. de Atque hoc est quod dicitur ^h ¹⁴ liquido jurare. + Ideo Metellus recte ^m recusat jurare in legem ¹⁵ Apulejanam, quanquam erant qui dicerent, legem ¹⁶ ob rogationis vitium esse irritam, & juramentum in legem + ita intelligendum, si lex rite rogata, lataque esset.

3. Nam + quanquam in promissis aliis facile subintelligitur tacita aliqua conditio, quæ promissorem exsolvat, + id tamen in juramento admittendum non est: quo pertinet egregius ille locus Apostoli ad Hebræos: *Deus volens abundantissime hereditibus promissionis ostendere immutabilitatem consilii sui, + fidem fecit jurejurando: ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non potest ut fallat Deus,* (ita recte verti puto illud *Ψευδῆσθαι*, sicut aperta locutio vocatur veritas, Dan. VII, 16. VIII, 26. X, 1.) *firmum habeamus solatium.* Quæ verba ut intelligantur, sciendum est, sanctos scriptores de Deo sæpe loqui ¹⁷ *ἀνθρωποπαθῶς*, + & magis secundum id, quod videtur nobis, quam quod est.

4. Nam + Deus vere decreta sua non mutat. Mutare tamen & ⁱ poenitentia duci dicitur, quoties ¹⁸ aliter agit, quam verba sonare videbantur, nimirum,

G R O T I I.

^g [Isidorus] Lib. II. de summo bono cap. XXXI. citatur causa XXII. quæst. V. c. quacumque. 9.
^h [Liquido jurare] Donatus ad illud in Andria (IV. 3. 12.):

Quia si forte opus ad herum jurejurandum mihi, Non apposuisse, ut liquido possim.

Liquido; pure; & manifeste. *Χρῆδὸν μὴ ὑπονοθεύειν ἐτέρα φράσει τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὡς ἐπὶ λέξεων εἶχον, ἑτασὶ καὶ ὁδῶν,* ait in Alexio Nicetas fraudem Andronici Comneni culpans. Oportuit non quaesitu locutione verba adulterare, sed ut concepta ea fuerant eloqui. Qui & alibi, de Alexio contra sensum verba captante: *τοῖς ῥήμασι τῆτοις ἐγκλιθεὶς ὡς αἱ μῦθοι τῶ μῦθῳ* ita verbis illis insidebat ut *miscæ vibici*. Graviter in hanc regulam peccavit aula Arcadiana, quæ effecit ut Chalcedone occideretur is, qui Constantinopolim, salute ipsi per jusjurandum promissa venerat. *Zohimus* lib. V. Adde quæ infra cap. XVI, 2. [Duo loca NICETÆ unum, idemque sunt, & in posteriore etiam de *Andronico Comneno* agitur, non de *Alexi*: Lib. I. Cap. 3. in *Alexi*. Locus autem *Zohimi* (non *Sozomeni*, ut habuerant hactenus Edd. post illam 1642. ubi *Zozomenus*, corruptè) est Cap. 18. *Ed. Cell.* Lib. laudati V. J. B.]

ⁱ [Poenitentia duci dicitur] Concilium Toletanum VIII, cap. 2. *Jurare namque Dei est a seipso*

ordinata nullatenus convellere, poenitere vero, eadem ordinata cum voluerit, immutare. Retulit Gratianus in causam XXII, quæst. IV. c. 9. Explicata vero ut in textu nostro.

G R O N O V I I.

¹² [Deferentis] Dicantis, vel adagentis jusjurandum.

¹³ [Queis flagitii] Qui meminissent se patrasse, de quo jurejurando falso tum temporis ibant sese purgatum.

¹⁴ [Liquido jurare] *Terent.* Andr. 4, 3. 13. L. 18. D. de jurejurando.

¹⁵ [Apulejanam] Appulejanam dicendum. L. Appuleji tribuni plebis. *Flor.* 3, 15.

¹⁶ [Ob rogationis vitium] Quia per factionem, & tumultum rogata erat. *Flor.* 3, 15.

¹⁷ [Ἀνθρωποπαθῶς] Verbis translatis ab humanarum affectionum more.

¹⁸ [Aliter, quam verba] Quam prædixerat sese acturum esse. Agit autem aliter, quia verbis licet simpliciter pronuntiatis tacita suberat conditio, quæ non extitit.

(bb) Vox illa *deferentis* abest ab optimis Editionibus. Omnino agitur ibi de animo jurantis, non de sensu, quem verbis ejus tribuit is, qui defert jusjurandum. Adeoque locus nihil ad rem facit, ut dudum observavimus ad PUFENDORFIIUM nostrum, dicto capite, §. 15. *Not.* 2. J. B.

rum, ^k + ob conditionem tacite intellectam, quæ cessat. + Jer. XVIII, 8. + Exempla videre est Gen. XX, 3. Exod. XXXII, 14. I Reg. XXI, 28. II Reg. XX, 1. Esaiæ XXXVIII, 1. Jonæ III, 5. II. + Quo sensu etiam nos ¹⁹ fallere Deus improprie dici potest. Et solet vox *ψεύδουσαι*, quæ in dicto loco ad Hebræos apparet, + significationem habere eventus ²⁰ spem frustrantis, ut videre est tum alibi, tum Levit. VI, 2. Josue XXIV, 27. Esai. LVIII, 11. Of. IX, 2. I Abac. III, 17. + Facillime autem hoc procedit ²¹ in comminationibus, + quia illæ jus nemini conferunt. + In promissis interdum, ubi scilicet conditio tacita quædam subest.

§. Ideo + duas res Apostolus nominat, quæ immutabilitatem notant, + promissionem, quia jus dat; + & juramentum, quia ²² conditiones tacitas, & aliquo modo latentes repellit: + ut videre est etiam Psal. LXXXIX, 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Nam + aliud est si quas conditiones ipsa negotii natura aperte indicet. Quò nonnulli referunt id, + quod legitur Num. XIV, 30. Sed verius est, + terram promissam jurato dici ipsis, ²³ non personis, sed populo, posteris scilicet eorum, quibus Deus juraverat, com. 23. + Talis autem promissio impleri quovis tempore potest, nec personis certis adstringitur.

+ IV. I. + Ex his, quæ diximus, intelligi potest quid sentiendum sit de jurejurando, + quod dolo elicitum est. ^p + Nam si certum est, eum, qui juravit, aliquod factum ^m + supposuisse, quod revera se ita non habeat, + ac nisi id credidisset, non fuisse juraturum, + non obligabit juramentum. + At si dubium sit,

p *Ναυωτ.*
c.12. n.13.

G R O T I I.

^k Ob conditionem tacite intellectam] Senecam vide naturalium quaestionum 11, 37.

I Abac. III, 17.] Adde Jobum XL, 28. Oseam IX, 2.

^m Supposuisse quod revera se ita non habeat] Ut Hippolytus, de quo modo diximus. Ad illud Sophoclis in Oedipode Coloneo, (*vers.* 226.)

Ἀπάται δ' ἀπάταις
Ἐτέραις ἑτέρα παραβαλλομένα,
Πόνον ἢ χάριν ἀντιδοσιν ἔχει.

*Fraus ad fraudem superaccedens,
Non benefactis, sed atroce solet
Clade rependi.*

Sic ait, *καὶ αὐτοὶ ἐν νομίμοις προσδεχόμενοι αὐτὸν καὶ ἐπγγίλδαι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῶ, ἀπατώμενοι καὶ ἔπι προτέρον ἐπγνωκότες, ὅτι οἰκείαις ἐνέχεται μισομασί τοιούτων ἐστὶ καὶ τό*

Ἡ γλῶσσ' ἀμώμοσ', ἢ δὲ φρήν ἀνώμοσ'·
Καὶ ἐκείν' γὰρ ἀπατηθεὶς ἄμωσ'.

Putant Thebani, se suscepto Oedipodi promississe incolumitatem, causa ab ipso data, cum non ante didicissent, piaculo eum domestico teneri. Tale & illud.

*Jurata lingua est: mente juravi nihil.
Namque ἔς Hippolytum deceptus juraverat.*

[In verbis Scholiastæ tria erant menda, quæ sustuli. Sed & in ultimo versu Sophoclis, pro ἀντιδοσιν ἔχει, optimæ Editiones, ut illa H. Stephani, habent, ἀντιδοσιν ἔχειν. Sensus autem totius loci hic est: *Qui sese exponit periculo fraudis vicissim excipiendæ ab eo, in quem fraude usus est, ille non beneficia, sed molestias, ἔς dolorem sibi repensum iri, sperare debet.* Ita, ni fallor, accuratior est versio, quam Auctoris nostri. J. B.]

G R O N O V I I.

¹⁹ Fallere] Sinere falli, & facere ut spes, expectationesque hominum improbæ sint irritæ: quemadmodum fallere dicitur, in quo se nostra frustratur opinio: si quid secus evenit, aut quis alter facit, quam nos opinionis errore nobis finximus, & persuasimus.

²⁰ Spem frustrantis] Aliud demonstrantis, atque exhibentis, quam homines animis præceperant.

²¹ In comminationibus] Ut Deus (si id ita licet loqui) dicatur fallere, id est, non irrogare pœnam, quam fuerat minatus.

²² Conditiones tacitas] Excludit omnem cogitationem contrariam, & expressiores verbis apertis non expressas.

²³ Non personis, sed populo] Non singulis, qui tum vivebant, sed corpori, quod idem est superbite subole, et si singuli isti omnes sunt mortui. Vide supra cap. 9. n. 3.

fit, an non etiam ²⁴ sine eo idem fuisset juraturus, standum erit verbis, + quia simplicitas quam maxima juramento convenit.

q Josue
IX.

2. + Atque huc refero jusjurandum, q quod Josue, & primores populi Israëlitici Gabaonitis dederunt. Decepti quidem erant a Gabaonitis, e regione longinqua se venire fingentibus. + At non (cc) inde sequebatur, Josuam, & primores, si scissent ex vicinis populis eos esse, non fuisse eis parcituros. Nam quod dixerat Gabaonitis: *fortassis in medio mei habitas, quomodo tecum pacisceris?* + hunc habere sensum potest, ut interrogentur Gabaonitæ quale pactum desiderent, ²⁵ + sociale, an deditiois; aut etiam + ut ostendant Hebræi, licitum sibi non esse cum quibusdam populis foedus inire sociale: non etiam ut negent + deditibus se vitam relinquere posse. Lex enim divina, quæ eos populos internecioni devovebat, ⁿ + ex legis alterius r comparatione ita erat intelligenda, ut locum haberet nisi si qui moniti statim facerent imperata. Quod inter alia probat + historia s Rahabæ, o cui ob bene merita parcitum est, + & Solomonis, t qui Cananæorum reliquias sub imperium, ac tributum accepit.

r Deut.
XX. 10.

s Jos. c. 2.
t 1 Reg.
IX. 21.
u XI. 19.
10.

3. + Atque huc pertinet quod in Josuæ u libro dicitur, + nullam fuisse civitatem ex populis septem, quæ pacem fecerit; obduratos enim ne ²⁶ gratia illis fieret. + Quare cum credibile esset, si rem ipsam Gabaonitæ indicassent, quod præ metu non fecerunt, tamen vitam salvam sub parendi conditione impetratos fuisse, valuit jusjurandum, adeo quidem, ut & + de eo violato v postea poenæ sumtæ sint gravissimæ Deo auctore: p Ambrosius hanc tractans historiam: *Josue tamen pacem, quam dederat, revocandam non censuit, + quia firmata erat sacramenti religione, ne, dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solveret.* Nihilominus doli sui poenam aliquam sustinuerunt Gabaonitæ, + jam sua deditioe subditi facti Hebræorum. Addicti enim sunt q + personali cuidam servituti, cum si egissent aperte, potuissent ²⁷ + ad tributariam conditionem recipi.

v II. Sam.
XXI. 6.

V. Non + tamen ²⁸ ultra receptum loquendi morem extendenda est juramenti significatio. Ideo perjuri non erant qui cum (dd) jurassent non duros se

G R O T I I.

n *Ex legis alterius comparatione.*] Imo & ex causa legi de internecione addita. Exodi XXIII, 33. Deut. VII, 4. cessat enim ea causa in illis, qui præcepta filiorum Noë suscipiunt, & tributa pendunt. Ita *Maimonides*, & *Samson Micose*, & *Moses de Kotzi*, in præcepto jubente XV. & CXVIII.

o *Cui ob bene merita parcitum est*] Et Gazere habitantium in historia Josuæ, XVI. 10. Gergesios ad Christi usque tempora superstites fuisse, ex evangelio apparet *Matth.* VIII, 28. nam hi ab initio se dederant; ideo omittuntur in hostium enumeratione. Deut. XX, 17. *Jos.* IX, 1.

p *Ambrosius*] De Officiis III. c. 10.

q *Personali cuidam servituti*] Ut Bruttiani olim à Romanis. *Gellius* X, 3. *Festus* verbo *Bruttiani*.

G R O N O V I I.

24 *Sine eo*] Si id factum fuisse ignorasset, aut non credidisset.

25 *Sociale, an deditiois*] Juris æqui, an quod in ditionem Hebræorum venirent.

26 *Gratia illis fieret*] Excidii, vel internecionis.

27 *Ad tributariam conditionem*] Ita in societatem suscipi, ut Hebræorum vestigales, vel stipendiarii essent.

28 *Ultra receptum loquendi*] Verba jusjurandi stricte accipienda, ut non dilates, aut amplius accipias interpretando, sed hoc tantum, quod vulgo sic dicitur.

(cc) At vide quæ diximus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 2. §. 7. *Not.* 1. *J. B.*

(dd) Hæc fuisset mera cavillatio, si juramentum, in se spectatum, validum fuisset. At vero & hoc, & alia omnia *comminatoria Juramenta*, quum ex illis nemini jus quaratur, & plerumque animo præ irâ non satis sui compote fiant, nullam aliam obligationem, nisi seræ poenitentia, post se trahunt. Vide quæ scripsimus

se in matrimonium filias ²⁹ Benjaminitis, + raptas cum raptoribus vivere permiserunt. + Aliud enim est dare, aliud amissum non repetere. Ambrosius * de hoc facto : ³⁰ + *Quæ indulgentia congruo intemperantia supplicio non videtur vacare, quando illis hoc solum permiffum est ut raptu intrent conjugia, non connubii sacramento.* + Non dissimile est quod Achæi, Romanis quædam non probantibus, quæ ab ipsis facta, & jurejurando firmata erant, rogarunt ut ipsi Romani quæ viderentur mutarent, + nec Achæos religione obstringerent irrita ea, quæ jurejurando sanxissent, faciendi.

* De Off. III, c. 14.

+ Livius lib. κκxix c. 37.

VI. Ut valeat juramentum, + oportet obligatio sit licita. Quare + nullas vires habebit jurata promissio de re illicita, + aut naturaliter, aut divina interdictione, aut etiam humana, de qua mox agemus. Bene t Philo Judæus : ἴσω δὲ πᾶς ἐνωμότως ἀδικα δρών, ὅτι εὐσκήσει μὲν ἔ, τὸν δὲ πολλῆς φυλακῆς καὶ ἐπιμελείας ἀξίον ὄρκον ἀνατρέπει, ὃ ἰὰ καλὰ καὶ δίκαια ἐπισφραγίζεται. προσίθεται γὰρ ὑπαίτια ὑπαίτιος, ἐν ἔ δόντι γινομένοις ὄρκος, οἷς πολὺ βέλτιον ἢν ησυχάζεσθαι, πράξεις παρανόμης ἀπεχόμενῳ ἔντοῦ ἀδικοπραγεῖν, ποτνιασθῶ τὸν θεὸν ἵνα μεταδῶ τῆς ἴλεω δυνάμει αὐτῷ συγγενῆς, ἐφ' οἷς ἀβελία χειρσάμενῳ ὤμοσε. διπλάσια γὰρ αἰρησῆαι κακὰ, δυνάμενον τὴν ἡμίσειαν αὐτῶν ἀποφερτίσασθαι, μανία καὶ φρενοβλάβεια δυσίατῳ. Sciat quisquis ob juramentum injusti aliquid molitur agere, non se jurisjurandi observantem fore, sed potius everforem jurisjurandi, quod magnâ civit, ac religione dignum est, + quo honesta, ac recta sanciri solent. + Addit enim culpam, juramento non recte facto, + quo abstinere satius fuerat actum illegitimum. Quare ³¹ ab injusta actione abstinens Deum veneretur, ut quæ ipsi est maxime propria, ³² misericordiam [+ temerarii juramenti veniam] ei impertiat. Nam dupla eligere mala, cum parte altera exonerari possis, insanabilis est furor, + mentis inopia. Exemplum dari potest + in Davide, ³³ qui Nabali pepercit, quem se occisurum juraverat. ³⁴ + Cicero simile ponit exemplum in voto Agamemnonis, ³⁵ Dionysius ^a Halicarnassensis ³⁵ in conjunctione decemvirorum de republica occupanda. ^b Seneca : Præstare

²¹ Sam. XXV. ^a Lib. XI. c. 11. ^b Herc. Ort. verf. 480.

in dictum caput PUFENDORFII nostri, §. 13. J. B.

G R O T I I.

+ Aliud est dare, aliud amissum non repetere] Ὅτι προτροπομένων, ἔτε κωλύόντων, ait in hac historia Josephus (Antiq. Jud. V. 2. §. 12. Edit. Hudf.) Nec hortabantur Israëlita, nec prohibebant. Seneca Excerptorum VI, 2. Lex eum tenet, qui jurat exulem, non qui patitur jurari. Symmachus : Inanem metum divino animo vestro tentat incutere, si quis asserit conscientiam vos habere præbentium, nisi detrudentium subieritis invidiam. (Lib. X. Ep. 54.)

+ Oportet obligatio sit licita] Tractat hoc bene Ambrosius de Offic. 1. & alii relati in causâ XXII. quæstionem IV. Pertinet huc canon VII. concilii Hilerdensis relati in tomum III. conciliorum Galizæ ; & in Hincmari opusculis non pauca.

+ Philo] De specialibus legibus, (pag. 771. Edit. Paris.)

G R O M O V I I.

²⁹ Benjaminitis] Judic. 21, 7.

³⁰ Quæ indulgentia] Per quam indulgentiam non erant sine aliqua pœna lasciviz in Levitæ uxorem exercitæ : ea pœna erat invidia, & infamia raptus.

³¹ Ab injusta actione] Quam ob jusjurandum debet.

³² Misericordiam ei] Remittat pœnam temerarii jurisjurandi.

³³ Cicero simile] 3. de Offic. 25.

³⁴ Dionysius Halicarnassensis] 10, 68.

³⁵ In conjunctione decemvirorum] Exemplum inutile ; nam quod decemviri jurarunt inter sese, erat, ne quis e collegio alteri adversaretur, utque per omnem vitam retinerent imperium, & nemine admisso pari potestate forent &c. lib. 10, 68. Id irritum fuit, non quod ipsos pœnituerit, sed quod secessione plebis, & exercituum, coacti fasces deposuerint. lib. 11, 61. [At locus, quem Auctor in animo habuit, is est, quem in ora libri indicavi.]

G R O

*Præstare, fateor, posse me tacitam fidem,
Si scelere careat: 36 interim scelus est fides.*

^{c. Off. 1.} ^{c. ult.} Ubi interim valet interdum. Ambrosius ^{c.}: est enim contra officium nonnunquam solvere promissum, sacramentum custodire. ^u Augustinus: si ad peccatum admittendum fides exhibeatur, ³⁷ + mirum est si fides appellatur. Idem docet secunda ad Amphilochem Basilisus.

VII. I. Imo etiam si res, quæ promittitur, non sit illicita, sed ^x + majus bonum morale impediens, sic quoque non valebit jusjurandum: quia scilicet ³⁸ + profectum in bono Deo debemus, ita ut ejus libertatem eripere nobis ipsis non valeamus. Huc pertinet insignis ejus, quem dixi, + Philonis Judæi ^{a Ubi sup.} locus, ^u quem adscribere non pigebit: εἰσὶ δ' οἱ τὴν φύσιν ἀμικτοὶ καὶ ἀκοινώητοι δι' ὑπερβολὴν μισανθρωπίας γεγονότες, ἢ καὶ ὑπ' ὀργῆς οἷα χαλεπῆς θεσποίνης ἐκβιασθέντες, ὀρκῶ τὴν ἀγριότητα πισθῆναι τῶν ἡθῶν, οἵτινες ἔφασιν ὁμοτράπεζον ἢ ὁμόροφον ἔχειν τὸν δαίνα, ἢ πάλιν τῷ δαίνι μὴ παρέξειν ὠφελίαν τινὰ ἢ παρ' ἐκείνου τινὰ λήψεσθαι, καὶ μεχρὶ τελευτῆς ^u sunt quidam adeo duro, atque insociabili ingenio, sive odio humani generis, sive dura domina iracundia subacti, ut morum feritatem jurejurando obferment, ut ne hunc habeant mensæ, aut tecti socium, ne illi bene unquam faciant, ne quid ab eo ad mortem usque accipiant. Quod, ait, jurasse quosdam ^y ne huic, vel illi unquam bene facerent, id Hebræi vocabant נדר הנארה, id est, εὐχὴν ὠφελείας, vocem de beneficentia: שבע להטיב Lev. V, 6. ³⁹ Hujus formula tradentibus Hebræorum magistris erat קרבן כל מה דתהנה מני, aut קרבן שאתא תהנה מני, cui convenit illa Syriaca in veteri versione Matthæi XV, 5. קבני מרום דדתהנה מני: græce δῶρον, ὃ εἰάν ἐξ' ἐμῆ ὠφληθῆς, id est, ⁴⁰ donum Deo dicatum sit, + (id enim est קרבן κορβάν) si quid unquam a me boni acceperis.

⁴¹ ^z Votum, addita + consecrationis poena, validum plane censebant Hebræorum magistri, pessimi hac in parte juris divini interpretes, + etiam si adversus parentes factum esset: + quod dicto loco + refellit Christus, + in cujus verbis

G R O T I I.

^u Augustinus] De bono conjugali e. 4. citatur dicta quaestione, (Cap. 20.) Vide & Gailium de pace publica lib. I. c. 4. §. 16. & de Alboino historiam apud Paulum Warnefredi lib. II. c. 27.

^x Majus bonum morale impediens] Quale Honorii de pace nunquam faciendâ cum Alarico, Zozimo narrante, (Lib. V. Cap. 49. Ed. Cellar.) Vide c. inter cætera 22. dictâ jam quaestione, & concilium Hilerdense in tomo III. conciliorum Galliarum canone 7. Hincmarum quoque dicto opusculo ad interrogationem XIV. libro de divortio ad interrogationem VI. & XIV.

^y Ne huic, vel illi unquam bene facerent] Vide Baba Kama Cap. IX. §. 10. & ibi notata a doctissimo Constantino.

G R O N O V I I.

³⁶ Interim scelus est fides] Interdum promissum sine scelere servari non potest.

³⁷ Mirum est si fides] Indigna est fidei nomine.

³⁸ Profectum in bono] Incrementa virtutum, vel ut ipsi, quantum possumus, studeamus augeri moribus, & virtutibus: idque ne faciamus, nullo jurejurando nos possumus obligare.

³⁹ Hujus formula] Jos. Scaliger elencho Trihæresii cap. 9. p. 260. Sed rectius Salmastius de fenore trapez. p. 220.

⁴⁰ Donum Deo dicatum] Si quo te juvero, id ἀνάθημα, vel Deo dicatum sit, ut si tu eo utaris, sacrilegium committas, & puniaris, quia rem Dei arripueris.

⁴¹ Votum, addita] Quod ita precibus iratis vovebatur Deo, ut consecraretur in poenam alicujus, ne iste illo frueretur.

G R O.

verbis τιμαῖν honorare est benefacere, + ut collato Marci loco apparet; & Pauli I Tim. V, 3. 17. & Num. XXIV, 11. e + Sed etiam si adversus alios conceptum sit, recte dicemus, non obligare jusjurandum, + quia, ut diximus, profectui adversum est.

VIII. De impossibilibus dicere nihil attinet. + Satis enim manifestum est, ad omnino impossibile neminem obligari.

IX. De eo vero, + quod ⁴² pro tempore, + aut ex suppositione est impossibile, in pendentem esse obligationem, ita ut is, qui ⁴³ ex suppositione juravit, + operam, quam potest, dare debeat, ut quod juravit possibile reddat.

+ X. Forma jurisjurandi verbis differt, + re convenit. + Hunc enim sensum habere debet, ut Deus invocetur, puta hoc modo: *Deus testis sit*, aut, *Deus sit vindex*, + quæ duo in idem recidunt. Nam cum superior puniendi jus habens z testis advocatur, + simul ab eo perfidiæ ultio poscitur: & qui scit omnia, ultor est, + ideo quia testis. f Plutarchus: πᾶς ὄρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιουρίας + omne jusjurandum in diras desinit, si quis pejeraverit. + Huc pertinent fœderum formulæ antiquæ, quibus mos erat victimas adhiberi, + ut apparet Gen. XV, 9. & sequentibus. Ut illa Romana e + apud Livium: *tu Jupiter + ita illum ferito, ut ego hunc porcum*. Et alibi: *b Deos precatus ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset*. Et apud i Polybium, ac Festum: *k si sciens fallo, ita me Diespiter ejiciat, ut ego hunc lapidem*.

+ XI. I. Sed & + nominatis rebus, personisve aliis jurari mos est vetus, + sive quod illas sibi noxias imprecabantur, ut ⁴⁴ + solem, terram, + coelum, + principem, + sive quod in illis puniri deposcebant, ut ⁴⁵ + in capite, + in liberis, + in patria, + in principe. Neque profanarum tantum gentium hic mos, sed & Judæorum, ut idem ille a Philo nos docet. Ait enim, + non debere juraturos ob rem quamvis statim ἐπὶ τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὄλων ἀνατρέχειν, ad rerum omnium auctorem, ac parentem procurtere, sed jurare + per parentes, coelum, terram, universum: cui simile est quod i Homeri interpretes notant, Græcos illōs veteres non solitos προπετᾶς κατὰ τῶν θεῶν ὀμνύειν, ἀλλὰ κατὰ τῶν προστυγαχάνοντων, facile per Deos jurare, sed b per res alias presentes: ut ⁴⁶ per sceptrum, idque ipsum a justissimo rege Rhadamantho

e Th. 2, 2.
89. art. 7,
S' ibi Ca-
jet. Grat. c.
ult. §. ult.
caus. 22.
qu. 4. Soto
l. VII, q. I.
art. 3. cir-
ca 2.

f Quest.
Rom. 44.

g Lib. I.
c. 24.
h Lib. XXI.
c. 45.
i Hist. III.
25.
k Vooe
Lapis.

l Eustath.
ad Iliad. I.
vers. 234.

G R O T I I.

z Testis advocatur, simul ab eo perfidiæ ultio ex-
poscitur] Ambrosius ad Valentinianum Imperato-
rem, (Lib. V. Epist. 30.) quid est jurare, nisi
ejus, quem testare fidei suæ præsullem, divinam
potentiam confiteri? vide formulam insignem Cha-
gani Avarorum apud Menandrum excerptis lega-
tionum. (Cap. 21.)

a Philo] De specialibus legibus (pag. 770. A. B.)
b Per res alias] De Socrate Apollonius apud
Philostatum VI: ὄμνυ ταῦτα, ὅτι ὡς θεός, ἀλλ'
ἴνα μὴ θεός ὄμνυ. Jurabat per ista, non ut per
Deos, sed ne per Deos juraret (c. 19.)

G R O N O V I I.

42 Pro tempore, aut ex suppositione] Ut nunc

Tom. III.

est, aut nisi mutatio aliqua interveniat.

43 Ex suppositione juravit] Se quid facturum,
si quid, de quo dubitatur, ita sit, vel fieri con-
tingat.

44 Solem] Ovid. 7. Met. 96. Atque patrem so-
ceri cernentem cuncta futuri, Eventusque suos, &
tanta pericula jurat. Virgil. 12. Æneid. 176. Esto
nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti. Idem
6. Æneid. 351. Maria aspera juro. Tacitus I, an-
nal. 73. Violatum perjurio numen Augusti.

45 In capite, in liberis] Virg. 9, Æneid. 300.
Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.
Plinius lib. 2, ep. 20. qui sibi per salutem filii pe-
jerasset.

46 Per sceptrum] Homerus D. α. 234. Virgi-
lius 12. Æneid. 206.

B

G R O.

m De ab-
stin. L. III.
pag. 285.
n In Aves,
vers. 521.
o Gen.
XLII, 15.
p 11 Reg.
II, 2.
q L. 33. D.
de iurejur.
r Matthæi
XXIII, 21.

mantho fuisse constitutum, tradit m Porphyrius, & ad Aristophanem n Scho-
liastes. Sic o Josephus + per salutem Pharaonis jurasse legitur, ex more apud
Ægyptios recepto, quem ibi notat Abenesdras; c Elisæus p per vitam Eliæ.
Neque vero Christus Matthæi V, + ut quidam existimant, hæc juramenta vult
minus esse licita, quam quæ expresso Dei nomine sunt: + sed cum Hebræi
ea minus curarent, opinione quadam non dissimili illius, qui dixit, (ee)
+ Sceptrum non putat esse Deos, + ostendit & hæc esse vera juramenta. Nam
& Ulpianus optime dixit: q Qui per salutem suam jurat, + Deum jurare videtur,
d + respectu enim divini Numinis jurat. Sic Christus ostendit, r eum, qui tem-
plum jurat, Deum jurare, + qui templo præsidet; & qui cælum, Deum, + qui
cælo velut insidet.

r XXIII,
21.
t Lib. I.
p. 1046.
1047. §. 22
p. 453. Ed.
Huds.
u Apolog.
e. 32.
x Lib. II.
c. 5.
y L. I. c.
II. §. 9.
z. 3.

2. At Hebræi magistri istorum temporum existimabant, + non obstringi ho-
mines juramentis per res conditas factis, nisi adjecta pœna, ut si res, de qua
jurabatur, Deo consecraretur. + Hoc enim est juramentum καρβάν, sive ἐν
τῷ δαίμον, cujus non dicto tantum Matthæi s loco, + sed in Tyriorum quo-
que legibus mentio exstabat, ut ex Josephi contra Appionem t disputatione
discimus: nec aliunde arbitrer + Orientis populos (ff) dictos Græcis 47 καρ-
βάνες, quæ vox apud 48 Æschylum & Euripidem exstat: καρβάνια δ' αὐ-
δαίς, apud eundem Æschylum. + Huic errori + dicto loco Christus occurrit.
Christianos veteres, * Tertullianus, jurasse, ait, per salutem principis + om-
nibus geniis augustiorem. Apud Vegetium x formula est, cujus & supra y me-
minimus, qua Christiani milites jurant non per Deum tantum, + sed & per
majestatem Imperatoris, + quæ secundum Deum humano generi diligenda est,
& colenda.

XII. Sed & e + si quis per falsos Deos juraverit, obligabitur: + quia quan-
quam sub falsis notis, generali tamen complexione numen intuetur: ideo-
que 49 Deus verus, si pejeratum sit, in suam injuriam id factum interpreta-
tur. Et + sanctos viros, videmus, non detulisse quidem unquam sub ea for-
ma

GRONOVII.

c Elisæus per vitam Eliæ] Adde II Regum IV,
30. Cant. II, 7.
d Respectu enim divini Numinis jurat] Ita &
Gratianus causa XXII. quæstione 1.
e Si quis per falsos Deos juraverit, obligabitur]
Liber Sapientiæ c. XIV. ἡ γὰρ ἡ τῶν ὀμυρομένων
δύναμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἀμαρτανόντων δίκην ἐπιφέρει· χεῖρα
μὲν τῶν ἀδίκων παραβάσιν. Quod ita vertit La-
tinus: Non enim juratorum virtus, sed peccantium
pœna perambulat semper injustorum prævaricatio-
nem, (vers. ult.)

GRONOVII.

47 Καρβάνες] Helychius. Καρβάνος, * Ἐάνες
τὸς βαρβάνος, οἱ δὲ τὸς κάρας. Καρβάνιζες, βαρβα-
ρίζες. (Vide III. Ezechiel. Spanhem. Not. Gallic.
in Juliani Cæsares, num. 503. Probat. pag. 75.
Edit. nuper. Amstel. 1728. J. B.)

48 Æschylum] Agamem. 1070. Καρβάνος χεῖρ.
Καρβάνια δ' αὐδῶν εὐκνοεῖς. Barbaram vocem facile
intelligis. Supplic. 124.

49 Deus verus, si pejeratum] Eadem causa est,
quamobrem Deus τὴν ἀδελεία sæpe punierit,
etiam in falsorum Deorum violatoribus: ut Cam-
byse. Justin. I, 9. Xerxe. 2, 12. Gallis. 24, 8.
Pyrrho, & Romano præsidio. 29, 18.

(ee) Ovidii est, Remed. Amor. vers. 784. J. B.

(ff) Verisimilis non videtur mihi illa etymo-
logia. Neque enim sat noti erant Græcè veteres
Judæi, ut à nomine juramenti apud hos usitati
illi petere potuerint vocem, quæ uteretur, ad
omnes Orientis populos designandos: & longè an-
te tempus juramenti illius introducti, vox Καρ-
βάνος in usu erat, quum reperitur apud Æschy-
lum, ab Auctore ipso laudatum. In Euripide ta-
men, quem idem indicat, non reperio: neque
illam notavit in Indice suo Burnesius, ceteroquin
diligentissimus. Videtur Auctor cum isto Poeta
confudisse alium recentiorem, cujus locus adfer-
tur in Lexicis, Lycophronem dico. J. B.

G R O.

ma jusjurandum, + multo minus ita jurasse, + quod a Duareno (gg) per-
mitti miror; sed tamen si quibuscum negotium erat, + adduci non possent
ut aliter jurarent, + contraxisse cum eis, + ipsos quidem ut oportebat juran-
tes, ab illis autem + juramentum accipientes quale haberi poterat. z + Exem-
plum est in Jacobo, & Labane Genes. XXXI, 53. f + Hoc est quod ait Au-
gustinus. *Et qui per lapidem jurat, si falsum jurat, perjurus est.* Deinde: *Non te*
audit lapis loquentem, sed punit Deus fallentem.

z Augusti-
nus epist.
ad Public.
154. Qui
locus cita-
tur. c. mo-
vet, 16.

XIII. 1. Effectus juramenti præcipuus est + præcidere controversias. Πάσης
ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὄρκος, inquit divinus scriptor ad a Ho-
bræos: + *Omnia disputationis finis est juramentum rem sanciens.* Cui simile est il-
lud b Philoneum: ὄρκος μαρτυρία θεῶν περὶ πραγμάτων ἀμφισβητημένων.
Dei testimonium est jusjurandum + de re, de qua ambigitur. Et illud non dissi-
mille Halicarnassensis: c *τελευταία δὲ πίστις ἀπασίν ἐστὶν ἀνθρώποις Ἑλλησὶ*
τε καὶ βαρβάρους, ἣν ἔδειξ πῶποτε ἀναιρήσει χρόνος, ἢ δι' ὄρκων καὶ σπον-
δῶν ἐγγυητὰς θεῶν ποιημένη τῶν συμβάσεων g *Ultima fides inter homines tum*
Græcos, tum barbaros, + quam nulla delebit ætas, est ea, qua per jurata pacta
+ sponsores adhibet Deos. Sic & Ægyptiis d jusjurandum *μεγίστη παρ' ἀνθρώπων*
πίστις, maxima fides hominibus inter se.

Caus. XXII
7. 1.
a VI, 16.
b De Leg.
Alleg. Lib.
II, pag. 99.
c Antiq.
Rom. VI.
84.

2. + Duo ergo debet jurans, primum, 50 + ut verba animo congruant,
quod ἀληθορκεῖν vocat e Chrysippus; alterum, ut 51 + factum congruat ver-
bis, quod idem appellat εὐορκεῖν. Qui in illo peccat h + ψευδορκεῖν, qui in
hoc + ἐπιορκεῖν eidem Chrysippo dicitur fatis distincte, + quanquam confundi
interdum hæc solent.

d Diod.
Sic. L. 1.
c. 77.

XIV. Et si quidem + materia talis sit, & verba ita concepta, + ut non ad
Deum tantum, sed 52 & ad hominem referantur, jus haud dubie homini ex
ipso juramento quæretur, tanquam ex promisso, aut contractu, + qui simpli-
cissime intelligi debeat. Si vero + aut verba hominem 53 non respiciant jus
ei conferendo, + aut respiciant quidem, sed aliquid sit, 54 quod ei possit op-
poni, (hh) tunc ea vis erit jurisjurandi, + ut homo quidem ille jus nullum
confe-

e Apud
Stob.
Serm. 28.

G R O T I I.

f *Hoc est quod ait Augustinus*] Sermones XXVIII.
de verbis Apostoli; citatur c. *Ecce dico*: 10.
causa XXII, quaest. V.

g *Ultima fides*] Procopius Persicorum II. ὄρκος
ὁ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀπόντων ὕστατον τε καὶ ὀχυρώτα-
τον εἶναι δοκεῖ τῆς εἰς ἀλλήλους πίστεως τε καὶ ἀληθείας
ἐνέχυρον] *Jusjurandum, quod ab hominibus habetur*
omnibus ultimum, atque firmissimum, & fidei mu-
tuae, & veracitatis pignus. (Cap. 10.)

h *Ψευδορκεῖν*] Hoc ψευδορκεῖν vetatur Exodi XX.
ἐπιορκεῖν Levitici XIX. ut Hebraei volunt præcepto
jubente CXXL.

G R O N O V I I.

50 *Ut verba animo congruant*] Non aliud prom-
ptum in ore, aliud clausum in pectore habeat,
qui jurat.

51 *Factum congruat*] Ut præket, adfirmetque
rebus, quod juravit.

52 *Et ad hominem*] Veluti, juro me cessurum
tibi hac possessione.

53 *Non respiciant*] Veluti, juro me cessurum.

54 *Quod ei possit*] Ut species erroris, aut
metus.

(gg) Non id permittit *Duareno*, sed tantum
deferri juramentum illi, qui per *Mahometem*, e.
g. juraturus est. Vide Jctum illum, Tract. priore
ad Tit. *De jurejurando*, Cap. XI. Tom. I. Opp.
Ed. Lugd. 1579. p. 235. & Tract. altero, Cap.
4. pag. 11. Tom. II. Adde quæ notavimus in se-
pious laudatum Caput PUFENDORFII, *De*
Jure Nat. & Gent. §. 4. Not. 2. Edit. secundæ.
J. B.

(hh) In *Juramentis obligatoriis*, Juramentum
est tantum accessio quædam, ad firmandam fidem
promissorum. Adeoque ubi obligatio nulla est,
tota vis jurisjurandi cadit. Vide quæ contra du-
plicem

consequatur, + at nihilominus qui juravit Deo obligetur stare jurejurando. Hujus rei exemplum est ⁱ + in eo, qui per metum injustum causam promissioni juratæ dedit. Nam hic ^s jus nullum consequitur, + aut tale, quod reddere debeat, quia causam damno dedit. Sic videmus Hebræos reges & ^k a prophetis ^f increpatos, & punitos a Deo, + quod fidem juratam Babylois regibus non servassent. + Laudat Cicero Pomponium tribunum, qui servavit quod terrore coactus juraverat: & *tantum*, inquit, *temporibus illis jusjurandum valebat*. Quare non + Regulus tantum redire in carcerem, ut maxime is fuerit injustus, debuit; + sed & decem illi, quorum Cicero meminit, redire ad Annibalem: + jusjurandum enim intercesserat.

f Ezech. XLII, 12. 13. 14. 15. *g* Off. III. 31. Tolet. I. IV. c. 22. Off. III. 32.

h Tb. 2. 2. 39. art. 7. *g* ibi Cajet. Alex. Imol. in c. verum de jurejur. Suto l. VIII, q. 1. art. 7. *i* De Offic. III. 29. *k* Civil. II. pag. 515. Ed. Steph.

XV. I. + Neque hæc tantum ^o + inter hostes publicos locum habent, ^b + sed inter quosvis; + non enim persona sola respicitur, cui juratur, sed ^l + is, qui juratur Deus, qui ad obligationem pariendam sufficit. + Repudiandus ergo Cicero, ⁱ cum ait, perjurium nullum esse, si prædonibus pactum pro capite pretium non adferatur, ne si juratum quidem sit: + quia pirata ⁷ non sit ex perduellium numero definitus, + sed communis hostis omnium, + cum quo nec fides esse debeat, nec jusjurandum commune. + Quod & de tyranno dictum ab eodem est alibi, & a Bruto apud ^k Appianum: *ἡδὲν πίστον ἔστι Ρωμαίοις πρὸς τυράννους, ἡδὲν ἔυορκον*, cum tyranno Romanis nulla fides, nulla jusjurandi religio.

2. Atqui sicut + in jure gentium constituto + differre hostem a pirata verum est, & ^s + a nobis infra ostendetur; ita hic ea differentia locum habere non potest, ^m + ubi, etsi personæ jus deficiat, cum Deo negotium est: + qua de causa juramentum ⁹ voti (ii) nomine nuncupatur. Neque id, quod sumit Cicero, verum est, + nullam esse cum prædone juris societatem. Nam depositum ex ipso gentium jure ⁿ + reddendum latroni, si dominus non apparet, recte a Tryphonino ^l responsum est.

l L. 31. D. depositi.

3. Quare

plicem illam obligationem, quam Auctor sibi fingit, post PUFENDORFIUM, diximus, Capite jam sæpius laudato. Nonnulla etiam hac de re addidimus in Notis nostris Gallicis ad hunc locum. J. B.

G R O T I I.

ⁱ In eo, qui per metum injustum causam promissioni juratæ dedit] Etiam vi extortum jusjurandum, ob Dei reverentiam servandum, docet Augustinus epistolis CCXXIV. & CCXXV.

^k A prophetis increpatos] Vide & Jerem. XXXIX, 5.

^l Is, qui juratur Deo] Nicephor. Gregoras: *ἡ δὲν ἢ ἐπιτοκία τὸ τῆς περιφρονήσεως ἀνατιθῆναι ἐγγύχημα* perjurium Deo culpam impingit negligentie. (Lib. X. pag. 227. Ed. Col. 1616.)

^m Ubi etsi personæ jus deficiat, cum Deo negotium est] Plutarchus Lysandro: *ὁ ὄρκω παρρησιόμενον, τὸν μὲν ἐχθρὸν ὁμολογεῖ δεδιέναι, τὸ δὲ Θεῷ καταφρονεῖν* qui juramento hostem circumvenit, is ostendit a se hostem metui, Deum contemni. (Pag. 427. c.)

ⁿ Reddendum latroni] Et ei, qui regnum sine jure invasit, quomodo Oroferni depositum redditum a Priencenlibus. Polybius (*Excerpt. de Virt. & Vit.* p. 1470. Ed. Amst.) & Diodorus Siculus in excerptis Peirescianis, (p. 334.)

G R O N O V I I.

⁵⁵ Jus nullum, aut tale] Aut omnino nullum, aut ejusmodi, quod, si compellatur apud judicem, vindicare nequeat, sed remittere necesse habeat. 2, II. 7.

⁵⁶ Inter hostes publicos] Eos, quibus jus est bellandi.

⁵⁷ Non sit ex perduellium] Hostis armorum jus habens, quicum jura gentium servanda sint.

⁵⁸ A nobis infra] 3, 3. 1.

⁵⁹ Voti nomine] Affirmationis religiosæ, aut pollicitationis Deo factæ.

(ii) Improprè ita dicitur. VOTUM sit Deo: JURAMENTUM, per Deum, ait ipse Auctor, Adnot. in Numer. XXX, 3. Confer PUFENDORF. De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. Cap. 2. §. 8.

G R O -

3. Quare probare non possum quod a quibusdam est traditum, eum, qui prædoni quicquam promiserit, ⁶⁰ + momentanea solutione posse defungi, ita ut liceat ei, quod solvit, recuperare. + Verba enim in juramento quoad Deum simplicissime, atque adeo cum effectu sunt intelligenda. Atque ideo qui rediit ad hostem clam, iterumque abiit, + non satisfecit juramento de reditu, ut recte ⁶¹ a senatu Romano judicatum est.

XVI. I. Illud vero ^m Accianum : T. *Fregisti fidem.*

A. *Quam neque dedi, neque do infideli cuipiam :*

Ita demum probari potest, ⁶² + si jurata promissio aperte respectum habuerit alterius promissionis, ^o + quæ ei quasi conditio ⁿ fuerit implicita, ⁶³ + non si ⁿ *Le si quis,* diversi generis sint promissa, & citra respectum mutuuum : tunc enim omnino ^{39. in fine,} + servandum cuique erit quod ipse juravit. + Atque hoc nomine Regulum laudans sic compellat Silius (*Lib. VI. vers. 63, 64 :*)

*Qui, longum semper fama gliscente per ævum,
Infidis servasse fidem memorabere Pænis.*

2. + Inæqualitatem in contractibus naturaliter locum facere aut rescindendi, aut reformandi contractus, supra ^o diximus. + Et quanquam ⁶⁴ jus gentium aliquid in hac re mutavit, + jure tamen civili, quod inter ejusdem populi partes valet, rediri sæpe ad illud, quod natura licebat, ⁶⁵ + itidem supra monuimus. + Sed hic quoque, ^p si juramentum intercessit, + etiamsi personæ nihil, aut minus debeatur, Deo fides erit præstanda. Itaque Psalmorum ^q scriptor, ubi viri boni virtutes enumerat, + addit & hanc : *Juratus in damnum suum,* non tamen mutat. (kk)

+ XVII. Verum illud notandum est, + quoties non personæ jus nascitur + ex tali aliquo defectu, qualem diximus, sed Deo obstringitur fides, + heredem ejus, qui juravit, non teneri. + Quia ad heredem sicut bona transeunt, id est, quæ in hominum sunt commercio, ita ⁶⁶ bonorum onera : + non item alia, quæ quis ex officio, puta pietatis, gratiæ, fidei debuit. + Hæc enim ad illud, ⁶⁷ quod

G R O T I I.

^o *Quæ ei quasi conditio fuerit implicita*] C. per- venit, quod est III. de jurejurando. Adde l. lege fundo, §. in fine D. de lege commissoria.

G R O N O V I I.

⁶⁰ *Momentanea solutione*] Satisfecisse videri, si sic solvat, ut statim missis a magistratu armatis capiatur prædo, & cogatur, quod ei numeratum est, restituere.

⁶¹ *A senatu Romano judicatum est*] Gell. 7, 18.

⁶² *Si jurata promissio*] Si quod juraveris, habeat reciprocam fidem, quam fefellerit alter, cui fidem volumus non servare, quia nobis infidelis fuerit.

⁶³ *Non si diversi generis*] Si alia de re, alio

loco, & tempore juratum, non servaverit alter; tunc enim non valet compensatio.

⁶⁴ *Jus gentium aliquid*] Ut inæquale ex consensu partium ducat pro æquali. 2, 12. 26.

⁶⁵ *Itidem supra*] 2, 2. 6.

⁶⁶ *Bonorum onera*] Justa, & legitima, ad quæ ex jure constituto obligamur.

⁶⁷ *Quod stricte jus*] Ad iustitiam διαφορικῶν, quam explettricem alibi vocat.

(kk) Alio modo Auctor videtur vertere verba illa in Adnotationibus suis ad hunc Psalmum, quas videre poteris. Sed & sequendo versionem, qualis heic exhibetur, nil est, quod suadeat agi de illis Promissis jurejurando firmatis, in quibus reperitur læsio, propter quam nulla essent, si jusjurandum abesset. Diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. J. B.

^m Apud
Cicer.
Offic. III.
28.

ⁿ *Le si quis,*
39. in fine,
D. de jure-
jurando,

^o C. XII.
§. 8, & 10.

^p *Auth.*
sacramen-
ta. C. si
adv. vend.
q. Psal.
XV. 4.

quod stricte jus dicitur, inter homines non pertinent: + ut alibi quoque ostendere meminimus.

+ XVIII. Sed etiam + ubi jus personæ non nascitur, si tamen juramentum utilitatem spectet alicujus, P + atque is eam nolit, + non tenebitur qui juravit: q + sicut nec tenebitur si cesset qualitas, sub qua alicui juravit, ut si ^{s Cap. 32.} magistratus desinat esse magistratus. Apud Cæsarem libro II. de bello civili, + Curio + Domitii qui fuerant milites sic alloquitur: *Sacramento quidem vos tenere qui potuit, + quum projectis fascibus, & deposito imperio privatus, + & captus ipse in alienam venisset potestatem?* Et mox + sacramentum, ait, capitis deminutione sublatum.

+ XIX. Illud quæritur, + an quod contra juramentum sit, illicitum sit tantum, ^{t c. Dilecto. 25. de præbendis. Covar. ind. c. quamvis. p. 2. §. 2. n. 10.} 68 an & irritum? + qua de re distinguendum arbitror, + ut 69 si sola fides sit obstricta, + valeat actus contra juramentum factus, + puta testamentum, + venditio: non valeat autem si ita conceptum sit jusjurandum, 70 + ut simul contineat abdicationem plenam potestatis ad actum. + Et hæc quidem naturaliter jusjurandum sequuntur: + ex quibus faciendum est iudicium de regum juramentis, + & his, quæ exteri exteris jurant, 71 + quando actus ex loco subjectionem non accipit.

+ XX. + Nunc quid superiorum, id est, + regum, + patrum, + dominorum, & + maritorum in his, quæ maritalis sunt juris, imperia possint, videamus. + Superiorum actus hoc quidem efficere non potest, ut jusjurandum, + quatenus vere fuit obligatorium, non sit præstandum: + id enim juris est naturalis, & divini. + Sed + quia actus nostri non plene sunt in nostra potestate, sed ita ut a superioribus dependeant, (II) + ideo duplex esse potest actus superiorum circa id, quod juratur, alter directus in personam jurantis, alter in personam, cui juratur.

2. In personam jurantis dirigi potest, + aut antequam juretur 72 irritum reddendo juramentum, + quatenus jus inferioris sub potestate superioris continetur, + aut postquam juratum est vetando ne impleatur. + Nam inferior, qua inferior, obstringere se non potuit, nisi quatenus superiori id placitum esset: 73 + ampliorem enim non habebat potestatem. Hoc modo + lege Hebræa

G R O T I I.

p Atque is eam nolit] Plautus Rudente: *Jurjurandi rogo gratiam facias.* (V. 3. 58.)

q Sicut nec tenebitur si cesset qualitas] Similia vide in L. si duas §. gentium. D. de excusat. tut. & apud Gailium II. obs. CXLIV. n. 3. & de Arrestis X. 9. & apud Azorium institutionibus moralibus V. 22. q. 6. parte 1.

r Nunc quid superiorum, id est, regum, patrum, dominorum, & maritorum in his, quæ maritalis sunt juris, imperia possint, videamus] Augustinus epistola CCXL. & CCXLI.

G R O N O V I I.

68 An & irritum] Ipso jure nullum.

69 Si sola fides] Si quis solummodo juraverit

se non facturum.

70 Ut simul contineat] Si quis juraverit se cedere, ac renuntiare potestati faciendi.

71 Quando actus ex loco] Ubi partes contra-hentes non necesse habent se submittere, & obsequi legibus, ac juri civili loci, in quo contra-hitur.

72 Irritum reddendo] Declarando, si juret inferior, id inane fore, quod ille citra suam auctoritatem jus obligandi se non habeat.

73 Ampliorem enim] Quam sub conditione superioris consentientis.

(II) Vide, præter §. 24. dicti Capitis II. Lib. IV. PUFENDORFII *De Jure Nat. & Gent.* ea, quæ observavimus ad libellum *De Officio Hom. & Civis*, Lib. I. Cap. XI. §. 6. Not. 3. tertiz, & quartæ Editionis. J. B.

Hebræa mariti uxorum, + patres liberorum, qui sui juris nondum erant, juramenta irrita faciebant. Proponit hanc quæstionem Seneca 7: + *Si lex lata erit, ne id quisquam faciat, quod ego me amico meo facturum promiseram?* & solvit: + *Eadem lex me defendit, quæ vetat.* + Sed & actus ⁷⁴ ex utroque mixtus esse potest, ut + si superior constituat quod inferior juraverit hoc, aut illo casu, + puta ex metu, + aut imbecillitate judicii, ita demum valere si ab ipso approbetur. + Atqui ex hoc fundamento + defendi possunt absolutiones juramentorum, quæ ^{s 75} + olim a 2 principibus, + nunc ipsorum principum voluntate, quo magis cautum sit pietati, ab ⁷⁶ ecclesiæ præsidibus exercentur.

3. + In personam ejus, cui juratur, actus dirigi potest + tollendo ab eo jus, quod ei partum est; aut etiam, + si jus desit, vetando ne quid ex tali juramento accipiat: + idque duobus modis, sive ⁷⁷ in pœnam, sive ⁷⁸ ob publicam utilitatem, + ex vi supereminentis domini. Atque hinc intelligi potest, + si jurans non ejusdem sit ditionis cum eo, cui juratur, quid aut hujus, aut illius rectores possint circa jusjurandum. Ipse autem, qui juratus aliquid promisit nocenti ⁷⁹ qua talis est, + puta piratæ, non potest jus promisso quæsitum ⁸⁰ pœnæ nomine ob id ipsum ei auferre: + quia tunc verba nullum haberent effectum, quod omnino vitandum est. Similique de causa ⁸¹ + compensari non poterit quod promissum est, cum jure, quod ante erat controversum, si post motam controversiam inita pæctio fuerit.

4. ⁸² Potest & lex humana + impedimentum, quod certi generis actibus posuerat, tollere, si juramentum aut qualecunque, + aut certa forma accesserit: quod Romanæ leges fecerunt in iis impedimentis, + quæ non directe publicam, + sed privatam jurantis utilitatem spectant. Quod si fiat, + valebit actus juratus eo modo, quo naturaliter ⁸³ citra legem humanam fuerat valiturus, + aut fidem tantum obstringendo, + aut jus etiam dando alteri, + pro diversâ actuum natura, quæ alibi a nobis explicata est.

XXI.

G R O T I I.

s *Olim a principibus*] Suetonius Tiberio 35. Sic & in Hispania diu usurpatum notat Ferdinandus Vajquius de success. creat. l. II, §. 18. (Apud Vajquium nil tale reperio, nec in loco indicato, nec alibi. J. B.)

G R O N O V I I.

74 *Ex utroque*] Ex eo, quod superior, & ex eo, quod inferior gesserunt.

75 *Olim a principibus*] Sic Tib. equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat. Suet. 35.

76 *Ecclesiæ præsidibus*] Quam bono exemplo est Eugenius IV, qui Ladislaum Pannoniæ regem jurejurando, quo pacem cum Amurathe II. Turcarum Imp. firmaverat, solvit, ipsumque regem cum multis millibus Christianorum, & nuntio suo Juliano Cardinale perdidit; A. Ch. 1444.

77 *In pœnam*] Quia jurejurando promissum accepit, quod non debebat.

78 *Ob utilitatem publ.*] Quod reipublicæ interest non fieri quod juratum est.

79 *Qua talis est*] Dum nocet, & ut injuriam ejus effugiat.

80 *Pœnæ nomine*] Ei non præstetur promissum in pœnam facinoris.

81 *Compensari non*] Finge, litem mihi esse cum adversario apud judicem: ea pendente, per intervenientem causam eidem jurato promisi me aliquid ei præstaturum, si quid ipse vicissim mihi præstet. Hoc ego potius non possum abnuere promissum, quod alter non desistat a lite mecum antea contracta, quia cum lis ambigua sit, ex promisso jus ei certum quæsitum est, quod ego præstare illi auferre nequeo.

82 *Potest & lex humana*] Potest magistratus, vel rex, juris administrator, interdicti, quo aliquid vetuerat, gratiam facere, si quis id, quod vetitum est, facturum se juraverit.

83 *Citra legem humanam*] Si tale interdictum non extitisset, neque id superior remisisset.

G R O

XXI. I. Notandum hic est obiter, quod in Christi præceptis, & apud Jacobum de non jurando dicitur, + proprie non ⁸⁴ ad assertorium juramentum, + ^t + cujus apud Paulum Apostolum exempla exstant aliquot, + sed ad ⁸⁵ promissorium futuri incerti pertinere. + Ostendit hoc evidenter oppositio illa in verbis ^a Christi: *αὐτὸς δὲ ἰσχυρῶς λέγει, οὐκ ὀρκισθήσεσθε, ἀλλὰ ὡς ὁ Κύριος ἔφη, ὁ ὅρκος ὁμοιωθήσεται τῷ φιλίῳ.* *Ego vero dico vobis, Ne jurate omnino.* Et ratio, quam Jacobus adjicit: *μη εἰς ὑπόκρισιν πέσητε*, id est, + *ne fallaces inveniamini*; + nam eum sensum vox *ὑποκρίσεως* apud Hellenistas habet, ut apparet Job. XXXIV, 30. Matth. XXIV, 51. & alibi.

^a Matth. v. 33. Ep. v. 12.

^b Virg. Ecl. VII, 70.

2. + Idem evincit illud in Christi verbis, *ἔγω δὲ λόγῳ ὑμῶν, ναὶ ναὶ, ἔ & ἔ*, quod sic Jacobus explicat, *ἦτοι δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ ἔ & ἔ* ubi manifeste est figura, quam ⁸⁶ *πλοκήν* rhetores vocant, ut in illo: ^b

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

^c Ex Aquila Rom. Antiq. Rhet. Lat. pag. 19. Edit. Pictavi.

Et in altero simili: ^c *ad illum diem Memmius erat Memmius.* Nam prius *ναὶ*, & *ἔ* promissum significat, posterius ejus ⁸⁷ implementum. + Est enim *ναὶ* promittentis: + unde per *ἀμὴν* explicatur Apoc. I, 7. eundemque sensum habet quod hic in Syriaco est, *ܢܐ* respondens Rabbinico *יְהי* & Arabicum *نعم*, quomodo apud jurisconsultos Romanos + *μάλις*, (mm) & quidni? + notæ sunt respondentis ad stipulationem. + Pro implemento promissionis sumitur apud Paulum II Corinth. I, 20. cum ait, omnia Dei promissa in Christo esse ⁸⁸ *ναὶ καὶ ἀμὴν*. Hinc vetus Hebræorum dictum, (nn) + *justi hominis ναὶ est ναὶ*, *ἔ non est non*.

3. Contra, quorum facta a dictis discrepant, apud eos esse dicitur ⁸⁹ *ναὶ καὶ ἔ*, II Corinth. I, 18. 19. id est, + *ναὶ* eorum esse *ἔ*, & *ἔ* esse *ναὶ*. + Sic Paulus Apostolus ipse exponit; nam cum negasset se *ἐλαφρῶς χρῆσασθαι*, levitate usum, addit, sermonem suum ⁹⁰ non fuisse *ναὶ καὶ ἔ*. Festus varias referens sententias de significatione vocis + *naucum*, sic scribit: *quidam* (ajunt) *ex græco* u *ναὶ καὶ ἔ* *levem hominem significari*. Quod si *ναὶ καὶ ἔ* levitatem significat, + sequitur, *ναὶ ναὶ*, *ἔ ἔ*, constantiam significet.

^d De Decal. p. 756. C.

4. Idem ergo dicit Christus quod ^x Philo: *καλλίον καὶ βιωφελέστατον καὶ ἀρμότιον λογικῆ φύσει τὸ ἀνάμοτον, ἔτιως ἀληθεύειν ἐφ' ἐκάστῃ δεδιδαγμένη, ὡς τὰς λόγους ὀρκῶς εἶναι νομίζεσθαι*. *Optimum, atque utilissimum*, ^ε

G R O T I I.

^t *Cujus apud Paulum Apostolum exempla exstant aliquot*] Rom. I, 9. IX, 1. 11. Corinth. I, 23. XI, 31. Phil. I, 8. I Thess. II, 5. I Tim. II, 7. u *Ναὶ καὶ ἔ*] Recte in hoc Festi loco scripturis *ἔ*, ut sæpe apud Homerum: id enim ad vocem *nauci* proprius accedit.

^x *Philo*] De decalogo.

G R O N O V I I.

⁸⁴ *Ad assertorium*] Quod affirmat, defenditque rem factam.

⁸⁵ *Promissorium*] Quod securitatem facit promissioni, quo sancitur promissum.

⁸⁶ *Πλοκήν*] Quum vox repetita nunc personam, vel rem, nunc personæ, vel rei mores, aut naturam significat.

⁸⁷ *Implementum*] Effectum.

⁸⁸ *Ναὶ καὶ ἀμὴν*] i. Certa, & indubitata.

⁸⁹ *Ναὶ καὶ ἔ*] Eos promittere, & non prestare, secus facere, ac dicunt.

⁹⁰ *Non fuisse ναὶ καὶ ἔ*] Dissonum factio.

(mm) Vide L. 39. §. 1. D. De Legat. III. L. 1. §. 2. De verb. obligat. J. B.

(nn) Reperitur apud Buxtorfium, Florileg. pag. 329. J. B.

G R O

§ + *rationali natura convenientissimum est juramento abstinere, atque ita se veracitati assuefacere,* ¹ *ut verba pro juramento accipiantur.* ¶ Et alibi: ὁ τοῦ σπυδαίου λόγος ὅρκος ἔσω βέβαιος, ἀκλινης, ἀψευδέστατος. + *Viri boni oratio pro juramento sit firmo, immutabili, fallere nescio: & quod de Essenis: Josephus: πᾶν τὸ ρηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκος, τὸ δὲ ὀμνύειν αὐτοῖς περιίεται.* Quicquid dixerint validius est jurejurando: ac supervacua res ipsis habetur jurare.

§. Ab ² Essenis, + aut Hebræorum illis, quos secuti sunt Esseni, videtur hoc sumfisse & Pythagoras, cujus hæc sententia: μὴ ὀμνύναι θεῶς ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιοπίστον παρέχειν non jurandum per Deos: quemque enim id curare debere, ² ³ *ut nec jurato sibi credatur.* Scythæ de se ad Alexandrum + Curtio g referente: *Jurando gratiam Scythas sancire ne credideris: colendo fidem jurans.* Cicero pro Roscio Comædo: *Quia pœna a Diis immortalibus perjuro, + hæc eadem mendaci constituta est. Non enim ex pœctione verborum, quibus jurandum comprehenditur, sed ex perfidia, & malitia, per quam insidia tenduntur alicui, Diis immortales hominibus irasci, & succensere consueverunt.* + Solonis dictum celebratur: καλοκαγαθίαν ἔρκος πισθοτέραν ἔχει. *Ea esto probitate, ut ei magis, quam juramento credatur.* Clemens quoque Alexandrinus dixit +, viri boni esse, τὸ πιστὸν τῆς ὁμολογίας ἐν ἀμεταπτώτῳ καὶ ἐδραίῳ δεῖνύειν βίῳ τε καὶ λόγῳ. *Fidem promissi ostendere in verborum, ac vita stabilitate; & constantia.* Alexis Comicus:

Ὅρκος βέβαιός ἐστιν ἀν' νεύσει μόνον.

Nutus mei pro jurejurando valent.

Narrat

G R O T I I.

¶ Et alibi] De specialibus legibus (pag. 769. C.)

z Pythagoras] Nam & Hermippus Pythagoricus Pythagoræ Philosophiam ab Hebræis ductam dicebat, teste Origene contra Celsum. (Lib. I. pag. 13. Ed. Cant.) Idem & Josephus Hebræus prodidit, & Jamblichus Pythagoricus. (Locus Josephi exstat Lib. I. contra Apion. §. 22. Edit. Oxon. Verum probabile admodum est, legendum ibi non Ἰεδαίων, sed Ἰδαίων, ut conjecit Vir Eruditissimus J. Clericus, Tom. X. Biblioth. Selectæ, pag. 162, & seqq. Quod spectat Jamblichum, voluit Auctor dicere Porphyrium: hic enim ex Diogene lib. de Incredilibus refert, Pythagoram, inter alios, Hebræos etiam invisisse, & ab iis hausisse quædam Philosophiæ suæ dogmata, de Vita Pythag. §. 11. Ed. Kusteri. Apud Jamblichum autem nihil tale reperitur. J. B.)

a Ut nec jurato sibi credatur] Philo (De Decal. pag. 756. C.) Ἦδη γὰρ ὅγε ὀμνύς εἰς ἀπίστον ὑπονοεῖται. Jam enim is, a quo jusjurandum exigitur, perfidia est suspectus. Sophoclis Oedipode comico dixerat Oedipus:

Ὅττα σ' ὑπ' ὅρκου γ' ὡς κακὸν πιστόσομαι.

Tom. III.

Nolo te adigere jurejurando ut malum.

respondet Thefeus:

Οὐκὲν πέρα γ' ἀν' ἑδὲν ἢ λόγῳ φέροις.

Nec plus haberes inde quam vocis sonum. (Verf. 642, 643.)

M. Antoninus in viri boni descriptione: μήτε ὄρα καὶ δεόμενος nec opus habens jurejurando (Lib. III. §. 5.) Chrystost. de statuis XV. εἰ μὲν πιστεύεις ὅτι ἀληθὴς ἐστὶν ὁ ἀνὴρ, μὴ ἐπαγάγῃς τὸ ὅρκος τὴν ἀναγκὴν. εἰ δὲ οἶδός ἐστι ψευδὲται, μὴ ἀναγκάσης ἐπισηκεῖν. Si credis verucem esse eum, quicum tibi negotium est, noli ei jusjurandi imponere necessitatem; quod si scis fore ut mentiatur, ne coge eum & pejerare. (Tom. VI. pag. 566. Edit. Savil.)

G R O N O V I I.

91 Ut verba pro juramento] Ut quod dixeris, vel promiseris, perinde sanctum habeas, ac si jusjurandum interposueris.

92 Essenis] 1, 3, 3.

93 Ut nec jurato] Hoc ambiguum: vult autem non, ut non credant tibi quamvis jurato, sed ut credant tibi quamvis non jurato.

C

G R O

Narrat ⁹⁴ Cicero oratione pro L. Cornelio Balbo, Athenis cum ⁹⁵ quidam apud eos, qui sancte, graviterque vixisset, & testimonium publice dixisset, & jurandi causa ad aras accederet, una voce omnes iudices, ne is juraret, reclamasse; eo quod nollent ⁹⁶ religione videri potius, quam veritate, fidem esse constrictam.

m Pag.
164. Edit.
Cantabr.
Needb.

n Lib.
XIV. vers.
171.

o Can. in
e querelam
de iurejur.
p Diol.
libro XVI.
c. 43.

q Pan. in
e. ad aures.
De his que
vi vel me-
tus causa.
Jas. in l.
III. §. ju-
rari. D. de
iurejur.
Mysf. obs.
17. Cent. 1.
r Suet. c.
42.
s Phitarcb.
in Eum.
p. 585. F.

6. A Christi dicto non discrepat ^m + Hieroclis illud ad aureum carmen : ὁ σέβει ὄρκον ἐν ἀρχῇ παραγγέλλας τὴν ἀποχὴν τοῦ ὀμνῆσαι προσάττει περὶ τῶν ἐκδεχομένων, καὶ ἀόριστον τῆς ἐκβάσεως ἐχόντων τὸ πέρασ. ταῦτα γὰρ καὶ μικρὰ καὶ μεταπίπτοντα, διὸ ἔτε ἀξιὸν ἐπ' αὐτοῖς ὀμνῆσαι, ἔτ' ἀσφαλες. Qui in principio dixerat, Jusjurandum reverere, eo ipso praeceperat abstinere a jurando de his, ^b + quae possunt fieri, ^c non fieri, ^d incertum habent casus exitum. Talia enim ^e parvi ducenda sunt, ^f mutabilia sunt, unde nec dignum de iis jurare, nec tutum. Et Libanius in Christiani Imperatoris laudibus ponit : ἐπιρκίας τοσῶτον ἀποσατῶν, ὥστε καὶ πρὸς τὰς εὐορκίας ἔχειν εὐλαβῶς a perjurio tantum abest, + ut etiam vera jurare vereatur. Eustathius ad illud ^g Odyssæe ζ: ἀλλ' ἤτοι ὄρκον μὲν εἴσομεν sic ait : ἔχρεια ὄρκου ἐν τοῖς ἀδήλοις πρὸς βεβαίωσιν, ἀλλ' εὐχῆς πρὸς ἀποτέλεσμα. ^h In rebus incertis non ad asseverationem juramentum adhibendum, sed preces pro bono exitu.

+ XXII. Ideo multis in locis vice ^o jurisjurandi repertum est, ut ^c + fides ⁹⁷ datis dexteris, quæ erat πίστις βεβαιωτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις, ^p firmissimum apud Persas fidei vinculum, aut alio quo signo obstringatur, ea vi, ut, ni impleatur promissio, + promissor non minus detestabilis habeatur, quam si pejerasset. Præcipue de regibus, virisque principibus dictum est usitatissimum, + fidem eorum pro jurejurando valere. ^q Tales enim esse debent, ut cum ^r Augusto dicere possint, ^d + Bonæ fidei sum: & cum Euniene, ^s vitam se potius posituros, quam fidem: quo & illud pertinet Guntheri Ligurino (Lib. III. vers. 511:)

nudo

GROTII.

^b Quæ possunt fieri, ^c non fieri] Bene hoc animadvertit Chrysostronus de statu (Orat. XIV. Tom. VI. pag. 553.) ὅτι κἀν μὴ συναρπασθεῖς, μηδὲ ἀπὸν, μηδὲ ἐγγυῶν τῶτο πλῆθ, ἢ αὐτῆς τῆς πράξεως, καὶ ἐκὼν καὶ εἰδὼς ἀναγκασθήσεται ἐπιρκῆσαι πάντως. Etiam si non eveniat id tibi, quod impetu abreptus, aut coactus, aut neo cogitans juraveris, ipsa negotii natura id interdum secum feret, ut ^e volens, ^f sciens fultum jurasse deprehendat. Et mox: σφαλερὸν μὲν ἂν καὶ περὶ ἑαυτῆς τινα ὀμνῆσαι. πολλὰ γὰρ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων περιπέσειως βιαζόμεθα. Periculosum igitur etiam de suo actu jurare; multa enim nobis eripit ipsa rerum natura subiecta casibus. (Pag. 554.)

^c Fides datis dexteris] Meminere Eustathius ad Odyssæe Ω: Aristophanis Scholiastes ad Nubes, (vers. 81. Vile & in Acharnens. vers. 307. qui locus insignior est.) Diodorus Siculus (Libro XVI. c. 43.) Crantziius Saxoniorum XI, 27. In c. Ad aures, 3. de his, quæ vi, metusve causa, æquantur juramentum, & fides interposita.

^d Bonæ fidei sum] De Evagora Salaminis rege Hocrates: ὁμοίως τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογίας ὡσπερ τὰς ἐν τοῖς ὅρκου διατυλάξιων. (Pag. 197. E. Ed. H. Steph.) Symmac. X, 19. Nusquam major spes, quam in bonorum principum sponse. Nicetas de Alexio Isaaci fratre lib. III. Βασιλεῦσι πικρὰ πᾶν ἕτερον εὐορκίῳ τιθέναι περὶ κλείσεως χρέων. Regibus jurandis fides ante omnia alia punitiva est. (Cap. 4.)

GRONOVII.

⁹⁴ Cicero oratione pro L. Cornelio Balbo] C. 5.
⁹⁵ Quidam] Xenocrates. Valer. Max. 2, 10. ext. 2.

⁹⁶ Religione videri] Fidem magis coli ab eo metu deorum, quam insita ingenio bonitate.

⁹⁷ Datis dexteris] Sic legiones invicem sibi dexteris mittebant fidei, & concordie insigne, Tacit. 1. hist. 54, 2, 8. Et extant nummi antiqui cum junctis dexteris, quibus adscribitur fides pratorianorum. Antw. 7, 24. Amor mutua Augg. Caritas mutua Augg. Fides mutua Augg. 57, 7. 8. Concordia exercituum 7, 23. Concordia Augg. 59, 12.

— *nudo jus, & reverentia verbo
Regis inesse solet, quovis juramine major.*

Laudat oratione pro Dejotaro ⁶ Cicero C. Cæsaris dexteram, non in bel- ⁶ *Cap. 3.*
lis, & præliis, quam in promissis, & fide firmiorem. Et heroicis temporibus
sceptrum erectum pro regum jurejurando valuisse, notatum ⁸ Aristoteli. ⁸ *III.*
⁹ *Polit. 14.*

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS I N HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XIII.

HACTENUS de obligatione egimus, quæ ex promissis, & contractibus oritur. Sequitur nunc tractatio de confirmatione obligationum, quæ fit per jusjurandum. Principia totius materię hæc sunt.

PROPOSITIO I.

Jusjurandum est assertio quadam religiosa, ad id, quod dicitur, confirmandum adhibenda. Cic. l. 3. off. c. 104.

DEMONSTRATIO.

Equidem modi, quibus dicta, & promissa confirmamus, varii esse possunt; nam & fidejussoribus, & pignoribus datis firmantur promissa: item adjectione poenæ, quam alter stipulatur in casum, quo fallit, & cujus metu vel abstinet, vel abstinere speratur.

Talis quoque modus, dicta, & promissa firmandi, est adjectio rei nobis sanctæ, & religiosæ: si, nimirum, quis aliquid asserit, vel promittit aliquid, facta mentione rei, quæ ipsi inviolabilis est, i. e. quæ ipsi sacra, sancta, & religiosa est. Religiosum igitur hic sumitur, non pro loco demortui, sed in genere pro omni eo, quod sanctum est, quod religioni nobis esse debet, adeoque quod ab injuria hominum defensum, ac munitum est: unde sanctum, & violabile perpetuo invicem opponuntur. Gellius *L. 17, c. 2*, ait: *Tanta sanctitudo sani est, ut nunquam quisque violare sit ausus.* Cicero pro Fontejo: *Hic quicquam sanctum, & religiosum videri potest? Qui ne religionem quidem colere possunt, nisi scelere prius violaverint.* Unde alibi ait: *nihil tam sanctum, quod non violat audacia,*

pro Roscio *c. 24*; & pro Archia: *Si igitur sanctum apud vos, quod nulla unquam barbaries violavit.* Atque hinc Jcti Romani sanctum definiunt, quod ab injuria defensum, ac munitum est. *L. 8, pr. L. 9, §. 1. ff. Rev. div.* Unde Tribuni plebis sacrosancti facti dicuntur, ne quis ipsis nocere possit. *Liv. L. 3, c. 55.* Cæsar de Germanis ait: *hospites violare fas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt, sanctos habent.* *L. 6. de bell. Gall.* Plinius Corelli Ruffi memoriam sibi sanctam esse dixit *L. 7, ep. 11, i. e. inviolabilem*; quo sensu & pudicitiam, ac libertatem rem sanctam ait *Liv. 3, 52.* Atque hoc modo parentes nobis sancti sunt. *Vid. supr. c. 5, §. 1, Prop. VI.* Magnam possidet religionem paternus, maternusque sanguis, inquit Cicero pro Roscio *c. 24*; indeque defendit Roscium, quod non præsumi possit patrem occidisse. In genere idem Cicero pro Ligario *in f.* ait: *semper regum nomen in hac civitate sanctum fuit, sociorum vero regum, & amicorum sanctissimum.*

Qui proinde asserit, vel promittit aliquid, adjecta re sancta, sibi inviolabili, ait, se non magis violaturum fidem, quam rem sibi religiosam; vel æque sancte se habiturum quod dixit, quam rem sanctam, quæ additur. Si ergo violat fidem, necessario quoque violat sanctitatem rei, cujus mentionem fecit, cujus violationis poena ipsi metuenda est.

PROPOSITIO II.

Assertio igitur illa religiosa non tantum per

C 2

Deum,

Deum, sed & per quamlibet rem nobis sanctam fieri potest.

DEMONSTRATIO.

Equidem varii sunt sanctitatis gradus: res omnium sanctissima nobis est Deus, hinc fortissima quoque cautio est quæ fit Deo teste adhibito. Nascis, qui aliquid ita promittit, cavet se non magis violaturum dictum suum, quam Deum. Cautio igitur hic in eo consistit, quod non videtur velle violare rem facram, cujus vindicta ipsi necessario metuenda esset.

Præterea autem aliæ quoque res nobis sanctæ esse possunt, licet inferiori gradu: ut angeli, sancti, parentes, principes, liberi, majores, &c. *Vid. Insr. §. 10, & 11.* Adeoque hæc quoque cautionis loco assertis, & promissis adhiberi possunt. Nam hic quoque promittens pollicetur, se non magis violaturum fidem datam, quam honorem, reverentiam, & amorem, quem debet angelis, sanctis, liberis &c. Neque hæcenus aliquid injusti hic subest.

Neque obstat definitio Ciceronis, quod *juramentum sit affirmatio religiosa, Deo teste adhibita*: Nam sensum ejus plenius explicabimus *ad §. 1. n. 3.*

PROPOSITIO III.

Affirmatio illa religiosa duplex est, vel de rei veritate, vel de fide facti in futurum: illud juramentum dicitur assertorium, hoc promissorium.

DEMONSTRATIO.

Omne juramentum accedit vel *assertioni*, quando scilicet *asserimus* rem ita esse, inque ejus fidem rem nobis sanctam allegamus: vel *promissioni*, quando scilicet promittimus, nos alii quid præstare velle, adjecta re itidem religiosa.

Asseritur autem jurato vel factum proprium, vel factum tertii. Neutrum præjudicium facit veritati: adeoque ei, qui aliquid, religiose licet, asserit, neque de suo, neque de alieno facto credi debet. Et hac assertione factum jure naturæ probatum dici nequit, 1. quia naturaliter tunc demum probatum dici potest, ubi moraliter res certa est; qualis certitudo non est in assertione jurata, quia experientia docet, sæpius falsum jurari. 2. Suspectum est juramentum partis in propria causa; proni enim sunt homines ad pejerandum studio lucri, vel causæ. Hoc modo 3. quilibet facto suo jus alteri auferre posset, jurando suam rem esse. Sane 4. unus saltem hic testis est, cui nec natura credi po-

test, ubi plures requiruntur. Sed & 5. liberum foret alteri contrarium asserere; quæ vero tunc decidendi ratio erit?

Aliud igitur obtinet 1. si partes consentiunt ut assertioni juratæ unius stetur, quod vocari solet *juramentum voluntarium*. Tunc enim partes inter se disponunt ut pro vero habeatur quod alter juravit: prout igitur partes de suo jure disponunt, ita jus est. Hinc jure Romano ejusmodi juramenta inftar transactionis sunt. *L. 2, ff. jurej.* Idem quoque obtinet si judex decernit ut alter juret, ut in juramento suppletorio &c. Aliud quoque 2. obtinet si plures de facto tertii aliquid jurato asserunt; tunc enim convenientia illa dictorum in moralibus probat etiam contra negantem: de qua probandi ratione alibi egimus.

PROPOSITIO IV.

In omni juramento duo sunt, 1. voluntatis, & scientiæ declaratio de eo, quod inter utrumque agitur: 2. ejus confirmatio, quæ est a metu violandi rem, quæ nobis sancta est.

DEMONSTRATIO.

Qui igitur jurato aliquid promittit, ex sola promissione tenetur ei, cui promisit, adeo ut si non præstet id, quod promisit, compelli a superiore possit: merito autem addimus declarari debere voluntatem de eo, quod inter utrumque agitur, non ergo quod mente reservatum est: idem dicendum de eo, qui jurato aliquid asserit.

Ab hac igitur promissione, vel assertione maxime differt *jurandum*, seu *confirmatio*: hæc enim non est dispositio, nec jus aliquod in alterum transfert; sed dispositioni accedit, & juris translationem firmat. Cujus effectus insignis hic est, ut si promittatur Titio absenti, & ignoranti, promittens non obligetur stare jurijurando, quia promissio nulla est, adeoque nec jurejurando confirmari potest. *Vid. Insr. §. 14.* At si non implet, tenetur Deo ex perjurio.

Tota vero securitas ex jurejurando in eo consistit, quod non impune violare possit rem sanctam, per quam juravit. Nam qui jurat per Deum, eum vindicem perjurii habet; qui pejerat per principem, crimen læsæ majestatis committit. *L. 2, C. Reb. cred.* Qui per memoriam majorum jurat, culpatur amicis, uti ex Sophocle notavit Auctor §. 1, n. 1.

Sed repetendum est quod ante diximus, oportere ut res nobis sancta sit, nec sufficere alteri sanctam esse: unde non est juramentum quando

quando Christianus aliquid promittit teste Mahumede adhibito, de quo *infra* §. 12.

PROPOSITIO V.

Jurare possunt omnes, qui promittere, seu pacij.

DEMONSTRATIO.

Promissio enim jurata est illa ipsa declaratio voluntatis, seu dispositio de jure in alium transferendo, de qua in c. XI, & XII. egimus; eademque proinde requisita ad juramentum spectant, quæ ad promissionem, nimirum 1. voluntas, 2. ejus declaratio.

Additio.

Confer Dissertationes B. Parentis de jurejurando.

AD §. I.

1 APUD omnes populos] „ Omnes populi Deum existere, eumque colendum esse, credunt. Nemo igitur temere eum violabit, neque vindicem implorabit perjurii.

Et ab omni ævo] „ Cultus enim Dei cum ipso humano genere originem cepit, adeoque & metus in casum violationis: uti violaretur si testis mendacii adhiberetur.

Circa pollicitationes] „ Imo nulla vis est juramenti circa pollicitationes: nam cum ex pollicitatione, i. e. ex dispositione, & voto unius, nemo obligetur (Vid. cap. 11. §. 14); nec juramentum, quod ei accedit, vim obligandi habere potest; quod enim non est, nec jurejurando firmari potest. Sane, ex pollicitatione, fatente ipso Auctore supra l. 2, c. 4, §. 3, nullum jus in alterum transfertur. Alia autem quæstio est, an ob temere violatum nomen divinum Deo teneatur?

Promissa, & contractus] „ Adde & assertiones de facto tertii.

Maxima semper vis fuit jurisjurandi] „ Propter securitatem, quæ promissis, & certitudinem, quæ assertioni ex tali juramento accedit; cum nemo temere violaturus creditur sanctimoniam rei in fidem promissi, vel adfessionis adhibita.

2 Gravis pena] „ Idque ex natura perfectionis divinæ. Ens enim perfectissimum non potest non injuriam sibi illatam vindicare. Hesiodus] „ In Theogonia p. m. 139. Plato de Legib. 11, p. m. 917. Deus, nimirum, illum odio prosequitur, qui sacrificia divini numinis auctoritate negle-

ta, falsum juramentum dicit; Demosthenes orat. 12. Consentaneum est, Deos nobis firmissimos socios, & adjutores fore, cum ille, religione violata, neglectoque jurejurando, pacem injuste solvit. Conf. Euripid. in Medea v. 492. & Sophocles Trachinia v. 1195. apud Teym. b.

Ita ut posteritas etiam majorum delicta lueret] „ Exemplum notabile sacra Historia nobis exhibet in Sauli posteris, qui ideo, quod pater juramentum Gabaonitis præstitum violavit, excisi sunt. Quamquam in liberis non fuerit poena, sed calamitas.

Quod non nisi de gravissimis criminibus creditur] „ Ut in delectis in Deum commissis. Conf. l. 2, c. 21, §. 14.

Et sine facto voluntas quoque poenam in se accerseret] „ Ipsum pejerandi propositum, etsi actu juratum non sit, a Deo puniretur. Gron. b. Conf. Aelian. 14, var. 28, Curt. 6, 11. Cauf. 22, q. 5, c. 13. Vid. Teym. b.

Narratione de Glaucō Epycicide] „ Vir quidam Milefius certam pecuniæ summam commisit Glaucō, qui in primis justitiæ laude excellebat Spartæ. Mortuo deponente hæredes pecuniam a Glaucō exigebant: negabat Glaucō, & cum metueret juramenti delationem, consultavit oraculum, an jurejurando pecuniam prædaretur; respondit oraculum, haud impunitum quondam fore quod dubitaret depositum retinere, & fraudem jure tueri jurando; apud Herod. Hist. l. 2, p. m. 159.

Est jusjurandum affirmatio religiosa] His verbis tota definitio jurisjurandi absolvitur: & supra dictum est, non præcise requiri ut affirmatio illa teste Deo fiat; sed sufficit mentio cujuslibet rei, quæ nobis sancta est, & cujus metu promittens a violatione fidei absterretur.

Neque obstat quod statim addit, quod autem affirmante quasi Deo teste promiseris, id tenendum est: nam ex ipsa connexione apparet, verba hæc non esse partem definitionis, sed exemplum. Negari enim nequit, si Deo teste aliquid promiseris, id omnino maxime tenendum esse, quia Deus res sanctissima hominibus est.

Jam enim non ad iram deorum, quæ nulla est] Immo id pertinet omnino ad iram; & male assertitur, nullam Dei esse iram. Frustra autem inde metuitur quædam imperfectio; nam ira per se res indifferens est, & occasione saltem objecti vel in vitium vertitur, vel

in virtutem. Posterius contingit cum quis irascitur rei malæ; unde ira Dei perfectio est, non vitium. *Vid. prol. §. 41. 44.*

Sed ad justitiam, & fidem pertinet], At effectus est, quod ei, qui justitiam, & fidem pejerando violat, Deus irascatur.

Perturbationem], Commotionem illam animi, quæ judicium impedit. *Vid. Gron. b.* Talis perturbatio in Deo concipi non potest, sed ea non pertinet ad essentiam iræ.

Sin qualemcumque nocendi affectum], Affectus ille nocendi perjuris, & castigandi malos, summam perfectionem infert.

Unde vis jurisjurandi oriatur], Diximus, vim juramenti oriri ex mentione rei nobis sanctæ, & inviolabilis, & a metu violandæ illius rei.

Et quo pertingat usque], Regula est, quod jurare possit is, qui potest de jure suo disponere.

nes mentales in causis religionis, quasi eo necessitatis redactus sit Deus, ut fraudibus, & mendaciis hominum ad defendendum cultum sui uti teneatur.

Additio.

„ Hinc impia est sententia Mediolanensium, qui Friderico I. regessera, juravimus quidem, sed juramentum attendere non promisimus; apud *Radev. Hist. Frid. I. l. 2, c. 5. Conf. Puf. l. 4, c. 2, §. 51* & ea, quæ diximus supra *L. 2, c. 4, §. 3, l. 2, c. 11, §. 1, prop. IV; & quæ dicemus infra L. 3, c. 1, §. 17, n. 2.*

Quia obligatio a juramento est inseparabilis], Vera ratio est, quia juramentum accedit promissioni, eamque firmat: qui proinde jurato promittit, jurato quoque se obligat.

A D §. III.

A D §. II.

Et hic habet locum], Nam juramentum, quod accedit promissioni, nihil aliud est, quam promissio jurata.

Ut animus rationis compos], Nam intelligere debet is, qui disponit, nedum qui jurato disponit.

Et deliberatus] I. e. Animus se obligandi. *Vide supra c. XI, §. 4, n. 3.* Hinc qui prælegit alii juramentum, etsi proferat verba, *ego juro* &c, non tamen pro jurante habetur, quia eo animo verba illa jurantia proferit, ut alter inde obligetur, ipse interpretem saltem agat. Hinc formula, *jurare ex animi sententia.* *Cic. Ac. qu. 2, 47.* Et idem *L. 1, off. 13,* ait: *semper in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum.*

Mente juravi nihil], Eodem sensu *Cicer. 10 ait l. 3, de orat. c. 108. mentem injuratum gero.*

Quod si quis volens jurare obligare se noluerit, non eo minus obligatur] Contradictorium est velle promittere, & quidem jurato, nec tamen inde velle obligari. Sane, ut in pactis, ita in jurejurando id demum valet, quod inter utrumque actum est, non quod simulatum, aut ab uno mente reservatum est. Jurare ergo debet de eo, de quo quæritur inter utrumque, non de eo, quod in animo jurantis latet; de eo enim quæstio non erat. Omnium autem improbißimæ sunt reservatio-

HUMC non obligari, sunt qui tradunt] Hæc est sententia eorum, qui se ex societate Jesu esse jactant. *Vid. Parallele de la doctr. des payens, &c. cap. 9.*

Peccare tamen temere jurando], Non autem temere jurari, ajunt, si hæreticis juratur.

Verius est, teneri eum vera facere dicta, quorum Deum adhibuit testem], Nam id inter utrumque actum est, & de eo inter utrumque quæstio erat; prout igitur partes disponunt, ita jus est. Egregie id illustret *Pufend. J. Nat. l. 4, c. 2, §. 5.*

Nam is actus, qui per se est obligatorius, ex animo deliberato processit] Ideo enim jurato alteri promittitur, ut is fidem promissis habeat. Sane, jurans non sibi asserit, sed alteri fidem facit: unde necessario sequitur, verba jurantia intelligi debere prout uterque ea intelligit. *Vid. §. præced. & supra l. II, c. XI, §. 1, prop. 2.*

Quomodo putat intelligi], Adeoque omnino perjurium est si ego juro juxta meam mentem, cum sciam alterum, cui fidem facere debeo, aliter intelligere. Unde Romani juramentum apud *Livium 22, 58,* secundum Annibalis mentem, non illius veteratoris callidi, interpretabantur. Exempla reservationum talium vide apud *Gell. 7, 18. Liv. 1, 11. Priol. l. 2. Auctorem nepotismi p. 1. l. 3. Pufend. J. N. l. 4, c. 2, §. 12. Thuan. l. 4, ad an. 1547, p. 81. vid. Term. b. U*

Ut mens deferentis conciperet fieri oportere]

» Adeoque uti mens inter utrumque declarata est.

» *Liquido jurare*] „ Auctor hic respicit ad l. 18, ff. *jurej.* ubi liquido jurare, est jurare debitum non esse : adeoque non ibi queritur de reservatione mentali. Eadem locutio occurrit apud *Terent. Andr.* 4, 3, 13. *Ovid.* 3, de *Ponto* v. 48. Vid. *Cujac.* 5, O. 33. & *Goth.* ad d. l. 18.

» Ideo *Metellus recte recusavit jurare in legem Apulejanam*] „ P. Appulejus Saturninus,

» Tribunus plebis, qui tribunatum triennio continuavit per vim, atque seditionem, legem ad populum ferre voluit de semissibus, & trientibus tritici, hordei que, populo remittendis. Equidem auctor hujus legis occisus fuit. *Augustin. de Legib. voce Appuleja* : at cum turba plebis instaret ut Senatus legem talem ferret, & jurejurando firmaret, Marius, malæ famæ homo, cum de lege Appuleja in Senatu quæstio moveretur, multa in speciem de impotentia Saturnini questus, neque se juraturum neque alium, qui saperet, facturum existimare, liquido fuerat contestatus ; diebus paucis post trepide Senatum cogit, verbisque de lege, & jurejurando factis, venisse sibi in mentem, ait, salubre consilium, ne plebs irritata turbas det si jurare Senatus nolit, censere jurandum in legem, si quidem lex esset : ita deceptam agrestem multitudinem urbe amoveri, neque religione quenquam ejus servandæ legis adstringi, quam per vim, & contra auspicia latam Jove tonante constaret. *Supplem. Liv. Freinsb.* l. 69, c. 14. Hoc Metellus id eo recusavit, quod juramenta non ad suum tantum, sed & alterius captum facta obligent. Quare maluit urbi ingrata cedere, & exul e patria vivere, quam pejerando Deorum vindictam, omnium bonorum indignationem, & ipsius virtutis censuram incurrere. *Hemminges in not. ad b. §.*

» Ita intelligendum si lex rite &c.] „ Cum ex mente, & intellectu plebis jusjurandum præstandum fuerit, Metellus non potuit absque perjurii nota consilium Marri sequi.

» *Quarquam in promissis aliis facile subintelligitur tacita aliqui conditio, id tamen in juramento admittendum non est*] „ Immo in promissis nunquam intelligitur nisi id, quod inter utrumque actum est : nec tacitæ con-

» ditiones eis insunt, nisi ex ipsa rei natura sequantur ; uti si fructus nascituri promittuntur ; tunc enim ex rei natura inest dispositio si nascuntur : adeoque si fructus nascituri jurato promittuntur, non debetur nisi quod natum est ; ut proinde hæcenus nulla sit differentia inter promissiones, & juramenta.

» *Fidem fecit jurejurando*] „ I. e. per se ipsum, tanquam rem sibi sanctam, promissit.

» *Et magis secundum id, quod videtur nobis, quam quod est*] „ Quod exemplis illustrat n. seq.

» *Deus vere decreta sua non mutat*] „ Mutatio enim involvit imperfectionem, quæ in Deum non cadit : de quo plenius egimus *supr.* l. 1, c. 1, §. 10, n. 5.

» *Ob conditionem tacite intellectam*] „ Adeoque ubi mutatio non in re est, sed in verborum sono.

» *Jerem. XVIII. 8.*] „ Si penitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei.

» *Exempla videre est*] „ Deus enim regi Geraræ comminatur : *Ez morieris propter mulierem, quam tulisti ; habet enim virum. Gen. 20, §. 3.* At postea mutat sententiam, & sub conditione minitatur : *si nolueris reddere, scito quod morte morieris tu, & omnia, quæ tua sunt. Ibid. v. 6.* Deus ab Israëlitis offensus constituit, se nullam eorum curam amplius habere velle ; & mox placatus dicitur, ne faceret quod locutus erat adversus populum suum. *Exod. 32, n. 10, & 14.*

» Achabo, Israëlitarum regi Deus per Eliam mortem violentam, omnisque generis mala nunciavit. At quia humiliatus est domini causa, non induxit malum in diebus ejus, sed in diebus filii ejus. 1. *Reg. 21, v. 19, 21, & 29.* Amos jussu divino indixit Mortem Ezechæ ; postquam vero pœnituit regem, Deus addidit vitæ ejus adhuc 15. annos. 2. *Reg. 20, v. 1, & 6. Ezech. 38, v. 1, & 5.* Deus non delevit Ninive, etsi id minatus fuerit per Jonam. *Jonæ. 3, v. 5, & 10.*

» *Quo sensu Deus etiam nos fallere*] „ Quia scilicet conditionem tacitam, sub qua Deus promissit, non implevit.

» *Significationem habere eventus spem frustrantis*] „ Quia indignos nos reddidimus spe, quam merentibus saltem pollicitus est.

Facil.

Facillime autem id procedit in comminationibus] „ Immo comminationes divinæ non magis, quam promissiones, subjacent mutationi; omnis enim mutatio voluntatis imperfectionem infert. At quia promissiones, & comminationes tantum sub conditione fiunt, sponte sequitur, cessante hac conditione, quæ ex ipsa essentia divina eis inest, neutro casu mutari voluntatem, sed conditionem deficere.

Quia illa jus nemini conferunt] Adeoque nemini fit injuria.

In promissis interdum, ubi scilicet conditio tacita &c.] „ Multo magis comminationibus talis conditio tacita inest, nisi respiciant; Deus enim pœnam non comminatur probis.

5 Duas res Apostolus nominat, qua immutabilitatem notant] „ Putat Auctor, conditiones illas tacitas cessare si Deus promissionem jurato firmat. Quod non admittimus. Si enim promissio tacitam continet conditionem, ipsi juramento quoque illa conditio inerit; juramentum enim saltem est confirmatio dispositionis. Nec rationem video cur Deus mutare non possit juratam promissionem, si is, cui juratum est, indignum se reddiderit. Ipse Auctor in contrarium allegat exemplum, ubi Deus Israelitis pollicitus est ingressum in terras Chanaan, Ex. 33, v. 1: & quidem vi juramenti Abræ præstiti, Gen. c. f. v. 24, & Num. 32, v. 11; & tamen juratam hanc promissionem mutavit. Num. 32, v. 13. Sed ipse rationem mutationis addit, quod sub conditione promississet si custodierint mandata ejus, & ambulaverint in viis ejus omni tempore. Deut. XIX, 8, & I. Idem disertis verbis traditur Deut. 28, v. 9: suscitabit te dominus in populum sanctum, sicut juravit tibi si custodieris mandata domini tui, & ambulaveris in viis ejus. En hic juratam promissionem, cui conditio inest.

Promissionem, quia jus dat] „ Deus enim promittendo jus transfert in eum, cui promittit.

Et juramentum, quia conditiones tacitas &c. repellit] „ Contrarium probavimus in præcedentibus.

Uti videre est etiam Psalm. LXXIX.] „ At ibi non dicitur, Deum velle servare juramentum etiamsi mali fuerint; sed contrarium potius ibi statuitur. Nam Psalmista inducit Deum cum Davide loquentem, ei-

que promittit benedictionem, quod eum invocaverit; & tum pergit: si autem dereliquerint filii legem meam, visitabo in virga iniquitates eorum. Tandem vero addit, se nolle misericordiam ab eis dispergere, quia semel juravit &c. Quæ verba tacitam conditionem habent, si pœnitentiam egerint.

Aliud est si quas conditiones ipsa negotii natura aperte indicet] „ Immo natura perfectionis divinæ semper indicat, Deum nec malos præmiis, nec bonos pœnis afficere; adeoque si promittit, etsi jurato, semper ex natura negotii inest conditio, si meruerint.

Quod legitur Num. XIV.] „ Ubi Deus in pœnam populo declarat, quod non intrabunt terram Canaan: quæ tamen jurato ipsis promissa erat.

Terram promissam jurato dici ipsis non personis, sed populo] „ At si tum viventibus personis non promississet, si juramentum ad eos non spectasset, non posset allegare quod in pœnam intrare terram, jurato ipsis, & patribus eorum promissam, non deberent; sed & dictum jam est, ex ipsa negotii natura ejusmodi promissis tacitam inesse conditionem.

Talis autem promissio impleri quovis tempore potest, nec personis certis adstringitur] „ Immo si Israelitæ tunc viventes, & populum constituentes, probi fuissent, Deus non potuisset eos excludere ab introitu: at quia defecit conditio, defecit quoque dispositio, & voluntas Dei jurantis.

A D §. IV.

AUCTOR quærit, an juramentum dolo elicitum obliget? Resp. idem hic obtinet, quod in pactis; nam agit de promissione jurata: adeoque uti promissio dolo elicitæ valet, ita & valet juramentum. At si promissor dolo alterius inductus est, agit ad id, quod juranti ex dolo alterius abest. Vid. c. 11, §. 6.

Ex his, qua diximus, intelligi potest] „ Scilicet ex eo, quod in jurante requiratur animus rationis compos, & deliberatus (Vid. §. 2), & quod is, qui sciens juravit, teneatur adimplere promissam, quodammodo putat intelligi. Vid. §. 3.

Quod dolo elicitum est] „ Si in rem jurato consentit, sed ad contrahendum dolo inductus

„ ductus est. Conf. not. ab hac quartam.
 „ Nam si certum est] „ Auctor igitur servan-
 „ dum, ait, esse tale juramentum, si
 „ sciens idem fuisset juraturus, alias secus.
 „ At recte quærit Tesmarus hic, quisnam
 „ iudicium feret? Neutrum pacifcentium id
 „ sibi arrogare posse, probat Pufend. de J.
 „ N. l. 4, c. 2, §. 7.

„ Supposuisse quod revera ita se non habet]
 „ Auctor rationem decidendi circa materiam
 „ erroris in falsa præsumptione facti consti-
 „ tuit, quod late refutavimus supra c. 11,
 „ §. 6.

„ Ac nisi id credidisset, non fuisse juraturum]
 „ Adeoque non videtur consensisse, nisi sub
 „ quadam conditione, quæ re ipsa non exi-
 „ stit. d. §. 6.

„ Non obligabit juramentum] „ Immo obli-
 „ gabit, modo in re consensum sit: nam
 „ qui in genere juravit, tenetur etiam de
 „ non cogitatis; quia alter ideo genus elegit,
 „ ne unam e speciebus omitat, cum de om-
 „ nibus cogitare non possit.

„ At si dubium sit an sine eo idem fuisset
 „ juraturus, standum erit verbis] „ Tunc
 „ enim cessare videtur ratio illa, quod ju-
 „ rans se fundaverit in veritate facti, quod
 „ non est, quia de eo non constat. Nos
 „ jam diximus, semper standum verbis,
 „ sive dubium sit, an jurans supposuerit fa-
 „ ctum, quod revera ita se non habet, sive
 „ id certum sit; modo in ipsa re, de qua
 „ jurato promittitur, partes consentiant.

„ Quia simplicitas quam maxima juramento
 „ convenit] „ Vera ratio est, quia partes in re
 „ ipsa consentiunt; prout igitur de re illa
 „ disponunt, & quidem jurato, ita jus
 „ est.

2 „ Atque huc refero jusjurandum, quod Josue,
 „ & primores Gabaonitis dederunt] „ Immo Jo-
 „ sua, & primores non jurabant de non co-
 „ gitatis, quin suspicabantur imposturam.

Additio.

„ Auctor statuit, hoc juramentum ideo
 „ vim juris obtinuisse, quia dubium fuit, an
 „ non etiam sine eo idem fuissent juraturi:
 „ quod statim examinabimus.

„ Equidem mirum videtur, juramentum
 „ hoc ab ipso numine pro valido declaratum
 „ fuisse, cum 1. injustum, (utpote contra
 „ legem præstitum) præterea 2. errore, &
 „ 3. dolo elicatum fuisse, videatur.

„ At merito asserimus, injustum non fuisse
 „ se intuitu Gabaonitarum, quia hi ab hoste
 „ extrema metuentes, salutis suæ consule-
 „ Tom. III.

„ bant, & vitam sibi salvam stipulaban-
 „ tur; quod negotium hæcenus licitum fuit.

„ Neque allegari potest prohibitio divina
 „ Israëlitis declarata, ne cum populis damna-
 „ tis fœdus ineant, immo ne viâ ipsorum
 „ parcant; nam hæc prohibitio solis Israë-
 „ litis declarata fuit, adeoque illi soli ex ea
 „ lege obligabantur. Hæc ergo prohibitio
 „ non impedit quo minus teneantur damna-
 „ to populo, si neglecta prohibitione divi-
 „ na fidem ei darent: adeoque Israëlitz in
 „ Deum peccarunt; at jus ex illo promisso
 „ Gabaonitis naturali ratione quæsitum vio-
 „ lare non potuerunt. Vid. infra ad num.
 „ 3. not. quartam.

„ Sed & porro asserimus, nec propter
 „ errorem vitari promissionem hanc juratam.
 „ Nam non erratum est in persona, sed in
 „ qualitate saltem personæ; qualis error non
 „ vitiat negotium; præprimis cum Israëlitis
 „ succenseri possit quod sua culpa decepti
 „ fuerint. Nam dubitaverunt de fraude, &
 „ nihilo minus in genere fidem jurato dede-
 „ runt. Qui autem in genere jurat, jurat in
 „ omnes species. Sane, interrogando Deum,
 „ facile certiorari de conditione populi po-
 „ tuissent.

„ Denique nec dolo negotium hoc irritum
 „ reddit. Non enim dolo videtur agere, qui
 „ dissimulando tuetur tum sua, tum aliena,
 „ l. 1, §. 2, ff. dol. mal. Sane, Gabaoni-
 „ tæ de sua salute, de incolumitate vitæ
 „ agebant, quam tueri naturali jure lici-
 „ tum est.

„ Cur ergo Israëlitz Gabaonitas servos fa-
 „ cerunt, i. e. onus perpetuum ipsis impo-
 „ suerunt, si promissio iusta fuit? Resp.
 „ quia ipsis nil nisi vitam salvam promise-
 „ runt: sed & in pœnam mendacii onera
 „ quædam jure imponi potuerunt. Accedit
 „ quod ipsi se in servitutem obtulerint.

„ Non igitur defendi hoc juramentum po-
 „ test ex lege divina, quæ refertur Deut.
 „ XX, v. 9, seq. ubi Israëlitis injungitur
 „ ut supplicibus, & veniam deprecantibus
 „ ac pacem, & religionem amplectentibus
 „ parcerent. Nam lex illa loquitur de popu-
 „ lis non damnatis; de damnatis autem alia;
 „ & contraria lex exstat. Conf. Dissert.
 „ Proœm. XII, pag. 354, 367, & 390.

„ At non inde sequebatur, Josuam, & pri-
 „ mores si scissent, non fuisse eis parcituros]
 „ Immo id necessario sequebatur: nam non
 „ potuisse parcere, apparet tum ex man-
 „ dato

dato divino, tum quia ipsi dubium hoc
Gabaonitis movebant, tum denique quia
Deus maxime improbavit factum Israëlita-
rum. Vera igitur ratio hujus juramenti,
& cur illud valuerit, hæc erat, quia Jo-
sua, & primores, etsi subolerent dolum,
tamen in genere jurarunt.

Not. Maimonides, & post eum *Cinaus*
de Rep. Hebr. l. 2, c. 20, tradunt, Ga-
baonitas nuncios ab Israëlitis initio missos
respuisse, postea, pœnitentia ductos,
gratiam quælivisse, & ideo fraude usos esse.
Conf. *Pufend. l. 4, c. 2, §. 7.*

Hanc habere sensum potest], Immo hunc
sensum habere non poterat, quia prohibi-
tio divina in eo consistebat, ne gentiles
cum Israëlitis habitarent, adeoque nec ut
dedititii. Sane, Deus ipse improbavit hoc
factum, & in pœnam, ut hostium, &
seductorum loco Israëlitis sint, inter eos
habitare iussit. *Jos. 23, v. 13. Jud. 2,*
v. 2, §. 3.

Sociale, an dedititionis], *Fœdus sociale*
est, quo ut æquales junguntur; *dediti-*
tium vero, quo subditi, immo servi fiunt.
Vid. l. 3, c. 20, §. 49, §. 50.

Ut ostendant Hebræi, licitum sibi non esse
cum quibusdam populis socius inire sociale]
Contrarium aperte constat ex ipsa Josuæ al-
locatione; suspicabatur enim eos Cana-
næos esse, indeque ex ipsis percontatur
an habitent in terra, quæ forte Israëlitis
debetur, cum quibus nullum fœdus inire
possent. *Jos. IX, 7.*

Dedentibus se vitam relinquere posse], Immo
si id facere potuissent, cur fraude egissent
Gabaonitæ? cur populus murmuravit con-
tra principes? Sed & principes cum ad
instantiam populi nolent percutere Gabao-
nitas, non allegabant, quod fœdus dediti-
tium inierint, (id enim verum non esse,
vel exinde apparet, quia in pœnam men-
daci demum eos tributarios fecere. *Jos.*
IX, v. 23.) sed quod per nomen Domini
eis juraverint, *v. 18, §. 19.*

Ex legis alterius comparatione]], Im-
mo lex illa, quæ *Deut. XX, v. 10* sta-
tuitur, loquitur diserte de hostibus non
Cananæis. At præcepta ab Israëlitis obser-
vanda, ex quo ejectæ erunt gentes dam-
natæ, recensentur *Deut. c. 17, v. 14,*
c. 18, v. 9, c. 19, v. 1, §. v. 8.
Historia Rababa], Hæc profelyta justi-
tæ facta est, adeoque inter populos da-
mnatos recenseri non potuit. Unde & in

distributione terræ promissæ ea quoque
partem accepit. Ex hoc exemplo igitur
non probatur, fœdus dedititium cum 7.
populis iniri potuisse: nam præcise man-
dato divino prohibitum erat ne cum gen-
tibus damnatis habitent, *Exod. 23, v.*
32. Num. 32, v. 52, §. 55; nec
inire fœdus cum iis debebant. *Deut. 7,*
v. 2. Exod. 34, 12. Jos. XI, 11. At-
que hinc admodum improbavit Deus quod
mandatum hoc neglexerint: *mandavi,*
ait, ut non serivetis socius (sive sociale
sive dedititium) *cum habitantibus terræ*
hujus, §. noluisse audire vocem meam;
quam ob rem nolui eos delere a facie vestra,
ut habeatis hostes. Judic. 2, v. 2, §.
3: vel ut Josua c. 23, v. 13, ait, ut
sint vobis in foveam, ac laqueum, §. of-
fendiculum ex latere vestro, §. sudes in
oculis vestris &c.

Et Solomonis, qui Cananæorum reliquias
sub imperium, ac tributum accepit], *v. 1.*
Reg. IX, 21. Solomo non ideo reliquias
illas accepit, quod statim imperata fecis-
sent, sed quia Deus noluit eas delere in
pœnam. *Jos. 23, v. 13. Judic. 2, v.*
2, §. 3.

Atque huc pertinet], Scilicet ut probetur,
dedentibus se vitam relinquere potuisse, quia
lex excipit eos, qui imperata facerent.

Nullam fuisse civitatem ex populis septem,
quæ pacem, fecerit], Cur ergo contra præ-
ceptum divinum vita pluribus ex his po-
pulis damnatis relicta fuit? Resp. Deus
in pœnam Israëlitarum quosdam servavit.
Judic. 2, v. 2, §. 3. Nam præter Ga-
baonitas (*Jos. XI, 19, 20.*) super-
erant Gazæ, Gath, & Asdod; liberi
Enakim *Jos. XI, 22, §. XVI. 10,*
quinque populi Philistæorum. *Judic. 3,*
v. 3, & alii. ibid. Tempore Solomonis
superfuisse plures ex Amorrhæis, Hethitis,
Pherelitis, Hevitis, & Jebusitis, patet
ex *v. Reg. IX, 21*; ubi additur, quod
exterminare eos non potuerint. *Conf. Jos.*
15, v. 63. Temporibus Servatoris Ger-
gesæorum mentio fit, qui inter populos
damnatos recensentur. *Gen. 10, v. 16.*

Quare cum credibile esset si rem ipsam Ga-
baonita indicassent, vitam salvam sub paren-
di conditione impetraturos fuisse], Immo
impetraturi id non fuissent, quia id con-
trariebatur præcepto divino. Idque fati-
s cognitum habebant Gabaonitæ; nam ideo
fraude utebantur.

De eo violato postea pena sumta fuit gravissima, Deo auctore] „ Nam injurias a Saül
 „ ipsis illatas Deus vindicavit internecone
 „ fere totius populi. 2. Sam. 21, v. 1,
 „ 6, & 14. Equidem mirum videtur,
 „ Deum tam severam vindictam sumsisse ob
 „ violatum foedus, quod contra ejus præ-
 „ ceptum initum fuit. Resp. duo in hoc foede-
 „ dere spectanda esse 1. præceptum de non
 „ ineundo foedere: 2. foedus ipsum jurato
 „ cum Gabaonitis initum. Illud vim saltem
 „ habet inter Deum, & Israëlitas; adeoque
 „ Israëlitz male egere foedus ineundo: hoc
 „ intercessit inter Israëlitas, & Gabaonitas;
 „ atque ex hoc pacto verum jus Gabaonitis
 „ quæsitum fuit. Sane, Deus prohibuit
 „ quidem Israëlitis ne foedus inirent; sed
 „ non prohibuit ne initum servarent.

Quia firmata erat sacramenti religione]
 „ Id enim ipse Josue populo murmuranti op-
 „ posuit. Jos. IX, 18, 19. Vide omnino
 „ Aut. Matth. ad l. 43, tit. ult. c. 1, 1,
 „ n. 5, apud Tesm. b.

Jam sua deditioe subditi Hebræorum] „ At
 „ hoc ipsum repugnabat mandato divino.

Personali cuidam servituti] „ Servos veros
 „ non fuisse, exinde apparet, quod civita-
 „ tis formam retinuerint; nam civitas eo-
 „ rum, a Gentibus obsessa, a foederatis
 „ Israëlitis liberata est. Jos. X, v. 1, seq.
 „ Et temporibus Davidis propriam civitatem,
 „ et si certa servitii lege Hebræis subjectam,
 „ constituisse, probabile est ex II. Sam. 21.
 „ Ad tributariam conditionem recipi] „ Jux-
 „ ta præcepta divina nec sub lege tributi
 „ recipi potuerunt: Deus enim eos extir-
 „ pare jussit. At postquam Josue populum
 „ salvum fore pactus est, omnino ad tribu-
 „ tariam conditionem recipi potuerunt.

bant juvenes, qui præstito juramento accessere. Just. l. 3, c. 3.

Aliud enim est dare, aliud amissum non repetere] „ Hæc ratio ad exemplum Benjami-
 „ tarum non quadrat, qui nec dederunt
 „ aliquid, nec amifere quicquam, quod
 „ repetere voluissent: vera ratio est, quod
 „ non juraverint de aliorum filiis non rapien-
 „ dis; neque illicitum id fuit, quia Galaa-
 „ ditæ odio populi filias suas negaverunt. Ju-
 „ dic. c. 21, v. 22.

Qua indulgentia congruo intemperantia susplicio non videtur vacare] „ Nullum intempe-
 „ rantiz vitium hic subest; nam ideo rapie-
 „ bantur, ut connubii sacramento jungeren-
 „ tur, d. c. 21, v. 23. De justitia facti
 „ hujus vide L. 2, c. 2, §. 22.

Non dissimile est quod Achæi] „ Achæi
 „ perjuri non fuerunt, non ideo, quia ju-
 „ ramentum ultra receptum morem non est
 „ extendendum, sed quia revera illi, quæ
 „ juraverant, non mutaverunt, verum Ro-
 „ mani ipsis invitis, uti jam videbimus.

Nec Achæos religione obstringerent, irrita ea, quæ jurejurando sanxissent, faciendi] „ Achæi non solum crudeliter cum Lacedæ-
 „ moniis egerunt, sed & durissimas iis im-
 „ posuere leges. Romani, quibus inæquali
 „ foedere juncti erant Achæi, jusserunt hos
 „ ut decreta revocarent; regerebant Achæi,
 „ se non tollere posse absque perjuri nota,
 „ quæ jurejurando, quæ monumentis lite-
 „ rarum in lapide insculptis in æternam me-
 „ moriam sancta sunt: tandem instantibus
 „ adhuc Romanis, petierunt ut ipsi Romani
 „ decreta mutarent, ne ipsi perjuri fierent.
 „ Liv. 39, 37. Quod fecere Romani. ibid.
 „ c. 48.

A D §. V.

Non tamen ultra receptum loquendi morem extendenda §c.] „ Verba enim sunt si-
 „ gna, quibus declaratur animus, & vo-
 „ luntas: hinc verba valent usu, sicut num-
 „ mi.

Raptas cum raptoribus vivere permiserunt]
 „ Ipsi enim saltem jurarunt de suis filiabus non
 „ dandis, nec etiam dedere: sane, de non
 „ rapiendis aliis non erat juratum; adeoque
 „ hæc plane distincta sunt. Sic Spartani juran-
 „ tes se nunquam reverfuros nisi expugnatis
 „ Thebis, sub formula illa non comprehende-

A D §. VI.

OPORTET obligatio sit licita] „ Ju-
 „ ramentum enim est sicut item confirmatio obli-
 „ gationis; ubi proinde obligatio nulla est,
 „ ibi nec confirmatio accedere potest: non
 „ entis nullæ sunt affectiones.

Nullas vires habebit jurata promissio de re illicita] Diximus supra c. XI, §. 9, pro-
 „ missionem de re illicita nullam esse, quia res
 „ non est in facultate nostra, adeoque de ea
 „ disponere, & in alium jus inde transferre non
 „ possumus: tantum ergo abest nos ex tali pacto obligari, ut nec facere id possumus, quod
 „ promissum est: l. 5. C. de Legib. & imple-

do jusjurandum non liberamur a peccato, sed illud augemus.

Aut naturaliter, aut divina interdictione, aut humana] „ Quia tunc facultas nostra „ agendi restricta est vel jure naturæ, vel „ lege divina, vel lege humana: deficientem „ ergo facultate quicquid agitur irritum „ est. d. l. 5.

Addit enim culpam culpa] „ Adeoque duplex hic peccatum subest: 1. quod rem illicitam jurato promittit: 2. quod juramentum implet rem illam illicitam faciendo.

In Davide, qui Nabali pepercit, quem se occisurum juraverat] „ 1. Sam. XXV, 21.

„ Unde deinde gratias egit Deo, quod juramentum non impleverit, *ib. v. 34.* Atque „ hinc nec Herodes obligatus fuisset Herodiadi, caput Johannis petenti, fidem jurato datam servare, nisi amor prævaluisset.

Cicero simile ponit exemplum in voto Agamemnonis] „ L. 3, de offic. c. 25. Quid „ Agamemnon? cum devovisset Diana quod „ in suo regno pulcherrimum natum esset illo „ anno, immolavit Iphigeniam. . . . Promissum potius non faciendum, quam tam „ tetrum facinus admittendum fuit. Ergo & „ promissa non facienda nunquam.

Mirum est si fides appellatur] „ Quia scelus est, fidem de tali re dedisse.

A D §. VII.

I MAJUS bonum morale impediens] Quæritur, an juramentum, quo aliquid contra perfectionis regulas fieri promittitur, valeat? Auctor recte id negat. Etsi enim dispositio hæc non repugnet justitiæ, quia nemini fit injuria, & jurans de suo jure disponit, tamen obligari ex tali jurejurando ideo nequit, quia obligatio demum oritur ex voluntate Dei, qui non vult turpia; pugnat enim cum ejus perfectione, prohibere virtutes, quas adeo voluit, & obligare aliquem ad vitia, quæ adeo improbat. Unde in L. 2, C. ad leg. Jul. Maj. si quis per nomen principis juret, se semper iratum servos fore, & putet se non servando juramentum crimen læsæ majestatis committere, Imperator id vocat alienam fœdæ sue sollicitudinem. Potest ergo quis omittere virtutes, nec injuria est: at non pacto de iis omittendis obligari; id enim non est ex Dei voluntate, sed contra eam. Conf. *supr. c. II, §. 8.*

Additio.

„ Immo omnem promissionem, etiam juratam, de eo, quod cum perfectione pugnat, jure naturæ licitam esse, & juramentum inde obligari, probavimus *supr. c. XI, §. 8.* Cum enim virtutum actus arbitrio hominum relicti sint, idque ex ipsa natura perfectionis sequatur, pro lubitu homines de iis disponere, jurato quoque, possunt. Si proinde dominus servo suo in perpetuum irascitur, servo non fit injuria, nec ille queri de domino potest. At perfectioni repugnat tale juramentum.

Profectum in bono] „ I. e. incrementa virtutum. Mens Auctoris est, facultatem bene agendi non a nobis, sed a Deo esse; unde concludit, nos libertatem exercendi virtutes, quando a Deo tanquam Auctore boni nobis obvenit, eripere nobis ipsis non posse. Hæc ratio decretum abolutum sapit, quod non agnoscimus: sed & fallit illa ratio; si enim Deus nobis libertatem, i. e. facultatem agendi, vel non agendi concedit, eo ipso sequitur, in nostra potestate esse, bonum illud negligere, quia alias libertas non esset, sed necessitas. Adeoque in hominis libertate est votum facere de non benefaciendo aliis, quod omni dubio caret si in favorem piæ causæ id voteat, & magis Deo dicatum esse velit, quam aliis.

Philonis] „ Imperfectionem infert hoc jusjurandum, non injuriam. Unde jurans, ei obligatur, cui juravit.

Id enim est νόσθῶν] Immo hoc votum plane ad juramenta non pertinet. Promissioni enim non adjicitur mentio rei sanctæ, cujus metu a violatione deterretur: neque firmandæ rei causa accedit. Unde nec perjurium fit si votum non impleatur, sed vovens compelli jure civili demum ad implendum potest. Formula igitur, νόσθῶν esto, nihil aliud est, quam votum, quo effici solebat ne unquam alicui benefacere liceret; per oblationem enim illam res definebat esse in commercio, & sacerdotibus acquirebatur: non tanquam ex jurejurando, sed tanquam ex voto. Etsi Theophrastus apud Joseph. c. App. l. 1. formulam illam juramentum appellet.

Additio.

„ Ut meam quoque sententiam de formula hac explicem, dico, neque juramentum ibi subesse, uti Auctor putat: neque exactionem, seu anathema, uti Gronovius opinatur.

„ opinatur : neque de quolibet voto loqui
 „ Servatorem , ut quicquid a me boni acce-
 „ peris Deo dicatum sit ; tale enim votum in
 „ genere licitum est : sed agit de voto spe-
 „ ciali, quo quis N. B. PARENTIBUS
 „ declarat , ut quicquid ex se iis profuerit ,
 „ corban sit. Ita enim sonant verba apud Mar-
 „ cum c. 7, v. 11 : vos autem dicitis , si
 „ dixerit homo patri , aut matri , corban
 „ quodcumque ex me tibi profuerit , & ultra
 „ non dimittitis eum quicquam facere patri ,
 „ aut matri &c. Hoc votorum genus merito
 „ improbat Servator , quia legi Mosis con-
 „ trariebatur , qui iussit patrem , & matrem
 „ honorare d. l. v. 10. Honorem autem pa-
 „ rentum Legislatores Judæorum consistere ,
 „ dicebant , in necessitate alendi parentes
 „ etiam ex propriis. Vid. Seld. de jur. nat.
 „ l. 7, c. 2. Si proinde filius tale votum fe-
 „ cerit , ut omnia , quæ parentibus daturus
 „ est , Deo dicata esse debeant , hoc ipso
 „ negaret parentibus alimenta ; disponeret
 „ igitur filius contra decalogi tabulas , & jus
 „ parentibus ex decalogo quæsitum auferret.
 „ Unde notanter concludit Servator , Pha-
 „ risæos rescindere verbum Dei per talem tra-
 „ ditionem , d. l. v. 13, dum sibi vindicant
 „ quod liberi contra legem parentibus aufe-
 „ runt , Deoque dicant.

2 Consecrationis pœna] „ Imo κορβᾶν non est
 „ consecrationis pœna , sed dispositio in fu-
 „ turum eventum suspensâ , eoque valida ,
 „ nisi intuitu parentum fiat.
 „ Etiam si adversus parentes factum esset] „ In
 „ genere igitur valet tale votum , quia vo-
 „ vens de suo jure disponit ; nec cum perfe-
 „ ctione id pugnat , quia maximus perfe-
 „ ctionis gradus est , Deo , & Ecclesiæ be-
 „ nefacere. Excipitur autem casus , ubi tale
 „ votum in præjudicium parentum fit , ut-
 „ pote quibus jus alimentorum ex decalogo
 „ quæsitum est , quod per illam dispositio-
 „ nem ipsis aufertur.
 „ Dikto loco] „ Marc. c. XI, 10, 11, 13.
 „ Resellit Christus] „ Et merito increpat ava-
 „ ritiam Sacerdotum , qui sub prætextu ,
 „ quod vota religiose servari debeant , (de
 „ quo vide Seld. de J. N. l. 7, c. 2,
 „ pag. 835.) parentibus jus ex decalogo
 „ quæsitum falsa hac sua interpretatione au-
 „ ferebant.

In cujus verbis τιμᾶν , honorare , est bene-
 „ facere] „ Immo non in genere benefacere ,
 „ sed parentibus indigentibus benefacere ,

„ eis alimenta præstare &c. &c. ut ex Seld-
 „ no L. 7, c. 2 , probavimus.
 „ Ut collato Marci loco] „ Verum est , in
 „ locis Pauli , & Num. τιμᾶν , i. e. honorare
 „ viduas , ministros Dei , &c. significare
 „ iis benefacere : sed beneficentia illa non
 „ consistit in necessitate alendi indigentes ,
 „ quæ in solis parentibus obtinet.
 „ Sed etiam si adversus alios conceptum sit]
 „ Hoc verum nobis non videtur ; nam tota
 „ ratio alimentorum in aliis cessat. Nemini
 „ fit injuria per tale votum ; dispositio fit in
 „ favorem Ecclesiæ , quod laudabile maxime
 „ est.

Quia , ut diximus , profectui , adversum
 „ est] „ Dixit enim in pr. b. profectum in bono
 „ Deo nos debere , indeque ejus libertatem
 „ nos nobis eripere non posse. At jam notavi-
 „ mus 1. libertatem agendi bonum non esse
 „ ex decreto , sed a voluntate hominis , as-
 „ sistente Deo. Sed & 2. negamus , profe-
 „ ctui huic divino contrariari votum propo-
 „ situm ; nam & hoc bonum , quin majus
 „ bonum est ecclesiæ benefacere. Nullatenus
 „ igitur 3. vitiosum est tale votum , nisi
 „ in solo casu ; quo adversus parentes fit ;
 „ quia jus ex decalogo quæsitum iis auferre-
 „ tur.

A D §. VIII.

Satis enim manifestum est , ad omnino
 „ impossibile neminem obligari] Nam dispositio
 „ demum valet de eo , quod in potestate nostra
 „ est ; quale non est quod vel natura , vel jure
 „ (i. e. moraliter l. 2, c. 16, §. 1.) impos-
 „ sibile est. Conf. c. 28 , X. de jurej. & supra
 „ c. 11 , §. 8.

A D §. IX.

Quod pro tempore] Nam quatenus pos-
 „ sibile fieri potest , non est impossibile.
 „ Aut ex suppositione] „ Uti si quis juraverit
 „ se operas præstiturum , ad quas incapax
 „ est , effectum habet hoc juramentum si
 „ postea capax fiat.
 „ Operam , quam potest , dare debeat] „ Si
 „ non plane incapax est , sed quodammodo
 „ operam præstare potest , omnino eam ,
 „ quam potest , præstare tenetur.

A D §. X.

Quæritur hic de forma juramenti ,
 „ D 3 quibus

quibus verbis, & quo modo concipi debeat? In genere tenendum, jure naturæ juramentum dici omnem promissionem, vel assertionem, quæ fit per rem aliquam nobis sanctam, & venerabilem: unde etiam bene Cicero jusjurandum definit *assertionem religiosam*.

Cum vero res inter homines religiosissima sit Deus, hinc nullum firmitus est jusjurandum, quam quod teste Deo fit; cujus effectus hic est, ut homines, metu violandæ rei adeo sibi sanctæ, eo magis inducantur ad pacta servanda. Qui enim Deum testem promissis adhibet, declarat, se æque servaturum fidem datam, ac honorem creatori suo debitum; simulque implorat hunc testem, ut vindex sit & perfidiæ, & violati honoris sui.

Re convenit], Imo re non semper convenit; alius enim est effectus juramenti, quod per Deum, & per Principem fit, alius juramenti, quod per memoriam majorum, &c. *Vid. §. seq.*

Hunc enim sensum habere debet, ut Deus invocetur], Diximus, verum jusjurandum, esse etfi Deus non invocetur, modo mentio fiat alterius rei nobis sanctæ, vel religiosæ. *Vid. §. seq.*

Qua duo in idem recidunt], Hoc verum est; Deus enim, qui ut testis veritatis adhibetur, non potest non vindicare injuriam, & perfidiam mentientis.

Simul ab eo perfidia ultio poscitur], Nam ea intentione, eoque animo promissor Deum testem adhibet, ut is violata fide vindex sit perfidiæ.

Ideo quia testis], Immo non ideo quia testis, sed quia ex essentia suæ perfectionis non potest non injuriam nomini suo illatam vindicare. Sane, perfidus vilipendit Divinam potentiam, quam vindicemus in casum violatæ fidei imploravit.

Omne jusjurandum in divas definit] I. a. execrationem conjunctam habet; quia jurans sibi imprecatur aliquid mali si fidem fefellerit. Omne igitur juramentum continet execrationem; sed non contra omnis execratio definit in juramentum. Juramentum enim cautio est, quæ supponit præcedentem dispositionem, vel assertionem, cui accedit, & quam firmat. Tale juramentum execrationem continet, quia jurans sibi imprecatur aliquid mali, si fidem fefellerit. Atque hinc formula illa, *si promissa non servavero, diabolus me abripiat*, verum juramentum est. Neque dici potest, assertionem hic non esse religiosam; nam religiosum omnino mihi est corpus, &

anima mea, quam diabolo abripiendam offero. At si execratio non accedit aut promissioni, aut assertioni, sed ex iracundia saltem quis dicat, *Diabolus me abripiat*, hæc nuda execratio est, non vero juramentum; non enim firmat aut promissionem, aut assertionem præcedentem.

Huc pertinent], Auctor ait, victimas, illas nihil aliud esse, quam speciem executionis. Quod verum omnino est.

Ut apparet Gen. XV, 9, & sequentibus], Ubi foedus, quod Deus cum Abrahamini, adhibito sacrificio firmatum est. *Gen. XV, 8, 9, 18.* Sed & alia signa, quæ execrationem inferunt, jungi solebant juramento. Sic cumulum lapidum erectum, legimus passim in sacra historia. Apud Justinum est *L. 22, c. 2: expositis ignibus cereis, tactisque, in obsequia Pænorum jurat.* Apud Xenophontem 4, *de exped. Cyri p. m. 365*, Macrones jurabant data simul hasta barbarica Græcis, a quibus mutuo græcam accipiebant. Apud Marcellinum 17, 27, eductis mucronibus juravere se permansuros in fide.

Apud Livium], *L. 1, c. 24. Conf. Suet. in Claud. c. 25. Briffon. de form. L. 4, p. 356.*

Ita illum], Scilicet violantem pacta.

A D §. XI.

QUESTIO hic celebris movetur, *an etiam per creaturas jurare liceat?* Nos tuto id affirmamus. Nam diximus, jusjurandum nihil aliud esse, quam assertionem religiosam, adeoque fieri illud posse per quamvis rem nobis sanctam, & venerabilem. Non enim solum metu divinæ vindictæ absterremur a violatione rei nobis sanctæ, sed præterea ex duplici capite: Vix quia res illa, nobis sancta, vindicare injuriam suo nomini illatam potest, quo pertinent juramenta per vitam, per nomen, per genium principis, &c. Ita enim Ægyptii jurabant per nomen Pharonis, *Gen. 42, 15*; Græci per Alexandrum, *Curt. 6, 11*; Romani per nomen Augusti, *Suet. in Claud. c. 11.* Unde Horatius Augustum alloquens ait, (*Lib. II. Epist. 1.*)

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

De Honorio canit Claudianus in IV. Consul.

— — — *Juratur Honorius absens.*

Sane, is, qui per nomen Principis pejerat, læsæ majestatis reus fit *L. 2, C. de Reb. cred.*

L. 2.

l. 2, C. ad leg. Jul. Majest. l. 13, l. 33, in f. de jurej. Exemplum in Rubrio affert Tac. l. 1, An. 73. VBI quod metuere debet infamiam ex violatione rei sanctæ, quod fit in omnibus casibus, ubi nullum vindicem perfidiæ implorat jurans: atque huc pertinent formulæ, per vitam præceptoris, 2 Reg. 2, 4, & 6; per amicos; vel uti Nasamones, per viros optimos, ac justos, quorum sepulchra simul tangebant. Vide Herod. l. 4, c. 172. Cajus per nomen Drusillæ sororis, quam amabat &c. Suet. Calig. c. 24. His igitur casibus violatio jurisjurandi non infert ultionem, seu vindictam; nullam imprecamur nobis ablationem boni, vel illationem mali: sed pejerans exponit se malæ opinionis, quam probi, & honesti viri de eo concipient, tanquam de homine, cui nihil inviolabile est. Atque huc quoque pertinet juramentum *bey Cavalier parole*, *bey Fürstlichen Ehren*: nam hic honor sanctus ipsis est, adeoque violare illum nefas.

Constat ergo, etiam per alias quascunque res nobis sanctas, & inviolabiles, aliquid promitti posse, idque verum juramentum esse; etsi in illis negotiis, ubi summa securitas desiderari solet, res sanctissima adjici solet, id est Deus.

Notanter autem de solis *promissis* id statuimus; secus si de *veritate asserenda* agitur: nam assertio veritatis non nisi adhibito Deo teste fieri potest. Veritas enim, de qua asserenda agitur, in animo jurantis latet, adeoque nemo testis hac in re adhiberi potest, nisi is, qui omniscius est, & qui arcana animi cognita habet, adeoque solus Deus. Qua in re differt hoc juramentum a juratis promissis; ibi enim ex eventu apparet, an promissio impleta sit, an non.

Superest ut dubia, quæ circa juramentum per creaturas præstandum afferri solent, solvamus.

Primo autem *obstat*, quod Deus jusserit per suum tantum nomen jurare; non ergo licitum erit jurare per creaturas. Resp. Præceptum illud excludit saltem Deaeros, ne per hos juretur, quia Israëlitis nec sancti, nec venerabiles, sed execrabiles esse debebant.

Secundo *obstat*, formulas has non esse jusjurandum, sed obtestationes, quæ per creaturam nobis religiosam fiunt. Resp. Lusus est in verbis: nam latini talem obtestationem vocant jusjurandum; adeo ut & poena perjurii sæpius ex violatione talis obtestationis detur, d. l. 2. d. l. 13.

Additio.

„ Certum igitur est 1. non ex omni juramento violato de perjurio agi inter homines posse, sed tantum ex eo, quod superiorem testem, & vindicem habet: adeoque non nisi ex eo, quod per Deum, & principem fit. In omnibus reliquis poena perjurii cessat.

„ 2. Nullam video rationem, cur jusjurandum, quo veritas declaratur, non possit per quamvis rem sanctam fieri, si is, cui veritas asseri debet, consentiat. Quando igitur is, cui fides fieri debet, consentit ut asserens per memoriam parentum, majorum &c. rei veritatem affirmet, id verum est juramentum assertorium.

„ Neque *obstat*, quod is, qui testis veritatis adhibetur, omniscius esse debeat: nam hoc ipsum est quod negamus; agitur enim hic de jure ejus, cui fides facienda est; ejus solius interest. Si proinde is consentiat ut assertio fiat non Deo, sed teste adhibita creatura, valet hoc juramentum assertorium ex dispositione partium. Idem quoque obtinet, si cum soli judici fides fieri debet, is juramentum exigat adhibito teste veritatis, qui omniscius non est, quia itidem de jure suo disponit. At regulariter, & ubi illi, quorum interest, non consentiunt, summa securitas exigi solet: atque hæc ratio est cur ibi non soleant admitti alia juramenta, nisi quæ Deo teste fiunt.

„ At, inquis, poenam perjurii illo casu nullam subesse, cum nemo animi secreta experiri possit. Resp. sufficit quod partes, de quorum jure agitur, ita disposuerint, & sibi imputet is, cui fides fieri debet, quod majorem securitatem noluerit adhibere. Sed & porro, licet poena perjurii hic non obtineat, tamen alius metus hic subest, qui asserentem, ne falso asserat, impedire potest, metus, inquam, ne perfidia foræ ex aliis circumstantiis prodatur, eoque fama ejus periclitetur apud bonos viros, tum ob mendacium dictum, tum ob rem sibi sanctam violatam.

Nominatis rebus, personisve] „ Adeoque per creaturas.

Sive quod illas sibi noxias imprecabantur] „ Res enim, per quas juratur, nobis vel *charæ* sunt, vel *exitiosæ*. Priori casu imprecamur nobis ut res illæ charæ nobis auferantur; posteriori casu, ut mala illa noxiis detur, d. l. 2. d. l. 13.

„ bis

„ bis contingant : utroque modo est jusjurandum.
 „ *Ut solem, terram &c.*] „ Jurans enim
 „ precatur ut commoda solis, & terræ auferantur si pejeraverit. Exempla refert Gronovius b.
 „ *Cælum*] „ Gentes per cælum intellexere Jovem cælum inhabitantem : ut proinde juramentum tale non fiat per creaturas, seu res, sed per numen ipsum. Cæterum si jurans per cælum rem creatam intelligat, nihilominus verum erit jusjurandum ; precatur enim ut sibi commoda cæli auferantur.
 „ *Principem*] „ Securitas igitur in eo consistit, quod is, qui per nomen principis jurat, non præsumatur velle violare nomen sibi sanctum, cum metuere debeat vindictam ejus, cujus nomen vilipenderet.
 „ *Sive quod in illis pauperi deposcebant*] „ Quibus precamur ut non tantum nobis male sit, sed & illis, qui nobis cari sunt, adeoque quorum mala nostra esse solent.
 „ *Ut in capite*] „ Precatur enim ut suo capiti mali aliquid contingat. *Gron. b.*
 „ *In liberis*] „ Precatur enim ut liberis male sit, ut privetur solatio liberorum &c. *Gron. b.*
 „ *In patria*] „ Si enim patriæ male est, singulis civibus, eoque ipsi Juranti male est.
 „ *In principe*] „ Calamitas, quæ principi infligitur, redundat quoque in populum : quanquam verior ratio sit, quod Princeps ut index violatæ fidei, & sanctimoniam, tum adhibeatur.
 „ *Non debere juraturos ob rem quamvis*] „ Quia nomen divinum absque gravi causa adhiberi nunquam debet.
 „ *Per parentes, cælum, terram, universum*] „ In levioribus enim causis non opus est summam exigere securitatem ; sed sufficit ibi aliam rem nobis sanctam allegari, quæ probos viros deterret a violatione vel promissi, vel asserti solet : in allegatis igitur formulis jurans precatur ut si violaverit fidem, *parentibus* male sit, (quo ipso incurrit in pœnam statutam iis, qui parentes non honorant,) vel *cæli, terra,* aut *universi* commoda ipsi auferantur.
 „ *Per salutem Pharaonis*] „ Si enim violaret fidem jurans, testaretur se nihili facere salutem principis, quæ injuria est in principem ab eo vindicanda.
 „ *Ut quidam existimant*] „ Qui juramenta per creaturas licita non esse, imò minus

„ licita esse, statuunt, quam quæ expresso nomine divino fiunt, propter Servatoris prohibitionem. *Matth. V, 33, & seq.*
 „ *Vid. Laut. comp. p. 173, ibique Dd. Quid. in not. b. Caus. 22, q. 1, c. 9, & 10.* At recte hos refutat Auctor.

„ *Sed cum Hebraei ea minus curarent*] „ Quia Deus non adhibitus erat testis, aut vindex. Ex Philonis enim ante allegato loco apparet, Judæos facillime jurasse per cælum, per terram, &c.
 „ *Sceptrum non putat esse Deos* :] „ Cum tamen per sceptrum Jovis ejus omnipotentia designetur.

„ *Ostendit & hæc vera esse juramenta*] „ Adeoque non minus licita esse, quam ea, quæ expresso Dei nomine fiunt : indeque eodem jure haberi, quin Deum implicate contineri.

„ *Deum jurare videtur*] „ Precatur enim Deum, ut is omnem salutem juranti auferat.

„ *Respectu enim divini numinis jurat*] „ Deus enim solus salutis mæ auctor est, & solus eam mihi auferre potest.

„ *Qui templo præsidet*] „ Vel potius qui in templo colitur.

„ *Qui cælo velut insidet*] „ Cælum enim pro habitaculo Dei sumitur, et si Deus ubique sit.

„ *Non obstringi homines juramentis per res conditionatis factis, nisi adjecta pœna*] „ Immo hoc nullibi dicitur : sed juranti temere per creaturas pœna, et si levior, infligebatur. *Vid. Ligefoot in boris Hebr. ad Matth. V, 33.*

„ *Hoc enim est juramentum κορβαν*] „ Auctor existimat, *Corban* esse pœnam, quæ adjicitur juramento per creaturam facta, ut scilicet in casum fidei violatæ res Deo dicata esse debeat. At supra dictum est, *Corban* plane non esse juramentum, sed votum, & in loco Matthæi nec promissum, aliquid esse, nec juramentum promissioni accessisse, nec pœnam promisso adjectam fuisse. Sane, Servator loquitur de casu, ubi filius vovet ut id, quod parentibus daturus est, *Corban*, i. e. Deo dicatum esse debeat. Hoc votum, quo parentibus indigentibus alimenta quoque eripiuntur, tanquam decalogo contrarium improbat perfectissimus Servator.

„ *Sed in Tyrriorum quoque legibus mentio exstabat*] „ Nulla gens est, quæ non religione utatur, Deumque colat ; species autem

„ culi

„ cultus est, aliquid vovere Deo, i. e. ei
 „ dicare: sed de ea dicationis specie, de
 „ qua Servator loquitur, in legibus Tyriis
 „ nihil habetur.

„ *Orientis populos dictos Grecis κερβεύς*]
 „ Imo vox hæc barbaros designat, uti ex
 „ Hesychio, & Æschylo probat *Gron. b.*
 „ Sane, vox illa cum formula, *Corban*,
 „ nec nomine, nec sensu commune aliquid
 „ habet.

„ *Huic errori dicto loco Christus occurrit*]
 „ Cui errori? Scilicet, quo Judæi existi-
 „ maverunt, per creaturas jurantes inde non
 „ obligari nisi adjecta pœna, *ut res, violata*
 „ *fide, Deo sacrasit.* At dictum est, Hebræo-
 „ rum magistros nunquam in illo errore fuif-
 „ se, neque votum, ut aliquid Corban,
 „ i. e. Deo sacrum sit, vel pro juramento,
 „ vel pro pœna, summis, neque illud im-
 „ probasse, nisi in solo casu, si votum tale
 „ fiat in præjudicium parentum.

„ Frustra igitur asseritur, Servatorem erro-
 „ rem illum, quem nunquam commiserunt
 „ Judæi, reformare voluisse, & statuisse,
 „ juramentum, quod per creaturas fit, æ-
 „ que juramentum verum esse, ac illud,
 „ quod expresso Dei nomine fit, etsi pœna
 „ consecrationis adjecta non sit.

„ *Dicto loco Christus occurrit*] „ Scilicet
 „ *Matth. 23, v. 21.* At non occurrit illi
 „ errori, sed occurrit traditioni Pharisæo-
 „ rum erroneæ, qui contra mentem decalo-
 „ gi, vota, quibus liberi parentibus indi-
 „ gentibus alimenta eripiebant, valida de-
 „ clarabant; de tali enim voto loquitur
 „ Matthæus: *quicquid parentibus bene fecero,*
 „ *Corban esto.*

„ *Omnibus Geniis angustiore*] „ Veteres
 „ Christiani nolere jurare per genium prin-
 „ cipis. *Tertull. apolog. c. 32, ibique He-*
 „ *rald. p. 125. Job. a Wovern in Oct. Min.*
 „ *Felic. p. 68.* Rationem affert Ziglerus in
 „ *not. b.* quia juramentum hoc vere idolola-
 „ tricum erat, quippe juratur per istum
 „ genium, tanquam divinitatis participem,
 „ & proinde occultorum testem. *Add. Setser.*
 „ *de juram. 1, 15, 35.*

„ *Sed & per majestatem Imperatoris*] „ Pu-
 „ fendorus improbat hoc juramentum *l. 4,*
 „ *c. 2, §. 3;* sed male: nam qui per
 „ majestatem Imperatoris jurat, vel per eum
 „ jurat, qui Auctor est majestatis; vel Im-
 „ peratorem testem allegat, & tanquam vin-
 „ dicem suæ majestatis contra violentem im-
 „ plorat.

Tom. III.

„ *Quæ secundum Deum humano generi dili-*
 „ *genda, & colenda est*] „ Principes enim
 „ sunt vicarii numinis, eorumque majestas
 „ est ipsa majestas Dei, quam violare nemo
 „ impune debet.

A D §. XII.

„ *S i quis per falsos Deos juraverit, obliga-*
 „ *bitur*] Modo jurans veros esse Deos putet.
 „ Nam cum is, qui jurat, abstereri debeat
 „ metu religionis, necessario talis adjecta res
 „ esse debet, quæ juranti religiosa est; & ri-
 „ diculum foret, aliquem adstringere metu re-
 „ ligionis, quam jurans non agnoscit. Semper
 „ igitur religio intelligi debet, quæ respectu
 „ jurantis talis est. Si proinde jurans per Dea-
 „ stros eos credat veros, validum est jusjuran-
 „ dum, *l. 5, §. 1. de jur. d. l. 5, §. p.* qui duo tex-
 „ tus hoc modo conciliari debent. Usus hujus
 „ rei videbimus infra *l. 2, c. 15, §. 8, seq.*

Additio.

„ Ego duos illos textus alio modo conci-
 „ liandos puto. Nam cum in republica Ro-
 „ mana non alii Dii admitti sint, quam a
 „ Senatu probati, *Tertul. in apol. c. 5,*
 „ indeque Cicero novos Deos, & adve-
 „ nas, non admittat in suis legibus, *L. 2,*
 „ *de Legib.* certum est, per Deos non rece-
 „ ptos juramentum deferri non potuisse,
 „ quia cultum id inferret: colere autem non
 „ receptos illicitum erat; atque de hoc casu
 „ loquitur *d. l. 5, §. p. ibi: si quis illicitum*
 „ *jusjurandum detulerit, scilicet improbatam*
 „ *publicam religionis, videamus, an pro eo*
 „ *habeatur, atque si juratum non esset?*
 „ *Quod magis existimo dicendum.* Civis ergo
 „ Romanus non potuit deferre concivi suo
 „ juramentum per nomen Christi, quia co-
 „ lere hoc nomen apud Romanos nefas erat.
 „ Neque obstat *L. 5, §. 1, ff. de jurej.*
 „ ubi Ulpianus ait, Divum Pium rescripsisse,
 „ *jurejurando, quod propria superstitione ju-*
 „ *ratum est, standum esse;* adeoque jura-
 „ mentis, etiam eorum, qui improbatam
 „ religionem profitebantur, standum esse
 „ videtur. Resp. Ibi plane non queritur de
 „ Deastris, neque de jurantibus per Deos
 „ improbatos, etsi juranti sacros: sed qua-
 „ ritur, an valeat juramentum, quod quis
 „ alteri per salutem suam defert? Videbatur
 „ id negandum, quia deferenti salus juran-
 „ tis non erat religiosa; sed merito Ulpia-
 „ nus *d. l. 5. pr. ait, omne juramentum li-*

E

„ citum

„ *citum esse, per quod voluit quis sibi jurari* ;
 „ & tum porro addit, sufficere, rem juranti esse religiosam : idque auctoritate
 „ Divi Pii probat, *qui jurejurando, quod propria superstitione juratum est*, (modo non sit improbata publicæ religionis, *d. l. 5, §. p.*) *standum esse, rescriptis d. §. 1.*
 „ Facile igitur ita conciliantur duo illi textus. In priori agitur de delatione juramenti *illiciti*, & improbatae religionis : hoc juramentum non valet, & habetur pro non præstito, *d. l. 5, §. p.* Posterior textus agit de juramento *licito*, sed quod defertur per rem, quæ deferenti sancta non est : hoc juramentum valet ; sufficit enim, rem juranti sanctam esse, & deferentem voluisse per eam sibi jurari.

Quia quanquam sub falsis notis, generali tamen complexione nomen intuetur] „ Immo id verum non est, sed suum idolum respicit.

Additio.

„ Diximus, juris civilis fuisse, quod inter cives deferri juramentum per Deos non receptos non licuerit, etsi jurantibus forte sacri fuerint, *d. l. 5, §. p.* At aliud jure naturæ obtinet ; nam ibi sufficit rem juranti sanctam esse, eumque ejus violandæ metu deterreri, in qua securitate tota ratio jurisjurandi consistit.

Deus verus in suam injuriam id factum interpretatur] „ Infinita apud gentes legitima exempla, ubi Deus dicitur poenam statuisse etiam in falsorum Deorum violatores, Vid. quæ refert Gronovius *b. Add. Liv. 30, c. 31, 37, & 42.*

Sanctos viros videmus non detulisse] „ Immo si cum gentili res, & ab eo summa securitas exigenda fuisset, nec aliter, quam delato juramento expediri potuisset, deferri ei ea forma debuisset : quia gentibus quoque nihil sanctius, quam idola sua esse solent.

Multo minus ita jurasse] „ Hoc omnino verum est, nec ita jurare potuere, quia jurare per nomen idoli cultus est, colere autem idola nefas erat. Unde inter gravissima crimina apud Hebræos referebatur per Deastros jurare. *Deut. 6, 13. Jerem. 5, 9.*

Quod a Duareno permitti miror] „ Immo is non permittit posterius, sed prius, idque optimo jure. *Duaren. ad tit. ff. de jurejur. c. XI.* Loquitur enim de casu, ubi Christianus Turcæ desert jusjurandum per

„ nomen Mahumedis. Sane, deferens hoc ipso non probat impostorem, nec nomen hoc sanctum esse testatur ; sed cum ejus interfit securitatem promissorum habere, „ morali ratione autem summa securitas sit ex adjectione rei, quæ juranti sacra est, „ ideo absque impietatis nota recipi ejusmodi juramentum potest. Atque id quoque probat Augustinus in *c. 22, q. 16, q. 1* ; „ & ipse Auctor statim concedit, recipi ea forma juramenta a gentilibus posse. Si autem licite recipi possunt, etiam licite sunt deferri. *Conf. Pet. Martyr. loc. com. 2, 6. Soto de Just. & jur. 2, q. 4, art. 3.*

Adduci non possent ut aliter jurarent] „ Immo si gentiles adduci quoque possent ut jurarent per Christum, quem ipsi non colunt, non erit juramentum, quia res ipsis sancta non est, eoque omnis securitas civilis cessat ratione ejus, cui promittitur.

Contraxisse cum eis] „ Nam commerciorum usus ab ipsa natura est, adeoque gentes diversarum religionum, cum necessario quandoque contrahant, quælibet juxta suam religionem contractum firmat. Ipsos quidem ut oportebat jurantes] „ Scilicet per verum Deum, aliasque res sibi sanctas.

Juramentum accipientes, quale haberi poterat] „ Augustinus in *c. 22, q. 16*, affert exemplum Abimelechi, qui Abræ juravit. Aliud exemplum est apud *Tbucyd. l. 5, p. m. 325*, (*Pag. 396. Edit. sec. H. Steph. a. 1588.*) *Qui exigunt ab Epidauris jusjurandum, id ex gant per Semelem.*

Exemplum est in Jacobo, & Labane] „ At dubitare maxime hic licet, num Laban per Deastros juraverit ; testem enim vocavit *Deum Abra, & Nachoris, Deusque patris eorum.* Nam ita Jacobum allocutus est : *Deus Abraham, & Deus Nachor judicet inter nos ; Deus patris eorum, d. c. 31, v. 53* ; at hi omnes verum agnoverunt Deum. Sed & ante jam dixerat : *intueatur, & judicet dominus inter nos, quando recesserimus, &c. v. 49* ; & mox : *nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit, n. 50.* Sane Abraham nunquam consensus fuisset ut filius jungeretur uxori idololatæ ; ideo enim noluit ipsi ex Chananæis uxorem dare. *Gen. c. 24, v. 3, & 4.* Quid vero de idolis sentiendum, quæ Rahel abstulit, *Gen. c. 31, v. 19, 30, 34.*
 „ Sane,

„ Sane, inde non sequitur, Laban Idolola-
 „ tram fuisse; sed eum habuisse imagines sub
 „ certis constellationibus confectas prædi-
 „ cendi causa: qui usus apud Chaldæorum
 „ philosophos maxime obtinuit. *Vid. Stanlej.*
 „ *Hist. phil. part. XIII, pag. 144, seq.* Quod
 „ ex loco Geneleos c. 44, v. 5, probari vi-
 „ detur, ubi Josephus increpat fratres, quod
 „ scyphum, in quo augurari solet, ab-
 „ stulissent.

„ *Hoc est, quod ait Augustinus*] „ Immo
 „ Augustinus non loquitur de Deastris, &
 „ de jurante per Deastros, sed de eo, qui
 „ jurat per lapidem; hoc non esse juramen-
 „ tum, quidam putabant, quia res sancta
 „ non esset juranti: at recte monet Augu-
 „ stinus; tali juramento implorari summum
 „ numen, ut pejerantem vel lapidis ictu pu-
 „ niat; adeoque imprecamur hic nobis ali-
 „ quid mali, ut scilicet damnum per lapidem
 „ nobis inferatur. *Vid. c. 10, XXII, q. 5.*
 „ Cæterum mos ille, quo per lapidem jura-
 „ tur, apud Gentes passim obtinuit; ita enim
 „ misso lapide per Jovem juratum esse, ait
 „ Polybius *Hist. 3, c. 25.*

A D §. XIII.

X PRÆCIDERE controversias] Diximus,
 juramenta accedere vel promissioni, vel asser-
 tioni. De posterioribus verum est, quod tendant
 ad præcidendas controversias. Priorum
 autem effectus est, ut secuta reddantur promissa
 per adjectionem rei, quæ promittenti sancta est,
 & quam non facile violaturus est. Adeoque sunt
 instar cautionis.

„ *Omnis disputationis finis est juramentum rem*
 „ *sanciens*] „ Verum hoc est de juramento asser-
 „ torio, quod consensu partium, vel jussu
 „ judicis præstat. De promissorio enim id
 „ statui non potest.

„ *De re, de qua ambigitur*] „ Adeoque ubi
 „ itidem non agitur de promisso firmando,
 „ sed de veritate dubia per assertionem jura-
 „ tam eruenda.

„ *Quam nulla delebit ætas*] „ Sanctimonia
 „ enim jurisjurandi est ex ipsa naturæ ra-
 „ tione.

„ *Sponsors adhibet Deos*] „ Tanquam testes,
 „ & vindices perjurii, i. e. violatæ sancti-
 „ moniæ.

2 *Duo ergo debet jurans*] „ Jus Canonicum
 „ tria requirit ad verum juramentum: veri-
 „ tatem, judicium, & justitiam, c. 22,
 „ q. 2, c. 2.

„ *Ut verba animo congruant*] „ De quo
 „ late egimus supra §. 2, & 3. ubi diximus,
 „ jurari debere de eo, quod inter utrumque
 „ actum est; & reservationes mentales a
 „ perjurio non liberare.

„ *Ut factum congruat verbis*] „ Hinc si ali-
 „ ter juratur, quam delatum est juramen-
 „ tum, non est juramentum. *Vid. l. 4, in*
 „ *fin. l. 4, & l. 5, pr. jurej.*

„ *Ἐυδοκμεῖν*] „ Quali qui fallit jurando (a
 „ Ἐυδδα fallo, & ὅρκος juramentum.)

„ *Ἐπιδοκμεῖν*] „ Quali qui contra juramentum
 „ venit, (ab ἐπι contra, & ὅρκος jusjurandum.)

„ *Quamquam confundi interdum hæc solent*]
 „ Revera uterque fallit jurando, & uterque
 „ quoque contra juramentum venit.

A D §. XIV.

„ *MATERIA talis sit*] „ De qua jurare
 „ possit. *Vid. §. 6.*

„ *Ut non ad Deum tantum, sed & ad hominem referantur*] „ Adeoque si ex actu hoc
 „ jurato jus aliquod in hominem transfertur.

„ *Jus baud dubie homini ex ipso juramento*
 „ *quæretur, tanquam ex promisso*] Confundit
 „ Auctor promissionem cum ejus confirmatio-
 „ ne; quæ tamen maxime differunt. Ex prom-
 „ missione sola obligatur promittens, qui licite
 „ de suo jure disponit, illudque in alium trans-
 „ fert. Ex confirmatione autem, seu ex adje-
 „ ctione illa rei sanctæ, nullum novum jus
 „ transfertur, sed confirmatur saltem prior dis-
 „ positio. Unde jurans nec magis obligatur ei,
 „ cui promissit, sed securior saltem fit promissio.
 „ Si proinde jurans violat fidem, homini non
 „ tenetur nisi ex promisso, nullatenus autem
 „ ex perjurio, per quod soli Deo fit injuria,
 „ qui vel ipse, vel per vicarium illam vindicare
 „ solus potest. *Vid. supr. §. 1, prop. IV.*

„ *Qui simplicissime intelligi debeat*] „ I. e.
 „ Cui effectu, uti id infra §. 15, n. 3,
 „ explicat.

„ *Aut verba hominem non respiciant, jus ei conferendo*] „ I. e. Si nullum jus in eum, cui
 „ juratur, transfertur.

„ *Aut respiciant quidem, sed sit aliquid, quod ei possit opponi*] „ Uti opponi potest ab
 „ eo, qui metu coactus juravit, adeoque
 „ jus, quod accepit, reddere tenetur.

„ *Ut homo quidem ille nullum jus consequatur*] „ Quia diximus, ex sola promissione,
 „ non ex jurejurando, jus oriri homini. Si
 „ proinde ei, cui juravimus, nihil, vel

non valide promissum est, certum est, eum nullum jus consequi.

At nibilo minus qui juravit Deo obligetur stare jurejurando] „ I tuitu Dei verum est jurantem obligari, non ut adigi possit ad implendum; nemini enim hominum jus inde quaesitum est: sed ut Deo teneatur tanquam perjurus, si non implevit. Conf. 14. §. 3.

In eo, qui per metum injustum causam promissioni jurata dedit] „ Contrarium ipse Auctor docuit supra c. XI, §. 7, ubi statuit, vim, & metum non tollere consensum; adeoque eum, qui promisit jurato, omnino inde obligari, quia vere voluit, etsi coactus.

Aut tale, quod reddere debeat, quia causam damno dedit] „ Hoc verum est: at non eo sensu, quo Auctor id statuit, quasi cogens praecise teneatur ad liberandum eum, qui juravit (*Vid. d. §. 7. n. 2*); sed quia is, qui juravit, propter injuriam separata actione agere contra cogentem potest ad omne id, quod interest.

Quod fidem juratam Babylois regibus non servassent] „ Auctor (ut probet, eum, qui vi, metuque juravit, stare jurejurando teneri, etsi homini jus inde non quaeratur) allegat exempla ex sacra historia; at non concedimus, metum hunc injustum fuisse. Hebraeorum reges justo bello victi fidem juratam dederunt; adeoque ipso jure naturali inde obligabantur. *Vid. Ezech. 17. 13.* Ut proinde ex his exemplis thesis Auctoris non probetur.

Laudat Cicero Pomponium] „ Pomponius Tribunus diem dixit Manlio, quod is dies aliquos ad dictaturam gerendam sibi addidisset, & quod Titum filium relegasset. Adolescens hic cum audisset negotium patris exhiberi, intrat cubiculum Tribuni, strictoque gladio eum jurare coegit se patrem missum facturum. Pomponius stetit promissis, patremque missum fecit apud *Cic. de off. L. 3, c. 31.* Non quia soli Deo (uti Auctor putat) jus inde quaesitum erat, sed quia cogenti quoque ex promisso, nedum jurato, jus oritur. Refert Cicero, Pomponium ad populum de eo retulisse; & cum non constet, filium de injuria reum factum fuisse, credendum est, populum missionem patris admiratione pietatis filialis approbasse.

Regulus redire in carcerem, ut maxime is fuerit injustus, debuit] „ Alibi jam dixi,

carcerem non fuisse injustum, adeoque Poenis verum jus inde quaesitum fuisse, utpote cum ab hoste captus reditum jurato promiserit. Historiam Reguli vide apud *Sen. de Tranq. 15. Gell. 6, 4. Cic. 1, off. l. 3. §. 3. off. 26. Flor. 22. Horat. 3, 5. Aurel. Viell. de vir. illustr. Polyb. 1, 34. Appian. de bell. Pun. 3. Oros. 4, c. 8. Augustin. de civ. Dei l. 1, c. 15. §. 24. Laurent. 5, 13. Vide Tesm. ad b. §. 3. ad §. 16. Casum exponemus infra L. 3, c. 20, §. 3, n. 2. §. c. 23, §. 6.*

Sed decem illi, quorum Cicero meminit] „ Quos post Cannensem pugnam ad Senatum misit Annibal, praevio juramento, quod redire velint in castra, quibus potiti erant Poeni, nisi de sedimendis captivis decretum Senatus impetrassent. *Cic. l. 3, de off. c. 32.* Verum hoc quoque juramentum injuria non fuit exactum. Decem illi justo bello capti fuerunt; ultro juramentum de redeundo praestiterunt: causa jurandi maxime licita, & justa fuit; adeoque jus Poenis, non soli Deo, inde erat quaesitum. Atque hinc adeo firmum hoc juramentum habitum fuit, ut Senatus decimum, qui ex decreto Senatus reversus non est, vincitum ad Annibalem deduci jussit. *Cic. d. l. Gell. 7, 18.*

Jusjurandum enim intercesserat] „ Sensus est, quod etsi ob metum injustum Poeni nullum jus consecuti sint, ipsi tamen jurantes Deo obligati fuerint stare jurejurando. At diximus, metum in casibus Reguli, & decem illorum, quorum Cicero meminit, non fuisse injustum.

A D §. XV.

NEQUE HAC] „ Scilicet quod promissio jus quidem alteri non tribuat, sed jurans tamen Deo obligetur ad standum jurejurando.

Inter hostes publicos] „ Ut in exemplo Reguli, & decem, quorum §. precedenti mentionem fecit.

Sed inter quosvis] „ Adeoque & inter praedones, aliosque hostes privatos.

Non enim persona sola respicitur, cui juratur] „ Immo quoad effectum promissionis juratae sola persona, etiam praedonis, respicitur, eique verum jus quaeritur: quoad perjurium solus spectatur Deus.

Is, qui juratur, Deus, qui ad parien-
dum

dam obligationem sufficit] „ Etsi enim prædo
 „ nullum jus consequatur, Grotius jurantem
 „ obligari Deo, putat, stare juramento. At
 „ prædoni verum jus ex promisso quæri, to-
 „ ties diximus.

Repudiandus ergo Cicero] 3 off. 29. Pessi-
 me Cicero partium studio abreptus negat
 prædonibus, piratis &c. fidem juratam esse
 servandam, quia non sunt pars humanæ so-
 cietatis. Nam hæc ratio non impedit, quo
 minus in talem hominem extra societatem
 constitutum jus transferri possit, si quis e
 societate cum eo contrahat. Conf. *Disp. nostr.*
de postliminio in pace. Sect. 1, §. 12.

Quia pirata non fit ex perduellium numero de-
 fuitus] „ I. e. non fit hostis armorum jus ha-
 „ bens, cum quo jura gentium servanda
 „ sunt. *Gron. b.* Perduellis enim veteribus
 „ idem est, quod hostis, & quidem hostis
 „ bellum pertinaciter urgens. Vid. *Fabri*
 „ *Lexic. voce Duellum*; unde Cicero *l. 1, de*
 „ *Offic. ait: equidem illud etiam animadver-*
 „ *to, quod qui proprii nomine perduellis esset,*
 „ *is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam*
 „ *rei mitigantis.* Et Cajus in *L. 11, ad l.*
 „ *12 tabb.* ita scribit: quos nos hostes,
 „ eos veteres perduelles appellabant, per eam
 „ adjectionem indicantes, cum quibus bellum
 „ esset. At vox hæc generalis in specie tribui
 „ solet iis, qui hostes sunt reipublicæ, etsi
 „ ipsi sint subditi: de quo crimine perduel-
 „ lionis exstat lex Cœlia. Vide *Augustin. de*
 „ *leg. voce Cœlia, & voce Leges XII, tabb.*
 „ *n. 16.*

Sed communis hostis omnium] „ I. e. non
 „ pars societatis humanæ. At sæpius diximus,
 „ non dari, societatem humanam.

Cum quo nec fides esse debeat] „ Refutavi-
 „ mus hanc rationem in jure nostro contrav.
 „ *tit. de pact. q. 33.*

Quod est de tyranno ab eodem dictum est
 alibi] „ De hac quæstione late agemus infra
 „ *c. 16, §. 17, §. 18. L. 3, c. 19, §. 2,*
 „ *n. 2, §. 3, n. 1, §. 2.*

In jure gentium constituto] „ Tale jus
 „ voluntate gentium introductum non agno-
 „ scimus. Vid. *Dissert. proœm. IV.*

Differre hostem a pirata] „ Hæc differentia
 „ ab ipso jure naturæ est; nam cum hoste
 „ jus belli est, quia hostis judicem non ha-
 „ bet: cum pirata vero jus belli non est,
 „ quia is privatus est, qui imperio alieno in-
 „ juria se subduxit, indeque contra talem
 „ prædonem vel jure imperii, vel jure ne-
 „ cessariæ defensionis agimus.

Et a nobis infra ostendetur] „ *L. 3, c. 3,*
 „ *§. 1. §. c. 19, §. 1, seq. Conf. c. 16,*
 „ *§. 17, §. 18.*

Ubi etsi persona jus deficiat, cum Deo ne-
 gotium est] „ Verum non est, in tyranno,
 „ prædone &c. personæ jus deficere. Sane,
 „ obligatio ex dispositione, etsi coacta,
 „ plenissima oritur.

Qua de causa juramentum voti nomine
 nuncupatur] „ Immo nullibi hoc dicitur.
 „ Votum quidem jurejurando firmari potest,
 „ at tunc sunt diversissima: aliud enim est
 „ dispositio, aliud ejus confirmatio, quæ
 „ fit accedente jurejurando. Sed & verum
 „ non est, dispositionem cum prædone, &
 „ Tyranno initam votum esse; nam hic ve-
 „ rus est contractus, utriusque consensu ini-
 „ tus: votum autem est, ubi unus dispo-
 „ nit.

Nullam esse cum prædone juris societatem]
 „ Merito hoc improbat Auctor; nam societas
 „ juris cum omni eo est, qui de re sua dispo-
 „ nere potest: adeoque & cum Tyranno, &
 „ cum prædone. Unde Jcti Romani bene ex
 „ juris Gentium rationibus statuerunt, depo-
 „ situm prædoni potius, quam domino resti-
 „ tuendum esse. Vid. *supr. c. 10, §. 1.*

Reddendum latroni si dominus non apparat]
 „ Immo etsi dominus appareat, ex ratione ju-
 „ ris gentium præferendus est prædo, cum
 „ quo negotium contractum est: at ex æqui-
 „ tate civili demum præfertur dominus, cu-
 „ jus rei rationem exposui *d. c. 10, n. 4.*

Momentanea solutione posse defungi, ita ut
 liceat ei, quod solvit, recuperare] „ Hæc
 „ sententia hæctenus vera est, ut promittens
 „ solvere prædoni teneatur; at non momen-
 „ taneæ, sed jure perpetuo: nec ita ut ei
 „ liceat id, quod solvit, recuperare, forte
 „ conditione indebiti; sed ut separata actione
 „ agere ad reparationem injuriæ possit, non
 „ tantum ad recuperandum quantum solvit,
 „ sed & ad omne damnum, quod ei facto hoc
 „ illicito datum est.

Verba enim in juramento quoad Deum sum-
 plicissime, atque adeo cum effectu sunt intelli-
 genda] „ Dixit enim *n. preced. 1, non so-*
 „ *lam personam respici, cui juratur, sed*
 „ *Deum, qui ad obligationem pariendam sus-*
 „ *ficiat.* At dictum est, in promissione ju-
 „ rata prædoni facta etiam personam respici,
 „ utpote cui verum jus quæsitum est: salva
 „ cæterum facultate agendi contra prædo-
 „ nem ad reparationem injuriæ.

Nox satisfecit juramento de re dedit] „ *L.*

„ quitur de exemplo §. præcedenti allegato,
 „ decem, nimirum, nobilium, quos Ro-
 „ mam misit Annibal ea lege, ut reverteren-
 „ tur re a Senatu non impetrata. Unus e-
 „ castris Pœnorum egressus mox rediit, qua-
 „ si aliquid esset oblitus, & quia fraude hac
 „ juramento satisfecisse credidit, Romæ man-
 „ sit. At Senatus decrevit ut ille veterator,
 „ & callidus, vincetus ad Annibalem duce-
 „ retur. *Cic. l. 3, off. c. 33.*

A D §. XVI.

Q UÆRITUR, an perfidis fides sit ser-
 vanda? Videtur negandum, & quidem ex
 jure talionis, quia perfidus quod in se probat,
 etiam contra se probare debet. Sed affir-
 mativa verior est, & omnis fides data alii
 servanda est. *Vid. infr. l. 3, c. 19, §. 13.*

Additio.

„ Qui cum perfido contrahit, eo animo
 „ contrahit, ut jus in eum transferat; atque
 „ ex hoc suo consensu plenissime obligatur,
 „ quia ita disponit. Sane alterius delictum,
 „ & perfidia, mihi libertatem delinquendi
 „ non concedit. *Conf. l. 3, c. 19, §. 13.*

„ Excipe si fidem jurato alteri dedi, sub
 „ certa lege, vel sub conditione. Tunc enim
 „ quamdiu alter fidem non implet, nec ego
 „ fidem datam adimplere teneor; non quia
 „ in perfidum perfidia uti licet; sed quia fi-
 „ des data non est nisi sub certa lege, &
 „ sub certa conditione: idque in omnibus
 „ contractibus cum quolibet initis obtinet.

„ *Si jurata promissio aperte respectum habuerit*
 „ *alterius promissionis]* „ I. e. Si perfidus quo-
 „ que vicissim aliquid promisit. Sane, per-
 „ fidus quamdiu fidem reciproce datam non
 „ implet, nullam contra promissorem actio-
 „ nem habet. At diximus, hoc jus non
 „ inde oriri, quod infideli fides servari non
 „ debeat, sed quia promissioni inest conditio,
 „ si tu quoque promissis steteris: idque in
 „ omni dispositione, etiam cum eo, qui
 „ perfidus non est, obtinere. *L. 39, in fin.*
 „ *ff. jurejur. l. 8, §. 6, cond. Inst.*

„ *Qua ei quasi conditio fuerit implicita]*
 „ Obligatio igitur in suspenso est, donec
 „ conditio existat: si vero existit, is, qui
 „ promisit, etiam infideli, omnino ex pro-
 „ misso tenetur.

„ *Non si diversi generis sint promissa, & ci-*
 „ *tra mutuuum respectum]* „ Adeoque ubi
 „ dispositioni non fuit implicita conditio.

„ *Servandum cuique erit quod ipse juravit]*
 „ Ex unaquaque enim dispositione propria
 „ obligatio oritur. Si proinde alter fidem da-
 „ tam non implet, juris remediis ad id adigi
 „ debet: at ejus perfidia alteri non debet esse
 „ imitamento. *Hennig. in not. h. Cæterum*
 „ *id in omnibus aliis negotiis obtinere, di-*
 „ *ximus. Vid. Grot. l. 3, c. 20, §. 37, seq.*
 „ *Atque hoc nomine Regulum laudans]*
 „ Exemplum hoc passim illustravimus. *Vid.*
 „ *§. præced. Item l. 3, c. 20, §. 3, n. 2.*
 „ *Et cap. 23, §. 6.* Et si enim in aliis nego-
 „ tiis perfidi fuerint Pœni, certum est, ea
 „ nullum respectum habuisse promissionis a
 „ Regulo factæ.

„ Tota igitur res eo redit, quod perfidis
 „ fides servanda sit: de qua quæstione late
 „ alibi egimus. *Vid. L. 3, c. 19, §. 13. Et*
 „ *Dissert. proæm. XII, §. 423.*

„ *Inæqualitatem in contractibus naturaliter*
 „ *locum facere aut rescindendi, aut reformandi*
 „ *contractus]*

„ Auctor intelligit inæqualitatem
 „ quoad libertatem voluntatis; si scilicet quis
 „ metu injusto inductus promittit: propter
 „ hanc enim inæqualitatem aut rescindi, aut
 „ reformari debere contractum, dixit supra
 „ *c. 12, §. 10. Quod examinavimus ibidem.*

„ *Et quanquam jus gentium hac in re aliquid*
 „ *mutavit]* „ Nimirum, ratione læsionis in pre-
 „ tiorum. *Vid. c. 12, §. 26;* præcipue autem in
 „ promissione vi extorta in bello solenni, *d.*
 „ *c. 12, §. 10, in fine:* ibi enim nec rescis-
 „ sionem, nec reformationem locum habere,
 „ putat. Quam doctrinam suis locis exami-
 „ navimus.

„ *Jure tamen civili rediri sæpe ad illud, quod*
 „ *natura licebat]* „ Pugnat hoc cum principiis
 „ Auctoris, qui negat, jus gentium volun-
 „ tarium mutari posse nisi communi consen-
 „ su. *L. 2, c. 14, §. 6, n. 4. l. 2,*
 „ *c. 3, §. 10. Vid. Dissert. proæm. IV,*
 „ *§. 22.* Non ergo mutari potest legibus
 „ civilibus.

„ *Itidem supra monuimus]* „ De mutatione
 „ juris gentium per leges civiles locus nulli-
 „ bi occurrit.

„ *Sed hic quoque]* „ Si scilicet libertas volun-
 „ tatis tollitur, eoque inæqualitas inducitur,
 „ i. e. si juramentum vi extortum est. Vide
 „ *Dissert. proæm. XII, §. 418, §. 477. Add.*
 „ *ea, quæ supra c. 12, §. 10, disseruimus.*

„ *Etiamsi persona nihil, aut minus debeatur,*
 „ *Deo fides erit præstanda]* „ Quia ex hypothe-
 „ si Auctoris jus ex ipso juramento oritur.
 „ *Vid. supra §. 14, n. 1. Quod verum esse*

„ in

intuitu Dei, diximus; nam homini nihil debetur; jus in eum translatum non est: & juramentum, quod saltem est dispositionis confirmatio, non plus juris dat, quam in dispositione continetur.

Addit & hanc: *Juratus in damnum suum, non tamen mutat*] „ Psalmorum scriptor supponit legitimam dispositionem: adeoque ubi homo ideo obligatur, quia jus in alterum transtulit. Constat enim, quemvis hominem etiam in suum damnum licite disponere posse: eumque semper obligari ex sua dispositione, nedum si illa jurata est.

A D §. XVII.

QUÆRITUR, an hæres obligetur ex jurejurando defuncti? Resp. Diximus aliquoties, in jurejurando aliud esse promissionem, aliud juramentum, quod promissioni accedit. Ex illa omnino obligatur hæres, quia defunctus ex sua dispositione plus habuit in bonis suis, adeoque & hæres, qui in bona defuncti succedit, ultra suum habet. Ex juramento autem hæres non obligatur, adeo ut perjurus non sit, sive defunctus violaverit fidem, sive ipse promissum, quod juratum est, præstare nolit. Nam solus defunctus verba jurantia protulit; adeoque solus quoque inde obligatur: sed & sibi soli in casum violationis mali aliquid imprecari potuit, non aliis; nemo enim in alterius animam jus habet. Denique obligationem ex delictis personalissimam esse, alibi vidimus.

Apparet ergo, obligationem, quæ ex conventionione oritur, ad hæredem transire; non vero eam, quæ ex perjurio oritur: illa enim ex pacto est, hæc ex delicto: illa bona afficit, hæc animam: illa cum bonis in hæredes transit, hæc personalissima est.

Quoties non persona jus nascitur] „ Si materia talis sit, ut aut verba hominem non respiciant jus ei conferendo, aut respiciant quidem, sed aliquid sit, quod ei possit opponi. &c. Vid. §. 14, n. 1.

Ex tali defectu, qualem diximus] „ Si scilicet ei jurato promittitur, qui per metum injustum ansam promissioni juratæ dedit, §. 14: si tyranno, & piratæ jurato promittitur, §. 15: si perfido, §. 16; & denique, si ei, qui inæquale pretium stipulatus est, fides datur, §. 16, n. 2. Nos omnibus his casibus personæ quoque verum jus nasci, diximus.

Hæredem ejus, qui juravit, non teneri] „ Non ex dispositione defuncti, utpote ex qua jus in alterum non est collatum: nec ex ejus juramento. 1. quia hæres rem religiosam non adjecit, adeoque sibi nihil mali imprecatus est: 2. quia defunctus suæ saltem salutis præjudicium facere jurando potuit, non salutis hæredis, in cujus animam, & salutem nullam jus habet.

Quia ad hæredem sicut bona transeunt, ita bonorum onera] „ Hæres enim succedit in omne jus defuncti, quatenus fuit in ipsius patrimonio. Conf. omnino disp. B. Parentis de obligat. hæred. ex del. def.

Non item alia, quæ quis ex officio, puta pietatis &c. fidei debuit] „ Nam hæc conscientia, & pietati defuncti relicta sunt; quæ conscientia cum non sit in ejus patrimonio, ad hæredes non transit.

Hæc enim ad illud, quod stricte jus dicitur, inter homines non pertinent] „ Auctor jus naturæ fecit vel sociale, seu stricte sic dictum, vel laxius: ad posterius refert officia pietatis, gratiæ, & fidei &c; eaque ad hæredes non transire, recte ait.

Ut alibi quoque] „ De jure naturæ laxiori ex professo egi, ac systema Auctoris explicavi in Diss. proæm. II.

A D §. XVIII.

QUÆRIT Auctor, an remitti possit id, de quo juratum est? Equidem si personæ jus ex tali præstatione nascitur, i. e. si jus inde in personam est translatum, omnino remitti potest; quia ei, cui juratur, soli jus inde quæsitum est, de quo pro lubitu disponere potest. Neque enim violare fidem dici potest, cum ei, qui jus ex fide illa habet, satisfactum est, isque fidem pro impleta habet; alii autem jus ex jurata promissione quæsitum non est. Neque allegari potest, jus Deo ex tali juramento quæsitum remissione violari. Non enim violatur fides si is, qui jurat, paratus est implere fidem; is autem, cui juratur, eam pro impleta habet, i. e. remittit.

Ubi jus persona non nascitur] „ Uti si verba juramenti ita concepta sint, ut hominem non respiciant jus ei conferendo, aut respiciant quidem, sed aliquid sit, quod eis possit opponi. Vid. §. 14, n. 1. Quod examinavimus ibidem.

Atque is eam noñ] „ Nam in ejus favorem

rem

„ rem & promissio facta, & juramentum
 „ additum est; huic favori renunciare po-
 „ test.

„ *Non tenebitur qui juravit*], „ Is enim, in
 „ cuius favorem juratum est, fidem habet
 „ pro impleta.

„ *Sicut nec tenebitur si cesset qualitas*], „ Si
 „ quis juravit magistratui tanquam domino
 „ fundi, vendito fundo cessat effectus jura-
 „ menti pristino domino præstiti; quia cessat
 „ qualitas magistratus: modo sine scelere
 „ nostro desinat esse magistratus. Hinc meri-
 „ to Livius improbat consilium plebis de cæ-
 „ dendis consulibus ut solverentur sacramen-
 „ to. *L. 2, c. 33.*

„ *Curio*], „ Legatus Cæsaris.

„ *Domitii qui fuerant milites*], „ Domitius
 „ Ænobarbus Pompejanus cum 30. cohorti-
 „ bus urbium confinium defendebat: sed cum
 „ ad extrema redactus fugam meditaretur,
 „ a militibus Cæsari deditus est. Sextus
 „ Quintilius Varo, itidem Pompejanus,
 „ sollicitabat milites rebelles ne prius sacra-
 „ menti, quod apud Domitium, quod apud
 „ Quæstorem dixissent, memoriam depone-
 „ rent. *Cas. de bell. civ. l. 1, c. 5. § l. 2,*
 „ *c. 5.* His regerebat Curio, legatus Cæsaris,
 „ verba, quæ Auctor hic allegat.

„ *Quam projectis fascibus, & deposito impe-
 rio*], „ Fugam enim meditabatur, ideoque
 „ cohortes in publicum productum circumsi-
 „ stebant, & custodiebant. *Cas. l. 1. c. 5.*

„ *Et captus ipse in alienam venisset potesta-
 tem*], „ Nam a militibus traditus est Cæsari.
 „ *Cas. d. c. 5.*

„ *Sacramentum, ait, capitis deminutione
 sublatum*], „ Quia scilicet libertatem amisit,
 „ dum in hostis potestatem pervenit. Unde
 „ milites se juramento solutos credebant,
 „ quia cessabat qualitas, sub qua Domitio
 „ juraverant. At male Curio hoc argumento
 „ usus est, quia libertatem nemo amittit in
 „ bello civili, quale erat inter Cæsarem,
 „ & Pompejum.

A D §. XIX.

„ *AN quod contra juramentum fit, illicitum
 sit tantum, an & irritum*], „ Resp.
 „ *Si per dispositionem juratam jus aliquod in
 alterum translatum est*, quicquid contra
 „ juramentum fit, & illicitum est, & irri-
 „ tum; quia jus tum homini, tum Deo quæ-
 „ situm auferretur, adeoque is, qui contra

„ juramentum agit, ageret extra facultatem
 „ a Deo ipsi concessam.

„ Aliud igitur dicendum *si per dispositionem
 illam juratam jus in alium non est transla-
 tum*: hoc enim casu actus juramento con-
 „ trarius intuitu *hominis*, quem actus ille
 „ respicit, nec illicitus est, nec irritus;
 „ nam per mutationem voluntatis alteri non
 „ fit injuria: at intuitu *Dei* est illicitus, quia
 „ etsi actus subsistat respectu *hominis*, cui
 „ jus quæsitum non est, Deo tamen tene-
 „ tur ob injuriam Deo illatam, cuius nomen
 „ violavit. *Conf. supr. l. 2, c. 5, §. 10,*
 „ *§. 16.*

„ *Uti si sola fides sit obstricta*], „ I. e. Si per-
 „ sonæ jus non natum fuit ex dispositione
 „ jurata, sed propter juramentum adjectum
 „ sola fides Deo obstringitur. *Vid. supr. §. 17.*
 „ *Valeat actus contra juramentum factus*]
 „ Non ex ea, quam Auctor allegat, ra-
 „ tione, *quasi ita conceptum sit juramentum
 ut non simul contineat abdicationem plenam
 potestatis ad actum*; nam id ipsum in quæ-
 „ stione est: sed quia alteri, cui promitti-
 „ tur, jus quæsitum non est, adeoque per
 „ mutationem voluntatis ei nulla fit injuria;
 „ etsi violatio jurisjurandi actum intuitu Dei
 „ reddat illicitum.

„ *Putat, testamentum*] Si quis igitur testator
 juret se testamentum non mutaturum, quæ-
 „ ritur, an si mutet, novumque testamen-
 „ tum condat, posterius sit illicitum, vel ir-
 „ ritum? Resp. nec illicitum erit, nec irritum,
 „ quia prior dispositio testatorem nec jure natu-
 „ rali, nec jure civili obligat. *Vid. supr. c. 6,*
 „ *§. fin.* Neque ullum effectum habet illa dispo-
 „ sitio, nisi voluntas testatoris duret usque ad
 „ mortem. Cum igitur ex priori testamento ne-
 „ mini jus quæsitum sit, testator pro lubitu il-
 „ lud revocare potest.

Atqui juravit se nolle mutare. Resp. Per
 „ juramentum hoc non jus aliquod in alterum
 „ transfertur; id enim saltem fit consensu duo-
 „ rum, seu per justam dispositionem, quæ
 „ non est in testamento, ubi solus testator vo-
 „ luntatem suam declarat. Neque hæres scrip-
 „ tus acceptat vivo testatore; post mortem au-
 „ tem testatoris acceptare non potest. Effectus
 „ igitur juramenti unicus hic est, ut is, qui
 „ mutat voluntatem, Deo teneatur ob violatum
 „ nomen Dei, quem testem adhibuit. Pœna
 „ autem hæc infligi potest etsi actus subsistat.
 „ Immo infligi non potest nisi subsistat.

„ *Venditio*] Male Auctor venditionem con-
 „ jungit cum testamento. Nam actus venditio-
 „ nis,

nis, cui accedit juramentum, natura sub-
stitit; venditor enim disponit de re sua, & jus
eam petendi in emtorem transfert, quod jus
necessario præstari debet: adeoque nova dis-
positio auferret jus priori venditori semel
quæsitum.

Additio.

„ Hæc decisio supponit, jure naturæ ex dis-
„ positione de re jus in rem ipsam transferri.
„ Quo principio posito verum est, rem se-
„ mel venditam fieri alienam, adeoque ven-
„ ditorem extra terminos facultatis suæ agere
„ rem hanc alii vendendo. At cum alibi de-
„ monstraverim, per venditionem solam per-
„ sonam venditoris obligari, & emtorem
„ nullum jus in rem, sed in solam personam
„ emtoris consequi, sponte sequitur, ven-
„ ditorem hanc rem, quæ jure dominii pe-
„ nes eum manet, pro lubitu alienare posse,
„ neque actum hunc illicitum, nedum irri-
„ tum esse: etsi venditor non tantum ad id,
„ quod interest, sed præterea quoque ob per-
„ jurium, i. e. ex delicto suo teneatur.

*Ut simul contineat abdicationem plenam
potestatis ad actum]*, Quod fit si omne jus
suum in alium transtulit; tunc enim nul-
lum jus agendi penes jurantem manet. Si
proinde aliquid huic dispositioni contrarium
agit, actus illicitus, & irritus est, tum
intuitu ejus, cui promissum est, tum in-
tuitu Dei.

*Et hæc quidem naturaliter jusjurandum se-
quantur]*, Sensus est, quod ea, quæ ha-
ctenus de jurejurando tractavit, veniant
ex ipso jure naturæ: in sequentibus
enim exponit, quid jure civili superior
circa juramenta agere possit, & quid lege
Evangelii obtineat. *Vid. §. 20. seq.*

*Ex quibus faciendum est judicium de regum
juramentis]*, In his enim eadem regula ob-
tinet, ut nihil contrarium actui jurato fa-
cere, vel statuere possint, si jus homini
ex actu illo quæsitum est. De regum jura-
mentis speciatim agit *Cap. seq. §. 3.*

Et his, qua exteri exteris jurant], Hi
enim solo jure naturæ invicem tenentur.

*Quando actus ex loco subjectionem non acce-
pit]*, Uti si in loco deserto, vel nullius ju-
rant. *Conf. L. 1, c. 3, §. 2, n. 1. L.
2, c. 7, §. 2, n. 2. L. 2, c. 1, §. 2, n. 2.*

A B §. XX.

✱ Nunc quid superiorum &c. imperia possint,
Tom. III.

videamus] Regula generalis est, quod rex,
pater, & maritus non possint improbare dis-
positiones subditorum, filiorum, & uxo-
rum licitas juramento confirmatas. Nam jure
naturæ prout quisque de jure suo disponit,
ita jus est; adeo ut nec princeps, nec pater,
nec maritus jus inde aliis quæsitum auferre
possint. At si lex civilis facultatem ipsam dis-
ponendi restringit, & prohibet ne subditi,
filii, aut uxores disponant, tunc dispositio
non valet, etsi juramentum accedat: quia
disponerent ultra facultates legibus ipsis con-
cessas, adeoque nulliter.

Additio.

„ Quærit Auctor: *Quodnam jus regi com-
„ petat circa juramenta subditorum?* Ad de-
„ cidendam hanc quæstionem supponit, actus
„ nostros, etiam juratos, non esse plene in
„ nostra potestate, sed dependere a superior-
„ ribus. *Vid. n. 1.*

„ Addit, actum superiorum circa id,
„ quod juratur, vel posse dirigi *in personam*
„ *jurantis, vel in personam, cui juratur.*
„ *Vid. n. 1.*

„ In personam *jurantis* dirigi posse, ait,
„ aut antequam juretur irritum reddendo
„ juramentum; aut postquam juratum est
„ vetando ne impleatur; aut in utrumque.
„ *Vid. n. 2.*

„ Pergit, in personam ejus, *cui juratur*,
„ actum dirigi posse, aut tollendo jus ei
„ quæsitum; aut si jus desit, vetando ne
„ aliquid ex juramento capiat: idque dupli-
„ ci modo, vel ob utilitatem publicam, vel
„ in pœnam. *Vid. n. 3.*

„ Atque ex his principiis apparere, ait,
„ 1º. quid rectores civitatis statuere possint
„ circa juramenta extraneorum. Cur 2º.
„ id, quod piratæ &c. jurato promittitur,
„ ei in pœnam auferri non possit. 3º. Cur
„ compensari non possit quod jurato promif-
„ sum est, cum jure, quod ante fuit con-
„ troversum. *Vid. n. 3.* 4º. Quo sensu le-
„ ges civiles statuere possint, ut certi gene-
„ ris actus, ubi deficit forma legibus præ-
„ scripta, convalidentur accedente juramen-
„ to. Actus autem illos valere, ait, ex jure
„ naturæ, vel fidem tantum obstringendo,
„ aut jus etiam dando alteri. *Vid. n. 4.*

„ Nihil hic, quod jurisprudentiam natu-
„ ralem sapiat, proponitur. Immo adeo
„ obscura, & vaga hæc est tractatio, ac
„ tot distinctionibus involuta, ut quænam
„ sit mens Auctoris vix divinare liceat;
„ F

„ quod magis apparebit ex eis , quæ de juramentis regum c. seq. §. 3 , disputat. Res ipsa paucis , & simplicissimis constat principiis.

„ Homo ex actibus suis obligatur , quoties jus aliquod per actus illos in alterum transfertur. Hoc enim jus tribuere naturali ratione tenetur ei , cui ex illo actu jus quæsitum est. Quod eo magis locum habet , si actus ille juramento firmatur. Si autem jus ex actu illo in alterum non transfertur , homo non obligatur , etsi juramentum accesserit ; adeoque hoc casu actum illum , utut juratum , irritum reddere potest.

„ Jus autem non transfertur , adeoque homo actum juratum irritum reddere potest , si lege civili actus natura validus , propter utilitatem publicam , vel in pœnam , aut nullus declaratur , aut effectu destituitur.

„ Sane , leges Romanæ aliquando ipsum actum juramento confirmatum nullum reddunt , si nimirum aliquid contra leges , vel jus commune fit. L. 5 , in fin. C. de legib. l. 7 , §. 3 , & 16. Pact. Aliquando autem actum juratum , & validum rescindunt , cum eum , qui dolo alterius inductus , vel metu , & vi coactus est , vel si minorem ob læsionem restituunt &c. Aliquando actum perpetua saltem exceptione elidunt , quo pertinet exceptio Scti Macedoniani , Vellejani , &c. Aliquando jurantem ex justa causa a juramento præstito exsolvunt , ut in l. f. ff. ad munic. Aliquando juramentum , quod tanquam conditio , sine qua non , dispositioni additur , remittunt.

Hæc principia etiam in regum actibus juratis obtinent , si ut privati agunt , & jurant : nam leges civiles in his actibus obtinere , expediti juris est , & plenius apparebit ex dicendis ad cap. seq. §. 3.

Regum] „ Circa actus subditorum juratos. Patrum] „ Circa actus juratos liberorum

Vid. n. seq.

Dominorum] „ Circa juramenta servorum. Maritorum] „ Circa juramenta uxorum

Vid. n. seq.

Superiorum actus &c. efficere non potest &c. ut jusjurandum non fit præstandum] „ Superior enim (qui juris tuendi causa constitutus est) jus ex actu jurato aliis quæsitum auferre nequit.

Quatenus vere fuit obligatorium] „ Est autem obligatorium , si jus inde in alterum est translatum. Vid. pr. b. §.

Id enim est juris naturalis , & divini] Utriusque juris enim regula generalis est , jus suum cuique tribuendum esse.

Quia actus nostri non plene sunt in nostra potestate , sed ita ut a superioribus dependeant]

„ Homines enim dum coeunt in civitatem , suos actus hactenus submitunt civitatis judicio , ut legem illis , si publica utilitas id requirit , dicere possit.

Ideo duplex esse potest actus superiorum circa id , quod juratur] „ I. e. Legem dicere potest superior tum juranti , tum ei , cui juratur.

Aut antequam juretur , irritum reddendo 2 juramentum] „ Ita enim Legislatores Romani omnem dispositionem nullam declarant , quæ contra leges fit , etsi juramentum accesserit. L. 5 , in f. C. de Legib.

Quatenus jus inferioris sub potestate superioris continetur] „ I. e. Quatenus subditi sunt ; nam aliud est si exteri exteris jurant , & actus ex loco subjectionem non accipit. Vid. §. præced. in fin.

Aut postquam juratum est vetando ne impleatur] „ Ita jure Romano cautum est , ne promissum ex causa a parte accipientis turpi impleatur , & ut ex tali causa datum condici possit. tot. tit. ff. de Cond. ob turp. &c.

Nam inferior &c. obstringere se non potuit , nisi quatenus id superior placitum esset]

„ Immo si actus juramento confirmatus legibus loci non improbatur , actus hic non dependet a placito superioris , utpote qui jus rite quæsitum nemini auferre potest , nisi in pœnam , etsi summa necessitas reipublicæ id requirit.

Ampliores enim non habebat potestatem] „ Immo plenissimam habet potestatem , si lege non prohibente agit.

Lege Hebræa mariti uxorum] „ Ea enim lege uxori nulla de rebus suis disponendi facultas concessa fuit , adeoque & dispositio , & juramentum extra facultatem uxoris constituta sunt. At uxor jurans propter abusum nominis divini Deo tenetur.

Additio.

„ Exstat lex illa Numer. 30 , v. 7 , seq. Vera ratio est , quod usufructus omnium bonorum uxoris competeat marito , uti apparet ex formula , quam exhibet Seldenus Uxor. Hebræ. l. 2 , c. 10 ; in hujus præjudicium igitur uxor disponere non potuit.

Patres liberorum] „ Num. 30 , v. 4. Nam „ in

in horum quoque bonis patri compete-
bat usufructus.

Si lex lata erit, ne id quisquam faciat]

Adeoque ubi lex, antequam jurabatur,
irritum declaravit juramentum.

Eadem lex me defendit, que vetat] „ Si

enim prohibente lege alii quid promisi, ea
ipsa lex mihi porrigit exceptionem, quia
lex negotium tale nullum declarat.

Sed & actus ex utroque mixtus esse potest]

Ita ut & juramentum irritum reddatur an-
tequam juretur, & ut, si juratum est,
impleri non possit.

Si superior constituat &c. ita demum va-

lere si ab ipso approbetur] „ Ante enim dixit,

inferiorem, qua inferiorem, se obstringe-

re non posse, nisi quatenus superiori id

placiturum est. *Vid. n. 2.* At ibidem no-

tavimus, actum juramento confirmatum,

si legibus non improbat, arbitrio supe-

rioris non subijci, nisi ex utilitate publi-

ca, vel in pœnam; cum enim ex actu

tali jus ex lege quæsitum sit subditis,

princeps illud auferre nequit.

Putat ex metu] „ Exemplum hoc plane

huc non quadrat. Nam dispositio jurata,

etsi vi, & metu extorta, & jure Naturæ,

& jure Romano subsistit; adeoque ad-

mitti non potest quod Auctor ait, *legem*

juramentum tale irritum reddere antequam

juretur: sed nec porro admitti potest,

jurantem implere id non teneri si juratum

est; nam jure Romano ei, cui juratur,

omnino actio datur ad petendum id, quod

metu promissum est, ac jurans implere

tenetur, salva actione ad id, quod in-

terest. Prætor demum rescindit hunc actum

jure validum, vel exceptione metus actio-

nem elidit; *l. 7, §. 16, ff. pact. l. 5,*

in f. C. de Legib. idque in pœnam co-

gentis.

Aut imbecillitate judicii] „ Nec hoc exem-

plum huc pertinet; nam minor, qui ju-

rato promittit, & jure naturæ, & jure

Civili obligatur: adeoque casus hic non est

ubi superior constituit, quod inferior jura-

verit ita demum valere si ab ipso approbetur.

Prætor demum hoc negotium, jure vali-

dem, rescindit, si minor ex lubrico æta-

tis læsus est; idque propter utilitatem pu-

blicam, ex qua princeps jus subditis quæ-

situm auferre potest

Atqui ex hoc fundamento] „ Si scilicet su-

perior constituit, quod inferior juraverit

ita demum valere, si ab ipso approbetur.

Defendi possunt absolutiones juramentorum]

Si injuria juramentum exactum est, vel

si ex superveniente causa illicitum fit,

princeps exsolvere juramentum, non

ex ea, quam Auctor allegat, ratione, sed

vel in pœnam ejus, qui injuria ab altero

juramentum exegit (cujus rei exemplum

occurrit in *Ord. Cam. part. 2, tit. 24*;

ubi is, qui urphedam juravit, exsolvi ju-

ramento potest ad effectum agendi, si in-

jury exacta probetur); vel si causa super-

veniat, de qua jurans non cogitavit, &

unde in tertium redundaret præjudicium.

Exemplum est in *L. f. ff. ad Munic.* ubi

Imperatores relaxarunt juramentum ei,

qui juraverat se ordini non interventurum,

& postea Duumvir creatus fuit; quia ci-

vis juramento suo non potest ministeria sua

reipublicæ requirenti subtrahere. *Pufend.*

L. 4, c. 2, §. 24. Conf. Nov. 51.

Quæ olim a principibus] „ Cl. Barbeyra-

cus ad Grotii notam *b.* notavit, se apud

Vasquium nil tale reperire; at locus ex-

stat in controv. *ill. l. 1, c. 2, §. 17, §*

18. Vid. Gronov. b. §. conf. §. 14. Supr.

Nunc ipsorum principum voluntate ab Ec-

clesia præsidibus] „ Ecclesia jus in actiones

humanas externas non habet, & uti nec

jura statuere, ita nec jura quæsitâ homi-

nibus auferre potest. At principes commit-

tere quosdam actus ecclesiæ solent, uti ju-

ra consecrandi, i. e. rem a commercio

hominum eximendi. *Vid. §. 8, Inst. de rer.*

div. l. 9, §. 1, ff. Eod. Atque huc quo-

que alicubi referuntur absolutiones a jura-

mento.

„ Hodie inter Protestantes magistratibus

politicis id relinquitur. *Carpz. p. 2, c. 36,*

d. 1, n. 6, Quin ipsa Camera Imperia-

lis dispensat super juramento, quoad effe-

ctum agendi. *O. C. p. 2, tit. 24. Gail. 1,*

O. 1, §. 25.

„ Repetendum autem est, illam absolu-

tionem non nisi ex justissima causa fieri

posse. Unde non valet abolitio, quam

Pontifex Imperatoribus toties obtulit, con-

tra juratas religionis, & Osnabrugentis

paces: idque lege publica cautum est.

Cap. Ferd. 1, art. 29. Rud. II, art. 34.

Matth. art. 39, §. Ferd. II, art. 38.

Immensa clade perfidiæ suæ pœnam ex-

pertus est Ladislaus Pannoniæ rex, post-

quam violavit juramentum Amurathi II.

præstitum; idque ad infantiam Eugeni-

IV, qui juramento eum solverat. *Vid.*

Gron. b. F 2 In

3 *In personam epus, cui juratur, actus dirigi potest*] „ Uti ob utilitatem publicam lege statui potest, ne quis ex suo iurejurando obligetur: ita eadem lege statui potest, ne ei, cui juratur, jus inde oriatur.

Tollendo ab eo jus, quod ei partum est] „ Uti fit in eo, qui vi, metuque juramentum exegit, vel qui cum minore contraxit; prætor enim jus ei quæsitum aufert rescindendo negotium.

Si jus desit, vetando ne quid ex tali juramento accipiat] „ Si jus ex dispositione alii quæsitum non est, non opus est ut superior vetet, ne quid ex tali juramento accipiat: nam & jure naturæ, & jure Romano ex tali dispositione jurata accipere alter nihil potest; adeo ut datum repeti possit per conditionem sine causa.

Idque duobus modis, sive in penam, sive ob utilitatem publicam] „ Nam ex duplici hac causa jus hominibus quæsitum ipsa quoque naturali ratione auferri posse, videmus *infra l. 2, c. 14, §. 7, & 8.*

Ex vi supereminentis dominii] „ Rectius, ex vi majestatis, seu legitimi imperii. *Vid. l. 1, c. 1, §. 6.*

Si jurans non sit ejusdem ditionis cum eo, cui juratur, quid aut hujus, aut illius retores possint circa iusjurandum] „ Hæc quæstio ex aliis principiis decidi debet, quæ supponit B. Parens in dissertatione de *concurſu plurium jurisdictionum*. Si duo extranei jurant, valet actus juxta leges loci, ubi contrahitur. *Vid. l. 2, c. 2, §. 5, n. 1. C. 11, §. 5, n. 2.* Si duæ summæ potestates jurant, & actus ex loco subjectionem non recipit, jus naturæ obtinet, quod exposuimus *supra §. 19.* Idem dicendum si actus in mari, alioque loco, qui nullius est, peragitur; nam ibi quoque ex jure naturæ res decidenda est. *Vid. l. 2, c. 7, §. 2, n. 2. l. 2, c. 20, §. 8, n. 5.*

Puta pirata, non potest jus promisso quaesitum penam nomine auferre] „ Fidem enim hosti, piratæ, infideli qua tali datam servandam esse, late probavimus *supra §. 13, seq. & c. 11, §. 7.* Conf. *infra l. 3, c. 19, §. 1, & 2.*

Quia tunc verba nullum haberent effectum] „ Vera ratio est, quod uti partes de jure suo disponunt, ita jus fit. Atqui prædoni qua tali fides data est. *Vid. l. 3, c. 19, §. 3.*

Compensari non poterit quod promissum est, cum jure, quod ante erat controversum]

„ Plenius id explicat Auctor *l. 3, c. 19, §. 15, & seq.*

4 *Implementum, quod certi generis actibus posuerat, tollere, si juramentum &c. accesserit*] „ Sensus est, Jure Civili quosdam actus prohibitos esse, qui tamen validantur accedente juramento. Ita jure Canonico omne juramentum etiam de actibus jure invalidis obligat, quoties sine dispendio æternæ salutis servari potest; jure Codicis minorum dispositio rescindi non potest ob lubricum ætatis, si juramento confirmetur. *Auth. sacram. puberum c. si adv. vend. Fœminis competit exceptio Scti Vellejani tot. tit. ff. de Scto Vellejano.* At aliud est si jurato intercesserint. *Laut. comp. f. 269.*

„ Alia exempla recenset *Tesm. b. Aut certa forma accesserit*] „ Ut in stipulationibus: jure Romano enim ex nudo pacto nulla oriebatur obligatio; at leges sustulerunt hoc impedimentum, si verbis solennibus inter præsentem idem pactum confirmatur, adeoque si certa forma accedit.

„ *Quæ non directe publicam &c.*] „ Nam si juratur contrarium utilitati publicæ, id nullum est; de jure enim alieno jurans disponeret.

„ *Sed privatam jurantis utilitatem spectant*] „ Si scilicet lex in favorem privatorum disponentium impedimentum posuit, ut in minoribus, & fœminis. At aliud dicendum si leges actui cuidam certam formam præscribere; nam si agentes hanc negligunt, nec per juramentum hoc impedimentum tolli potest. Atque hinc est quod pactum de hæreditate viventis non valeat etsi juratum sit, quia successio universalis non nisi certis modis lege defertur: nimirum, vel ab intestato, vel ex testamento; tertium non datur. *Vid. Jus meum controvers. tit. de pact. q. 34.* Sic donatio mortis causa sine solennibus facta nulla est, etsi jurata sit. *Carpz. p. 3, c. 1, d. 29, n. 8.* Nam regula generalis est, quod jura publica, quo pertinent etiam formæ negotiorum, pactis privatorum mutari non possint. *L. 27, Reg. jur. ibique Goth.*

„ Alia exempla vide *c. seq. §. 2, n. 1. & §. 4.*

„ *Valebit actus juratus eo modo; quo naturaliter citra legem humanam fuerat valiturus*] „ Deficiente enim impedimento civili, reddit status naturæ.

„ *Aut fidem tantum obstringendo*] „ In præcedentibus

cedentibus enim docuit, eum, qui juravit, Deo obstringi ad implendum promissum, etsi personæ, cui juratur, jus inde non nascatur. *Vid. supra §. 14, pr.* At dicendum potius est, eum, qui jurat, non teneri stare pactis, sed si non implet perjurum esse, & Deo saltem teneri de perjurio.

Aut jus etiam dando alteri], Si scilicet personæ quoque jus quaesitum est. *Vid. supra §. 14.*

Pro diversa actuum natura, qua alibi a nobis explicata est], Auctor passim distinxit inter actus, ex quibus jus proprium in alterum transfertur, & inter actus, ubi licet jus proprium in alterum non transfertur, fides tamen adstringitur. Illos refert ad jus naturæ sociale, seu stricte sic dictum. *Diss. Proem. I, §. 13, 14, 15. Hos ad jus naturæ laxiori sensu suntum. Diss. proem. II, §. 8, 9, 10. Ex prioribus jus agendi competere, ait, ei, cui promittitur: ex posterioribus nullum jus competere ei, cui promittitur, etsi jurato, sed soli Deo, propter injuriam ei soli illatam.*

A D §. XXI.

PROPRIE non ad juramentum assertorium, &c. sed promissorium futuri incerti pertinere] Diximus supra, juramenta alia esse assertoria, alia promissoria. *Vid. §. 1, Prop. III.* In illis agi de asserenda rei veritate, in his de fide data confirmanda. De assertoriis Auctor tradit, ea lege Evangelii licita esse, & probari, non vero promissoria. At verior est sententia, Servatorem magis loqui de assertorio; agit enim de assertione veritatis, non de rei alicujus promissione: atque illam assertionem, i. e. fermonem eorum, non juratam esse vult. Ratio in promptu est, quia natura rei sanctæ (adeoque & jurisjurandi) est, ut a rebus profanis segregetur, indeque nec adhiberi, nec mentio ejus fieri debeat in confabulationibus quotidianis, de quibus loquuntur & Servator, & Jacobus. Unde apparet, judicialia juramenta non excludi.

Additio.

„ Auctor postquam jus naturæ circa juramenta sive promissoria, sive assertoria exposuit, (*Vid. §. 19.*) in §. 20. demon-

stravit, quænam auctoritas sit legum humanarum circa juramenta: in hoc §. explicat quid lege Evangelii obtineat. Equidem Servator in genere videtur juramenta improbare *Matth. V, 37*, in verbis: *confabulatio vestra sit immo immo, non non quod ultra est, est a malo.* Verum ex præcedentibus repetendum est, Servatorem non esse legislatorem, sed virtutum præconem, eumque ubique perfectionum regulas auditoribus suis inculcare, non jura tradere.

„ Inter regulas autem perfectionis merito ponit, ne in confabulationibus quotidianis homines assertiones, vel promissiones suas juramento confirment. Nam ideo juramenta præstantur, quia suspecta est fides asserentis, vel promittentis; & hæc vera ratio est, cur loco cautionis exigamus ut ea, quæ homo vel promittit, vel asserit, adhibita re sancta firmet.

„ In primævo rerum statu hæc cautelæ incognitæ fuerunt; indeque Servator, qui homines ad primum perfectionis statum perpetuo revocat, merito improbat malam, quam de alterius fide habemus, opinionem: & cum ille omnes homines æque bonos esse velit, non potest non inculcare ut unusquisque nudæ alterius assertioni stet, quia nemo perfidus esse, aut suspicari alterius fidem debet. Idque notanter exprimit divinus Servator per rationem, quam addit, *quod ultra est, est a malo.* Non ait, juramentum malum esse, sed a malo originem capere, nimirum, a perfidia hominum.

„ Atque hæcenus apprime convenit doctrina Apostoli Jacobi c. 5, §. 12, ibi: *ante omnia autem fratres mei nolite jurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum; sit autem sermo vester, est est, non non.* Ubi simul rationem addit *ὅτι μὴ εἰς ὑπόκρισιν πείσθητε*; quod Grotius n. i. h. vertit, *ne fallaces inveniamini*, alii, *ne in simulationem decidatis*, vulgata, *ne sub judicio decidatis*: quæ posterior versio * verissima est. *Vid. infr. b. n. ad v. Ne fallaces inveniamini.*

* **NOTA EDITORIS.** At tunc post plerosque Codices legendum est: *ὅτι μὴ ὑπὸ κρισην πείσθητε.* Conf. Editionem N. T. accuratissimam e Curellæi & Oxoniensium DD. laboribus confectam à Wetstenio Amst. 1711. D.

„ Certum igitur est, Servatorem non im-
 „ probare juramenta in statu præfenti corru-
 „ pto, ubi fraudes, & fallaciæ frequentes
 „ sunt, adeoque ubi is, cui juratur, suspi-
 „ cionem sibi juramento eximi vult: sed fal-
 „ tem ait, perfectius esse plane non jurare,
 „ nec juramentum exigere, quia origo cau-
 „ tionum a malo est, nimirum, a perfidia,
 „ cujus suspicio inter homines probos abesse
 „ deberet.

„ Cæterum merito B. Parens improbat sen-
 „ tentiam Grotii, qui dictamen hoc Serva-
 „ toris ad juramenta *promissoria* refert, non
 „ vero ad *assertoria*: quasi illa saltem prohi-
 „ beantur, non hæc. Sane 1. Christus lo-
 „ quitur de quotidianis confabulationibus,
 „ adeoque magis de juramento assertorio,
 „ quam promissorio. 2. Eadem in asserto-
 „ rio est ratio; nam hoc quoque a malo est,
 „ & a perfidia hominum originem cepit:
 „ adeoque merito perfectionum Doctor has
 „ cautelas, quæ vitium hominum supponunt,
 „ improbat. Neque 3. ulla ratio dari
 „ potest, cur Servator promissiones juratas
 „ improbaverit, non vero assertiones juratas.
 „ Sed & 4. tantum abest promissiones jura-
 „ tas a Servatore improbari, ut ipse Deus
 „ sæpius sua promissa addito juramento con-
 „ firmet. Ita enim Deus Abræ, qui fidem
 „ promissioni divinæ non habebat, indeque
 „ quærebat, unde ipsi constare debeat quod
 „ possessurus olim sit illam terram, jurato
 „ promissum confirmavit, duritiem cordis
 „ humani secutus, & sacrificio peracto so-
 „ lenne foedus cum Abra pepigit. *Gen. XV,*
 „ 8, 18. *seq. XXIII, 7.* Sed & plurima
 „ in sacra historia exstant exempla, ubi san-
 „ ctioris quoque vitæ homines promissa sua
 „ jurejurando firmarunt. Idem enim Abra-
 „ ham a servo suo exegit juramentum per
 „ nomen Dei cæli, & terræ, quod servus
 „ quoque posita sub fœmore Abræ manu actu
 „ præstitit. *Gen. XXIV, 3, 9.* Abime-
 „ lech juramentum exegit ab Abra per Deum,
 „ ne noceat ei, & posteris ejus, & juravit
 „ Abra. *Gen. 21, v. 23, & 24.* Quod jura-
 „ mentum, orta postea circa puteum lite,
 „ repetitum legitimus *d. c. 21, v. 31.* Ea-
 „ dem promissio jurata reiterata fuit inter
 „ Isaacum, & Abimelech. *Gen. XXVI,*
 „ 28, & 31. Celebris quoque est promissio
 „ jurata inter Labanum, & Jacobum,
 „ *Gen. 31, 44, & 54.* Sed & populum
 „ Israëliticum ob violatam promissionem,
 „ jurato datam Gabaonitis, & Assyriæ regi-

„ bus, gravissimas pœnas dedisse, supra de-
 „ monstratum est. Atque hinc 5. in Ecclesia
 „ Christiana nunquam in eum sensum expli-
 „ catum est Servatoris effectum, quali jura-
 „ menta promissoria licita non sint; nam ho-
 „ dieque ubique terrarum auctoritate publica
 „ obtinent: idque optime ita declarat Augu-
 „ stinus, cujus sententia in Canones relata
 „ exstat *c. 22, q. 1, c. 14: Si peccatum*
 „ *esset juratio* (quæ sunt verba Canonis),
 „ *nec in veteri lege diceretur, NON PEJU-*
 „ *RABIS, REDDAS AUTEM DOMI-*
 „ *NO JURAMENTA; non enim pecca-*
 „ *tum præciperetur nobis. Item: Non vobis*
 „ *dicimus nos, non jurare; si enim hoc dici-*
 „ *mus, mentimur. Quantum ad me perti-*
 „ *net, juro; sed quantum mihi videtur,*
 „ *magna necessitate compulsus, cum videro*
 „ *non mihi credi nisi faciam, & ei, qui*
 „ *mibi non credit, non expedire quod non*
 „ *credit. Hac perpensa ratione, & confide-*
 „ *ratione librata, cum magno timore dico:*
 „ *CORAM DEO, aut TESTIS EST*
 „ *DEUS, aut SCIT CHRISTUS,*
 „ *sic esse in animo meo; & video, quia*
 „ *plus est, i. e. quia amplius est, quam est*
 „ *est, non non, id amplius esse a malo, est*
 „ *non a malo jurantis, sed a malo non cre-*
 „ *dentis.*

„ Denique monendum est, omnes ab Au-
 „ ctore §. 8. allegatas auctoritates non pro-
 „ bare, juramenta *promissoria* prohiberi:
 „ neque enim in allegatis locis distinguitur
 „ inter juramenta assertoria, & promissoria;
 „ sed in genere, & de omni juramento asse-
 „ runt, vel plane non, vel non temere per
 „ nomen Dei jurandum esse. Philo enim,
 „ quem Auctor allegat *n. 3,* non improbat
 „ juramenta (contrarium enim apparet ex
 „ loco, quem Auctor allegavit supra §. 7,
 „ & 13); sed ait saltem, naturali ratione,
 „ & utilitati *convenientius* esse, fidem datam
 „ absque juramento implere. *Esseni* sim-
 „ plicitatem naturalem affectabant, stude-
 „ bantque ut vitæ puritate, religione, ju-
 „ risve tum divini, tum humani observatio-
 „ ne se conspicuos redderent. *Joseph. l. 2,*
 „ *bell. Jud. c. 17. & antiq. 18, c. 2. Sel-*
 „ *den. de Synedr. l. 1, c. 7. Nicol. Fuller.*
 „ *Miscel. 1, c. 3.* Adeoque mirandum
 „ non est, quod cum suspicio perfidiæ ab
 „ eorum moribus abfuerit, cautelas contra
 „ simulationem non admiserint. Illustratur
 „ hoc quam maxime exemplo Ciceronis,
 „ quod Auctor *in 5. n. fin.* refert, ubi Athe-
 „ nienfes

„ nientes virum notæ probitatis noluere jura-
 „ re , quod veritatem verbis inesse crede-
 „ rent. Atque hæc ratio est cur apud Scythas
 „ quoque negligi juramenta solita fuerint ,
 „ quia colendo fidem jurabant. *Pythagorus*
 „ philosophum , & Doctorem agit , non le-
 „ gislatorem ; suadet discipulis suis ut effi-
 „ ciant , ut nec jurato ipsis credatur. *Solon*
 „ non prohibet juramenta , sed hortatur
 „ saltem Athenienses , ut ea sint probitate ,
 „ ut eis magis , quam juramento credatur.
 „ Atque de his regulis perfectionis etiam
 „ *Clemens Alexandrinus* , & *Hierocles* in-
 „ telligendi sunt.

Cujus apud Paulum Apostolum] „ Verba
 „ Apostoli ad Roman. c. I , v. 9 , hæc sunt :
 „ *testis mihi est Deus , quod sine intermissione*
 „ *memoriam vestri facio.* Et c. IX , v. I :
 „ *veritatem dico in Christo , non mentior.*
 „ Item II Cor. I. v. 23 : *ego autem testem*
 „ *Deum invoco in animam meam , quod par-*
 „ *ceus vobis non veni ultra Corinthum.* Por-
 „ ro ad Philip. I. v. 8 : *Testis enim mihi*
 „ *est Deus , quomodo cupiam vos esse in vi-*
 „ *sceribus Jesu Christi.*

Sed ad promissorium futuri incerti pertine-
 „ *re*] „ Dixi jam 1. effatum Servatoris ad
 „ utrumque juramentum pertinere. 2. Magis
 „ vero intelligi posse de assertorio , quam de
 „ promissorio. 3. Servatorem temeritatem
 „ saltem jurandi improbare in causis leviori-
 „ bus , in confabulationibus quotidianis :
 „ sive juramenta illa ad asserendam verita-
 „ tem , sive ad firmanda promissa adhibean-
 „ tur.

Ostendit hoc evidenter oppositio illa] „ Im-
 „ mo ex hac ipsa oppositione evidenter con-
 „ trarium apparet. Nam perjurium apud
 „ antiquos æque committebatur violando as-
 „ sertionem , quam violando promissum ;
 „ adeoque oppositio illa etiam ad utraque ju-
 „ ramenta pertinet.

Ne fallaces inveniamini] „ Versio hæc etfi
 „ vera esset , non probat sententiam Aucto-
 „ ris ; nam fallax quoque est ille , qui fi-
 „ dem datam , i. e. promissa fallit. Sed ve-
 „ rior est *Vulgata* , *ne sub judicio decidatis* ,
 „ i. e. ne cenfuram , & culpationem divi-
 „ nam incurratis propter facilitatem jurandi
 „ in causis levioribus , & in confabulatio-
 „ nibus. &c.

Nam eum sensum vox ὑποκρίστως apud Helle-
 „ *nistas habet*] „ Immo vox illa est a *κρίσις* ,
 „ judicium , damnatio ; hæc vero a *κρίσις*
 „ judico , punio , culpo , condemno. Atque

„ eodem sensu adhibetur a Servatore apud
 „ *Matth. V* , v. 22 ; ubi is , qui fratri ira-
 „ scitur , judicio (*κρίσις*) obnoxius dicitur ,
 „ i. e. culpationi divinæ. Quanquam aliquan-
 „ do vox illa simulationem , & fallaciam
 „ significet , uti in allegatis ab Auctore
 „ locis.

Idem evincit illud in Christi verbis] „ Au-
 „ ctor prolixus est , ut ex verbis Servato-
 „ ris , *Sermo vester sit ita ita , non non* ,
 „ demonstret , per figuram rhetoricam ibi
 „ prohiberi *promissoria* juramenta : quia ver-
 „ bum *ita* promissum , repetitio autem hujus
 „ verbi implementum denotat. Verum , ex
 „ ipsa horum verborum natura apparet , ea
 „ æque , quin magis , de *assertorio* intelli-
 „ gi debere ; nam diserte in *confabulationi-*
 „ *bis* , adeoque in assertionibus , sufficere ,
 „ ait , *ita ita , non non*. Præterea diximus ,
 „ utrobique eandem esse rationem , quæ vult ,
 „ ut & promittenti , & asserenti credatur
 „ absque juramento. Denique probavimus ,
 „ Servatorem neutra juramenta improbare
 „ tanquam injusta , & illicita , sed tanquam
 „ cautionem , quæ a malo , i. e. a perfidia
 „ hominum originem cepit ; adeoque quam
 „ pii , & probi homines nec adhibere ,
 „ nec exigere deberent : ut proinde operosa
 „ illa Auctoris tractatio plane inutilis sit.
 „ *Est enim vni promittentis*] „ Immo est &
 „ asserentis.

Unde per ἀμὴν explicatur] „ Sed & hæc
 „ vox nihil aliud significat , quam *vere* ;
 „ adeoque & in assertorio obtinet.

Μάξιμα] „ Maxime.

Nota sunt respondentis ad stipulationem]
 „ Immo non tantum sunt notæ promissionis ,
 „ sed & assertionis. Si quis enim alterum in-
 „ terrogat , an verum dicis ? Ille respon-
 „ debit , *ita , maxime , quid ni.*

Pro implemento promissionis sumitur] „ Nul-
 „ libi hoc dicitur ; est potius assertionis
 „ repetitio : ita enim sæpius Servator ait ,
 „ *amen , amen , dico vobis* , &c.

Justi hominis vni est vni , & non est non]
 „ Recte : verum , id non tantum in pro-
 „ mittendo , sed & in asserendo , obtinet.

Apud eos esse dicitur : vni vni &] „ *Vid.*
 „ *Gron. h.* Sed idem dici potest de iis ,
 „ quorum assertio a veritate discrepat ; apud
 „ eos enim itidem est *ita* , & *non* : aliquid
 „ enim asserunt , quod verum non est.

Id est vni eorum esse vni , & vni esse vni] ;
 „ Sermonem eorum esse dissonum , sive a
 „ promissis , sive a veritate. *Gron. h.*

Sic

Sic Paulus Apostolus ipse exponit] „ Apo-
 „ stolus eadem formula usus fuisset , si
 „ de assertionem veritatis sermo ipsi fuisset.

Naucum] „ I. e. nihili.

Sequitur , *vid. vol. , ou' ov' , constantiam signi-*
ficet] „ Quid inde ? constantia æque est di-
 „ ctorum , ac factorum , i. e. assertorum ;
 „ quod ex loco Clementis Alexandrini , quem
 „ ipse Auctor n. 5. allegat , constat.

Rationali natura convenientissimum est ,
juramento abstinere] „ Philo proponit id tan-
 „ quam virtuti , & perfectioni conveniens ;
 „ idque tam de promissorio , quam de asserto-
 „ rio intelligit. Sane , ratione naturali omnes
 „ probi esse , & vera dicere , ac facere
 „ promissa citra juramentum deberent : at
 „ in statu præsentis licita omnino esse , ipse
 „ Philo docet. *Vid. supr. §. 7. & 13.*

Viri boni oratio pro juramento sit firmo]
 „ Loquitur de oratione in genere , adeoque
 „ de assertionem æque , ac promissione. Præ-
 „ terea non ait , juramentum exigere non pos-
 „ se ; nam de eo plane non quærebatur , sed
 „ ait , fidem datam instar juramenti servari
 „ debere.

Quod de Essenis Josephus] „ De bell.
 „ jud. 2. , c. 11. Hinc non elicitur , sola
 „ promissoria esse licita ; nam locutio gene-
 „ ralis est , & æque ad assertoria pertinet.

Aut Hebræorum illis , quos secuti sunt Es-
seni] „ *Vid. supr. l. 2. , c. 2. , §. 2. , n. 1.*
Curtio] „ Lib. 7. , c. 8. Hic disertè de
 „ promissorio loquitur : unde constat , utro-
 „ bique eandem esse rationem. Cæterum ni-
 „ hil aliud ex hoc loco probatur , quam Scy-
 „ thas fidem datam æque servare solitos fuisse ,
 „ ac si jurassent : non vero quod jura-
 „ menta illicita crediderint. Nam usum ju-
 „ ramentorum etiam inter Scythas fuisse ,
 „ exinde apparet , quia ægrotante rege in-
 „ quisivere , an quis per solum ipsius pejera-
 „ verit.

Hac eadem mendaci constituta est] „ Hoc
 „ verum non est : gravius est crimen perju-
 „ rii , quam nudum mendacium. Alibi au-
 „ tem diximus , dari gradus uti præmiorum ,
 „ ita & damnationis.

Solonis dictum celebratur] „ Omnia ,
 „ quæ sequuntur , exempla probant , eum ,
 „ qui aliquid promittit , æque sancte id ad-
 „ implere debere , ac si jurasset. Quod omni-
 „ no verum est.

Hieroclis] „ Hic itidem ait , juramenta
 „ reverenter haberi debere ; adeoque ea
 „ probat.

Quæ possunt fieri , & non fieri] „ Hic
 „ rocles monet , abstinere debere a jureju-
 „ rando , si res , quæ promittitur , incerta
 „ est , forte si nondum , vel non absolute
 „ est in nostra potestate. Nam cum delictum
 „ possit , temerarium nimis esset juramen-
 „ tum. Vide §. 2. , & quod statim sequitur
 „ exemplum.

Ut etiam vera jurare veveatur] „ Non fa-
 „ cile jurandum esse , ipsi asserimus : at in-
 „ de non sequitur , omnia juramenta pro-
 „ missoria illicita esse.

In rebus incertis non ad asseverationem]
 „ Si v. g. dux belli promittit suo Principi ,
 „ se victorem rediturum , idque jurejuran-
 „ do confirmet ; merito improbatum juramen-
 „ tum , quod delictum , & ubi perjurium se-
 „ qui potest.

A D §. XXII.

AUCTOR varios recenset ritus , qui in-
 „ star juramentorum sunt , & cum non a
 „ natura , sed ex instituto veniant , in infi-
 „ nitum variare possunt.

Fides datis dexteris] „ At id non est jura-
 „ mentum , nec vice juramenti ; hoc enim
 „ supponit præter fidem datam & mentionem
 „ rei sanctæ , & vindicem perfidiæ , quo-
 „ rum neutrum hic obtinet. Sed jungeban-
 „ tur apud Persas dexteræ tanquam indicium
 „ perfecti negotii , & fidei actu datæ. Vid.
 „ *Diod. Sic. 16 , 14. Nepos in Datam. c. 10.*
 „ Idque apud alias quoque Gentes obtinuisse ,
 „ refert Tesmarus hic. De Græcis vide *Sen.*
 „ *Herc. fur. 370. De Parthis Joseph. antiq.*
 „ 18 , 12. *Conf. Xenoph. Inst. 4 , p. m.*
 „ 99. *Curt. 8 , 12. Justin. 11 , 15. Liv.*
 „ 25 , 16. *Virgil. 4. Æneid. 597. Sophocl. in*
 „ *Oedip. Colon. 1671. Euripid. in Med.*
 „ 20. *Virgil. Æneid 3 , v. 6.* Qui mos
 „ apud Germanos hodieque in usu est. Cæ-
 „ terum legiones apud Romanos sibi dexte-
 „ ras misisse , fidei , & concordie inigne ,
 „ & in nummis quoque conspici , tradit
 „ *Gron. b.*

Promissor non minus detestabilis habeatur ,
quam si pejerasset] „ Perjurium tamen non
 „ committitur , quia rem sanctam non vio-
 „ lavit , utpote quæ promissioni adjecta non
 „ est.

Fidem eorum pro jurejurando valere] „ Hoc
 „ verum juramentum est , tum quia honos ,
 „ & dignitas principibus res sanctissima est ,

„ &

„ & esse debet; adeoque Princeps non videtur
 „ velle violare hanc sanctimoniam violando
 „ pactum: tum quia mali aliquid sibi impre-
 „ catur in casum violationis, ut scilicet cor-
 „ dati homines male de ejus honore, & di-
 „ gnitate opinentur. At tale juramentum ef-
 „ fectum solennis juramenti, & quod in

„ judiciis adhiberi posset, non habet; nisi
 „ partes consentiant.
 „ *Bona fidei sum*] „ Augustus id respondit
 „ populo congiarium promissum petenti:
 „ sed id non est juramentum. Asserit saltem,
 „ se fidem datam servaturum, non vero pro-
 „ mittit aliquid, adjecta mentione rei sanctæ.

C A P U T XIV.

De eorum, qui summum imperium habent, promissis, & contractibus,
 & juramentis.

- I. Refellitur sententia statuens, restitu-
 tiones in integrum ex jure civili ve-
 nientes ad regum actus, qua tales
 sunt, pertinere: item regem ex ju-
 ramento non teneri.
- II. Ad quos regum actus leges pertineant,
 distinctionibus explicatur.
- III. Jurejurando rex quando teneatur,
 aut non teneatur.
- IV. Quatenus rex teneatur his, quæ sine
 causa promissit.
- V. Usus ejus, quod de legum vi circa re-
 gum contractus dictum est.
- VI. Rex subditis obligari naturaliter tan-
 tum, aut & civiliter, quo sensu
 recte dicatur.
- VII. Jus quæsitum subditis licite quomodo
 auferatur.
- VIII. Rejuncta hic distinctio quæsti ex ju-
 re naturali, aut civili.
- IX. Contractus regum an leges sint, &
 quando.
- X. Quomodo ex regum contractibus te-
 neantur omnium bonorum hæredes.
- XI. Quomodo ex iisdem contractibus obli-
 gentur qui in regnum succedunt:
- XII. Et quatenus.
- XIII. Beneficia regum, quæ revocabilia
 sint, quæ non, distinctione expli-
 catur.
- XIV. Contractibus invasorum imperii an
 teneatur cujus erat imperium.

+ I. I. + **P** Romiffa, contractus, & juramenta Regum, + & qui alii iis pa-
 res jus in republica summum obtinent, + peculiare habent quæ-
 stiones, + tum de eo, quod ipsis ¹ in actus suos licet, + tum de eo, quod ² in
 subditos, + tum de eo, quod ³ in successores. + Quod primum caput atti-
 net, + quæritur, an ipse rex, ut subditos suos, ita se quoque restituere in
 integrum, + aut contractum irritum facere, + aut a jurejurando se exsolvere
 possit. + Bodinus * censet, iisdem ex causis regem, (aa) sive aliena fraude, ac
 dolo, 1622.

* Lib. I.
 cap. VIII.
 pag. 135.
 Ed. Franco.
 1622.

G R O N O V I I.

¹ In actus suos] Quatenus promissum, contra-
 ctum, juramentum possint servare, vel non ser-
 vare.

Tom. III.

² In subditos] Quatenus ex promisso, contra-
 ctu, juramento subiectis suis obligentur, num. 6.

³ In successores] Quatenus ex his ipsis teneantur
 successores, num. 10.

(aa) Non vult Bodinus, restitutionem illam

G

Re-

dolo, sive errore circumventum, sive metu, + restitui posse, ex quibus subditus restitueretur, tum in iis, quæ ad jura majestatis imminutæ, tum in iis, quæ ad privata commoda pertinent. + Addit, ne jurejurando quidem teneri regem, si ejusmodi sint pacta conventa, + a quibus discedere lex patiatur, etiamsi pacta honestati sint consentanea: + non enim ideo teneri quia juraverit, sed quia justis conventionibus quisque teneatur, + quatenus alterius intersit.

b L. II.
c. XI. §. 5.
et infra
§. 6.

2. Nos, ut alibi distinximus *b*, + ita hic quoque distinguendum censemus inter actus Regis, qui regii sunt, & actus ejusdem privatos. Nam in regiiis actibus quæ rex facit, + eo loco habenda sunt, quasi communitas faceret: + in tales autem actus sicut *c* leges ab ipsa communitate factæ vim nullam haberent, quia *d* communitas seipsa superior non est, + ita nec leges regie. + Quare adversus hos contractus restitutio *e* locum non habebit: venit enim illa *f* ex jure civili. + Non admittenda igitur exceptio regum adversus contractus, quos minores fecissent.

+ II. I. Plane + si populus regem fecerit non pleno jure, sed additis legibus, + poterunt per eas leges contrarii actus irriti fieri, + aut omnino, aut ex parte, + quia eatenus populus jus sibi servavit. + De iis autem actibus regum, qui pleno jure regnant, + sed regnum *g* non ut proprium possident, + quibus regnum, + aut regni pars, + aut res fiscales alienantur, *h* + egimus supra, & ostendimus, + hos actus ipso naturæ jure nullos esse, + ut factos de re aliena.

2. + At privati actus regis considerandi sunt, non ut actus communitatis, + sed ut *i* actus partis, + ac proinde facti eo animo, ut communem legum regulam sequantur. Unde etiam leges, + quæ actus quosdam aut simpliciter, + aut si is, qui læsus est, velit, irritos faciunt, + locum & hic habebunt, + quasi sub ea conditione contractum foret. + Sic videmus reges quosdam *k* adversus

Regis, sive quæ Regis, sive quæ Privati, fieri ex Legibus Civilibus, sed ex æquitate naturali, cujus beneficium Regi denegari sanè iniquum esset. De re ipsa plura diximus in Notis nostris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

GRONOVII.

4 *A quibus discedere lex*] Quæ leges permittant non servari, aut quibus læsos, & querentes in integrum lex restituit.

5 *Leges ab ipsa communitate*] Falsum puto: nam communitas, quas leges posuit singulis, posuit & sibi: quarum oneribus quum pareat, etiam beneficium frui debet.

6 *Communitas seipsa superior non est*] Cavillatio mera. Tenetur enim legibus ab sese factis, & quamdiu constant, eas agnoscit superiores. Unde in libera Republica legum imperia dicit *Livius* lib. 2. cap. 1. Adde locum lib. 10, 13. [Non Auctor, sed Interpres, heic cavillatur, ut alibi mo-

nimus, & dudum observaveramus ad PUFENDORPIUM nostrum, *De Jure Nat. et Gent.* Lib. VII. Cap. 6. §. 3. *Not. 4. J. B.*]

7 *Locum non habebit*] Durum tamen, regis conditionem duriorē esse, quam minimi privatorum; præsertim in iis rebus, in quibus fraus, dolus, error multo nocentior, & damnosior est, quam in rebus privatorum.

8 *Ex jure civili*] Jus quidem civile introduxit eam, sed ex æquitate naturali. Sic argumentatur: Qui potest restitui, debet habere superiorem. Rex non habet superiorem. E. Limitanda major: Qui potest restitui a judice civili. Instat; Atqui restitutio juris est civilis. Immo origine juris naturalis, civilis modo, & solennibus.

9 *Non ut proprium*] Verum ex lege ut usufructuarii. 1, 3, 11.

10 *Egimus supra, et ostendimus*] 2, 6, 4.

11 *Actus partis*] Privati contrahentis.

12 *Adversus fenestre malum*] Molliter excusat, quod rex Hispaniæ Philippus II. debitoribus suis decoxit,

versus foenebre malum sibi consuluisse juris remediis. + Poterit tamen rex ut aliorum, ita suos actus his legibus solvere; quod an facere voluerit, + ex circumstantiis erit aestimandum. + Si fecerit, judicanda res erit ex mero jure naturali. Hoc addendum, si quæ lex actum irritum faciat, non in favorem agentis, + sed in pœnam, hanc in regum actibus locum non habituram, (bb) ut nec alias leges pœnales, & quidquid vim habet cogendi. Nam punitio, & coactio non possunt procedere nisi a voluntatibus diversis: + itaque cogens, & coactum, requirunt distinctas personas, neque sufficiunt distincti respectus.

III. + Juramentum autem Rex irritum reddere ¹³ + antecederet potest ¹⁴ ut privatus, + si se ipse potestate tale quid jurandi plane privaverit priore juramento: ¹⁵ + consequenter non potest, + quia hic quoque personarum distinctio requiritur. Nam quæ consequenter irrita redduntur, + jam antea ¹⁶ exceptionem in se habebant, nisi superior noluerit: + at ita jurare, ut tenearis nisi ipse nolis, + perabsurdum est, & naturæ jurisjurandi contrarium. Et si vero + ex jurejurando jus quæri alteri non possit, ¹⁷ ob aliquod vitium in persona, + tamen eum, qui juraverit, Deo obstringi, supra ostendimus: + quod ad reges non minus, quam ad alios pertinet, + contra, quam sentit dicto loco Bodinus.

IV. Promissa quoque + plena, & absoluta, + atque acceptata, + naturaliter jus transferre, demonstratum supra ^c est; + quod itidem ad reges non minus, quam ad alios pertinet, ^d ita ut improbanda sit hoc quidem sensu eorum sententia, + qui negant regem teneri unquam his, quæ ^e sine causa promisit; quod tamen quo sensu locum habere possit, mox videbimus.

V. Cæterum quod diximus ^e supra, leges civiles regni locum non habere ¹⁹ in Regum pactis, & contractibus, + id recte vidit & ^f Vasquius. + Sed quod infert + emtionem, & venditionem sine certo pretio, + locationem, & conductionem non expressa mercede, + emphyteusin (cc) sine scriptura, + si a regibus fiant, valitura, non concedendum est: + quia hi actus non a rege qua rege, sed ab eo quasi alio quovis fieri solent. + In quo actuum genere

c Cap. XI.
§. 4. II,
& 14.
d Ang. ad
L. Lucius
II. D. de
eviction.
Curt. Jun.
conf. 138.
n. 4.
e §. 1. n. 2.
f Lib. II.
Contr. III.
c. 51. n. 34.
Suar. lib.
III. c. 35.
n. 14.

decoxit, & novas cum iis tabulas fecit a. C. 1596. Demetrius lib. 18. p. 754. [At idem Rex, bienio post, id revocavit, & agnovit debita, necessitateque summâ adactum se antea novas tabulas fecisse professus est, ut idem *Meyeranus* (nam is est, qui heic *Demetrius* dicitur) refert, sub finem ejusdem Libri XVIII. Vide & Lib. sequentem, fol. 417. Versionis Gallicæ, quâ utor, *Edit. Hag. Com. 1618. J. B.*]

13 Antecederet] Priusquam juret.

14 Ut privatus] 2, 13, 20. An voluit, ut privati?

15 Consequenter] Post factum.

16 Exceptionem habebant] Nempe in re licita.

17 Ob aliquod vitium] Et si fieri possit, talis ut sit persona, cui juratur, ut jus ei non qua-

ratur, ut puta latronis, piratæ. cap. 13. num. 15.

18 Sine causa] Temere.

19 In regum pactis] Nempe cum externis regibus.

(bb) Non quidem pœnam, quatenus coactionem involvit, & à Superiore proficitur: sed quatenus pertinet ad damnum datum alteri, cum quo contractum est, reparandum. Hoc enim respectu Rex potest, & debet se ipsum subjicere legi. Ostendimus id plenius in notis nostris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

(cc) Verius est, Scripturam non requiri, ex naturâ illius contractus. Vide *VINNIUM*, in *Tit. Instit. De Locat. Conduct. §. 3. J. B.*

§ dict. l.
 b Bal. ad
 l. 1. D. de
 pactis. L.
 Princeps
 legibus. 31.
 D. de legi-
 bus. L. ult.
 C. de transf.
 L. Si
 aquam, 2.
 C. de ser-
 vit. Dd. in
 c. 1. de
 Const. Bal.
 L. Si pecu-
 niam. 10.
 C. de con-
 dict. ob
 causam: Et
 in l. ex
 imperfecto,
 3. C. de te-
 stam.
 i L. 1. C.
 ad l. Fulc.
 k L. Si
 pena, 19.
 D. De con-
 dict. indeb.
 l. Sed
 Et si lege,
 25. §. con-
 suluit, 11.
 D. De pe-
 nit. hered.
 m Jus. l.
 v. de cond.
 causa dat.
 Castal. de
 Imperio, q.
 111. vers.
 21. Vsq.
 116. 1.
 contr. Ill.
 604. 3. n. 1.

tantum abest ut communes regni leges vim nullam habeant, ut + etiam leges oppidi, ubi Rex habitat, valere credamus; + quia speciali ratione rex ibi se habet, ut illius cœtus membrum. Quæ tamen, ut diximus, ita procedunt, + nisi circumstantiæ ostendant, placuisse Regi, suum actum ab illis legibus immunitatem facere. Aliud vero exemplum, quod idem adfert Vasquius & de + promissione quolibet modo facta, bene convenit, + & ex his, quæ supra diximus, explicari potest.

VI. I. Contractibus, quos rex cum subditis iniit, + obligari eum naturaliter tantum, non civiliter, ^b jurisconsulti ferme omnes sentiunt, + quod loquendi genus perobscurum est. + Nam (dd) naturalis obligatio interdum a juris auctoribus dicitur + per abusivam de eo, quod fieri natura honestum est, quanquam non vere debitum, + ut legata ⁱ integra sine ²⁰ detractioe Falcidiæ præstare, + solvere debitum, ^k quo quis ²¹ in pœnam creditoris erat liberatus, + vicem ^l beneficio rependere, + quæ omnia cessare faciunt ²² conditionem indebiti: + interdum vero magis proprie id, quod vere nos obligat, + sive inde jus alteri oriatur, ut in pactis, + sive non oriatur, ut in plena, & firma pollicitatione. Maimonides Hebræus lib. III. Ducis dubitantium capite 54. tria hæc apte distinguit, + & quæ non debentur, ait, venire benignitatis nomine, id est חסד, quam alii interpretes ad Prov. XX, 28. explicant פלגת הטובה ^a abundantiam bonitatis; + quæ debentur ex jure stricte sumto, משפט + ^{judicium} Hebræis vocari; + quæ ex honestate, ^{justitiam} צדקה, id est æquitatem. + ελεον, + ^{κρίσιν}, + ^{πίσειν} dixit interpres Matthæi XXIII, 23. ubi ^{πίσειν} vocat, quæ ²³ Hellenistis plerumque est + ^{δικαιοσύνη}. Nam ^{κρίσιν} pro eo, quod stricte debetur, reperias etiam I. Macc. VII, 18. & VIII, 32.

2. + Civiliter quoque obligari ex actu suo dici quis potest, aut eo sensu, ut obligatio procedat + non ex mero jure naturali, sed ex jure civili, + vel ex utroque, + aut eo sensu, ut in foro actio inde detur. ^m + Dicimus ergo, ex promisso, & contractu Regis, quem cum subditis iniit, nasci veram, ac propriam obligationem, + quæ jus det ipsis subditis: + ea enim est promissorum, & contractuum natura, ut supra ⁿ ostendimus, + etiam inter Deum, & hominem.

Bod. 1, c. 8. n. L. II. c. 11. §. 4.

G R O T I I.

^a *Abundantiam bonitatis*] Huc pertinent ea, quæ non ob aliam causam sunt, quam ut liberalitas, & munificentia exercentur, ut loquitur lex 1. D. de donationibus: <sup>κρησότης ἐν πηγῆς πλω-
 τας ἀποβῆι τῆς ἡμετέρας</sup>. Ex ubere fonte mansueti ingenii manat beneficentia: Plutarchus Catone majore, (pag. 339. A. Tom. I. Ed. Wech.)

G R O N O V I I.

²⁰ *Detractione Falcidiæ*] Quadrantis bonorum, qui lege Falcidia concessus est heredi, si legatus

exhausta sit hereditas.

²¹ *In pœnam creditoris*] Velut proscripti, aut cui aqua, & igni interdictum est. [Loquuntur Jcti Romani, ut patet ex Legibus in margine indicatis, de iis, qui Filio familias, contra Senatus consultum Macædonianum, pecuniam mutuum dederunt. J. B.]

²² *Conditionem indebiti*] Ut quod his nomini- bus præstiteris, aut solveris, repetere nequeas.

²³ *Hellenistis*] Iis, qui Hebraica Græce reddebant, & tractabant.

(dd) Confer, circa hanc divisionem, PUFEN-
 DORFIUM, *De Jure Nat. Et Gent.* Lib. III.
 Cap. 4. §. 5. J. B.

G R O

minem. ²⁴ + Quod si tales sint actus, qui a rege, sed ut a quovis alio, fiant, + etiam ²⁵ civiles leges in eo valebunt: + si actus sit regis qua regis, + ad eum civiles leges non pertinent. + Quod discrimen a Vasquio non satis observatum est. + Neque tamen eo minus ex utrovis actu nascetur actio, + nempe ut ²⁶ declaretur jus creditoris; sed coactio sequi non poterit, + ob statum eorum, quibuscum negotium est: + nam subditis, cogere eum, cui sunt subditi, non licet, + sed æqualibus in æquales ²⁷ id jus est a natura, + superioribus in subditos etiam ex lege.

VII. + Sed hoc quoque sciendum est, ^o posse subditis jus etiam quæsitum auferri per regem + duplici modo, + aut ²⁸ in pœnam, + aut ex vi supereminentis domini. (ee) Sed ut id fiat ex vi supereminentis domini, primum requiritur utilitas publica; deinde, ut si fieri potest, + compensatio fiat ei, qui suum amisit, ex communi. Hoc ergo sicut in rebus aliis locum habet, + ita & in jure, quod ex promisso, aut contractu quæritur.

+ VIII. + Neque ullo modo hic admittenda est distinctio, quam adferunt nonnulli, juris quæsitum ex vi juris naturalis, (ff) + & ejus, ²⁹ quod venit ex lege civili; + nam in utrumvis par jus est regis, + nec hoc magis, quam illud, sine causa tolli potest. Ubi enim dominium, aut jus aliud alicui legitimo modo partum est, + id ne sine causa ei auferatur, juris est naturalis. Contra si rex faciat, haud dubie + tenetur reparare damnum datum: + facit enim contra verum jus subditi. Hoc ergo differt jus subditorum, & jus exterorum, + quod jus exterorum + (hoc est qui nulla ratione subditi sunt) ³⁰ supereminenti dominio nullo modo subest; + nam de pœna infra videbimus: + subditorum autem jus ei dominio subest, + quatenus publica utilitas desiderat.

IX. + Ex his, quæ diximus, & hoc apparet, + quam falsum sit quod p quidam tradunt, contractus Regum leges esse. + Nam ³¹ ex legibus nemini jus adversus Regem nascitur: + ideo si eas revocet, nemini facit injuriam. + Peccat tamen si sine justa causa id faciat. + At ex promissis, ³² & contractibus jus nascitur. + Contractibus ligantur contrahentes tantum, + legibus subditi omnes. + Possunt tamen quædam esse mixta ex contractibus, & legibus, ut

o Vasq. lib. 1. cont. ill. c. 5. in pr. § l. 4. c. 1. Castr. lib. 1. conf. 229.

p Bal. in l. Cesar. 15. D. de publicanis. Bart. in l. sicut 7. D. quod cuiusque universitatis, nom. Jaf. conf. 1. col. 4. vol. 1. § alii allegati a Vasq. d. c. 9. u. 5.

G R O N O V I I.

²⁴ *Quod si tales sint actus*] Si convenerit quidpiam regi cum cive suo, non ut regi, sed ut patrifamilias, qui negotium suum regit.

²⁵ *Civiles leges in eo*] Ut eorum nomine rex, vel ejus procurator, possint conveniri coram iudicibus ab ipso constitutis.

²⁶ *Declaretur jus*] Vult subjectis esse jus conventendi principis per libellum supplicem, & querendi sibi non servari quod rex promiserit: sed si contemnat id ille, non esse jus subjectis vi, & armis cogendi eum servare quod promisit.

²⁷ *Id jus*] Nempe cogendi.

²⁸ *In pœnam*] Si quis commiserit, quare merito privetur illo jure.

²⁹ *Quod venit ex lege civili*] Quasi posterius privato auferri a rege possit, non prius.

³⁰ *Supereminenti dominio*] Et tamen eo quoque utuntur qui naves peregrinas, & necessitatem publicam in suis portibus attinent, aut comprehendunt. Sed hoc potest excusari transitu ad primævam communionem rerum, quam indulget necessitas.

³¹ *Ex legibus nemini*] Si quam legem non servet, aut abroget rex, non potest eo nomine a privato in jus vocari.

³² *Et contractibus jus nascitur*] Actio privatis ad conveniendum regem, etiam apud iudices ab ipso statutos.

(ee) Vide PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 5. §. 7. J. B.

(ff) Adde quæ infra dicentur, Lib. III. Cap. 29. §. 9. J. B.

contractus ³³ cum vicino rege, + aut ³⁴ cum publicano factus, + qui simul pro lege publicatur, + quatenus ei infunt quæ subditis ³⁵ observanda sunt.

+ X. b Veniamus ad successores: de quibus adhibenda distinctio est, + sintne omnium simul bonorum heredes, + ut qui regnum, ³⁶ quod in patrimonio est, testamento, vel + ab intestato accipiunt; + an successores regni duntaxat, + puta ex electione nova, aut ³⁷ + ex præscripto; + sive imitatione quadam vulgaris hereditatis, + sive aliter: + an vero mixto jure succedentes. + Nam qui bonorum omnium ita ut regni heredes sunt, quin promissis, & contractibus teneantur, dubitandum non est. + Pro debitis enim etiam personalibus bona defuncti ut obligata sint, ipsi rerum dominio cœvum est.

XI. I. c + At qui in jus regni duntaxat succedunt; + aut partim in bona; + in jus regni vero in solidum; + quatenus obligentur, tam dignum est quæri, quam confuse hactenus tractatum est. ^d + Directe, hoc est ἀμέσως, hos successores regni, qua tales, non obligari, satis est manifestum; + quia jus non accipiunt ab eo, qui proxime decessit, ³⁸ sed a populo, + sive ea successio propius accedat ad jus ³⁹ hereditatum vulgariarum, + sive absit longius: de quo discrimine supra ⁹ egimus.

⁹ L. II.
c. 4. §. 12.
seqq.

2. Sed + ἐμμέσως, id est ^e ⁴⁰ per interpositam civitatem, obligantur etiam tales successores: quod sic intelligitur. + Cœtus quilibet, non minus, quam personæ singulares, jus habet se obligandi per se, + aut per ⁴¹ majorem sui partem. Hoc jus transferre potest + tum expresse, + tum per consequentiam necessariam, puta imperium transferendo; + nam in moralibus qui dat finem, dat ea, quæ ad finem perducunt.

XII. I. + Non tamen in infinitum hoc abit; + neque enim obligandi infinita potestas ad imperium recte exercendum necessaria est, + ut nec ad tutelam, aut curationem, sed quatenus ejus potestatis natura exigit. + Tutor domini

G R O T I I.

G R O N O V I I.

b Veniamus ad successores] Vide Scriptores, quibus utitur Reinkingius lib. I, classe III, cap. 10.

c At qui in jus regni duntaxat succedunt] Vide Aymonium editum a Frehero p. 373.

d Directe, hoc est ἀμέσως, hos successores regni, qua tales, non obligari, satis manifestum est] Sic Solomo obligatus non fuit eo promisso, quod Semel David fecerat. [Vide I Reg. II. 9. & quod ea de re dictum est apud PUFENDORFIUM, De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. Cap. II. §. 13. J. B.]

e Per interpositam civitatem obligantur] Similia vide c. 1. de solutionibus. Propius ad rem facit c. Abbate 3. de sententiis, & re judicata, ubi notanda verba: Cum tam supradicti avi donatio, quam locorum acquisitio promissorum fuerint nomine regni factæ. Vide & Treut. parte 1. disput. VI. thesi 7. Syr. de pace religionis concl. 19.

³³ Cum vicino rege] Quo quod convenit, ut utriusque subjecti præsent in alterius territorio, aut in mari, omnibus, & singulis exequendum est.

³⁴ Cum publicano] Cui portorium, aut aliud vectigal locatur.

³⁵ Observanda] Nempe in vectigalibus pendendis.

³⁶ Quod in patrimonio] I, 3. 12.

³⁷ Ex præscripto] Lege regni.

³⁸ Sed a populo] Qui eam familiam, & omnes ex ea orituros semel legit tanquam alium ex alio sceptrum excepturos, & unicuique jus proprium dedit, perinde, ac si omnes vivi, ac præsentibus fuissent: ita ut nemo a proximo, cui successit, jus suum referat, sed omnes a prima electione.

³⁹ Hereditatum vulgariarum] 2, 7, 19.

⁴⁰ Per interpositam civitatem] Nam pro defuncti principis, ut capitis sui, debitis obligatur civitas, ut corpus ejus: quod cum transferit ad successorem, & hunc pro capite acceperit, oportet hunc onera corporis non ab se aliena putare.

⁴¹ Majorem sui partem] 2, 5, 17.

G R O.

mini ^f loco habetur, inquit Julianus, ^r cum rem administrat, non cum pupillum spoliat; quo sensu & illud intelligendum, quod dixit Ulpianus ^s, ⁴² magistri societatis pactum societati ⁺ non prodesse tantum, sed & obesse. Neque tamen, ut quidam existimant ^t, lex hæc ⁴³ ad naturam ⁴⁴ negotiorum gestorum exigenda est, ⁺ ut tum demum ratus sit habendus actus, si utiliter gestus sit. Nam ad tales angustias reipublicæ imperantem redigere, ⁺ ipsi reipublicæ esset periculosum. ⁺ Quare nec sensisse hoc credendus est populus cum imperium detulit. Sed quod a Romanis Imperatoribus in causa civitatis ^u responsum est, ⁴⁵ valere transactionem, quam magistratus fecissent ⁴⁶ ⁺ in re dubia, ⁺ non si indubitate id, quod deberi possit, remissum sit, ⁺ idem ad nostram de populo toto quæstionem referri debet, ac potest, ⁺ sed servatæ proportionem.

2. Sicut ergo ⁺ leges non quævis subditos obligant ^x, possunt enim, etiam extra eas, quæ jubent ⁺ quod illicitum est, ^g ⁺ esse quædam evidenter stultæ, atque absurdæ; ⁺ sic & contractus regentium ita obligant subditos, ⁺ si probabilem habeant rationem, ^h ⁺ quod in dubio ob regentium auctoritatem præsumi debet. Quæ distinctio multo est melior, quam illa, quæ a multis afferri solet ⁺ de exitu ⁴⁷ modicæ, aut immodicæ læsionis. ⁺ Non enim exitus in hac re, ⁺ sed probabilis ratio rei gerendæ spectanda est: ⁺ quæ si adsit, & populus ipse obligabitur, ⁺ si quo casu sui juris esse inceperit, ⁺ & successores

ut
De trans-
action.

^x Th. 1, 2. q. 95. art. 3. Pan. in c. quæ in ecclesiarum num. 14. Felin. n. 60. Turrecrem. in c. sententia 11. q. 3. concl. 6, & 7. n. 8. & 9. Alii in c. licet, de vot. Aguirre Apal. p. 1. n. 70.

G R O T I I.

¶ Tutor domini loco habetur, inquit Julianus, eum rem administrat, non cum pupillum spoliat] Huc pertinent ea, quæ habet Cuiusdam parte IV. Elisabethæ anno M D XCV; & quæ Cromerus habet de Georgii Bohemix regis ere alieno imprudenter suscepto a Wladislao, lib. XXVII. (pag. 593.)

g Esse quædam evidenter stultæ, atque absurdæ] Ut lex Cabadis Persarum regis apud Procopium, (Persic. Lib. I. c. 5.) & Agathiam. (Lib. IV. c. 12.) Hoc legis argumentum ad alienationes aptat Petrus, Legatus Justinii II. ad Chosroën, agens de iis, quæ Justinianus Saracenis promississe videbatur: *ἡ γὰρ ἐνὸς ἀνδρός εἶναι, Θεοὶ δὲ τὸ πλεον ἢ νόμῳ μὴ λυσιτελεῖν, ἢ εἰ πέφυκε βασιλεὺς ἐ τὸ εἶναι ἰσχυροποιήσας ἢ γὰρ νομοθετήσας, πολιτεία κατὰ κἀκὸν ἴσται ποτε* Non enim ex unius hominis consuetudine, aut etiam lege non utili, etiam si Imperator sit, qui morem talem firmaverit, aut lege sanxerit, reipublica unquam condemnabitur. [Hoc est ē MENANDRI Protectoris Legat. c. 12; sed ibi Joannes Legatus loquitur, non Petrus. J. B.]

h Quod in dubio ob regentium auctoritatem præsumi debet] Sidonius lib. V. epistola XVII. Quid quid sponderit princeps, semper redhibet principatus. Vide Ambrosium in laudibus Theodosii, (p.

492. C. Ed. Paris. 1569.) Symmachum lib. IV, epist. 7, & 19. lib. V, 37. Conc. Toletanum V, c. 6. C. cæterum 3. de donationibus. debita Justiniani, qui xs magnum reliquerat, a Justino imperii succedere perfoluta narrat Corippus lib. 11.

G R O N O V I I.

42 Magistri societatis] Qui præerat focis exercituli vectigalis publici, velut scripturæ, aut portuorum, decumarumve. Cicer. 2. in Verr. 71. & 74. lib. 13. epist. 5. & 65.

43 Ad naturam negotiorum] Non stricte accipienda, ut sit in impensis a negotiorum gestore factis.

44 Negotiorum gestorum] Actionis contrariæ, quam qui se ultro negotiis, aut litibus alienis obtulit, negotiorum gestor habet, & ea præstatur indemnis duntaxat in eo, quod communi hominum iudicio utiliter gessit.

45 Valere transactionem] Remissionem debiti.

46 In re dubia] Etiam ambiguum sit, possitne illud debitum omne obtineri, an eo carendum sit, sive ob actionis, sive ob debentis infirmitatem.

47 Modicæ, aut immodicæ] Ut contractus principis, tanquam populi, obliget successorem, si non eo nimis imperium gravetur: contrario casu non obliget.

ut populi capita. Nam & si quid populus liber contraxisset, + obligaretur is, qui postea regnum plenissimo jure acciperet.

3. + i Laudatur Cæsar Titus hoc nomine, quod beneficia a superioribus concessa a se peti passus non est, cum Tiberius, & eum secuti, + non aliter rata habuissent superiorum beneficia, nisi eadem iisdem & ipsi dedissent. Titi exemplum secutus Imperator optimus Nerva in Edicto, quod k + apud Plinium exstat, sic ait: *Nolo existimet quisquam quæ alio Principe vel privatim, vel publice est consecutus, ideo saltem a me rescindi, ut potius mihi debeat si illa rata, & certa fecero, nec gratulatio ullius instauratis eget precibus.* At vero de Vitellio cum narraffet Tacitus, y eum, nulla posterum cura, lacerasse imperium, ¶ulgo 49 ad magnitudinem beneficiorum accurren- te, quibusdam & pecunia emercantibus, addit: *Apud sapientes cassa habebantur, 1 + quæ neque dari, neque accipi, salva republica, poterant.* ©

y Hist. XII.
c. 55.

4. Illud hic addendum est, si quo casu contractus incipiat vergere + non ad damnum modo aliquod, + sed ad perniciem publicam, ita ut ab initio contractus 50 + in extensione ad illum casum censendus fuisset injustus, & illicitus, tunc 51 non tam revocari eum contractum posse, m + quam declarari, eum non ultra obligare, + quasi factum sub conditione, + sine qua juste fieri non potuit.

§. Quæ

G R O T I I.

i *Laudatur Cæsar Titus hoc nomine*] Historia apud Suetonium c. 8. apud Xiphilinum ex Dione, (pag. 212. Edit. Rob. Steph.) & apud Victorem, (in Cæsarib. c. 10.) Simile c. Justitiæ, 15. causa XXV, quæst. 1. Gail. obs. 11. LX, 15. Vide & Radevici historiam. Gunterus Ligurino lib. V.

Neve secuturi factum subvertere reges, Aut revocare queant, reguli tuta sigillo Argumenta Duci, monumentaque certa reliquit.
(Verf. §69, & seqq.)

Et libro VIII. (verf. 579. &c.)

Tanta tamen clari fuit indulgentia regis, Ut quicumque bona priscorum munera regum Hacenus ista fide possederat, idque probare Legitimus poterat, vel demonstrare tabellis, Principis assensu titulo gavisus eodem Nunc quoque possideat. —

k *Apud Plinium*] X. Epist. 66.

l *Quæ neque dari, neque accipi, salva republica, poterant*] Laudat, & applicat Mariana ad immensam magnificentiam Friderici Regis Neapolitani XXVI, 16. A Nerone donata etiam ab emtoribus repetiit Galba, relicta decima. Tacitus historiarum 1. (Cap. 20.), & Plutarchus. (in Galb. Tom. II. pag. 1060. A.) Pertinax etiam a libertis ea exegit, quæ sub ipseie venditionis, Commodi Principe, lucrifecerant. [Capitolinus, Cap. 8.] Bassilius Macedo Imperator repetiit quæ

Michael Imperator elargitus fuerat. Zonaras de eo: (Lib. XVI. Cap. 8. Ed. Reg.) *Ἐλήφιστο παρὰ πάντων τῶν ἐξ ἑδμίας χρήματα λαβόντας ἐυλόγη λαβῆς, ἀνοιδιδόνας ταῦτα, ἢ γὰρ δὴ μετριώτερον ἡμῶν. Communi consensu placuit, ut qui pecunias nulla probabili ex causa accepissent, partim totas, partim dimidium redderent.* Vide eundem Isaacio Comneno. (Lib. XVIII. Cap. 4.) De donationibus Ludovici XI. vide Serranum Carolo VIII. (Pag. 413.) De ejusdem donationibus, etiam quæ Ecclesiis factæ, non servatis, Philippum Cominaum lib. IX. (Verf. Sleidan. Lib. VI. Cap. 7. ipsius Auctor.) Marianam vero de donationibus, quas Arragoniæ rex Ramirus fecerat, rescissis, libro X, c. 16. de Isabellæ donationibus rescissis per ipsam XXVIII, 11. Cromerum de Casimiri regis Poloniæ testamento partim probato, partim improbato, XII. (Lib. XIII. pag. 322, 323.)

m *Quam declarari eum non ultra obligare*] C. Suggestum est, 9. de decimis. Exemplum in Actis Alfonsi, & Sancti apud Marianam lib. XII, c. ultimo: apud Camdenum dicto ann. M D XCV. & anno M D XCVII. in controversia Hanseatica.

G R O N O V I I.

48 *Apud Plinium*] Lib. 10. post. epist. 66.

49 *Ad magnitudinem*] Avide accipiente quæ ille prodige donaret.

50 *In extensione ad illum casum*] Interpretatione productus, & applicitus ad hunc eventum.

51 *Non tam revocari*] Non necesse esse, ut solenniter rescindatur, sed sufficit testari, & significare, principem se eo non teneri.

G R O

5. Quæ de contractibus diximus, + eadem intelligenda sunt ⁿ de alienatione pecuniæ populi, + aut rei alterius, quam secundum leges rex alienare bono publico possit. Nam + hic quoque similis adhibenda est distinctio, an probabilis donandi, aut aliter alienandi fuerit ratio.

6. + At si contractus ad regni, + ejusve partis, + aut patrimonii regalis, + quatenus id Regi permiffum non est, alienationem pertineant, + non valebunt, ut facti de re aliena. + Tantundem erit in ² regnis restrictis, + si quam materiam, aut actuum genus populus a potestate regia exceperit. + Nam ut tales actus valeant, + populi per se, + aut per eos, qui ³ populum legitime referunt, consensus requiritur, ut ex iis, quæ de alienatione ⁴ supra diximus, intelligi potest. + Quibus distinctionibus adhibitis facile judicari poterit, justæ, an injustæ fuerint exceptiones regum, + qui priorum regum nomina exsolvere recusarunt, + quorum heredes non fuerant: quarum exempla apud + Bodinum ^z videre est.

+ XIII. Illud quoque ^o a multis traditum, ^a beneficia Principum, quæ liberaliter sunt concessa, + semper posse revocari, sine distinctione transmittendum non est. Sunt enim quædam beneficia, + quæ rex de suo facit, & quæ, + nisi adsit ⁵ precarii clausula, vim habent perfectæ donationis. P + Hæc revocari non possunt, ⁶ + nisi quod subditos attinet in pœnam, aut ob utilitatem publicam, + cum compensatione, si fieri potest. + Sunt alia, quæ ⁷ vinculum duntaxat legis demunt, sine ullo contractu. Et hæc sunt revocabilia. Quia sicut lex sublata universaliter, + reponi universaliter semper potest, + ita & particulariter sublata particulariter reponi. + Nullum enim hic jus quæsitum est adversus legis auctorem.

+ XIV. Contractibus vero eorum, + qui sine jure imperium invaserunt, + non tenebuntur populi, aut veri reges; + nam hi jus obligandi populum non habuerunt. + De in rem verso tamen tenebuntur, id est quatenus locupletiores facti sunt.

G R O T I I.

n De alienatione] Habes huc pertinentia in Conciliis Gallie tomo III.

o A multis traditum] Vide citatos per Reinkingium libro II, classe, cap. 8. num. 26. & sequentibus.

p Hæc revocari non possunt] Vide Afflictum de eis. CXXXVIII. num. 10.

G R O N O V I I.

52 Regnis restrictis] Quæ non pleno jure tenentur, sed certis legibus.

53 Populum legitime referunt] Ordines, vel Status.

54 Supra] 2, 6. 9.

55 Precarii clausula] Ut tamdiu valeant, quamdiu non fuerit aliter constitutum.

56 Nisi quod subditos attinet] Quando subjectis concessa sunt, ob crimen rebellionis, aut seditionem, simileve delictum, aut si ea reipublicæ detrimento esse cœperint: & tum tamen pro jure quæſito, quod aufertur, aliquid par illis restitutum.

57 Vinculum legis demunt] In quibus simpliciter conceditur, quod alicui civitati, vel corpori, collegiove, aut familiæ, vel personæ profuturum est, nulla mentione pacti cum illis ini, præter legem omnes obligantem.

z Lib. 1. c.
8. §. Neque enim.
a Curt.
Jur. conf. 138. n. 4. conf. 157. n. 18. Cravetta de aut. tem. 2. p. 1. partis princ. n. 38. Beil. in spec. prin. rubr. 26. Ant. Gabr. lib. 1. tit. de jure quas. non tollendo conc. 6. n. 20. & concl. 7.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XIV.

HACTENUS in genere de promissis, & contractibus, ac quomodo juramentis firmentur, egimus: sequitur tractatus specialis de promissis, iisque juratis, *summæ potestatum*. Promittunt autem summæ potestates vel de rebus *privatis*, de quibus hoc capite agetur, vel de rebus *publicis*, de quibus capite sequenti.

Hujus capituli Auctor tres facit partes, examinat enim 1^o. quid liceat summæ potestati in propriis actibus, §. 1, usque ad §. 6: 2^o. quid ei liceat in actibus subditorum, §. 6, usque ad §. 10: 3^o. Quid ei liceat circa actus successorum §. 10, seq.

In genere hic notandum est, quod Princeps æque, ut privatus, ex promisso, & ex juramento cum effectu obligetur, sive cum subdito contrahat, sive cum alia summa potestate. Hoc principio in genere posito, distinguendi sunt casus, 1. an rex cum rege contrahat: 2. an cum extraneo privato extra regnum: 3. an cum extraneo privato in suo regno: 4. an cum subdito suo.

Primo casu, quoties scilicet rex cum rege sive de re privata, sive de re publica agit, jus merum naturæ valet, omniaque obtinent, quæ supra c. 11, 12, & 13. exposuimus, adeo ut si alter stare promissis nolit, bello ad id adigi possit.

Secundo casu, si scilicet Rex cum extraneo privato agit, extra regnum tenetur ut privatus ex jure loci, ubi negotium actum est; indeque Rex, si actor est, sequitur forum rei privati, & si iudex rei jus ei denegat, injuria est iudicis; & sic inter ipsos principes est jus belli. Si Rex debitor, & reus est, jus accipere debet juxta leges loci, ubi contraxit: si nolit satisfacere extraneus, ille sui principis opem imploret, qui bello promittentem

adigere potest ut suo subdito, cui promissit, satisfaciat.

Tertio casu, quando scilicet Princeps cum extraneo privato contrahit in suo regno, extraneus actionem contra principem promittentem cum effectu instituere nequit, quia his superiorem in suo territorio non habet. Nulla ergo alia procedendi ratio hic subest, quam ut privatus, cui promittitur, sui principis imploret officia: si promittens ad hujus instantiam satisfacere nolit, bello ad id adigi potest, quia princeps jura suorum subditorum armis quoque defendere tenetur. E contrario princeps si ei promissum est, compellere illum privatam extraneum nequit ut promissis stet, quia principi in hunc nullum imperium competit: sed si extraneus conventus in territorio sui principis nolit solvere, creditor auxilium implorat principis, qui jus in reum habet; qui si satisfactionem neget, cum ipso principe jus belli obtinet: de quo late egimus supra L. 1, c. 3, §. 1.

Quarto casu, ubi Rex cum subdito agit, vel ab eo convenitur, plenissima inde utrinque oritur obligatio. At Rex conventus cogi non potest, quia superiorem non habet. Hinc Deo res relinquenda est, & subditus calamitatem accipere videtur.

His ita præmissis, prima apud Auctorem quaestio est, an Rex se ipsum contra promissum a se factum in integrum restituere possit, si vi, metu, vel dolo ad contrahendum inductus est? Nos distinguimus, an summa potestas, an extraneus privatus, an subditus metum illum intulerit. *Priori casu* merum jus naturæ obtinet, & rex, etiam extra causam justæ belli, coactus plenissime ex suo consensu obligatur; si vero vis injusta fuerit, & de eo constat, propter hanc injuriam separa-

tim

tim agere potest contra eum, qui injuriam fecit. Coactus ergo obligatur stare promissis; at jure belli injuriam sibi illatam vindicat. *Altero casu extraneus verum jus agendi habet contra regem, qui vi, metuque promissit, adeo ut si non sit satisfacere, extraneus ille suum adire principem, ac de injuria queri possit: & tunc principis res est, ac jus belli. Sed si Princeps vim passus est, vicissim de injuria agere contra metum inferentem potest, & princeps cogentis subditum ad reparationem illius injuriæ adigere tenetur. Tertio casu princeps omnino uti eisdem beneficiis potest, quæ suis subditis inter se indulgit.*

Additio.

„ Vera principia mox peculiari dissertatione exponemus.

A D §. I.

P R O M I S S A, *contractus, & juramenta regum*], Nam de promissis, contractibus, & juramentis privatorum egit *Cap. XI, XII, & XIII.*

Et qui alii iis pares jus in republica summum obtinent], Uti populus in statu Democratico; Proceres in statu Aristocratico, &c.

Peculiares habent questiones], Regula eadem est circa regum pacta, & circa pacta privatorum. Ex utrisque enim pactis jus oritur quatenus partes disponunt. At circa auctoritatem legum civilium, an, & quatenus in principum promissis, & juramentis valeant, quæstiones peculiares occurrunt.

Tum de eo, quod ipsis in actus suos licet] An scilicet gaudeant beneficio restitutionis in integrum ob fraudem, dolum, metum, errorem &c. *b. §. 1, n. 1*: an juramento se exsolvere possint, *b. §. 1, n. 1, juncto §. 3*: an promissio sine causa, vel non adhibita forma lege præscripta, facta valeat, §. 4.

Tum de eo, quod in subditos] An scilicet princeps jus subditis ex suo pacto quaesitum auferre possit, §. 7, & 8. De eo, quod in extraneos licet, videlicet supra *l. 2, c. 4, §. 1.*

Tum de eo, quod in successores] Quatenus scilicet successores vel bonorum, vel imperii, ex pactis antecessorum obligentur, §. 9, & seq.

Quod primum caput] Quid scilicet imperanti in suos actus liceat,

Quæritur, an ipse rex ut subditos suos, ita se quoque restituere in integrum], v. g. „ Ob læsionem enormem, ob lubricum ætatis, ob vim, ac metum &c.

Aut contractum irritum facere], Si v. g. „ contra formam lege præscriptam, adque contra jus commune aliquid promissit.

Vid. L. 5, C. de Legibus.

Aut a jurejurando se exsolvere possit], I. e. „ Se ipsum dispensare possit, re juramentum effectum habeat. Conf. *c. præc. §. 20, n. 2, & infra §. 3.*

Bodinus censet], *De republ. c. 8, p. m. 135, seq.* qui more solito consule admodum hanc materiam examinat.

Restitui posse, ex quibus subditus restituere-tur], E contrario Vasquius *L. 2, Contror. §. 1, n. 29, seq.* statuit, leges civiles in actibus principum plane in consideratione non esse. Grotius distinguit inter actus regios, & privatos; & in illis jus nature solum obtinere, ait, in his autem leges civiles locum habere. Quod verum est, uti mox demonstremus.

Tum in iis, quæ ad jura majestatis], I. e. Ubi rex de Juribus reipublicæ disponit.

Addit, ne jurejurando quidem teneri regem si ejusmodi sint pacta conventa, a quibus discedere lex patitur, etiamsi pacta honestati sint consentanea] Hæc additio non pertinet ad casum si rex cum aliis principibus, aut subditis contrahit, & vi, dolo, aut metu læsum est: sed ampliatio hæc pertinet ad aliam quæstionem, quam Bodinus *pag. 112, movit, an, nimirum, princeps patriis legibus, in quas juravit, obligetur?* Et hoc casu distinguit, an, princeps se ipsum jurejurando adegerit? an princeps alteri promiserit jurejurando, se leges a se, vel a majoribus latas non violaturum? *Priori casu regem non obligari, ait, quia lex discedere patitur a tali pacto.* Cum enim obligatio harum legum dependeat ab arbitrio principis, ipsum quoque juramentum ab ejus arbitrio pendere videtur.

Non enim ideo teneri, quia juraverit, sed quia iustis conventionibus quisque tenetur] Hæc verba male junguntur cum præcedentibus; nam ea ad posteriorem distinctionis a Bodino adhibitæ casum pertinet. Si scilicet princeps aliis promiserit jurejurando, se leges a se, vel a majoribus latas non violaturum: atque hoc casu obligari promittentem, & jurantem, ait Bodinus *dist. pag. 112*, si tertium interlit, non ideo, quia juravit, sed

„ quia ita disposuit. Ut proinde appareat,
 „ confuse admodum sententiam Bodini ab
 „ Auctore proponi.

Quatenus alterius interfit] „ Errorem hunc
 „ quem Connanus quoque defendit, refuta-
 „ vimus supra L. 2, c. 11, §. 1; ubi demon-
 „ stravimus, pacta servanda esse, etsi pro-
 „ mittentis non interfit.

2 *Ubi hic quoque distinguendum censuimus*]
 Auctor in examinanda quaestione, an benefi-
 cia restitutionis in integrum regi competant,
 distinguit, an ut REX contrahat, juret
 &c, an ut PRIVATUS: & ait, ea,
 quæ ut rex facit, eo loco esse: ac si populus
 fecisset, qui cum se ipso superior non sit, suis
 legibus nec obligari, nec beneficia sibi con-
 cedere possit; secus si ut *privatus* promittit.

Nos in genere dicimus, regem æque obli-
 gari ex actibus privatis, ac ex actibus publi-
 cis, si *natura* jus alteri quaesitum inde est.
 Notanter diximus, si *natura* alteri jus inde
 quaesitum est; secus ergo si saltem *ex lege ci-
 vili*. Nam cum Rex tibi ipsi legem dicere non
 possit, nec ex illa lege civili obligari poterit:
 omne quippe imperium ex principis voluntate
 est; nemo autem ex sua voluntate se obligat;
 imperium supponit superiorem: at princeps
 sibi ipsi superior non est. Hinc contradictio
 est, & contra naturam relatorum, impe-
 rium in se esse. Equidem princeps se ipsum
 legibus civilibus submittere ultro solet: & tunc
 non obligatur ex alterius imperio, sed ex ge-
 nerositate implet id, ad quod natura non te-
 netur. Sed & porro notandum est, quod
 princeps, si contra jus natura quaesitum qua-
 dam beneficia indulgeat subditis, uti resti-
 tutiones in integrum ex capite ætatis, doli,
 vis, ac metus, item si irritos reddit contra-
 ctus filiorum fam. & uxorum, si immodi-
 cas usuras solvi prohibet &c, iisdem benefi-
 ciis NB. contra subditos uti possit. Etsi enim
 sibi ipsi beneficia concedere nequeat, tamen
 si iisdem, quæ populo concessit, uti velit,
 licite id facere poterit. Neque enim alicui fit
 injuria: sane, subditi in principe improbare
 non possunt quod in se probant.

Distinctio igitur illa inter actus *publicos*, &
privatos, non ipsam obligationem respicit;
 nam ex utrisque æque obligatur princeps, si
 jus inde alii quaesitum est natura: sed effectum
 hunc saltem habet illa distinctio, ut ex acti-
 bus *publicis* princeps tantum obligetur intra
 fines legitimæ administrationis; ex actibus
privatis indistincte: & quod contractus de
 actibus *publicis* obligent successores, non

hæredes; promissa *privata* autem obligent
 hæredes, non successores.

Additio.

„ Nos cum Grotio distinguendum cense-
 „ mus, an Rex *ut rex* disponat, i. e. de
 „ re publica: an *ut privatus* de jure privato.
 „ *Priori casu* leges civiles locum habere non
 „ possunt, quia Rex superiorem non habet,
 „ qui ei legem dare possit; ipse autem sibi
 „ necessitatem imponere nequit. Vide L. 2,
 „ c. 4, §. 12. *Posteriori casu* actus princi-
 „ pis privati subjacent legibus civilibus,
 „ adeoque sequuntur communem legum re-
 „ gulam. Hactenus enim ipse tanquam mem-
 „ brum civitatis consideratur, adeoque tan-
 „ quam privatus, qui superiorem habet; in-
 „ deque privatorum jure utitur. Quo prin-
 „ cipio posito, omnes propositæ quaestiones
 „ facili ratione deciduntur. Et cum hæc di-
 „ stinctio insignes effectus in omnibus juris
 „ objectis habeat, materiam hanc, a ne-
 „ mine hactenus rite explicatam, peculiari
 „ dissertatione illustravi, quam hic inserere
 „ operæ pretium duxi.

DISSERTATIO

*De diversitate actuum Regis qua Regis, &
 Regis qua privati.*

CAPUT I.

De diverso respectu personæ regis in genere.

§. 1.

R E X (*uti qualibet alia summa potestas*),
diverso respectu considerari potest: nimirum,
 UT CAPUT REPUBLICÆ, seu qua
 REX: 2. UT MEMBRUM SOCIETA-
 TIS CIVILIS; seu qua PRIVATUS.

§. 2. *Tanquam CAPUT REPUBLICÆ, i. e. qua rex consideratur, quoties
 quaestio est de rebus, & juribus publicis,
 qua populus ejus curæ commisit.*

*Tanquam MEMBRUM CIVITATIS, i. e. tanquam privatus consideratur, quoties
 quaestio est de rebus, & juribus regis privatis
 qua rex non a populo, vel ex ejus dispositio-
 ne, sed titulo privato tenet.*

§. 3. *Sane, reges quoque præter jura publica,
 qua a populo eis delata sunt, plurima jura
 cum aliis privatis communia habere, vel ex
 ipsa naturali ratione apparet.*

*Ex STATU enim HOMINUM jura
 patris, mariti, agnati &c, circa liberos,
 uxores, & agnatos eis naturali jure, æque,
 ac aliis concivibus quaesita sunt.*

Jur

Jus IN RES, i. e. proprietatem, & dominium iisdem modis sibi acquirunt, quibus alii privati.

Sed & PERSONA regis privatim OBLIGARI ex contractu, delicto, & variis causarum figuris potest.

Nos ex natura rationibus, & ex Romanis legibus alibi probavimus, regem duplicia habere bona, publica, & privata; duplexque ararium, publicum, & privatum. (Vid. l. 2, c. 6, §. 10; & Jus meum Controv. tit. de jure fisci q. 4.) Priorum saltem administrator est, posteriorum dominus.

§. 4. Hinc jam apparet, alios esse ACTUS REGIS QUA REGIS, alios esse ACTUS REGIS QUA PRIVATI. Grot. l. 2, c. 14, §. 1, n. 2. §. 2, 3, 4, 5, & 6, n. 3. §. 11.

Actus regis UT REGIS solo nature jure reguntur. Grot. l. 2, c. 11, §. 5, n. 3, Dissert. Procem. XII, §. 421. Neque leges civiles hic obtinent. Grot. l. 2, c. 14, §. 5, pr. §. 6, n. 2. Hi enim actus considerandi sicut quasi communitas faceret. In tales autem actus sicut leges ab ipsa communitate factæ vim nullam haberent, quia communitas se ipsa superior non est, ita nec leges regis. Grot. l. 2, c. 4, §. 12. cap. 14, §. 1. §. 2, n. 2. Bodin. l. 1, c. 8, p. m. 145.

§. 5. Actus REGIS PRIVATI non sunt considerandi ut actus communitatis, sed ut actus partis, Grot. d. c. 14, §. 2, n. 2, qui a rege, sed ut quovis alio sunt, d. c. 14, §. 6, n. 2.

In his igitur actibus indubie omnia jura privata obtinent, quæ ratio naturalis inter membra ejusdem civitatis constituit; adeoque omnia jura, quæ cuique privato ex statu hominum ex jure rerum, & ex obligatione personæ naturali jure propria, & quesita sunt, & regi competunt, & contra regem obtinent. Bodin. de republ. l. 1, c. 8, p. m. 134, 153, 155, seq.

§. 6. Sed id queritur, An leges mere civiles in actibus regis NB. privatis obtineant? i. e. An rex quoad jura privata ex legibus civilibus obligetur?

Negat hanc questionem Vasquius L. 2, c. 51, & magis Bodinus L. 1, c. 8, pag. 134, 150, seq. qui regem nunquam, nec majorum, nec suis legibus obligari, statuit, quia nemo in se ipsum imperium habet, L. 13, §. 4, ad Sc. Treb. & nemo se ipsum cogere potest; ibid. & l. 3, §. 3, l. 4. Recept. arb. superior enim, vel par non est, dd.

leg. Nemo igitur fungi potest officio cogentis, & coacti. L. 13, §. 4, ad Sc. Treb. Hinc regala est, nullam obligationem consistere posse, quæ a voluntate promittentis statum capit. L. 46, l. 108, §. 1, Verb. obl.

Accedere videtur auctoritas legum civilium. Severus enim, & Antoninus sæpissime rescripserunt, se legibus solutos esse, etsi legibus vivant. §. f. Inst. quib. mod. test. inf. Theodosius, & Valent. dignam vocem esse, ajunt, dignitate regnantis, legibus se alligatos profiteri; L. 4, c. legib. adeoque solutos se legibus asserunt, & sponte se illis alligatos profiterentur. Conf. L. 3, de testam. l. 23, ff. legat. 3. Goth. ad l. 4, C. ad l. Falc. & Nov. 105, c. 2, §. 4.

Sed & idem Bodinus præjudicium assert Curia Parisiensis, quæ anno 1182. in causa Philippi II, regis, qui agrum Guinarum emit, & quem proximi jure gentili redimere cupiebant, hoc ideo a redemptione removit, quod princeps legibus civilibus non teneatur, d. l. 1, c. 8, pag. 158.

Denique Pufendorfus de J. N. l. 8, c. 10, aliam rationem assert, quod princeps, eo ipso dum contrahit, actum illum a legibus civilibus exemisse videatur.

At his non obstantibus tuto asserimus, leges mere civiles omnino in ACTIBUS REGUM PRIVATIS obtinere. Cum enim rex habens ut privatus, & ut membrum civitatis agat, necessario sequitur, actus ejus legibus civitatis active, & passive subesse, i. e. eum jure privatorum uti. Grot. l. 2, c. 12, §. 3. c. 14, §. 2, n. 2. §. 5. §. 6, n. 1, & 2. Actusque eos eo animo factos censeri, ut communem legum regulam sequantur, & regem sub ea conditione contrahere videri. Grot. l. 2, c. 14, §. 2, n. 2. Atque hoc adeo verum est, ut rex non tantum conveniri ex illis legibus cum effectu possit, sed & nullum sit quicquid contra leges civiles agit. l. 5, C. Legib.

Inmo Grotius in hoc actuum genere tantum abesse, ait, ut communes regni leges nu. laus vim habeant, ut etiam leges oppidi, ubi rex habitat, in illis valere statuat d. c. 14, §. 5; quia speciali ratione rex ibi se habet ut illius civitatis membrum. Grot. ibid.

Quod vero rex ex legibus quoque civilibus agere, & beneficiis, ac privilegiis, aliis privatis concessis, uti possit, omni dubio caret. Cum enim jura civilia contra regem obtineant, nulla ratio dari potest, cur non obtinere debeant si de ejus favore agitur. In omnibus enim actibus privatis rex privatus est, & privatorum jure utitur. H 3 Ra.

Rationes adversariorum tanti non sunt, ut in contrariam nos moveant sententiam. Regula enim illa, quod nemo in se ipsum imperium habeat, & nemo se ipsum cogere possit, vera est quoad executionem, non quoad obligationem, seu jus attinet. Sane, princeps, qui privatis debet, plenissime obligatur ad reparationem; at cogi nequit. Vid. §. seq.

Legibus Romanis statutum erat, ut Imperatores, qua privati, soluti essent legibus: adeoque publica lege constabat, Imperatores ad formam, & solemnitates legum civilium obligatos non fuisse. Si proinde civis cum Imperatore contrahit, conditionis ejus gnarus, eo ipso consentit, ut negotia ex solis naturae regulis dijudicentur. Adeoque haecenus verum est, virtutis, non juris fuisse, si imperatores legibus civilibus se alligatos profitebantur. Ipse Augustus, qui legibus solutus erat, largitionem uxori Liviae facturus, veniam legis Voconiae a Senatu petiit. Bodin. d. l. pag. 158. Quod ad praedictum Bodini attinet, illud nihil probat, quia contraria praedicta apud eundem Bodinum existant. Refert enim, Carolus VII. condemnatum fuisse ut sylvam urbi proximam in Parisiorum usum cederet. L. 1, c. 8, pag. 164. Sed & porro rex Francia anno 1266. ex hortis deliciarum Curioni decimam exsolvere damnatus est judicio curiae Parisiensis. Bod. d. l. p. 163; & cum beneficium restitutionem amplecteretur, quod procurator fisci vadimonium deseruisset, rejectus est, ibid. Sane, Philippus Valelius in testamento expressse derogavit legibus patriae, ibid. pag. 157; & cum uxori pecuniam, aut praedia privata contra leges largiretur, pariter addidit, se legibus patriae derogare, ibid. Adeoque non valuissent illi actus, nisi declarasset, se nolle in actibus his leges civiles valere. Quod jure nolle potest, quia in arbitrio regis est leges civiles pro lubitu mutare, & tollere.

Fallit autem quam maxime ratio Pufendorfii: nam e contrario rex, qui ut privatus contrahit, ea lege contraxisse videtur, ut leges civiles obtineant, quemadmodum recte observavit Grotius l. 2, c. 14, §. 2, n. 2.

§. 7. Sed & ipse Grotius dissentit quoad leges poenales. L. 2, c. 4, §. 12. c. 7, §. 11, n. 2. c. 11, §. 5, n. 3. c. 14, §. 2, n. 2. Rationem hanc affert, quia poenitio, & coactio non procedunt nisi a voluntatibus diversis, adeoque cogens, & coactum requirere distinctas personas, neque sufficere distinctos respectus. Verum, in legibus poenaliibus duo sunt: 1. obligatio, quae ex lege ori-

tur: 2. legis executio. Rex qua privatus plenissime obligatur legibus poenaliibus, quia in actibus privatis privatorum jure utitur. At si nolit parere legibus, non deficit obligatio legis, sed ejus executio, idque injuria regis. Adeoque non magis obligatio regis ob defectum executionis tollitur, quam si subditus vel per fugam, vel vi sese executioni eximit. Præterea notandum est, regem de poenis civilibus dispensare, & reis gratiam facere posse; cum igitur id in aliis liceat, ipse quoque sibi gratiam facere poterit.

§. 8. His ita praemissis, Speciatim in sequentibus capitibus examinabimus, quatenus leges civiles circa ACTUS REGIS PRIVATOS in unoquoque objecto juris obtineant.

CAPUT II.

De actibus regis privatis circa statum hominum.

§. 9. Prima circa STATUM LIBERTATIS occurrit quaestio, An princeps captus ab hoste servus fiat? &c. Equidem captos, quamdiu in potestate hostium sunt, ab hoste pro servis haberi, extra dubium est; adeoque negari nequit, etiam principem captum alieno dominio subijci, i. e. ex judicio hostis, qui injuriam sibi factam esse asserit, servum fieri. Grot. l. 3, c. 11, §. 7. Neque de eo queritur.

Sed id quaeritur, an captus ex judicio nostrae civitatis servus fiat, adeo ut nec reversus jura pristina recipiat? Equidem jure naturae civis noster, ab hoste captus, ex judicio civitatis nostrae injuria captus censetur; l. 19, pr. Capt. & postl. Nov. Leon. adeoque omnia sua civitatis jura salva, & integra retinet, ad eum effectum, ut etiam durante captivitate de rebus suis pro lubitu disponere possit, & si revertitur, ipso jure pristina jura recipiat. At jure Romano veteri tantus fuit circa captos rigor, tantumque in eos odium, ut etiam in Romana civitate pro servis, & pro civilitate mortuis habiti fuerint: adeo ut nec reversi antiqua jura receperint. (Vid. infra l. 3, c. 9, §. 10.)

Lex Cornelia hunc rigorem mitigavit, & captis, ac reversis pristina jura restituit, sed per modum fictionis. Fingit enim lex illa, civem vel ab initio mortuum, vel, si revertitur, nunquam captum, adeoque nunquam servum fuisse (Vid. l. 3, c. 9, §. 11.) At remanebat illa iniquitas, quod omnes captorum actus, quos ut servi perfecerunt, irriti manserint, adeoque nec matrimonia medio tempo-

ve contracta, nec dispositiones durante captivitate facte, vim juris habuerint.

De hoc igitur jure postliminii lege Cornelia constituto, queritur, an illud locum habeat in actibus principis captivi privati? Quod omnino affirmamus. Cum enim lege Cornelia in omnibus civibus statutum sit, ut capti non nisi jure postliminii pristina recipiant jura, id quo minus quoque in rege, ejusque **A C T I B U S P R I V A T I S** obtineat, nullam video dubitandi rationem. Posita igitur lege Cornelia, ejusque usu, certum est, Regem captum, quamdiu in captivitate est, non posse de rebus suis privatis disponere, contrahere, matrimonium inire, testamentum condere &c; sed omnes hos actus irritos esse, nec valere nisi reversus fuerit.

Præterea, cum jure Romano arma, vestis, omnesque res voluptariae &c, jure postliminii non recipiantur; id quoque jus in rebus regis privatis obtinere debet.

Hodie quaestio illa inanis est, quia jus postliminii cessat, & jus naturæ etiam in privatis reductum est. (Vid. l. 3, c. 9, §. 1.)

§. 10. Porro illæ quoque leges civiles, quæ ad **S T A T U M F A M I L I Æ** pertinent, & in rege qua privato, & contra eum obtinent.

Hinc 1^o. jure Romano regi in liberos competit dominium Quiritarium, i. e. patria potestas civilis. Vi hujus potestatis civilis, **R E X Q U A P A T E R**, potest liberis suis pupillariter substituere, testamento eis tutorem dare, eos ex justa causa exheredare. Præterea jus aliquod in peculia filii habet.

2^o. Leges civiles, quæ circa statum familia ob utilitatem publicam aliquid præter naturam statuunt, etiam regem obligant in actibus privatis. Hinc quæ circa sponsalia, nuptias, dotem, divortium, tutelam &c, constituta sunt legibus patriæ, religiose observari debent a rege. His consequenter pater liberis hereditatem adimere, i. e. eos exheredare non nisi ex causis Nov. 115. expressis, potest; fundum dotalem alienare nequit, neque a tutela se excusare potest, nisi ex causis jure probatis.

3^o. E contrario **R E X, Q U A F I L I U S**, est in potestate patris sui privati, indeque omnia jura, quæ lege civili patri in liberos concessa sunt, ei etiam in filium regem competunt. Talis igitur pater privatus itidem filio regi pupillariter substituere, testamento tutorem ei dare, eumque ex justis causis exheredare potest: ac jus quoque in peculia filii habet.

4^o. Queritur, an consensu patris sit necessarius ad nuptias Regis, qui in potestate patriæ

privati est? Affirmatur quoad jura privata. Non enim potest patri invito suus hæres obtrudi; adeoque liberi quoad effectum successionis, juriusque familia privatorum, pro liberis jure non habentur.

Porro & 50. queritur, an rex plures simul uxores ducere possit? Equidem jure naturali nulla prohibitio apparet: at quia polygamus peccat in leges civiles, adeoque quoad jura privata (nam quod ad jura publica attinet, princeps sola lege natura tenetur, eoque matrimonium valet) matrimonium secundum illicitum est, nec jura matrimonii quoad effectus civiles obtinent, liberi non succedunt, nec jura legitimorum liberorum habent.

§. II. **R E X Q U A M A R I T U S** omnia jura in uxorem acquirit, quæ & ratio naturalis, & lex civilis cuique privato concedunt. Hinc si uxor adulterii rea est, Rex dissoluto matrimonio dotem lucratur, &c.

Sed & e contrario, si Rex maritus adulterium committit, uxor recte agit ad dissolvendum matrimonium, & lucratur donationem propter nuptias. Laut. comp. pag. 690.

Idem quoque obtinet in Regina, qua privato nupsit. Si enim maritus fidem conjugalem violat, agere ad dissolvendum matrimonium potest, & donationem propter nuptias lucratur. E contrario si ipsa adulterium committit, maritus ad dissolvendum conjugium agit, & dos ejus lucro cedit. Sed & privatus ille maritus castigare uxorem, immo ad separationem quoad thorum, & mensam, ex justa causa agere potest.

Ceterum rex, qua maritus, fundum dotalem reginæ alienare nequit; tot. tit. de fund. dot. Intercessio reginæ pro marito nulla est. Laut. tit. ad S C T U M V e l l e j. &c. Sed & pona secundarum nuptiarum tam in rege, quam in regina locum habent; de quibus vide Jus meum controversum tit. de nupt. qu. 10.

§. 12. **R E X, Q U A A G N A T U S**, suscipere tutelam agnatorum tenetur in bonis privatis, nec excusare se potest nisi ex causis lego probatis. Immo tanquam suspectus removeri potest. Sed & rex juxta ordinem legum civilium agnatis suis succedit; at privatur successione si necem regis antecessoris non vindicat.

Idem agnati regi quoque vicissim succedunt in bonis privatis juxta leges patriæ; tutores sunt legitimi regis pupilli, &c.

§. 13. Denique alia circa personas constituta sunt jura, quæ in regibus, eorumque actibus privatis consideranda veniunt. Ita enim Rex quoad jura privata non fit pubes nisi impletis

14 annis (etsi forte ante illud tempus & iudicium plenum habeat, & indicia pubertatis adsint): nec pro maiore habetur nisi post annum 25.

Sed & differentia inter pubertatis, & infantia proximos hic obtinet. Perpetua enim hic valet ratio, quod Rex in actibus privatis sit privatus, & privatorum jure utatur.

CAPUT III.

De actibus regis privatis circa jus rerum.

§. 14. *Distinctionis inter actus regis qua regis, & inter actus regis qua privati, insignis ratio est in secundo objecto juris, nimirum circa JUS RERUM.*

§. 15. *Quaritur, nimirum, an jura legibus civilibus circa JURA IN RE statuta, etiam ad reges pertineant, & illi formam legum civilium sequi teneantur? Quod omnino affirmandum est, si REX UT PRIVATUS AGIT, quia Rex in omnibus actibus privatis privatorum jure utitur. Vid. §. 6.*

§. 16. *Hinc 1^o. Quaritur, an Rex dominium acquirere pacto, & citra traditionem possit? Resp. In illis casibus, quibus jure civili dominium acquiritur citra traditionem, rex eodem jure uti potest: extra illos casus nunquam, quia & jure natura, & jure civili dominium non nisi accedente traditione transfertur.*

§. 17. *Quaritur 2^o. An rex per usucapionem, & prescriptionem, dominium acquirat, & amittat? Utrumque affirmamus de rebus privatis, modo requisita usucapionis, & prescriptionis adsint. Si proinde in usucapione deficit bona fides, vel justus titulus, vel longum tempus, ea regi nec prodesse nec nocere potest.*

§. 18. *Quaritur 3^o. an rex de rebus privatis mortis causa donare, vel ex tali donatione acquirere possit? Utrumque affirmamus; modo solennitates lege prescriptae sint adhibita, quibus deficientibus donatio nulla est.*

§. 19. *Quaritur 4^o. an princeps testamentum condere, vel ex testamento privati aliquid capere possit? Utrumque affirmatur. Etsi enim testamenta sunt inventum juris civilis, tamen ex precedentibus apparet, jura civilia quoque obtinere in actibus regis privatis, i. e. si de jure ejus privato agitur. Adeo ut omnia jura testamenti & in favorem regis, & contra eum valeant.*

§. 20. *Quod de testamentaria dispositione diximus, tunc demum verum est si solennitates*

testamenti adsunt, illis enim deficientibus dispositio regis de rebus privatis nulla est.

Hinc 1^o. non valet testamentum si 7 testes, reliquaeve solennitates extrinseca, adhibita non fuerint. B. Par. in disp. de test. princ. part. 2, §. 5. Vid. Dd. apud Muller. ad Struv. Exerc. 32, §. 9, lit. b. Eyben. de test. princ. tit. 2, n. 2. Quicquid dissentiat ipse Mullerus d. l. & Dd. ibidem, qui testamentum Caroli Austriaci, etsi testibus destitutum, validum judicatum fuisse testatur. Conf. Mylerus de stat imp. c. 26, §. 5.

Sed & 2^o. non valet testamentum, si intrinseca solennitates deficiunt: uti si haeres in testamento nullus institutus est. Vel

3^o. Si liberi praeteriti sunt. Si instituti, sed in legitima lesi sunt, inofficiosi querela, vel ad supplementum agere possunt.

4^o. Non valet testamentum regis, si pro parte testatus, pro parte intestatus decedit. Adeoque

5^o. Ex imperfecto testamento regis nemo agere, neque rex ex imperfecto testamento aliquid capere potest. Dd. apud Muller. d. l. Grot. l. 2, c. 7. §. 6, n. 2.

Sed & 6^o. nullum est testamentum a rege confectum, qui non implevit annum decimum quartum, etsi plenissimum habeat iudicium, §. 1, Inst. quib. non est perm. junct. §. 5, Inst. test. ord. 7^o. Nec si captus apud hostes id fecerit, l. 8, pr. Qui test. fac. §. f. Inst. test. ord. Vid. supr. §. 9, h. Diff. Nec 8^o. si rex, qua filius, disponit de peculio adventitio sine consensu patris, utut privati, l. 6. l. 3, Qui test. fac. Nec 9^o. si Rex instituit haeres legibus civilibus institui prohibitos. Laut. pag. 489. 10^o. Testamentum etiam regis rumpitur sui haeredis agnatione. Denique & 11^o. valet testamentum regis in expeditione factum, ut testamentum militare, &c.

Ceterum 12^o. rex liberis suis, immo pater privatus regi, pupillariter in testamento substituere potest; & 13^o. beneficia deliberandi, & inventarii, in testamento regis obtinent.

§. 21. *Prater dominium jure naturali alia JURA IN RE cognita non sunt; & omnes illae species, quae jure Romano eo referuntur, originem ducunt ex jure civili.*

De his igitur juribus quaritur, si rex servitutem, pignus, emphyteusis, superficiem, feudum &c. constituit, vel si tale jus ei constituitur, an eo ipso JUS IN RE constituitur? Equidem jure natura ex ejusmodi dispositione tantum personam constituentis obligari, & in alterum nullum jus in rem ipsam trans-

transferri, alibi demonstravimus. At quia rex in actibus privatis jure privatorem utitur, omnino ex his juribus actiones reales & ipsi, & contra eum dantur.

Quod itidem demum verum est si forma legibus civilibus præscripta observatur. Adeoque 1º. Rex servitutem realem non rite constituit, nec talis ei constituitur, si prædium vicinum, & causa perpetua non est.

2º. Similiter Rex verum usumfructum non constituit, nec ei constituitur, si usus a substantia rei separari nequit.

3º. Pariter, quasi usumfructum rex nec constituit, nec ei constituitur, si id agitur ut res in specie restituatur. Nam æstimatio restituti, & ideo caveri debet.

4º. Sed & rex pignus non constituit, nec ei constituitur, in rebus, qua lege civili pignori dari prohibentur.

CAPUT IV.

De actibus regis privatis circa obligationes personæ.

§. 22. In tertio objecto juris, scil. in OBLIGATIONIBUS PERSONÆ, nimirum, in pactis, & contractibus, in delictis, & in variis causarum figuris, distinctio inter actus regis qua regis, & inter actus regis qua privati, summam utilitatem habet.

§. 23. Sane, circa PROMISSA REGUM peculiares suboriri quæstiones, bene observavit Grotius L. 2, c. 14, §. 1. Principii loco tenendum est, Regem, si ut rex promittit, solo jure natura obligari, Grot. l. 2, c. 4, §. 1. cap. 11, §. 5, n. 3. cap. 14, §. 1, n. 2. §. 5. §. 6, n. 2. Vid. Vasq. contr. ill. l. 2, c. 51, n. 28, & 34, neque leges civiles in his actibus ullum effectum habere.

At aliud dicendum de actibus regis privatis, si rex ut privatus disponit. Hi enim actus subjacent legibus civilibus: cujus rationem exposuimus supra §. 6.

§. 24. His præmissis, in genere dicimus, quicquid lege civili etiam contra natura rationem statutum est, & in rege, & contra regem obtinere, quoties de jure suo privato disponit. Adeo ut omnis dispositio legibus civilibus contraria ipso jure nulla sit, l. 5, C. Legib.

Si proinde I. jus civile ex negotio naturali jure invalido obligationem oriri voluit, etiam rex inde obligatur.

II. Si negotium jure natura validum legibus civilibus infirmatur, nec regi actio inde datur.

III. Si negotium jure natura, & civili

Tom. III.

validum ob justam causam rescinditur, etiam contra regem restitutio in integrum locum habet.

IV. Si actio jure civili valida exceptione perpetua eliditur, id quoque contra regem obtinet.

V. Si legibus civilibus certa forma negotii præscripta est, ea deficiente, etiam actus regis privati nulli sunt.

VI. Denique omnia jura, beneficia, & privilegia, qua privatis lege civili concessa sunt, etiam regi competunt.

Singula hæc capita exemplis nunc demonstrabimus.

§. 25. Diximus PRIMO, regem obligari ex negotio, quod solo jure civili obligationem producit.

Hinc 1º. Rex ex sua pollicitatione tenetur, si republica, vel pia causa aliquid promittit. Grot. l. 2, c. 11, §. 3. cap. 14, §. 6. n. 1. Conf. Diff. Procem. XII, §. 421. (& infra in not. ad §. 5.) 2º. Rex noxali actione conveniri potest si servus, vel animal ejus præter culpam damnum dant, tot. tit. Nox. act. Vid. dict. Dissert. Procem. XII, §. 586. 3º. Si jure civili novum jus constitutum, & nomen additum non est, condictio ex lege etiam contra regem datur. Tot. tit. ff. Condict. ex lege 4º. Si actus jure reprobatus ex dispositione juris civilis convalescit, accedente juramento, id etiam contra regem valet. Grot. l. 2, c. 14, §. 1, n. 2.

§. 26. Diximus SECUNDO, negotium jure natura validum aliquando infirmari jure civili; eoque casu nec regi ex tali negotio actionem dari.

Princeps igitur 1º. nullam actionem habuit jure Romano, si absque causa ei promittebatur. Grot. l. 2, c. 11, §. 1, n. 3. cap. 14, §. 4, n. 5. 2º. Quod per ludum fortuna perditur, ejus nulla regi datur exactio, tot. tit. ff. de aleatoribus. 3º. Quoties rex contra leges civiles aliquid promittit, id ipso jure nullum est. L. 5, C. legibus.

§. 27. Diximus TERTIO, aliquando rescindi negotium & jure natura, & jure civili validum. Atque hæc leges civiles etiam contra regem valent.

Hinc si rex vi, metu, dolo &c. alium ad contrabendum inducit; si cum minore contrahit, qui se læsum ait; si rem suam ultra duplum veri pretii vendit, &c., omnibus his casibus rescinditur negotium, & læsus contra regem in integrum restituatur.

§. 28. Diximus QUARTO, actionem aliquando jure institui posse, sed legibus civilibus

libus eam elidi opposita exceptione perpetua. Hæ exceptiones etiam regi opponi possunt.

Hinc 1^o. Principi, qui agit ex pacto, quod causam non habet, jure pratorio opponi potuit exceptio pacti, l. 5. l. 7, pr. pact. 2^o. Rex, qui filio familias pecuniam mutuam dedit, repelli potest exceptione S^Cti Macedoniani. Grot. l. 2, c. 5, §. 6. Conf. Not. ad §. 5. & Diff. Procem. XII, §. 421, n. 3. 3^o. Si femina apud regem pro debitore intercedit, regi contra feminam agenti opponi potest exceptio S^Cti Vellejani.

§. 29. Diximus QUINTO, jus civile sæpius formam præscribere negotiis, neque illa velle voluisse, nisi adhibitis certis solemnibus. His igitur neglectis negotium nullum est, etiam intuitu regis; quod supra §. 15, jam observavimus.

Hinc 1^o. non valet emptio venditio, si rex non pecuniam, sed aliam rem promittit, Grot. l. 2, c. 14, §. 5: nec 2^o. locatio conductio, non expressa mercede: ibid. nec 3^o. mandatium, quod non gratis suscipitur: nec 4^o. stipulatio, si causa non præcessit, aut verba non interveniunt, &c. Dissentit Vasquius l. 1, qu. ill. 51.

Neque admittimus exceptionem Grotii, quod rex non teneatur adhibere hæc solemnitates, si ex circumstantiis appareat, ei placuisse, hunc actum ab illis legibus innumem facere, l. 2, c. 14, §. 2, n. 2. & §. 5. Equidem facile concedimus, id tum locum habere, si lege publica declaratur, Principem solvi legibus velle, vel si rex contrahens id in speciali illo actu declarat: quia leges civiles mutare, adeoque suos actus eis eximere potest. Vid. §. 6. At si nihil declaravit, & jus aliis ex negotio illo questum est, id ex conjecturis auferri illis nequit. Hinc conceptis verbis id declarari debere, ait Bodinus l. 1, c. 8, p. m. 136.

Queritur, an rex injuria judicis condemnatus, solvere id, quod judicatum est, teneatur? Affirmatur: quia hæc sententia non tantum civili jure, sed & lege natura valet; partes enim litigantes in judicium compromiserunt. Adeoque rex, si solvit, condicere solutum tanquam indebitum nequit. Vid. jus meum cont. tit. de Cond. indeb. q. 11.

§. 30. Diximus SEXTO, Regi qua privato omnia jura, & beneficia, legibus civilibus civibus induita, competere: Vid. supra §. 6. Adeoque si 1^o. sine causa promittit, nulla contra eum actio datur. Quod 2^o per jussum perdit, exigi ab eo nequit. 3^o. Si quid contrarium legibus civilibus promittit, id ipso

jure nullum est. 4^o. Si vi, dolo, metu, inducitur ad contrahendum, si ultra duplum veri pretii leditur, &c., rex ad rescindendum negotium agere potest. Bodinus de Rep. l. 1, c. 8, p. m. 135. (ubi male id ad actus quoque regis extendit. Vid. Grot. c. 14, §. 1.)

5^o. Quer. an Rex minor si contraxit, ob lubricum ætatis restitutionem impetrare possit? Quod omnino affirmamus, quia in actibus privatis privatorum jure utitur. Dissentit Bodinus d. c. 8, §. 163; quia reges nunquam sunt minores: verum, hæc ratio valet in actibus regis, at non in actibus regis privatis, ubi privatus est.

6^o. Si Rex, qui in potestate patria est, pecuniam mutuam accepit, eludere actionem potest exceptione S^Cti Macedoniani. 7^o. Si forma lege præscripta, vel solemnitates jure statuta deficiunt in negotio cum rege contracto, rex inde conveniri nequit: adeoque non valet emptio sine certo pretio, nec locatio sine mercede, nec stipulatio sine causa, & verbis &c.

8^o. Si Rex stipulatus est ultra usuras quinquecentes, exceptionem usuraria pravitate opponere creditori potest, si UT PRIVATUS stipulatus est, Grot. l. 2, c. 14, §. 2, n. 2: scus si UT REX. Hinc pessime Philippus II. Hispania rex creditoribus suis decoxit, & ann. 1596. novas cum iis tabulas fecit. Demetr. l. 18, pag. 754. Gron. in not. ad c. 14, §. 2.

§. 31. In materia QUASI CONTRACTUUM usus quoque esse potest diversi respectus in persona regis. Nam ut privatus condicio: se furti, condicione ex lege civili, condicione ex causa civiliter turpi, vel injusta, agere, & conveniri potest, non vero si ut rex consideratur.

§. 32. Major difficultas est circa DELICTA, & POENAS. Queri enim solet, an leges pœnales quoque, si Civiles sunt, contra Principem locum habeant? Grotius, alique, id negant. Vid. supr. §. 6. Nos affirmamus. Cum enim regula generalis sit; quod rex in actibus privatis privatus sit, & privatorum jure utatur, nulla ratio dari potest cur non in delictis idem obtineat. Delinquit enim non qua rex, sed qua privatus. Sane, 2^o. defectus executionis, seu exactionis, non impedit obligationem, nec eam minuit, sed potius auget: quia non tantum injuriam facit, sed & reparationem negat. Negari 3^o. nequit, Principem, qui homicidium committit, talionem, i. e. mortis pœnam debere; utpote que naturali jure determinata est. Vid. Bodin.

l. 1.

l. 1, c. 8, §. 152; adeoque hac non hominis, sed Dei lex est, ibid. Hac obligatio non deficit, est executio contra regem nulla sit. Idem ergo obtinet in penis civilibus. Immo 4º. ipse Auctor fatetur, regem in causis, v. g. debiti civilis, legibus civibus subijci, Grot. l. 2, c. 14, §. 4, 5; at nec in his princeps cogi potest, ut idem asserit §. 14; certissimo indicio, defectum coactionis non immutare obligationem, & jus agendi. Rex igitur obligatur 5º. ex legibus juris Civilis penalis; sed invitus cogi non potest, non ex impotentia juris, sed facti. Sane 6º. in penalibus non precise requiri diversas personas, vel exemplo Caroli V. apparet, qui se ipsum, qua ducem Austriae, sub poena in iudicium vocavit. Tesm. ad Grot. l. 2, c. 14, §. 2, lit. i. Adeoque idem hic est cogens, & coactus.

Ceterum doctrinam Grotii, quod Rex jure naturae ob injurias privatas a quocunque privato puniri possit, & quod jure gentium demum id mutatum sit, refutavimus supra l. 2, c. 4, §. 2, usque ad §. 7.

Sed & supra diximus, Regem circa penas civiles dispensare, atque adeo sibi quoque gratiam facere posse.

Denique facile concedimus, neminem privatum legem penalem contra Principem allegaturum, aut executionem pena rogaturum esse. At non quærimus, quid fieri ob metum soleat, sed quid jure fieri possit.

Hinc 1º. poena usuraria pravitate in regem quoque statui potest. 2º. Praescriptio, quae est poena negligentiae, regi quoque opponi potest. Vid. Grot. l. 2, c. 4, §. 12, ibique not. Si rex ultra duplum veri pretii ab alio accepit, rescinditur contractus. Grot. l. 2, c. 14, §. 1, n. 1. & not. ad §. 2. & ad §. 5. 4º. Si ex turpi causa aliquid accepit, id amittit, & fisco cedit. Laut. Comp. tit. de Cond. ex turpi Caus.

§. 33. Denique ex quasi delicto Civili quoque rex obligatur: si nimirum legibus civilibus culpa quadam persona imputatur, quae natura culpa non est. Atque hoc pertinent actiones noxales. Vid. dissert. Procem. XII, §. 585, Quae proinde aequè contra regem dantur, si actus est privatus, non si rex ut rex consideratur.

- Eo loco habenda sunt, quasi communitas faceret] ,, Rex enim jure communitatis, i. e. jure populi, qui omne jus suum in principem transtulit, leges condit.

In tales autem actus sicut leges ab ipsa com-

munitate factae vim nullam haberent], ,, Falsam hanc rationem, & meram cavillationem esse, ait Gron. b. Nam communitatem, quas leges posuit singulis, posuisse & sibi, indeque regem teneri, putat, legibus a sese factis, & quamdiu constant, eas agnoscere debere superiores. At cum Grotius hic agat de actibus regis, i. e. de actibus summæ potestatis, hi actus non subsunt legibus, quas summa potestas præscribit saltem actibus privatis. Sane, summa potestas sibi ipsi, qua summæ potestati, legem præscribere nequit: alius debet esse, qui imperat, alius, qui paret; sane, nulla est obligatio, quæ in arbitrium confertur.

„ Tota hæc ratio cessat, si rex non ut rex, sed ut privatus de juribus suis privatis disponit; tunc enim certo respectu ipse est privatus, superiorem habet, cujus legibus obligatur. Idque fateri, quin gloriæ sibi esse volunt, legibus se alligatum profiteri, §. f. Quid mod. test. Vid. Tesm. b. c. §. 2, lit. g.

Ita nec leges regis], ,, Rex enim jure communitatis, seu populi utitur.

Quare adversus hos contractus restitutio locum non habebit], ,, Ad eum effectum, ut rescindatur negotium.

Venit enim illa ex jure civili], ,, Ex quo reges non tenentur. Equidem Gronovius b. existimat, regis conditionem duriores fieri, quam privatorum, præsertim in illis rebus, in quibus fraus, metus, dolus multo damnosior est, quam in rebus privatorum. Idem sentiunt Ziegler, & Oliander in not. b. Pufendorfus non opus esse restitutione, putat, sed regem pacto suo inesse aliquod vitium deprehendentem, per se ipsum alteri declarare posse, se ex illo vitioso pacto nolle teneri. Neque necessum esse relaxationem impetrare obligationis, quæ natura nulla est. L. 8, c. 10, §. 2.

„ Sed viri doctissimi nec mentem Grotii, nec rationem juris intellexerunt. Res ita se habet.

„ Rex si ut Rex justo bello cogitur ad aliquid promittendum, restitutionem petere, & ad rescindendum promissum agere nequit, quia vis bellica inter duas summas potestates nunquam injusta est; quod & de dolo verum esse, probabimus infra l. 3, c. 1, §. 6, seq.

„ Sed & si Rex minor ut Rex contrahit, vel ultra dimidium læditur, non

20 potest provocare ad restitutionem ob lu-
 21 bricum ætatis, aut ob læsionem enormem.
 22 Utraque enim jure naturæ (quo solo reges
 23 qua reges tenentur) cognita non est.
 24 „ Si *РѢХ УТ РѢХ* extra justum bel-
 25 lum, vi, metu, vel dolo inducitur ad con-
 26 trahendum, subsistit negotium, neque rescindi
 27 mediante restitutione potest, quia
 28 restitutiones sunt beneficia juris civilis:
 29 quidquid dissentiat Bodinus apud Grot. *b.*
 30 *c.* 14, §. 1. At id non impedit quo minus
 31 rex, qui vim injustam passus, vel dolo
 32 alterius deceptus est, ad id, quod interest,
 33 agere possit. Quod fit non per rescissio-
 34 nem negotii; id enim jure civili demum
 35 statutum est: sed separata actione. Unde
 36 omnis iniquitas, quam Gronovius metue-
 37 bat, cessat; nec admitti potest quod asse-
 38 rit, restitutiones origine esse juris naturalis.
 39 „ Omnia hæc secus se habent in actibus
 40 *REGIS PRIVATIS*, de quibus mox.
 41 „ Si legibus fundamentalibus certa ætas
 42 constituta sit, & rex antequam illam æta-
 43 tem attingit, contrahat, quæritur, an sub-
 44 sistat negotium? Negatur: nam lege pu-
 45 blica administratio ei ademta est; adeoque
 46 disponere de juribus publicis nequit. Fru-
 47 stra igitur hic de restitutione quæritur, cum
 48 actus ipso jure nullus sit. *Vid. Tesm. b.*

Non admittenda igitur exceptio regum ad-
 20 versus contractus, quos minores fecissent]
 21 Quia minores contrahere jure naturæ licite
 22 possunt, & quod ob lubricum ætatis resti-
 23 tutio detur, id a jure civili est. Ex eadem
 24 ratione Rex in actibus regiis non potest
 25 opponere exceptionem *SCti* Macedoniani,
 26 læsionis ultra dimidium &c; nec Regina
 27 beneficia jure civili sexui indulta.

AD §. II.

20 Quid rex agere possit, quid non possit,
 21 dependet totum a forma imperii: si mixta est
 22 forma, nihil agere potest sine consensu om-
 23 nium: si certis saltem legibus restricta est re-
 24 gis potestas, quidquid contra leges illas sta-
 25 tuit, nullum est.

Si populus regem fecerit non pleno jure, sed
 20 additis legibus] „ De qua materia late egi-
 21 mus *L. 1, c. 3, §. 11, 12, seq. §. 16, 17, 18.*
 22 „ *Et cap. 4, §. 8, 12, 13, Et 14.*

Poterunt per eas leges contrarii actus irriti
 20 fieri] „ Nam imperium hætenus regi delatum
 21 non est.

Aut omnino, aut ex parte] „ Juxta pote-
 21 statem, quam populus sibi reservavit.

Quia eatenus populus jus sibi servavit] „ Ad-
 22 eoque intuitu regis jus imperii, eoque &
 23 facultas disponendi hætenus deficit.

De iis autem actibus regem, qui pleno jure
 20 regnant] „ i. e. Quorum potestas nullis legi-
 21 bus restricta est.

Sed regnum non ut proprium possident]
 20 i. e. Jure patrimonii, qualia regna Auctor
 21 vocat patrimonialia.

Quibus regnum] „ *Vide L. 1, c. 3, §. 13. Et*
 20 *l. 2, c. 6, §. 3.*

Aut regni pars] „ *Vid. l. 2, c. 6, §. 4, 5,*
 20 *6, 7, 8.*

Aut res fiscales alienantur] „ *Vid. l. 2,*
 20 *c. 6, §. 10, seq.*

Egimus supra] „ *L. 1, c. 3, §. 12, n. 3, 4,*
 20 *5, 6. Et c. 4, §. 10. L. 2, c. 6, §. 3, seq. Corzf.*
 21 *L. 3, c. 20, §. 5.*

Hos actus ipso natura jure nullos esse] „ Ra-
 20 tiones exposuimus allegatis locis.

Ut factos de re aliena] „ Scilicet, de re po-
 20 puli, quod etiam verum esse, diximus,
 21 in regnis bello quæsitis. In hæc enim regi
 22 victori non plus juris competit, quam in
 23 regnum a populo delatum. *Vid. L. 1, c. 3,*
 24 *ad §. 12, n. 1.*

Ac privati actus regis considerandi sunt, non
 20 ut actus communitatis] „ Rex enim non de ju-
 21 re, vel re populi disponit, sed de jure suo
 22 privato.

Sed ut actus partis] „ Diximus, duplici jure
 20 principem uti: nam ipse quoque privata
 21 quædam bona, & jura sibi propria habet,
 22 distincta a juribus publicis.

Ac proinde facti eo animo, ut communem
 20 legum regulam sequantur] „ Princeps enim
 21 quoad jura privata privatus est, adeoque
 22 hætenus subjacet legibus civilibus.

Quæ actus quosdam aut simpliciter irritos
 20 faciunt] „ Si forma negotii præscripta ne-
 21 glecta fuit.

Aut si is, qui læsus est, velit] „ Uti si mi-
 20 nor contraxit, ac se ex lubrico ætatis læ-
 21 sum ait, vel si major enormiter læsus est;
 22 hæc enim negotia subsistunt, & volente læ-
 23 so demum rescinduntur.

Locum Et hic habebunt] „ i. e. Leges,
 20 quæ beneficia quædam, quibus promissa
 21 enervantur, subditis concedunt, hic quo-
 22 que obtinebunt.

Quasi sub ea conditione contractum foret]
 20 Ut nimirum actus illi communem regulam
 21 sequerentur.

Sic

Sic videmus reges quosdam adversus sen-
 dre malum sibi consulasse juris remediis]
 Hæc juris remedia introducta fuerunt ex
 communi errore, quod principes existimave-
 rint, usuras contrariari juri naturæ, & divi-
 no; quæ opinio causam dedit ut annui red-
 ditus sint introducti, qui tamen effectu nihil
 aliud sunt, quam usuræ. Cæterum videtur
 Auctor hic respicere ad exemplum Regis Phi-
 lippi II, qui hoc prætextu novas cum cre-
 ditioribus suis tabulas fecit a C. 1596. Deme-
 tr. l. 18, p. 754. Grot. Hist. Belg. 5, de Phi-
 ippo II.

Additio.

„ Ex præcedentibus apparet, distinguen-
 „ dum in hac quæstione esse, an princeps
 „ usuras promiserit ut princeps, an ut pri-
 „ vatus. Priori casu, si in utilitatem reipu-
 „ blicæ pecuniam mutuam sumsit, & usuras
 „ immodicas promisit, ex promisso suo tenetur
 „ nec beneficiis legis civilis uti potest.
 „ Posteriori casu, si ad usus privatos pecu-
 „ niam accepit, remediis juris civilis contra
 „ immodicas usuras ipsi succurritur. Atque
 „ cum hac distinctione decidi exemplum
 „ Philippi II. debet. Conf. infra §. 12, in fine.

Poterit tamen rex ut aliorum, ita suos actus
 bis legibus solvere] „ Quod repetit infra §. 5.
 „ Sensus est, quod princeps statuere possit,
 „ ne ob usurariam pravitatem ipse teneatur;
 „ ne actus ejus cum minore gestus ob lubri-
 „ cum ætatis rescindatur, &c. Hoc ipso enim
 „ videtur lege speciali actus suos a legibus il-
 „ lis civilibus eximere.

Ex circumstantiis erit astimandum] „ Im-
 „ mo cum subditis ex lege civili jus quæsitum
 „ sit, id auferre eis nequit, nisi nova lege vo-
 „ luntatem in casu præsentis, & in futurum
 „ expresse declaret.

Si fecerit, judicanda res erit ex mero jure
 naturali] „ Deficiente enim lege civili, jus
 „ naturæ circa actus regis privatos obtinet:
 „ adeoque immodicas usuras princeps ut pri-
 „ vatus stipulari potest.

Sed in penam, hanc in regum actibus lo-
 cum non habituram] „ Quæritur, an leges
 „ quoque pœnalis in actibus regum privatis
 „ obtineant? Grotius id negat h. §. & supra
 „ c. 7, §. 11, n. 2. §. 5, inf. cui adstipulatur
 „ Vasquius Controv. 51, n. 31. Nos affirma-
 „ mus. Nam si commoda juris civilis ad eum
 „ pertinent, etiam incommodis se subicere
 „ tenetur. Et cum in genere in actibus pri-
 „ vatis privatus sit, etiam in genere priva-
 „ torum jure utitur.

„ Hinc exceptio præscriptionis (quæ pœ-
 „ nam negligentiae supponit) regi omnino
 „ opponi potest. Vid. sup. l. 2, c. 4, §. 12.
 „ Sed & pœnis usurariæ pravitatis subijcitur,
 „ &c. Si vi, dolo &c. aliquid a subditis ex-
 „ git, rescinditur negotium.

„ Neque obstat ratio Auctoris, quod alijs
 „ esse debeat qui cogat, alius, qui cogitur.
 „ Resp. Cum rex in actibus privatis jure pri-
 „ vatorum utatur, hætenus punitio, & co-
 „ actio procedunt a diversis voluntatibus. Rex
 „ enim, qua rex, est persona cogens, & qua
 „ privatus, est persona, quæ cogitur. Nam
 „ quoad jura privata est privatus, adeoque
 „ hætenus cogi potest. Si rex, qua rex, non
 „ lit jus reddere, non deficit cogens, sed
 „ executio; non deficit obligatio cogendi,
 „ sed voluntas: idque contingit injuria ejus,
 „ qui cogere se ipsum deberet.

Itaque cogens, & coactum, requirunt distin-
 ctas personas, neque sufficiunt distincti respec-
 ctus] „ Cur non alio respectu poterit esse rex,
 „ alio privatus? Uti alio respectu idem Prin-
 „ ceps potest esse rex, alio filius, & alio
 „ maritus.

A D §. III.

JURAMENTUM autem rex irritum
 reddere potest antecedenter] Auctor principii
 loco posuit, actus regis non subesse legibus
 civilibus, at actus privatos regis sequi commu-
 nem legum regulam; indeque concludit, in
 illis actibus eum se restituere non posse, in his
 posse. Vid. §. 1, & 2. Hinc jam porro sta-
 tuit, regem in actibus quoque privatis jura-
 mentum irritum reddere, seu ab eo se exsol-
 vere posse antecedenter, i. e. si ante contra-
 rium juravit: non consequenter, i. e. si condi-
 ditio inest, nisi ipse velit. Nos dicimus, re-
 gem semper ex suo jurejurando obligari, quoties
 jus ex ejus dispositione alii quæsitum est;
 cum enim citra juramentum rex inde obligetur,
 multo magis obligabitur accedente jura-
 mento. Secus si alii jus inde quæsitum non
 est; tunc enim ex jurejurando non potest
 obligari ad aliquid præstandum, quod præ-
 stare alii non tenetur. Quis ergo effectus est
 jurisjurandi? Resp. si non præstat, perjurii
 pœnam metuere debet a Deo inferendam.

Additio.

„ Exemplum hic occurrit, ubi Auctor rem
 „ per se perspicuam, adeo obscuram reddit,
 „ ut vix, quid sibi velit, constare possit. Quæ-

rit, nimirum, an rex, ut privatus, juramentum per aliud juramentum irritum reddere possit? Idque affirmat antecedenter, si scilicet per prius juramentum se ipse privavit potestate quid jurandi, vel, ut Osiander rem explicat, si actus posterior dependet a facultate agentis: negat autem consequenter, quia hic quoque non sufficere, ait, distinctos respectus, sed personarum distinctionem requiri; quod Osiander ita explicat, si actus posterior non dependet a facultate agentis.

Res per se perspicua est. Rex, qui ut privatus juravit, naturali jure obligatur si per actum, qui juramento confirmatur, aliis jus quaesitum est, sive jure naturali, sive civili. Hoc enim jus, quod in alium transfuit, per posterius juramentum alteri auferre nequit; adeoque ipso jure irritum est posterius juramentum. At si jus in alium ex priore promissione jurata non est translatum, rex a priori actu, qui per se irritus jam est, recedere nova promissione jurata potest: nemini enim fit injuria, quia nemini jus aliquid ex priori juramento quaesitum est.

At alia quaestio est, an Deo teneatur propter perjurium, seu propter violatum nomen Dei? quod omnino affirmamus.

Antecedenter potest ut privatus], Non consequenter, quia ibi non ut privatus, sed ut rex consideratur, ubi personarum distinctio requiritur: de quo statim.

Si se ipse potestate tale quidjurandi plane privaverit priore juramento], Si enim solam fidem obstrinxit, uti si juravit, se nolle testamentum facere, & tamen postea conficit, idque juramento firmat, Grotius existimat, actum posteriorem valere, & juramentum prius irritum reddi, nisi ita conceptum sit prius juramentum, ut simul contineat abdicacionem plenam potestatis ad actum: hoc enim casu antecedenter posterius juramentum irritum reddi, ait. Vid. sup. c. 13, §. 19, ubi haec principia examinavimus. Add. pr. b. §.

Consequenter non potest] Quatenus scilicet, non ut privatus, sed ut rex consideratur: supponit enim Auctor, actus privatorum non plene esse in eorum potestate, sed ita ut a superiore dependeant. L. 2, c. 13, §. 20. Si proinde rex ut privatus jurat se velle teneri, hoc juramentum exceptionem in se habere putat, nisi superior, i. e. rex jurans,

noluerit. Absurdum vero esse, ait, si rex juraret se velle teneri nisi ipse noluerit: unde concludit, ad id, ut rex irritum prius juramentum facere possit, personarum distinctionem requiri. Conf. pr. §. b.

Quia hic quoque personarum distinctio requiritur], i. e. Alius esse debet, qui jurat, alius, qui juramentum illud infirmare potest.

Jam antea exceptionem in se habebant, nisi superior noluerit], Actus enim nostros non plene in nostra potestate esse, ait, sed ita ut a superioribus dependeant. Lib. 2, c. 13, §. 20.

At ita jurare, ut tenearis nisi ipse nolis] Quod in casu proposito fieret; Rex enim, ut privatus, jurat se velle teneri, nisi ipse, qua rex, i. e. qua superior nolit.

Perabsurdum est, & natura jurisjurandi contrarium], Alius enim est qui jurat, alius, qui sua voluntate juramentum illud infirmat.

Exjurejurando jus alteri quæri non possit, ob aliquod vitium in persona], Exemplum dat in eo, qui per metum injultum causam juratae promissioni dedit. Vid. sup. c. 13, §. 14. At ibidem notavimus, ex illa promissione jurata verum jus alteri quæri, adeoque hoc exemplum huc non pertinere.

Tamen cum, qui juraverit, Deo obstringi, supra ostendimus], Ita enim rem explicavit supra c. 13, §. 14. Si verba juramenti hominem non respiciant, jus ei conferendo, aut respiciant quidem, sed aliquid sit, quod ei possit opponi, tunc ea vis erit jurisjurandi, ut homo quidem ille nullum jus consequatur: at nihilominus qui juravit Deo obligetur stare juramento. Verior est sententia, in proposito exemplo de promissione vi, metuque inita, jus omnino in alterum transferri, nedum si jurata sit.

Quod ad reges non minus, quam ad alios pertinet], Nimirum, ut reges quoque, si aliquid juramento contrarium agunt, Deo de perjurio teneantur, etsi jus homini non sit quaesitum.

Contra, quam sentit dicto loco Bodinus] Bodinus non negat, regem jurantem de perjurio Deo obstringi; sed saltem docet, jurantem non teneri ei, cui juravit, si ejusmodi sunt pacta jurata, a quibus discedere lex ipsa patiat: quod omnino verum est, quia alteri jus quaesitum non est, si lex a pacto recedere patitur.

Merito

„ Merito autem rejicit Bodinus sententiam
 „ eorum, qui pacta conventa, quæ nullam
 „ per se vim habent, sola vi jurisjurandi
 „ vim juris accipere statuunt. *Bodin. d. l. p.*
 „ m. 112.

A D §. IV.

PLENA, [& absoluta] „ Si scilicet vo-
 „ luntas se ipsam pro futuro determinat tem-
 „ pore, cum signo sufficiente ad indicandam
 „ perseverandi necessitatem, & volendi jus
 „ proprium conferre, c. XI, §. 3, & 4.

Atque acceptata] „ Id enim necessario re-
 „ quiritur, ut jus alteri quæretur, d. c. XI,
 „ §. 14, seq. Hinc ex pollicitatione nullum
 „ jus alteri quæritur, *ibid.* §. 3.

Naturaliter jus transferre] „ Prout enim
 „ partes de suo jure disponunt, ita jus est.

Quod iidem ad reges non minus, quam ad
 „ alios pertinet] „ Illi enim æque, ac privati,
 „ ex jure naturæ tenentur; at juris naturalis
 „ est, ut quis obligetur ex promisso.

Qui negant, regem tenere unquam his, quæ
 „ sine causa promissæ] Cum Jcti per *causam* in-
 „ telligant animum transferendi juris, certum
 „ est, obligationem non dari, nisi causa, i. e.
 „ animum transferendi juris adfit: deficiente enim
 „ causa necessario deficit obligatio, quæ non nisi
 „ ex causa oritur.

Alditio.

„ Notavimus alibi, Jctos Romanos per
 „ *causam* non intellexisse animum transferen-
 „ di juris; quia obligatio ex negotiis quibus-
 „ dam oritur, etsi causa non subsit: per
 „ *causam* igitur intellexerunt rationem ali-
 „ quam, sive futuram, sive præcedentem,
 „ propter quam aliquid vicissim promittitur,
 „ adeoque ubi *synallagma* adest. Ex his folis
 „ negotiis jure civili obligatio oritur; ex
 „ reliquis vero promissionibus, quæ sine cau-
 „ sa fiebant, jus civile nullam oriri obligatio-
 „ nem voluit. Prætor demum obligationem
 „ ex pacto nudo produxit, sed naturalem;
 „ unde actio non datur, sed saltem exceptio.
 „ Si proinde rex, *ut rex*, sine causa pro-
 „ mittit, omnino inde obligatur, quia circa
 „ talia promissa solum jus naturæ obtinet,
 „ quo jure omnia pacta obligationem produ-
 „ cunt: si vero *ut privatus* promittit, non
 „ obligatur, quia jure civili statutum est, ne
 „ pacta sine causa inita valeant; princeps
 „ autem in causis privatis utitur jure privato-
 „ rum.

A D §. V.

LEGES civiles regni locum non habere in
 „ *regum pactis*] „ Scilicet, si *ut rex* pacificetur,
 „ secus si *ut privatus*.

Id recte vidit Vasquius] „ In eo dissentiens
 „ a Bodino. *Vid. supr.* §. 1, n. 1.

Sed quod infert] Recte a Vasquio dissentit
 „ Auctor: sed ratio, quod hi actus regis sint pri-
 „ vati, adeoque legibus civilibus subditi, vera
 „ non est. Res ita se habet.

Nomina, & formæ negotiorum, publica
 „ auctoritate constitutæ, nec a regibus immutari
 „ possunt: cum igitur *venditionis* vox significet
 „ tale negotium, quo res pro pretio commuta-
 „ tur, certum est, nec regem posse efficere ut
 „ hoc negotium dicatur *locatio*. Et hoc est quod
 „ dici solet: *verba valent usu, neque regem no-*
 „ *minibus civitatem dare posse*. Si proinde Prin-
 „ ceptus ait, se vendere alii domum, & emtor
 „ non pecuniam, sed aliam rem promittit, non
 „ obligabitur princeps, non tanquam *ex vendi-*
 „ *tionis*, quæ non est sine pecunia numerata;
 „ nec tanquam *ex alio contractu*, quia vendere
 „ voluit, non vero aliud negotium contrahere.

Idem in *locatione* obtinet, quæ mercedem
 „ requirit. Si igitur rex, non definita mercede,
 „ alicui locat domum, negotium est ipso jure
 „ nullum.

Additio.

„ Quæstio hæc est: *an si legibus civilibus*
 „ *certa forma negotiis est præscripta, & rex*
 „ *illam negligat, negotium nullum sit?* Vas-
 „ quius id negat, quia rex solennibus Juris
 „ Civilis non tenetur. Grotius affirmat, quia
 „ in his actibus rex semper *ut privatus* con-
 „ trahere solet. Atque hinc ait, 1. emtionem
 „ non valere sine pretio; nec 2. locationem,
 „ & conductionem non expressa mercede; nec
 „ 3. emphyteusin sine scriptura, *vid. §. b.*
 „ nec 4. stipulationem non adhibitis verbis
 „ solennibus. *Vid. supr.* §. 2, n. 2.

„ Nos hic quoque distinguendum putamus,
 „ inter actus regios, & privatos. Sane, si rex
 „ *ut privatus* contrahit, formam quoque le-
 „ gibus præscriptam servare tenetur; non ve-
 „ ro si *ut rex* contrahit: cum enim formæ il-
 „ læ negotiorum ex legibus civilibus origi-
 „ nem habeant, sponte sequitur, reges, qua
 „ tales, iis non obligari, inprimis si extra
 „ territorium, vel cum summis potestatibus
 „ contrahunt.

„ Neque obstat, quod emtiones venditiones,
 „ loca-

„ locationes conductiones, &c., jure gentium sint institutæ, L. 5, ff. de just. & jur. adeoque nec rex efficere possit ut venditio subsistat sine pretio, locatio sine mercede, &c. Resp. Sunt *juris gentium* quoad dispositionem, non quoad formam negotiorum. Sane, quod venditio præcise pretium requirat, & quod venditionis nomen tali negotio inditum sit, id est ex jure Romano. Hinc venditionem quoque inter privatos subsistere debere si alia res detur, olim Sabinus, & Cassius existimaverunt, §. 2, *Inst. emt. vend.* & legibus demum Romanis aliud statutum fuit, *ibid.*

„ Si proinde rex, ut rex, publicæ utilitatis causa vendit urbem ea lege, ut alter aliam urbem reddat, hoc negotium valet; nec nomen, quod a lege civili est, sed utriusque consensus inspicere debet. Si rex alii vectigalia publica, ad defensionem rei publicæ destinata, locat, ea lege, ut civitatem forte oppignoratam restituat, subsistit negotium; nam ex eo apparet, regem usum vectigalium alii pro alia re conferre voluisse. In actibus regiis igitur regula est, quod partes pro lubitu de suo jure disponere possint, & prout disponunt, ita jus sit.

Emtionem, & venditionem sine certo pretio], Legibus enim Romanis venditio, si pretium non consistit in numerata pecunia, nulla est, d. §. 2.

Locationem, & conductionem non expressa mercede], Hoc negotium jure Romano nullum dicitur, si non pro mercede, sed pro alia re locatio contrahitur, §. 2, *Inst. Loc. Cond.*

Emphyteusim sine scriptura], Immo nec jure civili in emphyteusi scriptura est necessaria. *Vid. jus meum contro. L. 6, t. 3, q. 2.*

Si a regibus fiant, valetura, concedendum non est], Vasquii sententia vera est si ut rex contrahit, non si ut privatus. Grotii sententia locum habet si rex ut privatus contrahit, non si ut rex.

Quia hi actus non a rege, qua rege, sed ab eo quasi alio quovis fieri solent], Immo hos actus etiam a rege, qua rege, fieri posse, vidimus.

In quo actuum genere], Ubi, nimirum, rex ut privatus consideratur.

Etiam leges oppidi, ubi rex habitat, valere credamus], Adeoque non tantum leges generales regni, sed & speciales illius oppi-

di, ubi habitat. Quia oppidi hujus jurisdictionis fundata est in omnibus actibus, qui ibi peraguntur.

Quia speciali ratione rex ibi se habet ut illius cætus membrum], i. e. Privatus est, & jure privatorum utitur. Quod verum non esse, diximus, si vendit, aut locat rem publicam, vel jus publicum: vel si cum extraneo, qui legibus loci subjectus non est, extra territorium contrahit.

Nisi circumstantia ostendant, placuisse regi, suum actum ab illis legibus immunem facere], Certum est, regem, si ut privatus contrahit, semper formam lege præscriptam sequi debere, donec legem illam mutet, & statuatur, ut venditio quoque sit si alia res præter pecuniam numeratam detur. Princeps enim legem mutare pro lubitu potest.

De promissione quolibet modo facta], Queritur nimirum Vasquius, an stipulatio principis, vel principi facta, valeat non adhibitis verbis solennibus, vel non facta in continenti responsione? Auctor cum Vasquio id negat, quia hos actus semper tanquam a privato fieri, existimat, quod modo refutavimus. Si proinde rex alii regi aliquid de re publica stipulato promittit, valet ut pactum, etsi forma stipulationis deficiat: solus enim consensus hic inspicitur.

Et ex his, qua supra diximus, explicari potest], *Vid. supr. §. 4. & c. 11, §. 4, §. 11, §. 14;* ubi reges quoque teneri ex his, quæ sine causa promiserunt, asserunt.

A D §. V I.

OBLIGARI eum naturaliter tantum, non civiliter] Hactenus Auctor exposuit quaestionem: *quid regi in suos actus liceat?* Jam de alia tractat: *quid regi contrahenti cum subdito in subditos liceat?* *Vid. supra §. 1, pr.* Atque eam hac ratione decedit, ut regem ex suo pacto vere obligari asserat, quando, nimirum, solennia juris civilis, si ut privatus contraxit, adfunt: at executionem deficere. Nos alibi diximus, principem ex legibus a se latis nunquam obligari, indeque actus ejus legibus civilibus subjectos non esse; sed inspicendum esse, an per actum illum jus aliquod naturali ratione in subditum sit translatum: tunc enim princeps jus illud natura subdito quaesitum tribuere tenetur. Si autem per injuriam non tribuit, executioni locus non est, non ob defectum juris, plenissimæque obliga-

obligationis, sed ob defectum superioris. *Vid. supr. §. 1.*

Additio.

„ Supra diximus, regem cum subdito contrahere, vel ut regem, vel ut privatum; „ & si ut privatus contrahit, actum non valere nisi contrahatur juxta formam legis civilis. Si proinde rex valide ita contrahit, subdito & civiliter, & naturaliter obligatur, quia jus in subditum translatum est, quod princeps ei tribuere tenetur.

Quod loquendi genus perobscurum est], Nam „ Cri Romani, a quibus hæc differentia inventa est, varie has voces accipere solent; „ at nunquam eo sensu, quo Auctor hic eas sumit, quasi jus quidem petendi subdito competat contra regem promittentem, adeoque quasi rex *naturaliter* obligetur, non vero *civiliter*, quia executio contra eum intuitui non possit.

Nam naturalis obligatio interdum a juris auctoribus &c.] „ Naturalis obligatio ab illis „ accipitur 1. pro obligatione plena; unde „ actio quoque cum effectu datur: ut in *l. 10, Obl. & Act. l. 5, in f. pr. Aut. tut. l. 16, §. 4, fidei.*

„ 2. Pro tali obligatione, unde jure naturæ verum jus petendi in alterum translatum est, sed unde jure civili actio denegatur. „ Adeoque unde omnes effectus debiti oriuntur, excepta sola actione, *l. 16, §. 4, fidei. l. 26, §. 12, Cond. indeb. juncta l. 10, V. S. l. 66, R. J. l. 112, Eod. l. 20, §. 3, Liberal. caus. l. 6, ff. Compens. l. 13, ff. Cond. indeb.* Unde solo æquitatis vinculo sustineri dicitur, *l. 95, §. 4, solut.*

„ Atque hoc sensu ex nudis pactis non cri dicitur obligatio, scil. *civilis*; (ad eum effectum ut actionem producat) *l. 7, §. 2, & 4, pact;* sed obligatio *naturalis*, quia exceptionem saltem producit, *d. l. 7, §. 4.*

„ Hujus naturalis obligationis effectus recenset Lauterbach in *Comp. pag. 49, & pag. 620*, & ad duo membra referri possunt: 1. quod exceptio inde detur: 2. quod accessiones valeant. Quæ latius explicavi in *jure meo controverso l. 2, tit. 14, q. 39.*

„ 3. Pro obligatione, quæ ex virtute est, at unde alii jus quæritur; adeoque quæ intuitu solius Dei obligationem infert, ut in *l. 25, §. 11, Har. pet.*

„ Hæc igitur diversitas, quæ legibus civilibus introducta est, tantum locum habet in actibus regis, qui ab eo ut privato fiunt, quia in his leges civiles loci obtinent.

Tom. I. II.

Per abusum de eo, quod fieri natura honestum est] „ Nam sæpius diximus, ex eo, „ quod perfectum, & honestum est, jus alteri non quæri; indeque obligationem in his actibus tantum intelligi intuitu Dei, quia homo tenetur imitari perfectiones divinas: quod egregie demonstravit B. Parens in *Disp. de Antidoris tit. 3, §. 1, seq. Conf. Diff. proæm. II, §. 30, seq. Atque hoc sensu Ulpianus in l. 25, §. 11, de Har. pet. ait, Donatorem eum, cui donat, naturaliter sibi ad remunerandum obligare.*

Ut legata integra sine detractione Falcidie præstare] „ Si quis sciens, quartam falcidiam sibi deberi, totum legatum solverit, condici solutum non potest, non quasi *naturalis* obligatio hic sublit, quæ ex honestate oriatur (nam legata nunquam debentur nec jure naturali, nec ex honestate): sed quia videtur voluisse voluntatem testatoris sequi, *l. 19, C. Leg. Falc. l. 1, Eod. ibique Gotb. adeoque donasse censetur. Laut. Comp. pag. 201.* Quæ obligatio mere civilis est.

Solvere debitum, quo quis in pœnam creditoris erat liberatus] „ *l. 19, pr. Cond. indeb.* Lex enim eos exonerare non voluit. „ *l. 9, §. 4, ad SC. Maced.* Hinc si debitor solvit, conditio non datur, *l. 10, ff. Eod.* Ex his apparet, obligationem *naturalem* hic non ex honestate oriri, sed ipso jure naturæ: lex enim civilis non totam obligationem tollere voluit, sed solam actionem. Hinc omnes effectus debiti manent. *Vid. supr. ad rubr. tertiam. b. num. Vicem beneficio rependere*] „ Quæ obligatio ad antidorum, seu remunerationem, vocatur, & unde eum, cui donatur, naturaliter obligari, ait Ulpianus in *l. 25, §. 11, Pet.* Hinc & beneficii debitor dicitur in *l. 54, §. 1, ff. Furt.*

Quæ omnia cessare faciunt conditionem indebiti] „ Doctores in duobus prioribus speciebus excipiunt casum, si per errorem falcidia detracta non sit, vel ignorans, se in pœnam creditoris liberatum esse, *vid. Laut. Comp. pag. 203.*

„ In tertia specie duos casus distinguit B. Parens in *disp. de Antidores tit. 3, §. 9, & 10.*

„ Si enim tu putes, te debere donatori tuo ex mutuo, vel alia causa, idque ei solvas, potes illud, tanquam indebite solutum,

K

„ omni-

omnino repetere. Nec potest donator prætextu antidori, quasi naturaliter sibi debiti, id retinere: etsi enim obligatio naturalis sufficiat ad excludendam conditionem indebiti, *L. 15, princ. L. 65, ff. de cond. indeb. ex beneficio tamen nulla juris obligatio naturalis nascitur. Atque ita Dd. hunc casum optime definiunt. Dd. comm. ad L. 10, C. de juris, § fact. ignor. Donnell. lib. 12, Comm. 2, §. questum est. Pinell. ad L. 1, C. de bon. mat. d. l. Trerutl. Vol. 1, disp. 22, th. 6, D. § th. 9. Bach. ad dict. th. 6, D. § in tract. de Action. dict. loc. Bernb. Sutbold. dissert. 12, §. 17, 18. Qui vero dissentire putantur, sequentem fere casum supponunt.*

Alter casus est, si putes, te a me beneficium accepisse, quod non accepisti, & ideo animo remunerandi aliquid mihi dististi. Id vero condicere ut indebitum non potes, quia remuneratio est donatio: quod vero donasti, id repetere non potes. Licet igitur causa mei beneficii cesset, remanet tamen titulus donationis, seu remunerationis tuæ, qui excludit conditionem indebiti, *l. 32, §. pen. ff. de Cond. indeb. l. 65, §. 2, ff. eod. tit. Et ad hanc speciem respiciunt Covarruv. ad cap. Cum in officiis 7, X. de Testam. n. 10, incip. Habet tamen Zas. Singul. Resp. lib. 1, cap. 3, n. 22. Huzan. Resol. libr. 3, tract. 3, part. 2, quest. 4. Qui omnes contra communem disputant, sed aliam questionem, scilicet hanc posteriorem, figunt: adeoque non tam dissentiunt, quam casus confundunt, quin nec controversiæ vim satis perspectam habent.*

Interdum vero magis proprie id, quod vere nos obligat §c.] Unde, scilicet, omnes effectus debiti oriuntur, sola actione excepta. Vid. supr. ad rubr. tertiam b. num. Sive inde jus alteri oriatur, ut in pactis] Jure naturæ ex pactis plena, & vera obligatio nascitur. Conf. supr. l. 2, c. 5, §. 10, n. 1. § c. 11, §. 4, n. 1, § 3. At cum jure civili nulla detur actio, nisi ubi causa subest, i. e. ubi ob causam vel futuram, vel præcedentem aliquid promittitur, ea autem in pactis nudis non subit; ideo obligatio vocatur naturalis, quatenus opponitur civili, ex qua plena obligatio, & actio quoque oritur. Vid. notata supra ad rubr. tertiam b. numeri.

Sive non oriatur, ut in plena, § firma pollicitatione] Immo obligatio, quæ ex pollicitatione est, nullibi vocatur naturalis, sed ea ex solo jure civili nascitur. Vid. l. 2, c. 11, §. 3.

Et quæ non debentur, ait, venire benignitatis nomine] Optime Maimonides ea, quæ virtutis sunt, hic a debito juris distinguit. Quæ debentur ex jure stricte sumto] Jus stricte sumtum Auctori est jus naturæ sociale.

Judicium Hebræis vocari] Quia instituta actione coram giudice res debita vindicari potest.

Quæ ex honestate, justitiam] Justitia Hebræis aliquando sumitur pro judicio, uti probavit Joh. Coccejus in Lex. Hebr. voce צדקה; aliquando etiam pro aequitate, seu pro eo, quod virtutis, & perfectionis est. Auctor justitiam posteriori sensu refert ad jus naturæ laxius: Vid. supr. l. 1, c. 1, §. 9, n. 2.

Ἐλεον] Ab ἐλεῶ misereor.

Κρίσις] Α κρίσις, judicio, damno, culpo. Πίσις] Vox hæc in genere fidem significat. Vid. l. 2, c. 23, §. 2.

Δικαιοσύνη] Justitia.

Κρίσις pro eo, quod stricte debetur] Est enim, uti diximus, a κρίσις, i. e. iudicio, condemnatio, &c.

Civiliter quoque ex actu suo obligari, dici quis potest] Jcti Romani triplici sensu obligationem civilem sumserunt: 1º. si obligatio procedit ex solo jure civili, ut in pollicitatione, &c. Hinc notanter Jctus in l. 2, §. 1, ff. de pollicit. ait: § ideo illud est constitutum, ut si ob honorem pollicitatio facta fuerit, quasi debitum exigatur. 2º. Si & jure naturali, & jure civili, actio inde datur: ut in L. 1, pr. §. 1, Novat. L. 59, ff. Cond. indeb. l. 10, ff. Obl. act. Hinc postquam Jctus in l. 7. pr. ff. pact. dixerat, juris gentium conventiones quasdam actiones parere, in §. 2, sequenti ait, inde nasci obligationem civilem. 3º. Si actio saltem ex negotio datur, sed nulli sunt effectus debiti. Uti si actio, quæ competit, perpetua exceptione tollitur; quæ obligatio speciatim civilis dicitur. Vid. jus meum controvers. L. 2, tit. 14, q. 39. Conf. supr. notata ad rubr. tertiam num. 1.

Non ex mero jure naturali, sed ex jure civili] Ut in pollicitatione Vid. not. præc. § not. tert. num. 1.

Vel

Vel ex utroque] ,, Si & natura obligatur ,
 ,, & actio jure civili inde datur. Vid. ad. m.
 Aut eo sensu , ut in foro actio inde desur]
 ,, Si obligatio exceptione perpetua eliditur ,
 ,, quod fit per exceptionem Scti Macedonia-
 ,, ni , & Vellejani &c. Vid. ad. nn.

Dicimus ergo , ex promisso , & contractu
 regis , quem cum subditis iniit , nasci veram ;
 ac propriam obligationem] ,, Quæ actionem
 ,, quoque producit.

Qua jus det ipsis subditis] ,, Adeoque & jus
 ,, petendi , ac exigendi a principe. Vasq.
 ,, Controv. 3. l. 1. n. 1.

Ea enim est promissorum , & contractuum
 natura] ,, Nam Rex voluntate sua jus in al-
 ,, terum transfert , quod ei ex naturæ regu-
 ,, la tribuere tenetur.

Etiam inter Deum , & homines] ,, Quo
 ,, sensu id verum sit , vidimus supra L. 1 ,
 ,, c. 1. §. 10 , n. 5. & L. 2 , c. 11 , §. 4.

Quod si tales sint actus , qui a rege , sed
 ut a quovis alio , fiunt] ,, Adeoque qui a re-
 ,, ge fiunt ut parte communitatis , L. 2 ,
 ,, c. 4 , §. 12 : ut cœtus illius membro.
 ,, Vid. supr. §. 5. & L. 2 , c. 20 , §. 22 ,
 ,, n. 1. & c. 11 , §. 5 , n. 3.

Etiam civiles leges in eo valebunt] ,, Prin-
 ,, cepts enim hæcenus privatus est , & priva-
 ,, torum jure utitur , ac communem legum
 ,, regulam sequitur. Vid. supr. §. 2 , n. 2.

Sin actus sit regis , qua regis] ,, Vid. supr.
 ,, §. 1 , n. 2. §. 2. & c. 11 , §. 5 , n. 3.
 ,, i. e. Quatenus personam , ac auctoritatem
 ,, civitatis sustinet , L. 2 , c. 20 , §. 22 ,
 ,, n. 4 ; hæcenus enim actus regis confide-
 ,, rantur ut actus ipsius communitatis , d.
 ,, §. 1 , n. 2 & §. 2 , n. 1 , & 2.

Ad eum leges civiles non pertinent] ,, Res-
 ,, publica enim sibi ipsi legem dicere nequit ,
 ,, d. c. 4 , §. 12 ; quia communitas se ipsa
 ,, superior non est. Vid. supr. §. 1 , n. 1.

Quod discrimen a Vasquio non satis obser-
 vatum est] ,, Vasquius enim simpliciter sta-
 ,, tuit , regem legibus suæ civitatis subesse.
 ,, L. 1 , contr. 26 , n. 7. (excepto solo im-
 ,, peratore. Vid. n. 5.) quia ejus potestatem
 ,, non esse constitutam , ait , ad suam , sed
 ,, ad meram civium utilitatem.

Neque tamen eo minus ex utrovis actu nasce-
 tur obligatio] ,, Sensus est , quod Rex æque
 ,, obligetur ex actibus regiis , ac ex actibus
 ,, privatis.

Nempe ut declaretur jus creditoris , sed coa-
 elio sequi non poterit] ,, Sensus est , jus qui-
 ,, dem verum creditori inde acquiri , adeo-

que regem naturaliter obligari ; at effectum
 ,, nullum ex tali obligatione oriri : adeoque
 ,, regem civiliter non obligari , quia execu-
 ,, tio deficit , & rex se ipsum cogere nequit.
 Ob statum eorum , quibuscum negotium est]
 ,, Quia superiores non habent , qui eos
 ,, cogere possit.

Nam subditis cogere eum , cui sunt subditi ,
 non licet] ,, Auctor id intelligit de jure gen-
 ,, tium voluntario : nam jure naturæ cuique
 ,, jus esse exigendi debitum etiam vi privata ,
 ,, alibi docuit. Vid. l. 1 , c. 4 , §. 2.

Sed aequalibus in æquales id jus est a natura]
 ,, Quod systema exposuimus , & refutavimus
 ,, in Dissert. Proœm. I , c. 3 , §. 5. & Dissert.
 ,, VIII , c. 2.

Superioribus ipsi subditos etiam ex lege]
 ,, Institutis enim demum societatibus , seu
 ,, civitatibus , potestatem cogendi aliorum ,
 ,, & superiorum arbitrio , ait , esse delatam ,
 ,, idque Deum approbasse. L. 1 , c. 4 , §. 4.

A D §. VII.

S E D hoc quoque sciendum est] Statim
 examinabimus hanc quæstionem : an Prin-
 cepts jus subditis quæsitum ex plenitudine pote-
 statis auferre possit ? Nos in genere eam nega-
 mus , quia principes constituti sunt ad tuendum
 jus , non ad illud dissolvendum. Duo autem
 excipiuntur casus : 1. si subditis in pœnam au-
 feratur ; nam ex injuria tunc tenentur : 2. ob
 utilitatem publicam , idque ex obligatione ,
 qua cives ad ea , quæ ad salutem publicam
 pertinent , contribuere tenentur.

Duplici modo] ,, Vide supra c. 13 , §. 20 ,
 ,, n. 3 , ubi id dominio eminenti tribuit. Add.
 ,, l. 1 , c. 1 , §. 6 , & c. 3 , §. 6 , n. 2.
 ,, & Vasq. l. 1 , c. 26 , n. 17.

Aut in pœnam] ,, Vide l. 2 , c. 20 , §. 23.
 Aut ex vi supereminētis domini] ,, Quid
 ,, sit dominium supereminētis , & an prin-
 ,, cepts vi hujus dominiij jus quæsitum subditis
 ,, auferre possit , statim examinabimus. Vid.
 ,, ad pr. §. seq.

Primum requiritur utilitas publica] ,, At
 ,, tunc non vi supereminētis dominiij , sed
 ,, vi legitimi imperiij subditis jus quæsitum
 ,, aufertur.

Compensatio fiat ei , qui suum amisit , ex
 communi] Si proinde Princeps diruit ædes
 suburbanas tempore obsidionis ad defenden-
 dam civitatem , si in agris privatorum for-
 talitium exstruit , &c. æquum est , ut dam-
 num

num hoc communiter feratur, quia communiter interest: & cives tenentur rem publicam defendere communi sumtu, & opera. Si proinde unus solus tribuit, a reliquis repetere potest. Alia quaestio est, an omnes aequaliter teneantur, an tantum pro rata patrimonii? Posterius verum est in actibus dividuis, prius in individuis, ut in defensione, quae unicuique in solidum incumbit. *Vid. l. 1, c. 5.*

Ita & in jure, quod ex promisso, aut contractu quaritur] „ Ut scilicet Princeps vel „ in poenam, vel ob utilitatem publicam, „ pacta jure naturae valida irrita facere possit. „ Ita enim Jus Romanum in poenam pacta „ vi, metuque inita, item de re litigiosa „ &c, irrita reddit; & ob utilitatem publicam constituit, ne pacta a minore, filiof. „ & muliere inita effectum habeant, &c. „ *Vasq. ill. contr. l. 1, c. 5, n. 15, & 16.*

A D §. VIII.

QUAERIT hic Auctor, an regula illa, quod Princeps jura subditis quaesita auferre non possit, tantum pertineat ad jura quaesita a natura, an etiam ad jura ex legibus civilibus quaesita? & bene respondet, Principem nec jura legibus civilibus quaesita subditis auferre posse. Nam haec lex naturae est, ne jus quaesitum auferatur; sive illud quaesitum sit a natura, sive ex lege superioris: princeps enim de alieno disponderet, eoque injuriam faceret, quam reparare tenetur.

Additio.

„ Late hanc quaestionem examinavi in jure „ meo *Controverso*, L. 1, t. 4, q. 11. „ & tit. de Re jud. q. 10, quae hic recenseri meretur.

Mirum est, quam vulgo jaclletur brocardicum illud, Principem vi plenitudinis potestatis, durch einen Macht-Spruch, jura subditis quaesita intervertere posse. At refellitur hoc figmentum his solidissimis rationibus.

I. *Vel excedit illa plenitudo potestatis manifeste fines justii imperii, & erit injuria; vel est intra ejus fines, & tum idem erit, ac imperium. Uti ergo vi imperii jura subditis quaesita tolli non possunt, ita nec ex plenitudine potestatis, quae iisdem, quibus imperium, finibus continetur.*

II. *Sed & certum est, juris tuendi causa constituta esse imperia, & unicam, ac solum introducenda imperii rationem in eo positam*

esse, ut homines jure suis a divino verum Creatore concessis tranquille uti queant. B. Par. Disp. de Imp. in par. §. 2. & Disp. de sum. pot. §. 1. *Conf. caus. 23, q. 5, c. 39 Aug. Ep. 54. Tota hac imperii ratio interverteretur, si Principi pro lubitu in populum grassandi, juraque singulis quaesita auferendi, facultas concederetur.*

III. *Hoc enim modo non differrent dominium, & imperium, quae tamen maxime diversa sunt.* L. 215, de V. S. *Nam dominium est 1º. domini causa, & ad ejus modum pertinet; unde is 2º. abuti dominio potest.* L. 21, C. Mand. 3º. *Omnia dominus sibi acquirit, suoque nomine agit: sed & 4º. alienus &c. Omnia secus se habent circa imperia, utpote quae 1. sunt subditorum, non regnantis causa constituta. Princeps enim ideo est constitutus, ut justitiam aequa laxce distribuatur. Indeque 2. imperium omnem abusum excludit. Sed & 3. Princeps non sibi, sed reipublicae acquirit, ejusque nomine agit. Unde 4. non alienare potest bona reipublicae, quia ita non administraret, sed perderet &c. Tota, inquam, hac distinctio cessaret, si ex plenitudine potestatis Princeps jus quaesitum subditis auferre, adeoque de eorum bonis, & juribus, pro lubitu disponderere posset: quin desineret esse imperium, & fieret res privata. Vid. optime hac de re differentem Illustr. Virum Dn. Stiglitium, a secretioribus Polonorum regi consiliis, itinerum meorum olim focium amantissimum, in Disp. de Immut. juris primog. c. 3, §. 13.*

Hinc I V. constat, Principem res judicatas coercere non posse; nam partibus jus quaesitum est ex consensu, adeoque ex naturali quoque ratione: partes enim judicem advenientes, in ejus sententiam, & quod ei stare ve- lunt, compromittunt. L. 3, §. 11, ff. de Pecul. l. 11, §. 1, ff. de Novat. & late Dn. Par. in Disp. de vero debit. sent. abs. Sect. 3, §. 2, & seq. *Unde 2. nec naturale debitum post rem judicatam superest, licet injuria judicis reus absolutus fuerit, arg. l. 13, Quib. mod. pign. solv. dict. Disp. Sect. 3, per tot. Hinc 3. Imperatores si leges ad casus praeteritos extendunt, excipere solent transactiones, & judicata, l. un. C. de Contr. emt.*

Atque ita Facultas Viadrina in causa quadam maximi momenti respondit anno 1702. mense Decembr. Sed & Augustissimus Rex in causa Rommer, contra Rommern, ubi Commissarius judicatum sustulit, factum hoc in rescripto ad Regimen Halberstadiense transmissio improbavit.

Sanz

Sane V. jus quæsitum auferre ipsa natura prohibet. Jus enim nostrum sine factio nostro auferri nobis non posse, ipsius natura regula est, tradita quoque in L. 11, ff. de Reg. Jur. At juri natura etiam Princeps obligatur, §. p. Inst. de N. & G.

Unde VI. ipsi Imperatores ajunt, nec Imperiali rescripto jus quæsitum cuiquam subverti posse, L. f. C. Si cont. jus l. 16, C. de Transact. l. 20, C. eod. morisque non esse Principis, in cujusquam injuriam beneficium tribuere. L. 4, c. de Emanc. Et semper ita fieri debere interpretationem, ut sine injuria, & præjudicio tertii intelligatur. L. 2, §. 10, & 16, ff. Ne quid in loc. publ. l. 40, ff. de Adm. tut.

VII. Ipsa summa potestas Principis est ex jure quæsitum, & ex dispositione populi: si vero jura quæsitum ita tolli possent, ipsa Majestas Principis tuta, atque secuta non esset.

Merito ergo VIII. illud figmentum plenitudinis potestatis a Dd. rejicitur, Carpz. P. I, dec. 78, n. 10, ibique late Dd. Dn. Par. J. publ. c. 20, §. 39. & Idem in Disp. de Imp. in par. §. 7, seq.

Obst. 1. quod tamen Princeps ex utilitate publica multa, etiam contra rationem naturalem; statuere possit.

Resp. illa non statuit vi plenitudinis potestatis, sed vi legitimi imperii; neque tunc contra rationem naturalem statuit, sed secundum eam: hoc enim ipsa ratio naturalis suadet, quod ingruente necessitate reipublica etiam jus quæsitum subditis auferri possit. (Grot. h.)

Obst. 2. quod ipsi Status, tam Eccelegelici, quam Pontifici, illam plenitudinem potestatis agnoverint in Imperio nostro, dum sapius soli Imperatori, ejusque decisioni, quadam reliquerunt, d. disp. de Imp. in par. §. 8. Sed ibidem

Respondetur, illud ex ultronea remissione Statuum contigisse, qui tamen omnino etiam illos casus Imperatori relictos expresse ratibauerint: uti verba allegantur d. disp. §. 9. Sed & species ibi proposita, & arbitrio Imperatoris relicta, nunquam pro lege valent; his enim duravit, & plene demum quoad singulos articulos, utriusque partis consensu, in pace religiosa, & R. I. de an. 1555, §. 15, junct. §. 144, definita fuit, d. disp. §. 10.

Regula hæc, quod Princeps jus subditis quæsitum auferre non possit, vera est, non tantum de jure quæsitum a natura, sed & de jure quæsitum ex legibus civilibus. Nam posita

lege, jus semel subditis quæsitum est ex consensu, & voluntate principis legem constituentis, quod nec naturali ratione eis contraria voluntate auferre potest. Sane, subditus, qui auctoritate legis nixus quædam gessit, comparavit, vendit, &c, fide publica deciperetur, si actus illi juxta leges civiles gesti noviori lege nulli declarari possent.

Obj. 1. Quod Princeps pro libitu mutare, & tollere legem possit. §. 11, Inst. J. N. G. & C.

Resp. Tollere in futurum potest, quia ratione futurorum non est jus quæsitum, sed quærendum. Ratione actuum præteritorum autem revocari lex, & retro tolli non potest, quia eatenus jus subditis quæsitum est ex ipsa voluntate Principis.

Obj. 2. Quod leges etiam ad casus præteritos extendi possint, adeoque jus quoque quæsitum noviori lege tolli potest. L. 7, C. LL.

Resp. Verum hoc est si jus antiquum sit dubium; tunc enim Princeps illud interpretari, & hanc interpretationem etiam ad casus præteritos extendere potest, uti apparet ex L. un. C. de Contr. Jud. ubi jus antiquum, quo Præsides provinciarum immobilia comparare prohibentur, extenditur ad Consiliarios, eorumque domesticos, & præterea ad emptiones earundem personarum, qua sunt per intermediam personam. Neque enim hæcenus jus quæsitum subditis dici potest, quia licet verba legis antiqua ad eos non pertinent, mens tamen legis, & identitas rationis eos prohibuisse videtur, idque princeps noviori lege non statuit, sed declarat: sed & nullum in jure extat exemplum, quo legem abrogatoriam ad casus præteritos extensam esse probari poterit, cum e contrario plurima essent exempla, ubi nec interpretationes ad leges præteritas extenduntur. Vid. Goth. ad L. 7, C. LL.

Ceterum regula præmissa, quod Princeps jus subditis sive ex lege natura, sive ex lege civili quæsitum, nec ex plenitudine potestatis auferre possit, varias patitur exceptiones. Nam merito

Excipitur 1. casus necessitatis publicæ: quia hoc casu non ex plenitudine potestatis, sed vi legitimi Imperii, magistratus de juribus subditorum disponere potest; hoc enim ipsa naturalis ratio suadet, ut ingruente necessitate reipublica populus eam sanguine, & bonis defendere debeat. Grot. de jur. bell. & pac. l. 2, c. 14, §. 7. Sed & in penam, vita, bona, & aliaque jura delinquentibus auferri possunt. Grot. d. l. Idque non tantum ex necessitate reipublicæ, sed præterea ex vi-

saria illa Dei potestate, quam Principes in terris exercent.

EX C. 2. Si jus quaesitum dubium est, & Princeps nova lege illud saltem interpretatur: hac enim interpretatio etiam ad casus prateritos pertinet, & Princeps badenus jus quaesitum non aufert, sed dubium circa illud ortum declarat.

EX C. 5. auferri quoque jus subditis potest, si illud non est quaesitum, sed quaerendum. Nam hinc est 1. quod Princeps legem mutare in futurum possit, quia quoad casus futuros subditis non est jus quaesitum, sed quaerendum. Hinc 2. est, quod restitutus ex indulgentia Principis recipiat patriam potestatem quoad actus futuros: §. 1, Inst. Quib. mod. pat. pot. solv. junct. l. 13, §. 1, C. sent. pass. Nam eatenus saltem filio jus quaesitum est, ut sit paterfamilias quamdiu ipsius pater deportatus est, non vero eatenus, ut Principi non liceret patrem restituere.

Atque ex his principis sponte jam fuit decisio questionis in curia Halberstadiensi ventilata: An scilicet ille, qui criminis abolitionem impetravit, famaque restitutus est, ad officiorum collegia iterum admitti debeat? Acriter id negavit collegium ex illa ratione, quod jus ex statuto, (quod infames excludebat) collegio quaesitum esset, &c. Verum, distinctione totam rem componi posse, puto. Si enim infamia vera adest, & reus vel immediate a lege, vel per sententiam notatus est, tunc verum est, reum jus Collegii amittere, & badenus collegio ex statutis, ipsa voluntate Principis munitis, jus quaesitum esse, quod contraria voluntate ipsi auferri nequit. Si tamen Princeps huiusmodi notatum famae, & dignitati restituit, eumque ad officiorum collegia admitti jubet, necessario quidem recipiendus erit, quia post restitutionem non amplius est infamis: at non retro jus collegii recipit, sed nova erit acquisitio; ultimum occupabit locum; L. 2, & pr. §. 1. decur. salarium, commoda, & emolumenta eis, quibus semel cessere, non auferuntur; arg. l. 7, C. sent. pass. omniaque praestare debet, ac si nunquam in collegio fuisset: arg. d. l. 2, §. 1, in f. Si vero infamia demum ex legis condemnatione sequitur, ut in viro adultero, l. 43, §. Rit. nupt. l. 2, §. 3, His qui not. inf. & in reis reliquorum criminum publicorum, Laut. p. 62; tunc abolito crimine, nec secuta sententia, reus non amittit jus collegii: quia jus quaesitum collegio non est ante sententiam. Cum ergo reus non sit infamis, excludi a collegio non potest.

Atque hinc collegium eum, qui adulterii accusatus fuit, & criminis abolitionem impetravit, recipere, eique omnia emolumenta retro praestare coactum est in causa W. contra Schmiede-Gulde, & in causa P. contra Cap. S. S. B. & M.

Neque ullo modo hic admittenda est distinctio] ,, Idem repetit Auctor L. 3, c. 20, §. 9.

Et ejus, quod venit ex lege civili] ,, Quasi ,, posteriori privato a rege auferri possit, non ,, prius: quod late examinavit Vasq. ill. ,, contr. l. 1, c. 5, n. 16, & late seq.

Nam in utrumvis par jus est regis] ,, Utrum ,, que jus alienum est, adeoque extra facultatem principis.

Nec hoc magis, quam illud, sine causa tolli potest] ,, Injuriam ergo facit princeps, ,, qui jus, quod ex lege publica, adeoque ,, ipsius voluntate alii quaesitum est, aufert.

Id ne sine causa ei auferatur, juris est naturalis] ,, Vid. l. 2, c. 10, §. 1, n. 5. ,, Juris enim naturalis prima regula est, suum ,, cuique tribuere: i. e. nemini jus legitime ,, quaesitum auferre.

Tenetur reparare damnum] ,, Tenetur enim ,, jus suum cuique tribuere. Quid si nolit? ,, Resp. cogi non potest; at tunc jus non deficit, sed executio. Vid. §. 6, in fin.

Facit enim contra verum jus subditi] ,, Adeoque peccat contra regulam naturae, ,, quae jubet, jus suum cuique tribuere.

Quod jus exteriorum supereminenti dominio nullo modo subest] ,, Princeps ergo extraneo ,, jus quaesitum nec in panam auferre potest, ,, quia jus puniendi eum non habet, nec superior est intuitu extranei: neque ob utilitatem publicam, quia cives saltem, non extranei, salutem civitatis promovere tenentur.

Hoc est, qui nulla ratione subditi sunt] ,, Nam extraneus quoque subditi esse potest ,, quoad certum actum, si scilicet in alieno ,, territorio contrahit, vel delinquit: Vid. ,, supr. l. 1, c. 3. vel ratione rei sitae.

Nam de poena infra videbimus] ,, Auctor ,, enim jus puniendi aequalibus in aequales, ,, etiam extraneos, competere, putat. Vid. ,, §. 6, n. 2, & infra c. 20, §. 3. Ubi ,, Paradoxon hoc refutabimus.

Subditorum autem jus ei dominio] ,, I. e. ,, Supereminenti, vel rectius, legitimo imperio.

Quatenus publica utilitas desiderat] ,, Nam ,, civium

„ civium officium natura est, tueri rempu-
 „ blicam, ejusque utilitatem adjuvare. In
 „ dubio autem iudicium principis, non pri-
 „ vatorum esse, quid utilitati publicæ con-
 „ veniat, diximus supra L. I, c. 4.

A D §. IX.

Ex his, qua diximus, & hoc apparet]
 Quæritur, an contractus regum sint leges?
 Negatur. Nam leges feruntur a solo rege, ut
 superiore, in cives tanquam inferiores, non
 requisito eorum consensu; cum contractus non
 nisi mutuo consensu fiant, & hæcenus non
 fit superior, vel inferior, sed contrahentes
 sint æquales.

At sensu maxime improprio, contractus
 non tantum regum, sed & privatorum,
 leges dicuntur. L. 7, §. 5, pact. l. 20,
 pact. dot. Tot. tit. de lege commissoria. Quia
 quilibet rei suæ, vel juri suo legem dicit:
 uti igitur quisque rei suæ legem dixit, ita
 jus est. Unde pacta contractibus adjecta leges
 dicuntur, d. l. 7; & lex commissoria nihil
 aliud est, quam pactum contractui pigneratio-
 nis adjectum, d. tit. Cæterum differentiam
 inter obligationes, quæ ex imperio, & eas,
 quæ ex pacto veniunt, late explicavi in Disp.
 de Insp. in par. §. 13, & seq.

Quam falsum sit quod quidam tradunt,
 contractus regum leges esse] „ Doctores apud
 „ Bodinum de republ. l. 1, c. 8, p. m. 113.

Nam ex legibus nemini jus adversus regem
 nascitur] „ Rex enim legem ferendo nihil
 promittit, nedum se obligat, adeoque nul-
 lum jus in alium transfert, unde ipse teneatur.

Ideo si eas revocet, nemini facit injuriam]
 „ Nam suo jure utitur; ea enim legis civilis
 „ natura est, ut pro lubitu ab imperante
 „ mutari possit: quia a sola voluntate impe-
 „ rantis dependet.

Peccat tamen si sine justa causa id faciat]
 „ Nam uti leges non nisi ad utilitatem publi-
 „ cam ferre, ita & latas non nisi ex utilita-
 „ te publica mutare potest. At an utile sit,
 „ arbitrium est principis.

At ex promissis, & contractibus jus nasci-
 tur] „ Ex utriusque scilicet consensu.

Contractibus ligantur contrahentes tantum]
 „ Jus enim ibi oritur ex dispositione utrius-
 „ que, adeoque tantum inter disponentes.
 Legibus subditi omnes] „ Regulariter qui-
 „ dem id verum est; at possunt tamen esse
 „ leges, quæ certos saltem homines obligant.

Possunt tamen quadam esse mixta ex contra-
 ctibus, & legibus] „ At duæ tunc in hoc ne-
 „ gotio distinctæ sunt causæ. Valet enim ne-
 „ gotium tanquam contractus inter contra-
 „ hentes; at quia rex quoque vult a subditis
 „ illud observari, ratione subditorum lex est.
 „ Ita pax Osnabrugensis valet ut contractus
 „ inter principes contrahentes, i. e. inter
 „ Imperatorem, & Status imperii: inter
 „ subditos vero Imperii valet ut lex, & fan-
 „ ctio pragmatica, quia ejus observantia ab
 „ Imperatore, & Statibus, & eis injuncta est.
 Aut cum publicano factus] „ Contractus
 „ tunc est respectu publicani, cui reditus
 „ publici locantur: subditi autem tenentur
 „ publicano reditus illos solvere, non vi con-
 „ tractus, sed ex lege superioris, vi cuius
 „ subditi tenentur conferre ad onera imperii
 „ sustinenda vel principi, vel ejus manda-
 „ tario.

Qui simul pro lege publicatur] „ Notifica-
 „ tur, nimirum, subditis, publicano onera
 „ præstanda esse.

Quatenus ei insunt qua subditis observanda
 sunt] „ I. e. quatenus publicano tales redi-
 „ tus locantur, qui a subditis præstari de-
 „ bent.

A D §. X.

SEQUITUR jam tertia pars hujus ca-
 pituli (Vid. supr. §. 1, pr.) quid, scilicet,
 regi liceat circa actus successoris? Ubi notan-
 dum est, jure naturæ hæredes, & succes-
 sores non teneri, nisi ut possessores bonorum,
 ex quibus defunctus debuit, adeoque non
 nisi quatenus defunctus plus habuit in bonis,
 & patrimonio suo. Unde simul apparet, re-
 gulam illam, quod hæres representet personam
 defuncti, mere civilem esse.

Atque ex his jam constat ratio, cur fiscus
 quoque, acquirens hæreditatem vacuum, ad
 æs alienum teneatur, & ad onera præstanda,
 quæ hæreditati inhærent; quia bona defuncti
 sunt obligata, quæ non intelliguntur nisi de-
 ducto ære alieno. Vid. Disp. nostra de bonis
 vacantibus. Sed & porro si hæres vendit suam
 hæreditatem, æs alienum ipso naturæ jure in
 emptorem transfertur.

Cum vero rex duplex habeat patrimonium,
 publicum, & privatum: adeoque & dupli-
 cia bona, tum quæ ad rem publicam perti-
 nent, ut bona coronæ, domania, &c,
 tum quæ titulo privato principi quæsitæ, ei-
 que

que propria sunt ; duplicem quoque rex habet successorem , alium , qui in imperio , & iuribus publicis succedit , alium , qui in jura privata. Hinc 1. bona publica ad solum successorem in imperio pertinent ; privata ad quemlibet hæredem , etiam non successorem. Ille 2. ad æs alienum tenetur , quod intra fines legitimæ administrationis contractum est ; hic ad omne æs alienum , quod ad usus privatos quocunque modo contractum est. Si dubitatur , an intra fines administrationis contractum sit , successor tenetur , quia in dubio iudicium est defuncti. An vero , & quatenus princeps ex fœdere antecessoris teneatur , explicabimus *Cap. seq. §. 15.* Si igitur 3. successor in imperio fratres habeat , ille solus æs alienum publicum solvit ; privatum vero pro rata saltem , quatenus in bona succedit.

Adlittio.

„ De obligatione successorum ex promisso defuncti *Vid. Dissert. proœm. XII, §. 409, n. 5. & B. Par. Exercit. Curios. Vol. 1, fol. 848.* Hic obiter notamus 1°. F I L I U M successorum quoque teneri ultra patrimonium defuncti , quia in genere familiam continuat. Adeoque 2°. regulam , quod hæres representet personam defuncti , hæc tenus naturalem esse. *Vid. Diss. Proœm. XII, §. 278. seq. pag. 30.* Quæ de duplici patrimonio B. Parens differit , latius a nobis explicata invenies *supra l. 2, c. 6, §. 11. Sintne omnium simul bonorum hæredes*]

„ Quales jure naturæ sunt soli liberi.

„ *Ut qui regnum , quod in patrimonio est, testamento , vel ab intestato , accipiunt*] „ Regem nunquam in patrimonio habere regnum , passim probavimus.

„ *Testamento*] „ *Vid. supra l. 2, c. 6, §. 3, seq.*

„ *Ab intestato*] „ *Vide supra l. 2, c. 7, §. 12, seq.*

„ *An successores regni duntaxat*] „ Quod scilicet non simul est in patrimonio.

„ *Putæ , ex nova electione*] „ Quia noviter electus non succedit in hæreditatem , seu patrimonium defuncti.

„ *Aut ex præscripto*] „ I. e. lege regni , & delatione populi. *Gronov. h.*

„ *Sive imitatione quadam vulgaris hæreditatis*] „ Uti si familiæ defertur hæreditas. *Vid. l. 2, c. 7, §. 19.*

„ *Sive aliter*] „ Uti si successio obtinet feudalis , & linealis ; *d. c. 7, §. 21, seq. vel si specialis modus succedendi ex voluntate populi est definitus, ibid. §. 24.*

„ *An vero mixto jure succedentes*] „ Scilicet , partim jure hæreditario , partim jure successionis , vel , ut ipse Auctor *§. seq. n. 1,* rem explicat , partim in bona , in jus regni autem in solidum.

„ *Nam qui bonorum omnium , ita ut regni hæredes sunt , quin promissis teneantur*] „ Tales reges non dari , jam diximus. Regnum nunquam in patrimonio regis est ; adeoque successor nunquam ex hac ratione tenetur. Sed dicendum est , omnem successorem teneri ad æs alienum in utilitatem reipublicæ contractum , quia patrimonio publico id cohæret , quod cum suo onere ad successorem quemcunque transit. Atque ex hac ratione asseruimus , regem , seu populum , qui civitatem desertam occupat , teneri ad æs alienum prioris populi. *Vid. l. 2, c. 9, §. 8. Cons. §. seq.*

„ *Pro debitis enim etiam personalibus bona defuncti ut obligata sint , ipsi rerum dominio coarctum est*] „ Auctor dominium facti gentium demum introductum esse , passim docet : ac obligationem , quæ ex dominio oritur , ex societate aliqua , quæ introducto dominio inter dominos contrahitur , deducit , & ea cautum esse , fingit , ut qui rem alienam in sua habet potestate , eam domino reddere teneatur. *Vid. l. 2, c. 10, §. 1, n. 2, & 4.* Atque huic societati tribuit jus illud , quod possessor bonorum defuncti obligetur ex ejus patrimonio.

„ At dominia immediate a natura , non vel ex ficta quadam divisione , aut tacite indulta occupatione orta esse , alibi probavimus. Sed & porro obligationem restituendi rem domino non ex societate aliqua , quæ introducto dominio inter dominos contrahatur , oriri , demonstravimus *supra c. 10, §. 1, n. 2, & 4.* Hinc sponte sequitur , male huic societati tribui , quod possessor obligetur ex defuncti patrimonio. Vera ratio , cur hæres teneatur ad onera defuncti , hæc est , quod hæres succedat in familiam , i. e. in omne jus defuncti , adeoque hæc tenus cum eo habeatur pro una persona. Quæ ratio locum habet etsi defunctus nihil in bonis habuerit.

A D §. X I.

„ *At qui in jus regni duntaxat succedunt*] „ Adeoque qui non sunt hæredes omnium bonorum , regnique simul patrimonialis ; „ sed

sed qui ex voluntate saltem populi hæreditario jure in regno succedunt.

Aut partim in bona] Si scilicet plures sint defuncti regis hæredes, tunc primogenitus, qua hæres, pro rata saltem in bona privata succedit.

In jus regni vero in solidum] Jure primogenituræ.

Quatenus obligentur, tam dignum est queri] Diximus, Principem duplicia habere bona: alia publica regni, alia privata. In illis solus primogenitus succedit, adeoque & solus onera illis bonis publicis cohærentia fert; in his omnes defuncti liberi, filii, & foeminae succedunt: adeoque rex qua hæres tantum pro ea parte tenetur, qua bona ad eum transeunt.

Directe, hoc est ἀμέσως, hos successores regni, qua tales, non obligari, satis manifestum est] Recte observavit Pufendorfus, nec Solomonem, nec Davidem male fecisse. David enim non præcepit filio, ut ipse Simei ob delictum plecteretur (nam juraverat ei quod mori non deberet, II. Sam. c. 19, v. 19); sed consilium ei dedit, ne patiatur innoxium, idque sapientiæ filii reliquit, qui mortuo patre injunxit Simei, ut Hierosolymis sub oculis regis habitaret, nec rivum Cedron transiret. Verum, divina providentia ita disposuit, ut leges tam faciles, abs sese quoque approbatas, violaret, ut justa foret occasio condigno nequam hominem exitio tradendi. Pufend. J. N. Lib. VIII, c. X, §. 3.

Quia jus non accipiunt ab eo, qui proxime decessit, sed a populo] Adeoque ex pacto antecessoris, utpote tertii, successor obligari nequit.

Sive ea successio propius accedat ad jus hereditatum vulgariis] Uti in successione cognatica. Vid. supr. c. 7, §. 22.

Sive absit longius] Uti in successione agnatica, & lineali, ibid. §. 23.

Ευμίσως] i. e. Perindirectum.

Per interpositam civitatem obligantur]

Etsi igitur successor non teneatur ex consensu suo, nam cum eo pactum non intercessit; tamen tenetur ideo, quia antecessor intra fines legitimæ administrationis promisit ad utilitatem, & necessitatem regni. Cum igitur regnum transit ad successorem, transit cum suo onere; & hæcenus successor aliquid alieni tenet, quod ex generali regula justitiæ tribuere debet ei, cui id deest.

Tom. III.

„ Diximus autem, in dubio iudicium esse antecessoris, an utilitati reipublicæ conducatur, an non. Adeoque successor ex tali debito ab antecessore contracto semper tenetur, donec probetur, in detrimentum regni contractum esse.

Cæterum &c. jus habet se obligandi per se] Sensus est, populum ipsum se obligare, adeoque & eum jure populi contrahere posse, qui populum repræsentat, & in quem populus omne jus suum transtulit.

Aut per majorem sui partem] Major enim pars rationem integri habet, l. 2, c. 5, §. 17.

Tum expresse] Nimirum, obligationem approbando in comitiis &c.

Tum per consequentiam necessariam, puta, imperium transferendo] Vi hujus imperii Regi facultas administrandi competit: pars autem administrationis est, in utilitatem rei publicæ debita contrahere.

Nam in moralibus, qui dat finem, dat ea, quæ ad finem perducunt] Explicavimus hanc regulam in not. ad proleg. §. 1. 2, c. 5, §. 24, n. 2. item c. 7, §. 2, n. 1. Sane, concessio jure, omnia ea sequuntur, sine quibus jus illud exerceri nequit. Posit. J. G. IV, n. 4. Adeoque qui concedit generalem facultatem administrandi, concedit quoque facultatem debita contrahendi.

A D §. XII.

Non tamen in infinitum] Adeoque successor tunc demum ex promissione antecessoris obligatur, si ut administrator promittit, i. e. in utilitatem reipublicæ: sæpius autem dictum est, iudicium, an utile sit, in dubio esse administratoris.

Neque enim obligandi infinita potestas ad exercendum imperium necessaria est] I. e. non promiscue Imperans de imperio disporre potest.

Ut nec ad tutelam, aut curationem] Vid. l. 12, ff. de curat.

Sed quatenus ejus potestatis natura exigit] Natura autem imperii in tuendo singulorum, & totius reipublicæ jure consistit; ideo enim regi delatum est imperium, d. l. 12.

Tutor domini loco habetur, inquit Julianus, cum rem administrat non cum pupillum spoliat] Regula hæc existat in l.

L

7.

„ 7, §. 3, ff. pro emptore. Hinc etiam dolus
 „ tutoris nec nocet, nec prodest pupillo,
 „ l. 3, pr. *Quand. ex fact.* l. 13, §. 7, aff.
 „ *emt.* Quod vero pupillo electio competat,
 „ an læsus, etiam culpa tutoris, restitui,
 „ an contra tutorem agere velit, jure Codi-
 „ cis demum constitutum est. L. f. §. t. t.
 „ C. Si tut. vel cur. interv.
 „ *Non prodesse tantum, sed esse obesse*] „ Sci-
 „ licet, intra fines administrationis. Atque
 „ hinc transactio cum administratoribus inita
 „ non valet, si jure debitum ambitiose re-
 „ missum est. L. 12, c. *transact.*
 „ *Ut tum demum ratus sit habendus actus,*
 „ *si utiliter gestus est*] „ In actione negotiorum
 „ gestorum verum est, non teneri eum,
 „ cujus negotia gesta sunt, nisi id utiliter
 „ factum, & ex gestione ea aliquid ad do-
 „ minum negotii pervenerit; tunc enim plus
 „ suo habet, quod ei, qui minus suo habet,
 „ restituere tenetur.
 „ At in Principe sufficit, eum probabilem
 „ habuisse rationem. Vid. §. 12, n. 2.
 „ *Ipsi reipublica esset periculosum*] „ Nemo
 „ enim cum principe contracturus esset.
 „ *Quare nec sensisse hoc credendus est populus*
 „ *cum imperium detulit*] „ Hæc voluntatis
 „ conjectura nihil operatur, nec jus dat;
 „ quis enim judicare deberet, an populus
 „ tempore delationis id senserit, an non?
 „ Vera ratio est, quod populus generalem
 „ administrationem detulerit Principi, eoque
 „ in genere facultatem contrahendi concesserit.
 „ Sane, contrahentis non est, inquire-
 „ re, an negotium utile sit reipublicæ, an
 „ non, nisi notorie in detrimentum reipu-
 „ blicæ vergat. Vid. not. ab hac secundam.
 „ *In re dubia*] „ Ibi enim judicium est ad-
 „ ministratoris.
 „ *Non si indubitate id, quod deberi possit,*
 „ *remissum sit*] „ Si id notorium sit, & ipsi
 „ contrahenti de eo constet, vel constare de-
 „ beat, certum est, jus ei ex tali promisso
 „ non nasci; quia contrahens scire debet,
 „ administratorem non habere facultatem per-
 „ dendi, seu alienandi.
 „ *Idem ad nostram de populo toto questionem*
 „ *referri debet*] „ Ita ut populus quoque, &
 „ successor obligetur ex contractu Principis
 „ antecessoris: modo non notorie in detri-
 „ mentum reipublicæ vergat.
 „ *Sed servata proportione*] „ Latius enim
 „ longe patet administratio Principis, ac ad-
 „ ministratoris civitatis. Unde judicium quo-
 „ que de utilitate populi latius se extendit;

„ & si successor allegat, notorie in detri-
 „ mentum reipublicæ promissum esse, id ab
 „ allegante probari, ac si inter partes, quæ
 „ superiorem non habent, de ea lis sit, bello
 „ id decidi debet.

Leges non quavis] „ Immo omnes obli-
 „ gant, præter eas, quæ aliquid contra jus
 „ naturæ, vel divinum, statuunt.

Quod illicitum est] „ Scilicet natura, vel
 „ præcepto divino: nam Princeps ille hæc-
 „ nus subditus est.

*Esse quædam evidenter stulta, atque ab-
 „ surda*] „ Si Princeps id velit, omnino tene-
 „ tur populus. Huc pertinet lex, quam Ca-
 „ ligula meditatus est de Senatorio honore ex-
 „ hibendo equo, &c. *Dio in Caligula. Suet.*
 „ *in Calig. c. 53.*

Sic contractus] „ Mala hæc est illatio
 „ a legibus ad contractus. Nam leges stultæ
 „ obligant saltem populum quamdiu princeps
 „ vult, & quamdiu successor eas non mutat:
 „ sed contractus stulti obligant & populum,
 „ & successorem in perpetuum, quamdiu
 „ non notorie de detrimento reipublicæ con-
 „ stat.

Si probabilem habeant rationem] „ Re-
 „ ctius: quoties non notorie in detrimentum
 „ reipublicæ tendunt.

Quod in dubio ob regentium auctoritatem
 „ *presumi debet*] „ Populus enim omne suum
 „ judicium in principem transtulit, quod in
 „ dubio tamdiu valet, donec notorie con-
 „ stet, rempublicam inde detrimentum ca-
 „ pere.

De exitu modica, aut immodica læsionis] „
 „ Nam nec immodica læsio irritum reddit con-
 „ tractum Principis, si intra fines administra-
 „ tionis contraxerit; ut in dubio factum præ-
 „ sumitur.

Non enim exitus hac in re] „ i. e. Even-
 „ tus, seu læsio.

Sed probabilis ratio rei gerendæ] „ Cujus
 „ judicium, & arbitrium est penes Principem.

Quæ si adsit] „ Uti semper adest vi illius
 „ arbitrii, quod populus in principem con-
 „ tulit, nisi notorie detrimentum appareat.

Si quo casu sui juris esse inceperit] „ Mor-
 „ tuo scilicet contrahente si regnum est ele-
 „ ctivum, vel extincta ejus familia.

Et successores ut populi capita] „ Succes-
 „ sor enim jure populi utitur, uti antecessor.

*Obligaretur is, qui postea regnum plenissi-
 „ mo jure acciperet*] „ Succedit enim in jura
 „ populi: quod Auctor late explicavit supra
 „ c. 9, §. 8, n. 3.

- 3 *Laudatur Caesar Titus hoc nomine*] „ Hic
 „ locus huc non pertinet; nam agitur de casu
 „ privilegii (non de contractu), quod suc-
 „ cessor revocare noluisset: de quo §. seq.
 „ *Non aliter rata habuissent*] „ Nec injuria;
 „ privilegia enim, quæ notorie in perniciem
 „ reipublicæ tendunt, revocari posse, cer-
 „ tum est. *Vid. §. seq.*

*Quæ neque dari, neque accipi, salva re-
 publica, poterant*] „ Optime Vitellius the-
 „ sin hanc defendit. Sane, Princeps facere
 „ non potest, ne respublica salva sit. At an
 „ in hypothefi vera illa ratio fuerit, alia
 „ quæstio est.

- 4 *Non ad damnum modo aliquod*] „ Quale
 „ Auctor ponit, scilicet, quod notorium est,
 „ adeoque ubi contractus excedit fines admi-
 „ nistrationis.

Sed ad perniciem publicam] „ Hactenus
 „ enim imperium regi delatum non est. *Vid.*
 „ *L. 1, c. 4, §. 7.*

*In extensione ad illum casum fuisset inju-
 stus*] „ Sensus est, etsi contractus ab initio
 „ justus, & licitus fuerit, si tamen postea
 „ incidat casus, quo contractus ille perniciem
 „ reipublicæ illaturus esset, negotium hoc
 „ retro nullum fieri; & merito: Nam omni
 „ negotio sua natura inest clausula, *rebus sic
 stantibus*.

„ Equidem intricata admodum est hujus
 „ materiæ tractatio, & difficile est determi-
 „ nare, quando res sic, vel aliter stet, adeo-
 „ que quando mutatus status videatur. B.
 „ *Varens in disputatione de clausula rebus
 sic stantibus, cap. 2. §. 1, seq.* rem hoc
 „ modo explicat.

*Ut status ille rerum ex innumeris circum-
 stantiis componi, ita & innumeris variari
 potest. Atque in tanta varietate, & tot am-
 biguitatibus, difficile videtur accurate eum
 definire, ac propriis finibus ita coercere, ut
 cujusque negotii status, & quando ille muta-
 tus intelligatur, apparere queat; quod ta-
 men probe definitum esse, plurimum interest.*

*In primis vero discernendum in genere est in-
 ter substantialia status, & ejus accidentia;
 neque dubitandum est, statum rei mutatum
 esse, cum ipsa, sine qua consistere nequit,
 substantialia mutata est. Itaque est quod infert
 antiqua illa regula: Tolli rem, vel negotium,
 cum incidit in casum, a quo incipere non po-
 test. L. 3, §. fin. ff. de his, quæ pro non
 script. Etsi regula directo in contrarium con-
 cepta sit in L. 85, §. 1, ff. de R. J. Non esse
 novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt,*

durent, licet ille casus extiterit, a quo ini-
 tium capere non potuerunt. *Item in L. 11, ff. de Judic. L. 11, ff. de Servit. L. 15, in fin. l. 16, ff. Ad l. Aquil. §. pen. Init. de Noxal. act. §. 2, Inst. de Inut. stip. L. 43, §. f. ff. de Furt. Adeo ut in decisionibus casuum quoque in contrarias invicem partes discesserint Jcti veteres, in notissima specie, cum quis creditori suo, quod ei sub conditione debet, legat, & eo deinde vivo conditio existit, quo ipso utilitas omnis legati evanescit, æque, quin magis jam re absque legato quoque debita: cum enim legatum inutile ab initio valere nequeat, corruet quoque ex regula, si in eum casum postea deducatur; quod sentit Paulus in L. 82, pr. ff. de legat. 2, contra Papinianum in L. 5, ff. ad l. Falc. cujus sententiam, dissensu hoc allegat, & non Paulo modo, sed & regula ipsa contraria, rejectis, probat Justinianus in §. 14, Inst. de Legat.*

Istæ collisiones ut sedari possint, ex ipso rerum statu, ejusque præmissa distinctione, explicari potest. Illa enim quæ diximus, status substantialia, non sunt unius generis; alia enim sunt, quæ tantum ad causæ, vel negotii constitutionem, alia, quæ ad ejus quoque conservationem necessaria sunt.

Ita ad cujusque negotii constitutionem, non conservationem, requiritur saltem capacitas ejus consociendi; atque ideo si quis postea in furorem incidat, furidus, mutus, prodigius sit, &c, negotium initio utiliter gestum non tollitur: L. 6, §. 1. l. 18, pr. ff. qui test. fac. l. 16, §. f. ff. de Rit. nupt. l. 31, pr. ff. de Donat. l. 8, ff. de his, qui sui, vel. al. §. 1, Inst. Quib. non est perm. hæc enim vitia solum personæ actum impediunt, cum facultas agendi mera sit qualitas actus, & persona, atque ita tantum ad actum ipsum, non vero ad juris inde semel rite quæsitæ conservationem requiritur. Etsi itaque postea casus talis incidat, semel utiliter gestum ideo non vitabitur. dd. ll.

At contra, non tantum ad agendum, sed & ad jus ex actu quæsitum retinendum, semper continuandum, requiritur capacitas res possidendi, dominique earum retinendi; illa enim non ad modum actus, sed ad omnem rei possessionem in perpetuum requiritur. Ita si vel agens desinat esse dominiorum capax, v. gr. capitis deminutione, vel res desinat esse in ejus commercio, quandocumque vitium illud supervenerit, negotium corrui, actumque irritum fieri, necesse est. Non enim de vitio

L. 2 actus,

actus, vel negotii queritur, sed de ipso jure possidendi, etiam ea, qua legitime, & ex negotio valido quesita fuerunt: adeoque si talis casus accidat, quo non modo negotium illud gerere nequit, sed & jura sua omnia ex validis quoque negotiis acquisita perdit, non potest non interire quoque jus illud, de quo queritur, ex quocumque negotio quesitum fuerit, & in quocumque momentum casus ille incidit. Necessario itaque negotium perinde tolli oportet, ac si initio vitium jam adfuisset.

Et de hoc casu valet omnino, & perpetua est regula illa d. l. 3, §. f. Irritum fieri negotium si incidat in casum, unde incipere non potest: uti hanc distinctionem, ejusque rationem haud obscure innuit textus in L. pen. §. fin. de Verb. obl. Et hujusmodi casus sunt in l. 6, §. 5, & seqq. ff. de Injust. rupt. irr. test. l. 83, §. 5, ff. de V. O. l. 8, l. 18, ff. qui test. fac. §. 3, & seqq. Inst. Quib. non est perm. l. pen. §. 7, ff. de Bon. poss. sec. tab. l. 43, §. fin. ff. de Furt. &c.

Huc pertinent quoque casus omnes, de quibus licite disponi non potuit. Talis itaque casus si incidat, intelligitur ille sub dispositione non comprehensus, sed perinde irrita fit in eum casus dispositio, ac si initio de eo facta fuisset. Ut si inter duorum populorum civis conveniret, ut ferrum, cotes, aliasve merces invicem venderent; deinde vero inter populos illos bellum exarserit, vel mercium illarum exportatio publice prohibita fuerit: conventio irrita fit, nec ex ea illi conveniri queunt, qui merces eas amplius non vendunt, uti si ab initio ille casus jam extitisset. Ita si princeps privilegia aliis concedat, existat vero casus, quo talia privilegia jure concedi nequeunt, revocari illa recte possunt.

Atque hac de substantialibus status rerum, de quorum mutatione, etsi & illa in omni jure publico, & privato versetur, maximumque, & late patentem usum habeat, minus operosi erimus, cum decisiones eorum ex cujusque negotii, ac causa natura, atque substantia pendeant; qua omnia exponere, limites disputationis Academicae immensum egredi constat.

In iis vero, quae non substantialia, sed accidentalia sunt status rerum, duplex questio discriminanda est. Altera ubi expressa lex dispositioni addita, ut in eodem statu, quo tunc sunt, omnia permaneant, vel restituantur: altera, ubi hoc additum non est, sed queritur saltem, quousque in dispositionibus, & ne-

gotiis, intelligi debeat clausula: rebus sic stantibus.

In casu prioris questionis, scilicet clausula, rebus sic stantibus expresse inserta, quaelibet mutatio dispositionem tollit, nisi talis accidat mutatio, de qua clausulam non posse intelligi, seu de qua actum, vel cogitatum non fuisse, apparet: uti si mutatio illa nihil ad causam pertineat; v. gr. si socius uxorem duxerit, habitationem mutaverit, Senator factus fuerit, id nihil commune habet cum societate, neque eam tollit; vel si quidem eo pertineat, sed tam levis momenti sit, ut id curasse non videantur, v. gr. si socius paulo pauperior factus fuerit, &c.

Ita quoque si dictum sit ut res in statu, quo sunt, maneant; nam neque in substantialibus, neque in accidentalibus de statu rei quicquam mutari potest.

Hic tamen status rei non est intelligendus de singulis actionibus, ipsoque actuali exercitio, sed de facultate agendi, quae eo tempore, de quo agitur, fuit; & hoc momentum est norma, ac regula illius status: uti cum possessor convenitur, omnia quidem pendente lite in eodem statu, quo in momento cepti iudicii fuerit, relinquenda sunt; sed eo non impeditur, quo minus possessor interim agrum litigiosum colere, messes secare, ac colligere, quin & consumere possit, etsi in puncto litis cepta non fuerit occupatus ejus cultura, vel demetanda segete, nec tum fructus consumserit: quae nec uno momento fieri possunt. Non itaque inspicitur, quid tum egerit, sed cuius rei agenda vi possessionis sua facultatem habuerit, id enim si agit, nihil fit novi, sed cuius iam tunc, cum conveniretur, facultatem habuit, quae pendente lite ipsi auferenda non est. Ita licet Status Imperii, vel eorum subditi, qui 1. Jan. 1624. publicum exercitium religionis habuere, in illo momento non vocaverint ministros, non habuerint consistoria, non fecerint constitutiones Ecclesiasticas; tamen sufficit, quod vi exercitii religionis, hac, & similia facere potuerint. Atque ita de similibus.

Alterius questionis, cum scilicet clausula expresse addita non est, obscurior, & magis anceps est definitio: quam ut finibus suis circumscribamus, & ad certam quasi normam exigamus, in primis pro regula rationi, & naturae congrua, statuendum est: Non tolli rem, vel negotium, ejusve obligationem, etsi accidentalia ejus deinde mutantur: modo sint mera rei accidentalia; ea enim abesse salva re possunt. Et sane, valet omnino nego-

tiam, cuius substantia, omniaque, sine quibus consistere nequit, integra sunt. Unde licet accidat deinde aliquid, quod si pars præscivisset, ita dispositura non fuisset, non tamen illud vim negotii semel rite perfecti infringit, nec jus inde alteri quesitum perimit. Ita si quis rem suam vendiderit, deinde in eum statum incidit, ut ipse quam maxime ea indigeat, adeo ut si id scivisset, nunquam eam venditurus fuisset, non tamen ideo venditionem rite perfectam, & dominium ex ea translatum, revocare potest: alias enim omnes venditiones olim factæ retractanda essent, si venditores quando-cunque indigere ita rebus venditis cepissent, ut in eum casum vendituri non fuissent; panitere enim re integra solum licet, non autem negotio jam perfecto, & jure aliis inde quesito.

Hæc præstructa regula, discipiendum saltem est, qui casus inde excepti sint? Et primum quidem in omnibus prope materiis inveniuntur casus, quibus a negotio, etsi perfectum jam fuerit, mutato saltem circa accidentia statu rerum, iterum recedi potest; quod jure civili, prout æquum, aut bonum visum fuit, constitutum est: ut in l. 3, C. de loc. cond. l. 30, ff. de Fideicomm. l. 8, C. de Rev. donat. & pluribus aliis, veluti in singulis materiis suo loco notabimus.

Deinde, secus est in causis, quæ in voluntate, & arbitrio hominis consistunt, ita ut de ejus saltim voluntate, & iudicio queratur: tum enim non quacunq; mutatione accidentium mutatur ita status negotii, ut vim suam perdat, & ab eo recedi possit, quasi rebus non sic stantibus; sed tum demum, cum talis casus existit, in quo mens, ac sententia statuentis cessare videtur: uti in ultimis voluntatibus.

In his igitur causis idem rerum, de quibus actum est, status non intelligitur, si hæc duo concurrunt: 1. ut appareat, de eo casu, vel statu non fuisse cogitatum: & 2. etsi cogitatum fuisset, eo dispositionem extensam non fuisse. Idque nititur evidenti primum ratione, quia tum sententia, & ratio dispositionis, quæ ejus anima est, cessat, arg. l. 17, l. 29, l. 30, ff. de Legib. scil. si neque de eo statu, vel casu cogitavit, neque si cogitasset, ita disposuisset: deinde textu claro, in l. 12, ff. de Transact.

Itaque non prodest, non cogitasse de illo statu, quia sufficit de genere, quo continentur omnes species, cogitasse, & generaliter dispositionem factam fuisse, d. l. 12, pr. At si de re non cogitavit, & probabile est, si cogitasset, non fuisse ipsam de eo disposituram, tum

vero mens, & sententia, & animus agendi deficit. Exemplum utriusque est d. l. 12. Si quis enim regulariter transigit de iis, quæ in testamento relicta sunt, videtur cogitasse de omnibus, quæ eodem testamento relicta sunt, etsi alia ejus parte. Caterum, si quæ codicillis postea prolatis relicta sunt, nec de iis cogitasse, nec, si cogitasset, de iis transacturus fuisse videtur: cum transactiones & stricti juris sint, & non præsumantur.

In casu, quo clausula expressa est, mutatis accidentibus mutatur status rei, nisi appareat, clausulam ad hanc mutationem non pertinere: clausula autem non expressa, status negotii perfecti durare intelligitur, usque quo appareat, ita mutatum esse statum, ut in eo negotium irritum sit. Clausula itaque inserta, mutatis accidentibus, probandum est, negotium non obstante mutatione ratum esse; ea ommissa, illud irritum esse. Quæ probatio fieri quoque potest indicium, & præsumtionibus iuris, nonnunquam jurejurando, aliisque legitimis modis; & tum arbitrio iudicis res deciditur: arg. l. 14, pr. ff. de divers. temp. præscr.

„ Effectum hujus clausulæ in genere, & in specie in jure Gentium, exponit B. Parena in dict. disp. c. 3, §. 1, usque ad §. 13. Verba hæc sunt.

QUANQUAM ex jam traditis effectus hujus clausulæ elici facile possint, tamen, ut eo magis elucescant, eos cum in genere, tum adductis ex omni jure notabilioribus exemplis, demonstrabimus.

Efficat vero hæc clausula, sive expressa in negotio, sive tacite sub illo intellecta sit, ut quando status rerum mutatur, extinguatur omnis effectus prioris status, & res ipsa secundum præsentem statum dijudicetur, ac decidatur. Quæ enim noviter emergunt, novo indigent auxilio l. 11, §. 8, de Interr. in jur. fac. Ibi quoque Gothofr. qui lit. f. plures leges, exemplis hanc sententiam confirmantes, allegat. Cap. pastoralis 4, X, de Except. Gail. Lib. 1, obs. 91, n. 12. & nullus de incognitis, & incogitatis disposuisse præsumitur. l. 5, l. 9, §. 1, & f. de Transact. l. 35, de Pact. Conf. tamen supra Cap. 2, §. 13, 14.

Et licet quis jurejurando promissionem suam roborasset, tamen excipere de statu rerum immutato, etiam ad effectum resiliendi, ei liceret; cum nec juramentum ad incogitata, & quæ ex nova causa oriuntur, extendatur. Cap. 25, X, in f. d. El. & el. potest. Gail.

L. 1, Obf. 28, n. 6. *Plures Doctores hoc ita statuentes adducit Dn. Otto. Phil. Zeppe-rius, in Cynosura Legali cap. 59, & seq.*

Maximus hujus clausule effectus est in obligatione subditorum, qui obstricti sunt a natura Principi, Imperio semel in ipsum rite delato, ad observantiam, & obsequia perpetua. Quid autem, si quis faciem Principis penitus exuat, & fasces qui ipsi ad conservandam rempublicam concrediti sunt, in perniciem ejus vertat, adeoque ex Principe hostis fiat, an adhuc populus eum bonis, & sanguine tueri, & ut caput sanctum venerari debet? Puto, si hoc notorium sit, hoc statu verum, ubi ipsa anima Imperii, quae in solo munere tuendi, & conservandi, non perdendi Remp. consistit, extincta est, omnia secus se habere. Vid. supr. cap. 2, §. 5. & §. 2, huj. Tum fasces iterum redeunt ad populum, qui vel ipse, vel is, cui tacite saltem hanc potestatem populus concessit, statum Reip. omnibus viribus, etiam, si aliter nequit, cum interitu hujus Pseudo-principis (qui jam privatus, immo hostis, & prado est, cui tribuere sanctissima majestatis jura blasphemum; v. Dn. Praesidis Posit. pro explicat. jur. gent. VII.) tueri potest. Arg. Pos. IV, n. 2.

Bene tamen hac in questione ponderandum est, quod quam maxime distinguendum sit inter ejusmodi Pseudo-Principem, cujus excessus plane ad everisionem status publici praesentis notorie tendunt: & inter Principem, etsi contra jus naturae peccantem, aut injurias saltem inferentem privatis; ne errorem Nicolai Papae in c. f. caus. 2, q. 1, erremus, qui ideo Lotbavium Regis titulo judicat indignum, quod se flagitiis quibusdam maculaverat, contra, ac nos sacra pagina docet. Nam Davidem, commisso adulterio, & homicidio, a Propbeta eo nomine reprehensum quidem, quin & a Deo ipso graviter ideo punitum legimus; verum, ut ea de causa removeretur ab Imperio, nemini in mentem venit.

Cum de causis inter summos Principes controversis transactum plene est, pacem inde oriri universalem, & in aeternum duraturam, ex jure Gentium satis patet. Quaritur autem, si hic eadem facies rerum non maneat, sed aut alteruter leges pacis violet, aut nova injuria alterum afficiat, an posterior adhuc pace hac obligetur, ut injuriam sibi ab altero illatam, vi praecedentis pacis vindicare non valeat? Equidem si pars morum implenda paci faciat, vel contra aliquem ejus articulum committat, non illico pars altera exsolvitur omnia

pacis vinculo, sed contra, ex ipsa pace agere ad reparandam injuriam potest. Nec probari potest, quod Grotius ubique ingerit, contractibus semper inesse conditionem, si & alter dictis steterit; Tract. de J. B. & P. lib. 2, c. 15, §. 15. lib. 3, c. 19, §. 14, &c. nisi & ille animo recedendi a contractu ei non pareat: tunc enim utriusque consensu inde disceditur; per l. 14, C. de Transact. potuit enim alias morae causas habuisse: ut si impeditus sit, si putet, pace id non contineri, vel verba dubia esse, &c. Si ergo judicem, vel arbitrum, partes in causa habent, coram illo ea deciditur; si nullum aliud iudicium est, pars laesa armis jus suum vindicare potest: utrumque salvo contractu, vel pace, quia pars laesa non rumpit prior pacem, sed ex nova laesione, & superveniente violatione, illatam injuriam persequitur. Multo minus ergo si alterum extra pacis causam nova injuria afficit, laeso vindicta per praecedentem pacificationem adempta videbitur, cum pax tantum de eodem negotio inita fuit, de quo bellum erat, vel metuebatur; non ergo ad speciem, de qua nihil dictum, vel cogitatum, vel si cogitatum, transactum tamen non fuisset, hac dispositio extendi debet, per d. cap. 2, §. 13. & d. §. 2, h.

Eodem fundamento questio illa, an pax constituta per se efficiat, ut etiam damna in bello data, vel in pristinum statum restitui, vel in statu, quo sunt, manere debeant, facile deciditur. Nam hoc negandum esse, satis constat, cum 1. ut jam in praecedentibus dictum, pax tantum est de causa belli; constat autem, damna, & injurias, quae sibi invicem durante bello partes inferunt, a causa, sive lite, ob quam bellum susceptum, plane differre, non minus, quam expensae in litem a negotio, de quo litigatur, differunt. Et 2. pax tantum est transactio de causa, non autem decisio de justitia ejus, quam quisque a suis partibus stare arbitratur, & adversus se injuria ab altero agi contendit; adeoque de his damnis durante bello datis, si non novum bellum spirent partes, aequae ut paciscatur necesse est: uti hoc plurimis egregiis rationibus deduxit Dn. Praeses in Lessionib. suis ad Grot. lib. 3, cap. 20.

Optimo quoque jure hac clausula defendere se potuit Maximilianus Elector Saxoniae, cum a Gallis, & Henrico II. Galliarum Rege, reus violati foederis Chambortici postularetur. Inuit enim illud eo tempore, quo Philippus Magnanimus contra fidem datam, ac juratam, una cum Johanne Friderico Saxoniae capti-

via

vis teneretur, & jam pars Pontificia immineret nimium libertati Imperii, & conscientiarum. Hoc itaque fœdus pepigit Mauritius, & Albertus Brandenburgicus, duo veluti Scipiones Imperii, ad defensionem libertatis, & conscientiarum, adjectaque fuit clausula, ne dissentientibus fociis pax fieret. Deinde sequitur transactio Passaviensis, & Mauritius pacem facit cum Cesare, cautumque fuit securitati Imperii, & religionis. Vid. Steid. de Stat. relig. lib. 24. Arum. Discurs. Acad. 27. Heig. p. 1, quæst. 11, n. 15, & seq. Jean de Serres Hist. de France, dans la vie de Henry II, sous l'an 1552. Hoc factio pessime violatum fuisse fœdus Chamborticum inscio Rege Gallis, calumniatur Bodinus de Rep. l. 5, c. 6, pag. m. 872, & seq.

Ceterum constat, totum causa statum hac transactione inversum; nam ipse Bodinus ait, hoc fœdere Henricum II. patrocinium Principum, & tutelam Imperii Germanici suscepisse, cum Imperatoris Caroli V. servitute premerentur, d. pag. 872. Quæ tota causa cessavit pace Mauritiæ, & transactione Passaviensi: nec potuit amplius tutela contra servitutem suscipi videri, ubi nulla jam servitus fuit, & periculum omne cessavit. Quin desit, restituta securitate Imperii, fœdus esse licitum, quod non potuit iniri, nisi pro defensione Imperii, & conscientia, sup. c. 2, §. 6. Accedit denique, nec inscio Henrico pacem factam fuisse, uti luculenter ex eorum temporum annalibus demonstrat. Heig. dict. loc.

Ex eo quoque decidenda esset controversia Hanseatici fœderis cum Anglis, proposita in Comitibus anno 1595. Fœderi plura privilegia data erant Londini ratione commerciorum, in quam rem domum publicam in Urbem habebant Hanseatici, quæ hodieque ab iis possidentur, & Stiliard, nostris das Teutsche Haus, dicitur. Hac privilegia, Eduardo VI, & deinde Maria regnante refixa, & interdita fuere: causantibus Anglis, eo Regni statu concessa esse, cum regni commercia jacerent, nunc mutata sorte Regni, privilegia ista noxia esse Reip. Anglicana. Camden. in Hist. Elisab. part. 4, ad ann. 1597, p. m. 740. Zouch. de Jur. fec. part. 2, sect. 4, quæst. 26. Queritur ergo, an ex clausula, rebus sic stantibus, defendi abrogatio hac privilegiorum possit? Quæ vero questio facti est, an ita ille status regni, quoad rem nauticam, mutatus fuerit, ut tempore pactorum de tali statu non cogitarint Angli, si vero cogitas-

sent, privilegia in eum casum concessuri non fuissent.

Non enim hac sola ratione possunt infringi pacta, & privilegia, quod nunc minus sint utilia pacifcenti, nec propter utilitatem suam quis alteri jus quæsitum auferre, aut se obligationi suæ eximere potest. Sed & Angli tum, cum extraneis privilegia commerciorum concederent, sperarunt equidem meliora negotiationum tempora, & auctam irâ in Regno rem mercatorum, quin hac ipsa spe amplificanda rei nautica, & negotiatoria, induxerunt Hanseaticis hæc privilegia. Igitur adeo cogitarunt omnino de hilarioris fortuna temporibus, ut ea his ipsis quoque privilegiis, & data peregrinis negotiandi facultate, invehere in regnum moliti fuerint. Non potest itaque quod causa fuit dandi privilegia, idem esse causa destruendi. Denique, etsi non cogitassent de beatiore negotiationum conditione, tamen ostendendum erat, non fuisse eos pro temporum istorum rationibus, privilegia hæc in eum regni statum, quo floret amplissima navigandi, & negotiandi facultate, permissuros: cum contra videntur non fuisse denegaturi in omnem eventum, ut erigerent res jacentes Regni, atque restaurarent latiore navigationum fortunam.

Fervuit controversia hoc seculo quoque, & summa contentione hoc egerunt ita dicti Informatores Jurium domanii Anglicani, ut auctoritate Parlamenti de possessione domus Teutonice Germanos dejicerent. Quibus anno 1659. d. 3. Aug. Hanza Teutonica opposuit in Parlamento exceptiones sub- & obreptionum, quas exhibet Hagemeier in Comment. de fœd. civ. Hanf. ad fin. Ita nunc quoque in hujus curia, ac jurium suorum usu persistunt, & nec sub Carolo II. turbati, nec, quod sciam, sub piissimo, ac fortissimo Rege hodie inquietantur.

Quam declarari eum non ultra obligari]

„ Si enim revocatur, jus quæsitum supponitur: posteriori casu autem nunquam jus quæsitum fuit, quia ab initio subest clausula, rebus sic stantibus.

Quasi factum sub conditione] „ Si res in eo statu permanerint.

Sine qua juste fieri non potuit] „ Adeoque quæ ipso jure omnibus negotiis inest.

Eadem intelligenda sunt de alienatione pecunie populi] „ Uti si pecuniam ad defensionem reipublicæ destinata alii donet; „ nam nec hanc pro lubitu alienari posse,

„ pro-

„ probavimus supra L. 2, c. 6, §. 11 : quan-
 „ quam in statu regio id vix observetur ,
 „ quia dispositio de hoc redivo Regi relin-
 „ qui, neque rationes ab eo exigi solent.
 „ Vid. dict. c. 6, §. 11, 12.

„ *Aut rei alterius, quam secundum leges*
 „ *rex alienare bono publico possit*] „ Quo per-
 „ tinent regalia minora. Vid. supra L. 2,
 „ c. 6, §. 10.

„ *Hic quoque similis adhibenda est distin-*
 „ *ctio*] „ Omnis alienatio rerum, quæ ad rem
 „ publicam pertinent, absque consensu po-
 „ puli sive tacito, sive expresso facta, sub-
 „ sistere nequit : de quo late d. c. 6, egi-
 „ mus.

6 „ *At si contractus ad regni*] „ De alienatio-
 „ ne regni egimus d. c. 6, §. 6.

„ *Ejusve partis*] „ De alienatione partis re-
 „ gni egimus d. c. 6, §. 4.

„ *Aut patrimonii regalis*] „ De prohibita
 „ alienatione regalium &c, egimus d. c. 6,
 „ §. 10, seq.

„ *Quatenus id regi permissum non est*] „ Si
 „ regi alienatio permessa est, ea valet ex vo-
 „ luntate populi. d. c. 6, §. 3.

„ *Non valebunt ut facti de re aliena*] „ In
 „ principem enim nil nisi jus administran-
 „ di collatum est : in reliquis deficit ejus
 „ facultas :

„ *Tantumdem erit in regnis restrictis*] „ Ut
 „ scilicet non valeat contractus de juribus
 „ exceptis, quia eatenus jus populi mansit,
 „ de quo proinde princeps disponere nequit.

„ *Si quam materiam, aut actuum genus po-*
 „ *pulus a potestate regia exceperit*] „ Exempla
 „ ejusmodi regnorum restrictorum vide supra
 „ l. 1, c. 3, §. 16.

„ *Tales actus*] „ Scilicet, excepti a delata
 „ potestate.

„ *Populi per se &c. consensus requiritur*]
 „ Nam de ejus jure agitur, quod princeps
 „ suo facto populo auferre nequit.

„ *Aut per eos, qui populum legitime refe-*
 „ *rant*] „ i. e. Status imperii. Hinc in Anglia,
 „ Germania, & Polonia, ac nunc in Suecia,
 „ res graviores momenti non nisi in comitiis
 „ expediti possunt.

„ *Quibus distinctionibus*] „ Scilicet, 1^o. an
 „ sint actus regii, an privati. Vid. §. 1,
 „ n. 2, 2^o. An probabilis donandi, vel alias
 „ alienandi ratio fuerit. Vid. b. §. n. 1, &
 „ n. 5.

1 „ *Qui priorum regum nomina exsolvere re-*
 „ *cusarunt*] „ Regula generalis est, quod om-
 „ nis successor teneatur debita, quæ anteq-

„ cessor qua Rex contraxit, solvere, si in
 „ utilitatem reipublicæ contracta sunt ; quod
 „ in dubio præsumitur, donec successor con-
 „ trarium probet.

„ *Quorum hæredes non fuerant*] „ Si scili-
 „ cet agnati sunt ; secus si liberi, vel hæ-
 „ redes testamentarii : hæredes enim omnia
 „ defuncti debita, etiam quæ non ut rex
 „ contraxit, solvere tenentur.

„ *Bodinum*] „ L. 2, de Republ. c. 8, in fin.
 „ p. m. 139. Ubi refert, curiam Parisiorum
 „ an. 1256, & 1294, judicasse, regem su-
 „ periorum regum pactis non teneri. Exem-
 „ plum regis Hispaniarum Philippi secundi al-
 „ legavimus ad §. 2. n. 2.

A D §. XIII.

Q UÆRITUR, an Princeps privilegia a
 prædecessoribus concessa revocare possit ? E-
 quidem si per illam concessionem jus in al-
 terum transfertur, i. e. si princeps intra fines
 legitimæ administrationis ea concedit, hoc
 jus quæsitum nec princeps auferre potest.
 Quod adeo verum est, ut nec in fit clausu-
 la, *rebus sic stantibus*. Nam translato semel
 jure res intuitu concedentis fit aliena, de qua
 disponendi facultatem amplius non habet.

E x c. I. si non jus translatum, sed pre-
 cario saltem usus alicujus juris concessus est :
 quod apparet 1. ex verbis, si jus revocandi
 reservatum, vel nomen precarii additum sit :
 2. ex causa concessionis : & 3. ex circum-
 stantiis. Si dubia sit dispositio, potius pro
 precario habetur, & revocari pro lubitu po-
 test.

E x c. II. si causa in eum statum deveniat,
 ut Princeps amplius ita disponere absque de-
 trimento reipublicæ nequeat. Atque hanc
 quætionem disceptatam fuisse inter Anglos,
 & civitates Hanseaticas, dictum est §. præced.

Semper posse revocari, sine distinctione
transmittendum non est] „ Fallit enim hæc
 „ regula, ubi jus in alterum translatum est :
 „ i. e. ubi Princeps intra fines legitimæ admi-
 „ nistrationis privilegium concessit.

„ *Quæ de suo facit*] „ Princeps enim privata
 „ quoque bona habet, quæ distinguuntur a
 „ patrimonio publico, atque de iis pro lu-
 „ bitu disponere potest.

„ *Nisi adsit precarii clausula*] „ Tunc enim
 „ noluit jus transferre nisi revocabile.

„ *Hæc revocari non possunt*] „ Sed valent
 „ ut

„ ut quælibet dispositio privati, qui prout
 „ de rebus suis disponit, ita jus est.
 „ *Nisi quod subditos attinet in pœnam, aut
 ob utilitatem publicam*] „ Ex his enim dua-
 „ bus causis jus quæsitum auferri posse, vi-
 „ dimus supra §. 7, & 8. Bene autem ait,
 „ hoc ad solos subditos pertinere, non ad
 „ extraneos: uti demonstravimus *ibid.*
Cum compensatione] „ Si quibusdam sal-
 „ tem inde fit præjudicium, compensatio-
 „ nem fieri debere ei, qui suum amisit, ex
 „ communi, dixit *supra* §. 7.
*Sunt alia, quæ vinculum duntaxat legis
 demunt*] „ Sensus est, quod princeps ea
 „ privilegia, quæ non per contractum dan-
 „ tur, sed vi legis, pro lubitu revocare possit.
Reponi universaliter semper potest] „ Prin-
 „ ceps enim ferre leges, eas tollere, &
 „ restaurare easdem pro lubitu potest.
*Ita & particulariter sublata particulariter
 reponi*] „ Privilegium enim est quasi priva-
 „ tum, seu lex particularis, in favorem
 „ unius, vel quorundam lata: hanc proin-
 „ de mutare princeps si vult, potest.
*Nulhum enim hic jus quæsitum est aduersus
 legis auctorem*] „ Non enim ex contractu al-
 „ teri jus quæsitum, vel in alterum transla-
 „ tum est, sed lege saltem superioris, adeo-
 „ que quamdiu lex illa subsistit.

tem contrahendi. Si tamen ex illo contractu locupletior facta civitas, & ex eo aliquid in rem civitatis verum sit, tunc civitas obligatur, non ex contractu tyranni, sed quia plus suo habet, quod cum sine causa penes eam sit, ex regula naturæ restituere debet ei, cujus jus est.

Ultimo quæritur, an successor acta publica, transacta, & judicata antecessoris rescindere possit? Negatur, nisi ipso jure nulla sint, i. e. extra fines legitimæ administrationis acta fuerint. *Vid. Klok. Conf. 154.*

Qui sine jure imperium invaserunt] „ Qui dicuntur tyranni acquisitione. Idem autem dicendum est de iis, qui statum imperii evertunt, qui dicuntur tyranni administratione: de quibus *L. I, c. 4, §. 15,* egimus.

Non tenebuntur populi, aut veri reges] „ Et si valeant quamdiu tyrannus ille possidet. *Vid. supra L. I, c. 4, §. 9.*

Nam hi jus obligandi populum non habuerunt] „ Hoc jus enim est penes populum, aut regem legitimum: quod prolixè probavimus *L. I, c. 4.*

At bene notandum, vera hæc esse de contractibus eorum, qui sine jure imperium invaserunt. Aliud dicendum de contractibus eorum, qui summæ potestates sunt, & jure belli alienum imperium occuparunt, ac per ultimam victoriam legitimum regem ejecerunt, *d. c. 4, §. f.* Titulus enim belli inter duas summæ potestates semper justus est.

De in rem verso tamen tenebuntur] „ Non ex contractu tyranni, sed quia plus suo habent. *Vid. d. c. 4.*

A D §. XIV.

QUÆRITUR, an civitas obligetur ex contractu Tyranni? Negatur, quia tyrannus non habet legitimam facultatem administrandi rempublicam, adeoque nec facultate

C A P U T XV.

De federibus, ac sponsonibus.

- I. *Publica conventiones qua.*
- II. *Dividuntur in federa, sponsones, pactiones alias.*
- III. *Federum, & sponsonum discrimen, & in quid sponsones obligent.*
- IV. *Rejuncta divisio federum, quam Menippus fecit.*
- V. *Federum divisio in ea, quæ idem statuunt cum jure naturæ: & unde id natum.*

- VI. *Et ea, quæ aliquid adjiciunt: quæ sunt equalia;*
- VII. *Aut inæqualia, quæ rursus dividuntur.*
- VIII. *Federa cum his, qui alieni sunt a vera religione, licita esse jure naturæ:*

Tom, III.

M

IX.

IX. Nec universaliter prohiberi lege Hebraea;

X. Nec Christiana.

XI. Cautiones circa talia federa.

XII. Christianos omnes obligatos ad fedus ineundum adversus hostes Christianissimi.

XIII. Si plures federatorum bellum gerant, cui potius opem ferri oporteat, distinctionibus explicatur.

XIV. An tacite renovatum censeatur fedus.

XV. An partis alterius perfidia alteram liberet.

XVI. In quid teneantur sponsores si sponso improbetur; ubi de Caudina sponso.

XVII. An sponso non improbata obliget ex notitia, & silentio, distinctionibus explicatur; ubi de sponso Lutatiana.

^a L. Con-
ventionum.
⁵ D. de
pactis.

^a I. **C**onventiones ^a Ulpianus ^a divisit in publicas, & privatas: & ^a publicam exposuit non ut quidam putant definitione, sed exemplis additis, ^a que fit per pacem, (aa) quod primum exemplum est: ^a quoties inter se duces belli quedam paciscuntur; quod secundum. Publicas ergo conventiones eas intelligit, ^a quæ nisi ^a jure imperii majoris, ^a aut ^a minoris fieri nequeunt, qua nota differunt non tantum ^a a contractibus privatorum, sed & ^a a contractibus regum circa negotia privata. ^a Quanquam ex privatis quoque istis belli causa nasci solet, ^a frequentius tamen ex publicis. Ideo postquam de conventionibus generaliter a nobis tractata sunt ^b satis multa, quædam addenda sunt, ^a quæ ad excellentiorem hanc speciem pertineant.

^b Cap. XI.
XII. XIII.

II. ^a Publicas has conventiones, quas Græci ^a συνθήκας vocant, dividere possumus in ^a federa, ^a sponsores, ^a pactiones alias.

^c Cap. 5.

III. I. De federum, & sponsores discrimine adiri potest ^b ^a Livius ^c libro IX, ubi recte nos docet, federa esse, ^a quæ fiunt jussu summæ potestatis, & in quibus ^a ipse populus iræ divinæ obstringitur si minus stetur dictis. Ea apud Romanos ^a peragi ^a per faciales solebant ^a addito ^b patre patrato. ^a Sponso autem est, ubi hi, qui a potestate summa mandatum ejus rei non habent, ^a aliquid promittunt, ^a quod illam proprie tangit. Apud Sallustium ^d legimus: *Senatus uti par erat decrevit, suo, atque populi injussu nullum potuisse fedus fieri.* Hieronymus Syracusarum rex cum Annibale, ut narrat Livius, ^e societatem fecerat: ^a at postea Carthaginem misit ad fedus ex societate faciendum. Quare ^a quod apud Senecam patrem est: *Imperator fedus percussit, videtur populus percussisse Romanus, & federe continetur: ad ⁷ antiquos eos*

^d Bell. Ju-
gurb. c. 43.

^e Lib.
XXIV. c. 6.

G R O T I I.

^a Quod apud Senecam patrem est] Contr. IV, 25.

G R O N O V I I.

¹ Jure imperii majoris] Ab ipso principe, vel populo.

² Aut minoris] A legatis utrorumque, vel præfectis summæ rei.

³ Livius libro IX.] c. 9.

⁴ Per faciales] Sacerdotes Decæ Fidei, qui ante omnia fidem publicam in federibus, & belli

causis examinatis, rebus repetundis, & bellis dicendis curabant. Liv. 4, 30.

⁵ Patre patrato] Primo fecialium, qui omnium nomine loquebatur in rebus repetendis, ac bello indicendo, Liv. 1, 32.

⁶ Aliquid promittunt] Et pollicentur se operam duros, atque effecturos, ut ille populus, vel princeps, pro quo promittunt, id ratum habeat.

⁷ Antiquos eos] Qui Imperatores fuerant liberæ reipublicæ ante Cæsares.

(aa) Vide Clariss. N O O P T I I Librum de Pactis, & Transactionibus, Cap. 7. J. B.

G R O -

eos pertinet, qui ſpeciale ejus rei mandatum acceperant. At ^b + in regnis, regum eſt fedus facere. Euripides Supplicibus (*verſ.* 1188, & ſeqq.)

— τόνδε δ' ὀμνύσαι χρεῶν
Ἀδραστον ἔτ' κύριον τύραννον ὦν
Παύσης ὑπὲρ γῆς Δαναϊδῶν ὀρκωτομεῖν.

— *Adrastum hunc opus*
Jurare : namque is jus habet regni potens,
Ut civitatem federe obstringat suo.

Legendum enim ibi, ut diximus, ὀρκωτομεῖν, (bb) non ὀρκωτομεῖ.

2. Sicut autem + magistratus populum non obligant, + ita nec minor pars populi: + quod ⁸ pro Romanis f est adversus Gallos Senonas: (cc) + nam ^{f Livius,} major pars populi erat apud ⁹ Dictatorem Camillum; ¹⁰ bifariam autem, + ut ^{v, 49-} apud Gellium est, cum populo agi non potest.

3. Sed ubi ¹¹ + qui jus populi non habent, + de eo, quod populi est, spon-ponderunt, videamus, in quid teneantur. Putet forte aliquis, hoc casu spon-fores + fidem liberasse, si operam omnem dedissent, ut id, quod sponde-runt, fieret, secundum ea, quæ de promisso tertii facto ^c ¹² supra diximus: sed negotii hujus, ¹³ cui contractus inest, natura + obligationem ¹⁴ multo strictiorem desiderat. + Nam qui contrahendo aliquid de suo dat, aut pro-mittit, is vicissim præstari reipsa sibi aliquid vult; unde & jure civili, + quod facti

G R O T I I.

^b In regnis, regum est fedus facere] Vide quæ infra lib. III, c. XX, §. 2, & sequentibus. *Servius* ad illud 11 *Æneidos* (*verſ.* 161.)

— *Servataque servas*
Troja fidem ; —

Quia quod rex promittit, videtur respublica pro-mittere. Et ubi *Æneas* singulari certamine pugna-turus prius cum Latino fœdus facit: *Turnum*, ait, non inducit jurantem, quia præſente rege non habet potestatem. (In *Æn.* XII, 212.)

^c *Supra diximus*] Hoc lib. c. XI, §. XXII.

G R O N O V I I.

⁸ *Pro Romanis adversus*] Non hoc purgat Ro-manos, sed quia majus imperium erat penes Ca-millum. Alioquin ea major pars cum circumſta-bat, antequam dictator diceretur, quum tamen nihil jure agere se posse cenſuit.

⁹ *Dictatorem Camillum*] *M. Furium*, qui ab exilio revocatus, Dictatorque dictus, cum exer-citu intervenit, Gallis aurum, quod ob discessum stipulati erant, pensantibus, & id pactum pro nul-lo habuit, *Liv.* 5. 46, & 49. *Flor.* 1, 15, & 22.

¹⁰ *Bifariam cum populo*] *Gellius* 13, 15. Non possunt eodem tempore diversis locis, vel a diversis magistratibus haberi comitia. *Livius* 7, 16. Ne quis populum convocaret, capite sanxerunt.

¹¹ *Qui jus populi non*] Qui à populo non acceperunt potestatem ipsum obligandi.

¹² *Supra diximus*] 2, 11, 22,

¹³ *Cui contractus*] Quod non est nudum pro-missum, vel actus beneficis merus, sed actus cum obligatione, qui dicitur contractus 2, 12, 1.

¹⁴ *Multo strictiorem*] Ut aliquid amplius debeant sponfores, nempe uti se ſistant, aut dedantur iis, quibus sponponderunt, uti duces in federe Samnitico, & Numantino.

(bb) Ita quidem legitur in omnibus Edd. istius Operis: sed pro voce illà, Lingux Græcæ ignotà, voluit scribere Auctor ὀρκωτομεῖν & ὀρκωτομεῖ, ut habent omnes Editiones *Euripidis*. Ceterum emenda-tum illa fugit diligentissimum *Barnesium*, qui aliàs de ea aliquid dicere non omiſſit. *J. B.*

(cc) Non tenebantur Galli ſcire, *Camillum* Dictatorem creatum fuisse, neque inquirere, ma-jor, an minor pars Populi *Capitolio* includeretur: tum ibi Senatum, civium partem augustiorem, videbant. Plura diximus in Notis nostris Galli-cis. *J. B.*

facti alieni ¹⁵ promissiones repudiat, + promissio tamen ¹⁶ ratam rem haberi ad id, quod interest, obstringit.

§ Lib.
XXXIV. c.
57.

IV. Federa Menippus regis Antiochi ad Romanos Legatus, referente ^d Livio §, + magis ex usu suo, quam ex præscripto artis ita divisit, ut diceret, tria esse eorum federum, quæ inter se pacifcerentur reges, civitatesque, genera: + unum, cum bello victis dicerentur leges, quo in genere + quid victum habere, quo mulctari eum vellet, victoris esse arbitrium: alterum, + cum ¹⁷ pares bello æquo federe in pacem, atque amicitiam venirent; tunc repeti, reddique per conventionem res, & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ¹⁸ + ex formula juris antiqui, + aut ¹⁹ ex partis utriusque commodo componi: tertium esse genus, cum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam + sociali federe inter se jungendam coëant; quos nec dicere leges, nec accipere.

h Præf.
adv. Hæc.
§ Lib. I.
p. 4. §
sequ. Ed.
Petav.

V. I. + At nobis accuratius instituenda partitio est, ut primum dicamus, federa alia + idem constituere, quod juris est naturalis, + alia aliquid ei adjicere. (dd) Prioris generis federa + non tantum fieri solent inter hostes, qui a bello discedunt, sed olim & fiebant sæpe, & aliquo modo erant necessaria + inter eos, qui ante nihil contraxissent: + id inde ortum, quod regula illa juris naturalis, + cognationem inter homines quandam esse a natura, + ac proinde nefas esse alterum ab altero lædēt, + ut olim ante diluvium, ita rursus aliquo post diluvium tempore malis moribus effet obliterata, + ita ut latrocinari, & prædas agere in externos, nullo bello indicto, pro licito haberetur; quod ²⁰ + *Σκυθισμὸν* vocat ^b Epiphanius.

2. Hinc illa ^f apud Homerum, + an prædones estis? ²¹ amica interrogatio,

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^d Livio] Adde *Diodorum Siculum* Exc. leg. IV. (collect. à *Fulvio Ursino*, pag. 315.)

^e Ita ut latrocinari, & prædas agere in externos, nullo bello indicto, pro licito haberetur] *Cæsar* de Germanis, (Bell. Gall. VI. 23.) *Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujusve civitatis sunt.* Accedit testis *Tacitus* de moribus Germaniæ, (Cap. 14. & 26.) & *Saxo* libro XIV, & alibi. Idem de Tyrrhenis scriptum est *Servio* ad VIII, 429. & X. *Æneidos*, & de aliis gentibus ad primum *Æneidos*. *Diodoro Siculo* (Lib. V. Cap. 34.) de Lusitanis: quicum *Plutarchus* consentit *Mario*: τὸ ληστέιον ἔρω τότε τῶν Ἰβήρων ἐπὶ κάλλιπον ἠγεμένων ad id tempus Hispani latrocinari inter pulcherrima habebatur. (Pag. 408.) Simile est quod *Judæi* damnum datum ei, qui nec *Judæus* sit, nec *Judæis* federatus, sarcindum negant. (Vide *Baba Kama*, Cap. 1. §. 2. pag. 13. Ed. *Constantini Imperatoris*. J. B.)

^f Apud *Homerum*] *Odyssææ* γ. ubi *Scholias*tes: ἐκ ἀδοξῶν ἢ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ληστέιον, ἀλλ' αὐδοξῶν. *Latrocinari* apud antiquos non tantum infamia carebat, sed insuper gloriosum dicebatur. (Ad vers. 71.)

¹⁵ Promissiones repudiat] *Declarat irritas* §. 2. *Inst. de inutil. stipul.*

¹⁶ Rem ratam haberi] *Quam* facit procurator alterius in rem agens §. 1. *Inst. de Satisf. l. 2. D. rem ratam haberi.*

¹⁷ Pares bello] *Dum* neutra pars superior, aut inferior est altera: quamdiu nondum est inclinatus status belli.

¹⁸ Ex formula juris antiqui] *Prout* olim conventum erat, aut res sese habebat ante bellum: ut restituantur in statum, quo fuerant, antequam turbæ inciderent.

¹⁹ Ex partis utriusque] *Ut* habeantur eo modo, qui, dum paciscuntur, optimus visus est, *Justin.* 3, 4.

²⁰ Σκυθισμὸν] *Quod* *Scythæ* plerique morem eum vagantii, & invadendi aliena retinuisent, quum aliis gentibus jam placuisset vita cultior.

²¹ Amica interrogatio] *Quæ* fit, & accipitur sine offensa ejus, qui interrogatur.

(dd) Confer *PUPENDORFIUM*, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 10. J. B.

tio, g cuius & Thucydides meminit, + & in ²² Solonis; lege veteri collegia *ἐπι λείαν ἐρχομέναν* quippe, ut ^k Justinus ait, ad Tarquinii tempora + latrocinium maris gloria habebatur: + & illud ²³ in Romano jure, ut si cum gente aliqua neque amicitia, neque hospitium, neque fedus amicitiae causa factum habeatur, + hi hostes quidem non sint; quod autem ex Romano ad eos pervenerat, + illorum fiat, & liber homo Romanus ab eis captus + servus fiat. Idemque sit, + si quis inde ad Romanos perveniat: + & hoc quoque casu ²⁴ postliminium detur. + Sic Corcyrenses olim ante belli Peloponnesiaci tempora hostes Atheniensium non erant, sed nec pacem cum illis, nec inducias habebant, ut ex oratione Corinthiorum apud Thucydidem ^l apparet. De Boccho Sallustius: ^m + nobis neque bello, neque pace cognitus. Hinc + in barbaros praedam exercere, laudatum ⁿ Aristoteli, + & ipsa ²⁵ vox hostis veteri Latio nihil nisi externum significabat.

i Luit. D.
de Collegiis.
& Lib.
XLIII. c. 3.

l Lib. t.
c. 40.
m Bell.
Jug. c. 22.
n Politic.
l. 3.

3. + Sub hoc genere comprehendo & federa, quibus cavetur, + ut utrinque jus hospitii, ut jus commercii sit, quatenus ista ²⁶ sub jure naturali veniunt; qua de re egimus ^o alibi. + Utitur hoc discrimine Arco, in oratione ad Achaeos apud ^p Livium, ubi + non de societate, ait, quaeri, + sed de commercio praebendi, repetendique juris: nempe + ne servis Macedonum apud se perfugium esset. + Hoc genus totum conventionum Graeci stricte + *εἰρηνην* vocant, & + opponunt *σπονδαῖς*, ut tum alibi videre est, tum in oratione Andocidis ^q de pace cum Lacedaemoniis.

^o L. II.
C. II. §. 16.
L. III. C. IX
§. 18. n. 3.
^p Liv. lib.
XLI. c. 24.
29.

^q Orat. III.
pag. 271.
Ed. Wech.

+ VI. I. Conventiones, + quae juri naturae aliquid adjiciunt, aut aequales sunt, aut inaequales. ^h + Aequales sunt, quae utrimque eodem modo se habent *αἰ ἴσως καὶ κοινῶς ἐν ἀμφοτέροις ἔχουσι*, ut Socrates ^r in Panegyrico loquitur: quo illud Virgilii pertinet (*Aen.* XII, 190, 191.),

^r Pag. 78.
A. Ed.
Steph.

*Nec mihi regna peto, paribus sed legibus ambas
Invictas gentes aeterna in federa mittam.*

Graeci istas vocant modo ²⁷ + *συνθήκας* simpliciter, modo ²⁸ *συνθήκας ἐπι ἴση καὶ ὁμοίᾳ*, ut apud Appianum, & Xenophontem videre est, ²⁹ has magis

G R O T I I.

^g *Cujus & Thucydides meminit*] Libro I. additque: *ἐκ ἔχοντός τε αἰχμήν τε τῆ ἔργα, φέρουσι δὲ τὴ καὶ δόξης μάλλον* nondum infamiam habebat id vita genus, quin potius laudi tribuebatur. (Cap. 5.)

^h *Aequales sunt*] Sic *Plinius* Parthos, ait, cum Scythis ex aequo degere. (*Hist. Nat.* VI. 25.) Pompejus apud *Lucanum* de eadem Parthorum gente (VIII, 232.)

— Solus
Ex aequo me Parthos aedit.

G R O N O V I I.

²² *Solonis lege*] Longe aliter de verbis Solonis,

quae extant l. ult. D. de Collegiis, & corporibus, *Salmastius* ad jus Attic. & Romanum. Legit enim *ἢ καπηλειῶν κωνωνοὶ ἢ ἱμποριῶν*. [At emendatio illa minime necessaria est. Vide omnino Amplius BYNCKERSHOEK. *Observ. Jur. Civ. Lib.* I. Cap. 16. J. B.]

²³ *In Romano jure*] L. 5. §. 1. D. De Capt. & post. rev.

²⁴ *Postliminium*] Ut liber sit, as sui juris, perinde, ac si captivus ex hostium custodia evasisset.

²⁵ *Vox hostis*] *Cicero* 1. offic. 12.

²⁶ *Sub jure naturali*] Nec ulterius porriguntur, neque adjiciunt aliquid juri naturali 2, 2, 13.

²⁷ *συνθήκας*] Compositiones.

²⁸ *συνθήκας ἐπι ἴση*] Compositiones pari, & aequa lege.

²⁹ *Ἡαυτῶν ἰσῶς*] Inaequales.

gis proprie + *σπονδᾶς*, & + quatenus minus dignos respiciunt ³⁰ + *προσλάγματα*, aut + *συνθήκας ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων*, + quas (ee) Demosthenes in oratione de Rhodiorum libertate fugiendas, ait, his, qui libertatem amant, + quia ad servitutem accedant proxime.

2. + Utriusque modi federa ³¹ + aut pacis, aut ³² societatis alicujus fiunt causa. Æqualia pacis, ut + quæ de restituendis captivis, rebus captis, & ³³ + ad securitatem conveniri solent, qua de re agendum erit infra: in belli effectibus, & confectaneis. Æqualia societatis, + aut ad commercia pertinent, + aut ad belli communitatem, + aut ad res alias. Æquales de commerciis pactiones + variæ esse possunt, puta utrinque ³⁴ ne vectigal ullum solvatur, + quod in vetere erat federe Romanorum, ³⁵ & Carthaginienfium, excepto eo, quod ³⁶ scribæ, & ³⁷ præconi dabatur, + aut ne majus solvatur, quam in præfens, aut ad certam quantitatem.

3. + Sic & in bellica societate ut auxilia præstentur + paria equitum, pedatum, navium, + sive ad omne bellum, quod Græci ⁱ *ἑμμαχίαν* vocant, & explicat Thucydides *τὰς αὐτὰς ἐχθρὰς καὶ φίλους νομίζεν, εὐσθῆν ἡσθῆς, & ἀμίκους ἔχειν*: quod & apud Livium ⁱⁱ sæpe reperias, sive ³⁸ ad tuendos fines duntaxat, quod *ἐπιμαχίαν*, + sive ad certum bellum, + aut in certos hostes, aut in omnes quidem, sed + exceptis sociis, ut in federe inter Pœnos, & Macedonas, quod apud Polybium ^x est; quomodo & Rhodii y Antigono, & Demetrio per fedus auxilia promiserunt in hostes quosvis, excepto Ptolemæo. Potest, ut diximus, æquale fedus & + ad res alias pertinere, k ut ne in confinio alterius alter arces habeat, + ne subditos alterius alter defendat, + ne iter alterius hosti præbeat.

VII. I. Ex æqualibus, + qualia sint inæqualia, facile est intelligi. + Promittuntur autem inæqualia aut ex parte digniori, aut ex minus digna. Ex parte digniori, ut si quis auxilia promittat, ³⁹ nec restipuletur, ⁴⁰ aut majora pro-

G R O T I I.

i *ἑμμαχίαν* vocant] Veteres *ἑμμαχίαν*. Zosimus lib. V. (c. 42.) [Vox autem *ἐπιμαχία* reperitur eo sensu, quo Auctor noster exponit, apud Thucyd. I. 44. Adde de his omnibus Andr. Dou-næi Praelection. in Demosthen. Orat. Philipp. De

Pace, pag. 135, & seqq. J. B.]

k *Ut ne in confinio alterius alter arces habeat*] Exemplum vide apud Procopium Perficorum I. (Cap. 2.)

G R O N O V I I.

30 *Προσλάγματα*] Justinus legem parendi dicere 2, 3. legem pacis statuere 9, 5.

31 *Aut pacis*] Ut cessent hostilia.

32 *Societatis*] Ut præstentur auxilia mutua.

33 *Ad securitatem*] Ut tuto liceat altrinsecus versari.

34 *Ne vectigal*] Tale Romanorum, & Massiliensium. Justin. 43, 5.

35 *Et Carthaginienfium*] Quod paulo post ejectos reges factum est. Polyb. 3, 22.

36 *Scribæ*] Qui in portu annotabat, quæ naves, quas merces adveherent.

37 *Præconi*] Qui proclamabat venales merces: quod præconium vocat Cato de Re Rust.

38 *Ad tuendos fines*] *Guarantie*, ut Atheniensium, & Corcyraeorum.

39 *Nec restipuletur*] Nec caveat eadem reddi sibi, si quo casu oppugnetur.

40 *Aut majora*] Ut præstet aliquid pro majoribus viribus potentior, quod alter non præstet.

(ee) Immo locus ille est ISOCRATIS, in Archidam. En ipsa verba: *Καὶ τοὶ κατὰ τὴν βελόμενος, ἐλευθέρως εἶναι, τὰς μὲν, ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν, ὡς ἐγγύς δευδαίης ἕστας* Pag. 126. C. Ed. H. Steph. Confudit Auctor, ideo quod in laudatâ Oratione Demosthenis aliquid legerat de Rhodiis, quod huc tendit, quamquam alio modo, pag. 79. C. Ed. Basil. 1572. Error autem huc translatus è *Mari Libero*, Cap. 13. *init.* ubi dum locus ita ab Auctore laudatus fuerat. J. B.

G R O

promittat : Ex parte indigniori inæqualia , aut ut Iſocrates dicto Panegyrico loquitur , ⁴¹ τὰ τῆς ἐτέρας ἐλατῶντα παρὰ τὸ δίκαιον , ſunt ea , quæ diximus ² προſάγματα , aut ἐπιάγματα vocari. Et hæc ipſa aut cum imminutione ſunt imperii , aut ſine ejus imminutione.

² §. præced. n. I.

2. Cum imminutione imperii , ⁺ ut in ſecundo federe a Carthaginienſium cum Romanis , ne cui Carthaginienſes bellum facerent , ⁺ injuſu populi Romani. Ab eo tempore , ut Appianus loquitur , Καρχηδόνιοι Ρωμαίοις ὑπήκων ἐν-ſπονδοι , Carthaginienſes Romanis ex federe morem gerebant. Poſteſt addi huic generi ⁴² ⁺ deditio conditionata , niſi quod illa non imminutionem , ſed ⁴³ translationem totius imperii continet ; qua de re diximus ⁺ alibi. Talem autem conventionem federis nomine & alibi Livius ^b appellat , ut libro IX. Theates Apuli impetraverunt ut fedus daretur , neque ut æquo tamen federe , ſed ut in ditione populi Romani eſſent.

a Liv. XXX , 37.

b Cap. 20.

3. ⁺ Sine imminutione imperii onera aut tranſitoria ſunt , aut manentia. Tranſitoria , ⁴⁴ ⁺ de ſolvendo ſtipendio , de ⁴⁵ ⁺ mœnibus diruendis , ⁴⁶ ut locis quibuſdam decedatur ; ut dentur ⁴⁷ obſides , elephanti , naves. Manentia , ut ⁺ de imperio , ac ⁴⁸ ⁺ majeſtate comiter colenda ; cujus federis quæ ſit vis , ⁴⁹ alibi diximus. Huic proximum eſt ut ⁵⁰ hoſtes , & amici habeantur , ⁺ quos velit partium altera : ne cui exercitui , cui cum altero bellum ſit , ⁺ per fines tranſitus , commeatuſve detur. Tum illa minora , ⁺ ne arces certis locis ædificare , ⁺ ne exercitum ducere , ⁺ ne naves habere ultra numerum definitum , ne urbem condere , ⁺ ne navigare , ne militem certis locis conſcribere liceat : ⁺ ne focios oppugnare : ⁺ ne commeatu hoſtes juvare : ⁺ ne recipere eos , qui aliunde veniunt : ⁺ ut federa prius facta cum aliis dirimantur : quorum omnium exempla apud Polybium , Livium , & alios videre eſt.

4. Solent autem federa inæqualia contrahi , non tantum inter victores , & victos , ⁺ ut Menippus ^c cenſebat , ⁺ ſed & inter potentiores , & impotentiores , etiam qui bello ⁺ inter ſe experti non ſunt.

c Apud Liv. ubi ſupra , XXXIV , 57. d Th. 2. 2. q. 10. art. 9. Oldr. conf. 71. Decian. III conf. 20.

⁺ VIII. De federibus frequens eſt quæſtio , licitene ineantur cum his , qui a vera Religione alieni ſunt : quæ res in jure naturæ dubitationem non habet. ⁺ Nam id jus ita omnibus hominibus commune eſt , ut Religionis diſcrimen non admittat. Sed de jure divino quæritur , ex quo hanc quæſtionem tractant ¹ ⁺ non Theologi ^d tantum , ſed & Jurifconſultorum nonnulli , inter quos Oldradus , & Decianus.

IX. I.

G R O T I I.

1 Non Theologi tantum] Puta Antoninus , Cajetanus , Toletus , Molina , Vuidelius , Malderus.

G R O N O V I I.

41 τὰ τῆς ἐτέρας] In quibus altera pars plus æquo deprimitur.

42 Deditio conditionata] Sub deditione , & juribus quibuſdam reſervatis.

43 Translationem imperii] Ab eo , qui ſe dedit , ad eum , cui deditur , 2 , §. 31.

44 De ſolvendo ſtipendio] Ut quod pro hac expeditione militi debetur , dependatur. Liv. 5 , 27. lib. 8 , 36. lib. 9 , 42. lib. 10 , 5.

45 Mœnibus diruendis] Liv. 34 , 17.

46 Ut locis quibuſdam] Liv. 8 , 11. lib. 27 , 45. lib. 37 , 45.

47 Obſides , elephanti , naves] Liv. 30 , 37. lib. 38 , 38.

48 Majeſtate comiter] Liv. 38 , 11. Cic. pro Balb. 16.

49 Hoſtes] 1 , 3. 21. n. 2. & 4.

50 Amicos , & amici] Liv. 38 , 11.

G R O .

IX. I. Videamus primum de jure divino + veteri, acturi deinde de novo. Fedus, ¹ non nocendi causa, cum alienis a Religione contrahere + ante Mosis legem licuit. Exemplum est in federe ^e + Jacobi cum Labane: ut jam de Abimeleco nihil dicam, ^f + quando non satis constat eum fuisse idololatram. Neque id lex per Mosem data mutavit. Exemplo sint Ægyptii, + haud dubie tunc idololatræ. ^g + Hos tamen averfari vetantur Hebræi. + Excipiendi sunt ^h ² populi septem divina sententia damnati, + cujus sententiæ executores erant delegati Israëlita ^h; nam his in idololatria perstantibus, + & imperium detrectantibus, parcere vetantur, quibus itidem decreto divino additi sunt ⁱ + A-malecitarum.

². + Federa quoque ³ commerciorum, + & quæ his similia ad utilitatem communem, aut alterius partis pertinent, inire cum profanis licet per legem; nihil enim reperitur quod obftet. Et exempla habemus federum, ^k + quæ David, & Solomo cum Hiromo Tyrionum rege fecerunt: ac notandum, in sacra historia ^l dici fedus hoc a Solomone factum + juxta sapientiam, quam Deus ei dederat.

³. + Lex quidem Mosis ^m specialiter imperat benefacere + popularibus, ⁿ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον. præterea ⁵⁴ peculiaris victus, & morum ratio Judæis præscripta familiarem cum hominibus cæteris consuetudinem vix patiebatur. At + hinc non sequitur, aut benefacere extraneis non licuisse, + aut etiam laudabile id non esse, + quod male inde collegit posteriorum magistrorum prava interpretatio: + unde illud Juvenalis de Judæis, (Sat. XIV, 103.)

^e Gen. xxxi, 44.
^f Genes. xxvi, 28, 29.
^g Deuteron. xxiii, 7.
^h Deut. vii, 1, & seqq.
ⁱ Deut. xxv, 17, & seqq.
^k II Sam. v, 11.
^l I Reg. v, 12.
^m Levit. xix, 18, & Deuter. xxii, 1.
ⁿ De Offic. i, 16.
^o De Benef. iv, 29.
^p Hist. v, 5.
^q Joan. iv. 9. Act. x, 28. xi, 3. & alib.
^r Apud Josephum, L. II. contr. Apion. Cap. 36. pag. 492.
^s Ed. Hudf. Lugd. B. ⁵ Eclog. ex Lib. 34. apud Phot.

Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.

quo loco exemplum ⁵⁵ monstrandæ viæ minime molesta, neque sumtuosa beneficia indicat, quæ ignotis etiam tribuenda, Cicero ⁿ dicit, & ^o Seneca. Eodem pertinet Taciti illud de iisdem: ^p *Apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, adversus omnes alios hostile odium.* Sic + in novi federis historia legimus ^q sæpe, non solitos Judæos convivere ⁵⁶ συγχρησθαι, συνεσθίεν, κολλάσθαι, προσέρχεσθαι alienigenis. Et Apollonius Molo ^r Judæis objiciebat, *ὅτι μὴ παρέδουχοντο τὰς ἀλλοδαπὰς προκατελημμένους δόξαις περὶ Θεῶν, μηδὲ κανωνεῖν ἕθελον τοῖς καθ' ἑτέραν συνήθειαν βίῃ ζῆν προαιρημένοις.* non admitti ab eis, qui de Deo sentirent alia, nec quicquam ipsis commune esse cum his, qui institutis differrent: Amici Antiochi apud Diodorum ^s Judæos accusant: *μόνας ἀπάντων ἐθνῶν ἀποιωνήτες εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας, καὶ πολεμίας ὑπολαμβάνειν πάντας.* solos ex omnibus populis infociabiles esse extraneis, ita ut ceteros pro hostibus ducant. Sequitur de iisdem: *μηδέν*

GRONOVII.

⁵¹ Non nocendi] De non invadendis finibus, & ut sit utriusque populi civibus in alterius ter- ris securitas.

⁵² Populi septem] I, 2. 2.

⁵³ Commerciorum] Ut liceat navigare, & mercis hinc inde transportare.

⁵⁴ Peculiaris victus] Quod jussi erant tot vul- garibus aliorum cibis abstinere, ut immundis.

⁵⁵ Monstrandæ viæ] Ut sit nemini non Judæo promissuum aliquod, aut tralattium officium facere, licet id non magis gravet, quam si digito monstret viam prætereunti.

⁵⁶ Συγχρησθαι] Uti familiaribus, una cibum capere, jungi, & conglutinari, coire, & con- sulcere.

G R O

ὅτι ἄλλω ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν τὸ παράπαν, μηδὲ εὐνοεῖν, cum nulla gente alia mensam habere communem, neque bene eos aliis velle. Mox eis tribuitur μισανθρωπία, odium humani generis. Et apud Philostratum, Tyansenis de Judæis: οἱ βίον ἀμικτον εὐρόντες, οἷς μήτε καινὴ πρὸς ἀνθρώπους τραπέζαῖς vita genus adeo secretum ab humano commercio repererunt, ut ne mensam quidem cum aliis communem habeant. Sicut & passim Judæis apud Josephum objicitur, τὸ ἀμικτον, τὸ ἀσύμφυλον, ἢ διαίτης ἀμιξία, infociabilis vivendi ratio.

4. + At hunc non esse legis sensum, Christus nos docuit exemplo suo, cum a Samaritide femina aquam accipere non recusavit, legis ubique observantissimus. Sed & olim David apud populos irreligiosos perugium sibi quaesiverat, nusquam eo nomine reprehensus. Apud Josephum, Solomoni templum dedicanti, & oranti ut Deus ibi etiam alienigenarum preces exaudiret, hæc tribuitur oratio: ἡμεῖς οὐκ ἀπάνθρωποι τὴν φύσιν ἐσμεν, εἰδὲ ἀλλοτρίως πρὸς τὰς ἄλλοφυλὰς ἔχομεν non sumus inhumano ingenio, neque male affecti erga extraneos.

5. Exciptendi + ab hac regula non illi tantum populi, quos supra diximus, sed insuper Ammonitæ, & Moabitæ, de quibus scriptum est Deut. XXIII, 6. Non quaeres prosperitatem eorum + (ita rectius hoc loco verteris *οὐκ ἐπιθυμῶν*, quam pacem eorum) nec bonum eorum illis diebus tuis unquam. Quibus verbis ⁷ federa benefica cum illis populis vetantur, + non etiam jus belli conceditur: aut certe, quæ Hebræorum quorundam sententia est, + vetatur pax ab illis peti, non etiam oblata accipi. Certe ⁸ + jus belli in Ammonitas Hebræis negatur Deut. II, 19; neque ^a Jephthes arma in eos movit, + nisi post tentatas æquæ pacis vias; + neque David, ^b nisi atrocibus injuriis laceffitus. + De societate bellica quaestio superest.

6. + Ante legem, hanc quoque non illicitam fuisse cum profanis gentibus, exemplo apparet ^m + Abrahami, ^c impios Sodomitas bello adjuvantis. Nec lege Moïsis quicquam + generaliter hac in re mutatum legitur. Atque ita videmus sensisse ⁿ ⁹ + Asmonæos, legis & peritos, & reverentes admodum, ut

G R O T I I.

^m *Abrahami*] Idem cum Escole, & Anerio factus fecit. (Gen. XIV. 13.) Sic & David cum Achi, & Naaso, Solomon cum Ægyptiis, Asa cum Benadado. [Vide 1. Sam. XXVII. 11. Sam. X, 2. 1. Reg. III. 1. & XV. 19.]

ⁿ *Asmonæos legis & peritos, & reverentes admodum*] Laus eorum est in *Thargamo Chaldaico*, in libris *Maccabaicis*, in epistola ad *Hebræos*. Horum exemplum secuti Imperatores, & reges Christiani federa aut cum non Christianis, aut cum non sane Christianis fecere, Constantinus cum Gothis, & Vandalis, Justinianus cum Longobardis: cum Saracenis, Alanis, Gepidis, Francis, Suevis, Vandalis, Theodosius, Honorius, Leo, Heraclius, Basilius, Isaacius Angelus, Pa-

Tom. III.

Isologus: cum Mauris reges Hispaniæ Alfonso Hispanensis, Ramirus, Alfonso Castus, Sanctius Castellæ, Ferdinandus cognomine Sanctus: Petrus Legionis rex: Alfonso Castellæ rex prudentissimus: cum Tartaris Rodolphus Habspurgensis. Adi *Johannem de Carthagena* libro III. de jure belli Romani Pontificis, c. 1. Julius II. Pontifex Turcis usus.

G R O N O V I I.

⁵⁷ *Federa benefica*] Quæ non modo securitatem, sed etiam mutua officia, & honores præstant ineuntibus.

⁵⁸ *Jus belli*] Ut liceat eos nihil lædentes bello laceffere.

⁵⁹ *Asmonæos*] I, 4. 7. num. 1.

N GRO-

ex religiosa sabbathi observatione, ⁶⁰ + permissa sola sui tutela, non alio armorum usu, apparet. Et hi tamen cum Lacedæmoniis, & Romanis ^d fœdus pepigere, approbantibus sacerdotibus, & populo; immo pro eorum salute sacra publice fecerunt. Quæ vero contra adferuntur, causas habent peculiare.

^d *Macc.*
VIII. &
XII.

^e *II Paralip.*
XIX.
2.

^f *Ibid.*
XXV, 7.

^g *Ibid.*
XX, 37.

7. + Nam si quos reges, aut populos, extra eos, qui in lege expressi erant, exosos sibi, & infortunio damnatos + per Prophetas Deus significasset, eorum tutelam suscipere, aut cum iis arma sociare, haud dubie nefas erât. Huc illud pertinet ^e Prophetæ ^o ad Josaphatum de rege Israël: *Te ne improbo opitulari, & eos diligere, p qui Deum oderunt? At ob hoc ipsum excarsit in te Dei ira.* Nam infelicem belli exitum Micheas propheta jam ante prædixerat. Et alterius prophetæ ^f ad Amasiam: *Ne ito tecum exercitus Israëlitarum: nam non adest Deus Israëlitis, ulli inquam Ephraimitarum.* Hoc vero non venire + ex natura federis, sed ex personæ peculiari quadam qualitate, vel hinc evincitur, quod graviter increpitus est ^g Josaphatus, etiam diris additis, + eo nomine, quod commercii causa societatem iniisset cum Ochozia rege Israëlitarum, similem ei, + quam David, & Solomo inierant cum Hiram, quos eo nomine partim non reprehensos, + partim laudatos, diximus. Nam + quod additur, Ochoziam impie egisse, debet ad totam ejus vitam referri, + ob quam Deus ipsi, omnibusque ejus conatibus infensus fuit: quomodo hæc historia explicatur in libro, cui nomen Constitutiones Clementis VI, capite XVIII.

^h *II Paral.*
XVI, 2,
7. *Esa.*
VIII, 6.
ⁱ *Ibid.*
XVI, 12.
Ambr. ad Rom. cap.
3. *Auctor. imperfect. oper. ad Matth. c.*
2VI.

8. Notandum & hoc, + pejorem fuisse causam eorum, qui ⁶¹ a Jacobo orti Deum bene cognitum deseruerant, quam populorum extraneorum. Nam in defectores illos cæteri populares armabantur ^q lege, quæ exstat Deut. XIII, 13.

9. Est & ubi culpantur federa, + ob ⁶² animi vitium, unde procedebant; + ita a Propheta reprehensus Asa, ^b quod ad societatem Syri se contulisset Deo diffusus: quod ostenderat + cum res Deo sacratas ad Syrum mitteret. Sed nempe Rex idem culpatus ² quod in medicis spem posuisset, non in Deo. Non ergo ex hac historia magis sequitur, per se, aut generaliter malum esse societatem contrahere cum talibus, quales erant Syri, quam medicos consulere.

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^o *Ad Josaphatum*] Josephus: *ἠνείκετο τῆς πρὸς Ἀχάβου συμμαχίας ἀνδραγαθὸν ἀπέβη καὶ νόμον.* accusabat eum societatis iniuriam cum Achabo homine impio, ac scelerato. (Antiq. Jud. IX. 1. §. 1. Edit. Hudf.)

^p *Qui Deum oderunt*] Gratianus Valenti patruo contra Scythas opem petenti scripsit, *ὡς ἡ δὲ τῶ ἐχθρῶ τῷ θεῷ συμμαχεῖν φασ non esse socialia anima iungere cum eo, qui Dei sit hostis.* Zonaras. (Lib. XIII. Cap. 17.)

^q *Lege, quæ exstat Deut. XIII, 13.*] Adde exemplum Judæ c. XXII.

⁶⁰ *Permissa sola sui*] Ut sabbato liceret tantummodo hostem aggressum repellere, non ultro aggredi, quamvis occasio, & spes victoriæ præsens appareat.

⁶¹ *A Jacobo orti*] Quales erant X. tribus revulsa a domo Davidica per Jeroboamum, qui & idololatriæ illis auctor fuerat, ne si quotannis Hierosolymam proficiscerentur ad templum visendum, redirent ad reverentiam regum, a quibus desciverant.

⁶² *Animi*] Intentionis, consilii, propositi.

G R O -

sulere. + Multa enim non illicita ⁶³ vitiat animus, ut ^l + censum in Davide, ^m + thesaurorum ostensionem in Ezechia. Sic ⁿ alibi + fiducia in Ægyptio posita reprehenditur, cum tamen Solomoni ^o cum Ægyptio + affinitatem contrahere licuerit.

I II Sam. XXIV. m II Reg. XX, 13. n Esa. XXXI, I. o I Reg. III, I. p Deuter. XXVIII, 7. q Prov. I, 15. XIII, 20. XXII, 24. XXIV, I.

10. Quibus & hoc addendum est, p Hebræos sub statu legis veteris + disertas habuisse promissiones victoriæ si legem observarent, quo minus recurrendum habebant ad humana auxilia. Exstant quidem & apud Solomonem q sententiæ non paucæ, + de vitandis consortiis impiorum. + Sed hæc prudentiæ monita sunt, non legis præcepta: & illa ipsa monita, ut moralia pleraque, + plurimas habent exceptiones.

X. I. + Lex autem Evangelii nihil + hac in parte mutavit: r immo magis etiam favet federibus, quibus hi, qui a Religione alieni sunt, + in causa iusta sublevantur, quia beneficentiam in quovis homines, data occasione, + non liberam modo reliquit, & laudabilem, + sed & sub præcepto posuit. s Nam Dei exemplo, qui solem oriri facit bonis, & malis, & pluvia utrosque humectat, + jubemur nullum hominum genus a beneficiis nostris excludere. Bene Tertullianus: t *Quamdiu* ^o + intra Israël em erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat. At ubi Christo dedit gentes hereditatem, & possessionem terminos terra, & ^o + cepit expungi quod dictum est per Osee: Non populus meus populus meus, & non misericordiam consecuta misericordiam consecuta, Natio scilicet; exinde Christus in omnes legem fraternam benignitatis extendit, ^o + neminem excludens in miseratione, sicut in vocatione.

r Victoria de Indis relect. I. n. 15. & 17. Franc. Arrius de bello n. 192. Cajet. 2, 2. q. 40. art. I. Molin. tract. II. disp. 112. s Matthæi v, 45. t Adv. Marcion.

2. Quæ accipi oportet + salva gradus differentia, ut in omnes simus beneficii, u præcipue tamen in religionis confortes. In + Clementis x constitutionibus legimus: *πᾶσιν ἐν δίκαιον δίδόναι ἐξ οικείων πόνων; προτιμητέον δὲ τὰς ἀγίας* Omnibus largiendum de nostra opera: sed ita ut sanctorum potior habeatur ratio. Perfecta liberalitas, inquit y Ambrosius, fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei. Simile est illud z Aristotelis: *ἔ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὄντων Φρονιζέειν* Neque enim par est, æqualem curam subiri pro externis, & pro amicis.

L. 4. c. 16. u Gal. VI, 10. x Lib. VII, cap. II. y Off. I, c. 30. z Nic. IV, c. 52.

3. Convictus etiam familiaris cum hominibus, qui alieni sunt a Religione, non prohibetur: ac ne cum illis quidem, quorum pejor causa est, & qui a disciplinæ Christianæ regula deficiunt, omne interdicatur commercium, + sed familiare extra necessitatem, non etiam a + quod emendandis ipsis spem præbet. Illud vero, quod apud Paulum est, b *Ne jugum ducite cum alienis a fide: quod enim consortium est iustitiæ cum iniquitate, aut que commixtio est luci cum tenebris, aut que concordia est Christo cum Satana, aut que pars credenti cum non credente?* ad eos pertinet, ⁶⁷ qui in idoliis convivabantur, atque

a II Thess. III, 15. b II Corinth. VI, 14. & seq.

GRONOVII.

63 *Vitiat animus*] Quæ per se sunt innoxia, sed culpantur, quia parum pio proposito suscipiuntur.

64 *Intra Israël em erat sacramentum*] Penes solos Israelitas fœdus, & Ecclesia.

65 *Capit expungi*] Impleri & q. solvi, quia pecuniâ solutâ expungitur, vel deletur nomen debitoris in tabulis expensæ.

66 *Neminem excludens*] Omnium misertus, ut omnes vocat.

67 *Qui in idoliis convivabantur*] Accedebant ad epulas, de hostiis fallorum deorum instructas: quoties enim sacrificarent, parvum quiddam de

atque ita aut idololatriam committebant, aut certe committentium speciem præbeant. + Ostendunt sequentia : *Quæ consensus templo Dei cum idolis?* similia illis, quæ in c. priorē ad Corinthios eosdem : *Non potestis fieri participes mensæ Domini, & mensæ demoniorum.*

c. 1 Cor. X.
21.

4. Neque ab eo, + quod subeunda sponte non sunt profanorum imperia, + nec conjugia cum eis contrahenda, recte procedet argumentum. Nam in utroque hoc casu + apparet majus periculum, aut certe plūs difficultatis injici veræ Religionis usui. Adde + quod magis perpetua sunt ista vincula : & in matrimonio liberior electio, cum federa ex temporum, & locorum occasione sumenda sint. ^d Sicut autem benefacere profanis malum non est, ita + nec opem eorum implorare, sicut Cæsar, & Tribuni auxilium + Paulus invocavit.

^d Sylo.
verb. bellum
1. n. 9.
concl. 3.
Pan. in c.
quod super.
de voto.

XI. I. Nulla ergo hic intrinseca, aut universalis est pravitas, + sed ^r ex circumstantiis æstimanda. Cavendum enim ne nimia commixtio + contagium adferat ^o + infirmis; quam ad rem utile erit sedes distingui, + sicut Israelitæ seorsim ab Ægyptiis habitaverunt. Neque enim ratione caret illud *Anaxandridæ* :

^e Apud Athenienses,
VII, 13. p.
299, 300.

Οὐκ ἂν δυνάμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ.
Οὐθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμοιοῦσ', εἴθ' οἱ νόμοι
ἡμῶν ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσιν πολύ.

Ego esse vester non queam commilito,
Quando nec leges, nec mores consentiunt;
Sed multis inter se intervallis discrepant.

^f Lib. 1. Quo pertinent & ea, quæ alibi attulimus ^f de religione Judæorum, & Christianorum in commilitio cum paganis.

c. 2. §. 9.
n. 3.

2. Sed & si ex societate tali ^o profanæ opes magnum sunt habituræ incrementum, & + abstinendum erit extra summam necessitatem : in qua locum habet quod in simili re dixit Thucydides. ^b ἀνεπίφθορον δὲ, ἔσοι ὡσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπιβελεύομεθα, μὴ Ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους, προσλαβόντας διασωθῆναι + His, qui insidiis impetuntur, ut nos ab Atheniensibus, invidia fieri non debet si salutem querunt non Græcorum modo, sed & barbarorum auxiliis. + Non enim ^o jus quodvis sufficit ad id committ-

^g Sylvest.
in verbo
bellum, p.
1. n. 9.
concl. 3.
^h Libro I.
c. 82.

extis (proficias dicebant) adolebant in altaribus : de reliqua hostia, vel victima, epulabantur vocatis amicis, & si quod insuper superesset, in mæcellum mittebant.

stere posse, quos superna venerationis formula dispo-
nasset. (Lib. IX. pag. 158. Edit. Wech. 1576.)

G R O N O V I I.

G R O T I I.

+ Ex circumstantiis æstimanda] Vide orationem Phartazæ ad Lazos apud Agathiam III. (Cap. 5.) Saxo libro IX. in verbis Ludovici regis Francorum ad Haraldum : Nullam posse animorum intervencire concordiam dissona sacra complexu ; quam obrem petitorum opus primum religionis contubernio opus habere, neque magnorum operum consortes exi-

68 Infirmis] Quibus scandalo, & offensionis sit nostra cum præ superstitionis cultoribus conversatio.

69 Profane opes] Si ab societate nostra cum infidelibus, & averis a religione nostra istorum in universum potentia contra omnes, qui nobiscum sunt religione conjuncti, etiam in præsens causa differant.

70 Jus quodvis] Causa, quæ non sit maximi momenti,

committendum, quod religioni, si non directe, indirecte tamen nociturum putetur. + Quærendum enim primo loco; est regnum cœleste, id est, Evangelii propagatio.

i Matth.
VI, 33.

3. OPTANDUM esset, ut multi hodie principes, ac populi in animum admitterent liberam, & + piam vocem Fulconis Archiepiscopi quondam Remensis, & Carolum Simplicem sic admonentis: *Quis non exarvescat, vos + inimicorum Dei amicitiam velle, ac in cladem, & ruinam nominis Christiani pagana arma, & fœdera suscipere detestanda. ? + Nihil enim distat utrum quis se paganus societ, an abnegato Deo idola colat.* Exstat apud Arrianum dictum Alexandri: *ἀδικεῖν μέγιστα τὰς φρατερομένους ἐναντία τῇ Ἑλλάδι παρὰ τοῖς βαρβάροις, παρὰ τὰ δόγματα τὰ τῶν Ἑλλήνων* graviter eos delinquere, qui adversum Græcos Barbaris militarent, + contra Græcorum iura.

k Frod. I.
IV, historia
Remensis,
c. 6.
l Lib. I.
Cap. 17.

+ XII. Illud hic addam, cum omnes Christiani ^m unius corporis membra sint, quæ jubentur alia aliorum dolores, ac mala perſentiscere, + sicut id ad singulos pertinet, ita & ad populos qua populi sunt, & ad reges qua reges pertinere. Neque enim pro se quisque tantum, + sed & pro mandata sibi potestate fervire Christo debet. Hoc autem præstare reges, & populi non possunt, grassante armis hoste impio, + nisi alii aliis auxilio sint: + quod commode fieri nequit, nisi fœdus eo nomine ineatur; + quod fœdus jam olim initum fuit, & princeps ejus + creatus consensu communi ⁷¹ Romanus Imperator. + Debent ergo Christiani omnes ad causam hanc communem pro virum modo viros, aut pecunias conferre: quod quo minus faciant, non video + quomodo possint excusari, + nisi si qui bello inevitabili, aut ⁷² non dissimili malo domi distinentur.

m I Cor.
XII, 18. 26.

+ XIII. I. Solet sæpe & illa incidere quæstio, si plures bellum gerant, utri potius opem ferre debeat qui utrique est federatus. Hic primum sciendum est; quod & + supra diximus, ⁷³ + ad injusta bella nullam esse obligationem. Quare ⁿ + qui federatorum justam habet belli causam præferendus, + si cum ⁷⁴ extraneo res sit. Etiam si cum alio federato: Sic oratione de Megalopoli ostendit ⁿ Demosthenes, Messeniis sociis contra Lacedæmonios item socios opem ferri ab Atheniensibus debere, + si ab his incipiat injuria. Sed id ita verum; + nisi convenerit hoc quoque, ne adversus eum auxilia mittere

n Pag.
83. C.

momenti, licet iusta, tantum valere apud quemquam debet, ut eam defendat, ac tueatur cum detrimento notabili omnis Christiani nominis.

fidelitate Feudali dicitur: *Et si scivero velle te aliquem juste offendere, & inde generaliter, vel specialiter fuero requisitus, meum tibi, sicut posero, præstabo auxilium.* (Feud. II. 7.)

G R O T I I.

G R O N O V I I.

s *Inimicorum Dei amicitiam velle*] Exemplum in Mancasa apud Nicetam rebus Isaaci Angeli lib. II. (Cap. 3.) Prædicatur pietas Emanuelis ducis Sabaudie, qui Cyprum ope Turcæ recuperare cum posset, noluit.

t *Nisi alii aliis auxilio sint*] Ad hanc rem vide *Marianam* libro XXX. (Cap. 23.) *Farutam* libro IV. *Bizarum* VII. & XII.

u *Qui federatorum justam habet belli causam præferendus*] Vide infra libro II, c. XXV. §. 4. In

⁷¹ *Romanus Imperator*] Fridericus III. a C. 1461. Videnda *Bacleri* disputatio de *Pasjucis*.

⁷² *Non dissimili malo*] Dissensione ob religiones.

⁷³ *Ad injusta bella*] Etiam si quis societatem armorum promiserit, si socium videat bellum palam injustum aggredi, non tenet ex promissa talem socium juvare.

⁷⁴ *Extraneo*] Non federato.

• Folyt.
I. VII.
c. 2.

mittere liceat. In pactione Hannibalis cum Macedonibus, erat: + *Hofium hoſtes erimus, + exceptis regibus, civitatibus, & portibus, quibuſcum fedus nobis, & amicitia eſt.*

2. + Quod ſi federati inter ſe committantur cauſis utrinque injuſtis, quod accidere poteſt, utraque parte abſtinendum erit. Sic in Leuctrica Ariſtidis quinta dicitur, *εἰ μὲν ἐπ' ἄλλης ἐκάλεν, ῥαδίως ἂν. ἐπ' ἀλλήλης δὲ καλόντων, οὐκ ἐθέλειν παρεῖναι* (ff) *ſi quidem in alios auxilium poſcerent, facile eſſe negotium: + ſin ſociorum alter in alterum, nolle ſe miſceri.*

3. + Quod ſi federati in alios bellent + juſta quiſque de cauſa, + ſi utrique auxilia mitti poſſunt, puta in milite, aut pecunia, mittenda erunt, + ut ſit circa ⁷⁵ creditores perſonales. At ſi ipſius, qui promiſit, + præſentia requiritur, ⁷⁶ quæ individua eſt, ratio poſtulat * + ut præferatur cum quo antiquius eſt fedus; quod (gg) Acarnanes Spartanis dicunt apud Polybium: eodemque pertinet + Conſulis Romani reſponſum Campanis datum: *amicitias ita injuſtitii par eſt, y ne qua vetuſtior amicitia, ac ſocietas viole- tur.*

• Ith. IX.
c. 25.
b Liv.
II. 31.
r Sylveſt.
in verb.
bellum p. 1.
n. 7.

4. Sed addenda exceptio, r niſi fedus poſterius ultra promiſſionem aliquid habet, * ⁷⁷ + quod quaſi domini translationem in ſe contineat, puta ſubjectionis aliquid. a + Nam & ſic in venditione, dicimus, priorem præferri, niſi poſterior dominium tranſtulerit. Sic + Nepeſinis apud Livium + deditio- nis, quam ſocietatis, fides ſanctior. Distinguunt hæc alii ſubtilius; ſed quæ dixi, ut ſimpliciora, ita veriora arbitror.

• Lib. VI.
c. 10.

• Dec. conf.
407.

• Dec. conf.
465. &
Cep. 451.
455, 461.

XIV. + Finito tempore fedus + tacite renovatum intelligi non debet, + niſi ex actibus, qui nullam aliam interpretationem recipiunt: + non enim facile ⁷⁸ præſumitur nova obligatio.

+ XV. Si pars una fedus violaverit, * poterit altera a federe diſcedere: + nam

G R O T I I.

* *Ut præferatur cum quo antiquius eſt fedus*] Vide de Fendis lib. IV, cap. 31. [Secundum di- viſionem Cujacii: at Lib. II, Tit. 28. in fin. Ed. vulg.]

y *Ne qua vetuſtior amicitia, ac ſocietas viole- tur*] *Καὶ φίλοις κατ' ἐχθρῶν συμμάχων, ἔκαστοι φίλων* amicitia auxilia ſervanda contra hoſtes, non contra amicos, dicit Ptolemæus Athenienſibus apud Appianum in legationum excerptis. [Sed aliò per- tinet hic locus, ut patet ſtatim; nimirum ad ca- ſum, de quo ſupra, §. 13, n. 1. in fine. Ceterum verba ipſa non reperio in Excerptis indicatis; & memoria heic videtur omnino ſeſſiſſe Auctorem. J. B.]

z *Quod quaſi domini translationem in ſe conti- neat*] Vide Ralevicum II, 7.

a *Nam & ſic in venditione*] Ediſto Theodo- rici, c. 138,

G R O N O V I I.

⁷⁵ *Creditores perſonales*] Chirographarios l. un. Cod. Etiam ob chirographarium p. c. pig. ten. qui

ſolo chirographo ſibi de pecunia credita caverunt; nam inter hos pecunia debitoris, ſi quæ libera eſt, in concuſſu creditorum dividitur. Alii ſunt hypo- thecarii l. 1. §. 3. D. de ſeparat. l. 8. C. qui bon. ced. poſſ. quibus pignore, vel hypothecca proviſum eſt. Ex utriſque, quibus ob favorabilem crediti cauſam ante alios exigendi juſ, vel privilegium conceſſum eſt, privilegii l. 10. Princ. D. de Puclis.

⁷⁶ *Quæ individua eſt*] Neque enim poteſt quiſ. quam eſſe ſimul duobus locis.

⁷⁷ *Quod quaſi domini*] Flor. I, 16. *Erat cum utriſque fedus, ſed hoc Campani ſanctius, & prius omnium ſuorum deditioe fecerant.* Adde 2, 12. 15.

⁷⁸ *Præſumitur nova obligatio*] Quia plerumque habet aliquid oneroſi.

(ff) Locus eſt Tom. II. pag. 220. Ed. Paul. Steph. ſed ubi, ſi expendatur ſeries orationis, maniſto patebit agi, non de juſtitia, aut inju- ſtitia belli, ſed de eo, quod prudentia poſtulabat. J. B.

(gg) Immo *Ætoli*, adverſus *Acarnanes*, ore *Chlænæ* Legati locum. Inſpice locum, quem diſtinctius in margine indicavi. J. B.

G R O.

+ nam capita federis ⁷⁹ singula conditionis vim habent. Exemplo fit illud apud x Thucydidem: λύσει τὰς σπονδὰς ἔχ' οἱ δὲ ἐρημίας ἀλλοις προσίοντες ἀλλ' οἱ μὴ βοηθῶντες οἷς ἀν' ἐνομοσώσῃ. Soluti federis culpam sustinent, + non qui deserti ad alios se conferunt, sed qui quam jurati promiserant opem, re non præstant. Alibi y apud eundem: ὅ, τι δ' ἀν' τῶν παραβαίνωσεν ἐκάτερροι καὶ ὅτι ἔν, τότε λελύσθαι τὰς σπονδὰς. Sed si vel tantillum ex dictis y Lib. IV. c. 23. pars alterutra transgredereatur, rupta fore pacta. Sed hoc ita verum est, + ni aliter convenerit: + quod fieri interdum solet, ne ob qualvis offensas a federe discedere liceat.

+ XVI. I. Sponsionum + tot esse materiæ possunt, quot federum. + Distant enim hæc ⁸⁰ personarum facientium potestate. Sed duo sunt, quæ de sponsionibus quæri solent: (hh) Primum si improbetur a rege, aut civitate sponsio, in quid teneantur sponsores, ⁸¹ ad id, quod interest, + an ad restituendam rem in eum statum, in quo erat ante sponsionem, + an ad ⁸² corpus dedendum. + Prima sententia videtur juri civili Romano congruere: + secunda æquitati, quam in Caudina controversia tribuni plebis L. Livius, & Q. ⁸³ Mælius urgebant: + tertia usu probata est, ut exemplis sponsionum duarum nobilium ⁸⁴ Caudinæ, & Numantinæ apparuit. Sed illud ante omnia tenendum, + eum, qui summum imperium habet, ⁸⁵ nullam in partem obligari. Bene enim Romanis z Posthumius: *Hosti nihil spondidistis: civem neminem pro vobis spondere jussistis; nil ergo vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis.* Bene a idem: *Injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat: & hoc non minus recte: si quid est, in quod obligari populus possit, in omnia potest.* z Liv. IX. 9. a Ibid. 4.

2. + Ergo nec ad id, quod interest, + nec ad restitutionem populus tenebatur: cum quo si negotium sibi esse voluissent Samnites, + retinere exercitum apud Furculas Caudinas debuerant, & Romam legatos mittere, qui cum Senatu, ac populo de pace, ac federe agerent, ut ⁸⁶ quanti ipsis esset exercitus incolumitas, id ipsi æstimarent. (ii) + Tum demum si pactis statum non esset, potuissent dicere, + quod & ab ipsis, & a ⁸⁷ Numantinis dictum,

G R O N O V I I.

⁷⁹ *Singula conditionis*] Ut si unum illorum migret, vel non fervet, pars altera alteram solvat.

⁸⁰ *Personarum facientium*] Fœdera non faciunt nisi summæ potestates, aut earum mandato ministri; sponsiones ministri sine potestate, ac mandato.

⁸¹ *Ad id, quod interest*] Æstimationem commodi, quod ex effectu habuisset is, cui sponsio facta est, & pro ea satisfactionem.

⁸² *Corpus dedendum*] Sponsores.

⁸³ *Mælius urgebant*] Et ipsi Samnites Liv. 9, 11.

⁸⁴ *Caudinæ, & Numantinæ*] Flor. 1, 16. & 2, 18.

⁸⁵ *Nullam in partem*] Sallustius Jugurt. 39. *Senatus ita, uti par fuerat, decernit, suo, atque*

populi injussu nullum potuisse fœdus fieri.

⁸⁶ *Quanti ipsis esset*] Quid vellent concedere Samnitibus, ut exercitum ab illis obsecrum, & clausum recuperarent incolumem.

⁸⁷ *Numantinis*] Nam cum his quoque juxta turpe fœdus icium est.

(hh) Confer PUFENDORFIUM, De Jure Nat. & Gent. Lib. VIII. Cap. IX. §. 12, 13. J. B.

(ii) Imprudenter quidem egerunt Samnites: sed non minus propterea violatæ fidei publicæ rei fuerunt Romani. Ostendit id Celeberrimus J. C. Hallensis, CHRISTIANUS THOMASIVS, Dissertatione singulari De Sponsione Romanorum Caudina, quæ sexta est inter Lipsienses. Plura diximus in Notis nostris Gallicis. J. B.

G R O

LII. c. l. dictum, ait Vellejus, ^b publicæ violationem fidei non debere ⁹ unius sui sanguine.

3. Majori specie dici potest, ^b milites omnes fuisse obligatos. + Et certe æquum id esset, si ipsorum jussu, ac nomine contractum foret a sponforibus, ut in pacto, ⁹⁰ quod Hannibal fecit cum Macedonibus, factum videmus. Quod si ^c fide sponforum, & ^d sexcentorum, quos imperarunt, obsidum fuerunt contenti Samnites, + habent quod sibi impudent. Rursum + si sponfores ⁹¹ præ se tulerunt potestatem publico nomine contrahendi, + ex damno per dolum dato ad restitutionem tenebantur. + Si id non apparet, + tenebantur ad id, ⁹² quod intererat ex vi negotii ratum haberi. + Et hoc casu non corpora tantum, + sed & bona sponforum fuissent obligata Samnitibus, + nisi pœnam vice ejus, quod interest, ⁹³ expressissent. + Nam de obsidibus convenerat, ut ⁹⁴ capite luerent si pacto non staretur. + De sponforibus an eadem dicta sit pœna, in obscuro est. + Pœnæ autem stipulatio tali modo facta efficit, ut si factum præstari nequeat, nihil aliud ⁹⁵ sit in obligatione: + succedit enim ⁹⁶ certum loco incerti, quod interest. Erat autem communis istorum temporum sententia, + etiam ⁹⁷ vitam valide posse obligari.

4. + Apud ⁹⁸ nos autem, qui aliter sentimus, existimo tali sponsione + bona primum ad id, quod interest, & si ea non sufficiant, + corpus ad servitutem obligari. ^c + Fabius olim ^c Maximus cum pactum quoddam ejus cum hostibus factum senatus improbasset, fundum suum ducentis millibus vendidit,

^c *Scriptor de Vir. Ill. c. 43.*

G R O T I I.

^b *Milites omnes fuisse obligatos*] Sic Numantini, si sponso non probaretur, exercitum sibi dedendum censebant, ea sponsione liberatum. [Hoc habere videtur ex *Orosio*, Hist. V. 5. Ceterum idem modo laudatus *Clar. Thomassinus* de hac quoque *Sponsione Romanorum Numantina* Dissertationem scripsit, numero XIV. in eodem volumine. *J. B.*]

^c *Fide sponforum*] Hi erant consules duo, quæstores duo, præfecti IV, tribuni XII, narrante *Appiano*. (Excerpt. Legat. num. 3. pag. 442. *Fulv. Ursin.*) Hi omnes dediti ex Caudino sponso: ex Numantino consul solus, cæteris paritum, ob Tiberium Græchum, ut in Græchorum vita narrat *Plutarchus*, (pag. 327. A.)

^d *Sexcentorum, quos imperarunt, obsidum*] Pontius filius apud *Appianum*: τῶν τε ἰππέων ἐπιπέ-
ξουσι τὰς ἐπιπαινεύστας, ὅµακα τῶν δὲ τοῦ συνδρ-
κῶν, ἕως ἄρα ὅ ὄντι ἐπιπαινεύστας. equitum potissimos deligam, qui obsides sint, donec populus pacta servet. Satis esse obsides tenentis arbitrio relinqui, censuerunt Lusitani in re simili. *Mariana* XXI, 12. Qui deditos accipiunt, pœnam remittere censentur. *Polybius* excerpto CXXII.

^e *Fabius olim Maximus*] *Diodorus Siculus* in excerptis Peirescianis, *Valerius Maximus* IV, c. VIII. [Non *Diodorus Siculus*, sed *Dion Coccejanus* habet id, de quo *Auctor* noster loquitur. Vide

pag. 597. Excerptorum illorum, ab *H. Valsio* editorum. *J. B.*]

G R O N O V I I.

⁸⁸ *Publicæ violationem*] Populum, vel principem a perfidiæ crimine non excusari, si, quæ ne servet suo nomine promissum, se viat in ministrum promittendi, aut dedat, ut in eum sa-
viatur.

⁸⁹ *Unius*] Sponforis.

⁹⁰ *Quod Hannibal fecit*] *Polybius* lib. 7, 2.

⁹¹ *Præ se tulerunt*] Mentiti sunt, se habere quam non habebant.

⁹² *Quod intererat*] Quod pro ratione rei, quæ agebatur, æstimari poterat velle sibi præstari Samnites, si pactum ratum non esset.

⁹³ *Expressissent*] Diserte, & clare in formula pacti posuissent.

⁹⁴ *Capite luerent*] *Liv.* 9, 5.

⁹⁵ *Sit in obligatione*] Quam pœna scilicet.

⁹⁶ *Certum loco incerti*] Ante pœnam non definitam incerta erat æstimatio ejus, quod interest, & poterat in quantumvis extendi. At postquam ea definita est, cessat æstimatio incerti, & subit in ejus locum id, de quo convenerat certum.

⁹⁷ *Vitam valide posse*] 2, 81. II. 3, 2. 6.

⁹⁸ *Nos, qui aliter sentimus*] Qui putamus, hominem vitæ suæ dominum non esse, ut possit eam obligare, aut caput suum pignori opponere.

G R O

vendidit, & fidei fatiſfecit. Samnites vero ^f + Brutulum Papium induciarum ruptorem ſimul cum bonis ſuis dedendum recte ^d cenſuerunt.

XVII. 1. Altera quæſtio eſt, + an ſponſio obliget ſummam poteſtatem ⁹⁹ ex notitia, & ſilentio. Hic diſtinguendum primum, + an pure facta ſit ſponſio, + an ſub conditione ſi rata haberetur a ſumma poteſtate. + Nam hæc conditio non impleta + (debet autem conditiones diſerte impleri) nullam facit ſponſionem. Quod recte convenit in ſponſionem ^e + Lutatii cum Pœnis: accedebat quod ea ſe populus, quia ſuo injuſſu facta erat, teneri negaverat; itaque publico conſilio aliud de integro fedus factum erat.

2. Videndum deinde, + an præter ſilentium res aliqua acceſſerit; nam ſine re, aut factò aliquo, ſilentium non ſatis probabilem voluntatis conjecturam ſuppeditat, + ut ex his, quæ de domini derelictione ¹⁰⁰ ſupra diximus, intelligi poteſt. Sed ſi actus aliqui acceſſerint, qui ad aliam cauſam probabiliter referri nequeant, + tum recte intelligitur actus ratus eſſe habitus: quomodo probatum id, quod cum Gaditanis convenerat, notat + Cicero *f* pro Balbo.

3. Silentium adverſus Carthaginienſes urgebant Romani, + de pactione cum ^f Afrubale facta. Sed cum illa pactio verbis concepta eſſet negantibus, ne Pœni amnem Iberum tranſirent, + vix erat ut ſilentium ſolum ad inducendam ratiſhabitionem facti alieni valeret, + quippe cum factum proprium nullum ſecutum eſſet, + niſi aliquando Pœnus Iberum tranſire volens prohibitus à Romanis eſſet, eorumque dicto Pœni paruiſſent; + talis enim actus vim habet actus poſitivi, nec manet intra fines ¹ nude abnutivos. + Quod ſi Lutatii pactione plures habuiſſet partes, & cæteras partes + a jure communi abeuntes obſervatas a Romanis ſemper appareret, jam ſatis firma eſſet conjectura probatæ pactionis.

4. Reſtabat hic dicere aliquid de pactionibus, quas duces, & milites non de eo, quod ſummi eſt imperii, ſed de re privata ſua, aut ſibi permiſſa faciunt: + ſed de his agendi oportunior erit locus, ubi ad ea, quæ in bello accidunt, perventum erit.

G R O T I I.

^f Brutulum Papium] *Dion* excerpto legationum IV.

G R O N O V I I.

⁹⁹ Ex notitia, & ſilentio] Eo, quod actum a

legato ſuo, vel præfecto reſciverit, nec contradixerit.

¹⁰⁰ *Supra diximus*] 2, 4, 3.

¹ *Nude abnutivos*] Quibus tantummodo aliquid negatur fieri debere, non ponitur, quid fieri debeat.

d *Plut.*
Fabio
Alexino,
p. 178.
Livius lib.
VIII. c. 39.
e *Liv. l.*
XXI. c. 19.
Polyb. libro
III. c. 29.

f *Cap. 15.*
& ſeqq.

g *Polyb.*
& Liv. lib.
III. c. 29.

HENRICI DE COCCEII
 COMMENTARIUS
 IN
 HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XV.

HACTENUS egimus de contractibus tum *privatorum*, tum *principum*, quatenus fiunt circa negotia *privata*. Sequuntur nunc contractus eorundem circa negotia *publica*: quo pertinent *sponsiones*, & *fœdera*.

Fœdus est conventio de re publica, inter eos inita, qui de ea statuere possunt (sive ipsi contrahant, sive per alios). Unde apparet, fœdus non esse si privatus de republica disponit, uti si pacis conditiones hosti offert: tunc enim *sponsio* dicitur, ubi sponsor, non autem respublica tenetur præstare promissa, quia sponsor promissum suum factum, se scilicet effecturum ut respublica ratum habeat. Si proinde populus nolit rati habere, sponsor redire in potestatem ejus debet, cui sponsio facta est. *Vid. infr. §. 16.*

A D §. I.

ULPIANUS] „ *Conventionum tres sunt*
 „ *species; aut enim ex publica causa fiunt, aut*
 „ *ex privata, &c. l. 5, ff. de pact. Privata,*
 „ *aut legitima, aut juris gentium.*

Publicam exposuit, non, ut quidam putant, definitione] „ *Quasi sponsio tantum,*
 „ *quæ de pace fit, hic intelligatur.*

Sed exemplis additis] „ *Quam sententiam*
 „ *etiam probat Gothofredus ad l. 5, ff. pact.*
 „ *lit. g; ubi citat Harmenopulum, 1, 9,*
 „ *§. 4, qui publicam conventionem definit,*
 „ *quæ per Principes fit, aut belli duces, ve-*
 „ *luti ad pacem, aut aliquid tale.*

„ *At verior est sententia, Jctum tantum*
 „ *exponere pacta privatorum, quæ vel fieri*
 „ *possunt (a privatis scilicet) ex causa publi-*
 „ *ca, aut ex privata. Unde tria sequuntur:*
 „ *1. Has conventiones de causa publica non*

„ *esse publicas, nisi ratione causæ; ratione*
 „ *paciscentis enim sunt pacta privata, a duce*
 „ *belli, qui privatus est, inita: 2. Jctum*
 „ *non exemplis, sed definitione conventio-*
 „ *nes, quæ ex causa publica fiunt, exposui-*
 „ *se; nam alius casus, ubi privatus de cau-*
 „ *sa publica pacisci potest, præter sponsio-*
 „ *nem non datur: 3. Harmenopulum male*
 „ *ad has conventionum species referre eam,*
 „ *quæ per principem fit ad pacem &c. Hæ*
 „ *enim conventiones non a privato fiunt,*
 „ *sed a summa potestate de causa publica;*
 „ *adeoque sunt vere publicæ. Rectius res in*
 „ *II. Eccl. 1, 5, explicatur: Quoties scil.*
 „ *belli duces de pace paciuntur. Goth. d. l.*
 „ *Quæ fit per pacem, quod primum exemplum*
 „ *est*] „ *Male verba legis hic separantur, ac*
 „ *duo diversa exempla statuuntur. Diximus,*
 „ *non dari conventiones, quæ a privatis de*
 „ *causa publica fieri possunt, præter eas,*
 „ *quæ a duce belli de pace fiunt, & quæ*
 „ *sponsiones dicuntur. Has enim solas licitas*
 „ *esse de republica, infra videbimus. Pacta,*
 „ *quæ princeps de pace init, huc non per-*
 „ *tinent, cum Jctus saltem de pactis priva-*
 „ *torum agat.*

Quoties duces belli quadam inter se paci-
 „ *cuntur; quod secundum*] „ *Verba hæc cum*
 „ *præcedentibus conjungi debere, ex ipsa*
 „ *inspectione legis apparet. Publica conven-*
 „ *tio, ait Jctus, quæ fit per pacem, quo-*
 „ *ties duces belli quadam inter se (de pace*
 „ *scil.) paciuntur. Atque hinc in II. Eccl.*
 „ *1, 5, diserte definitur publica conven-*
 „ *tio, quæ fit per pacem, quoties duces belli*
 „ *de pace paciuntur, apud Goth. d. l.*
 „ *Adeoque admitti non potest assertum Au-*
 „ *ctoris, Jctum exempli tantum causa ex-*
 „ *posuisse publicas conventiones, & eas*
 „ *non*

non tantum per pacem, sed etiam quoties
 duces belli inter se quadam paciscuntur,
 contrahi.
 Qua nisi jure imperii majoris] Adeoque
 ab ipsa summa potestate. At diximus, Ul-
 pianum loqui de pactis privatorum, eo-
 rumque divisione: adeoque de pactis du-
 cum belli, non de pactis summorum po-
 testatum.
 Minoris] De his solis Ulpianum loqui,
 diximus.
 A contractibus privatorum] Utpote
 qui qua tales nunquam de republica pacisci
 possunt.
 A contractibus circa negotia privata]
 Cum enim rex hic ut privatus contrahat,
 & jure privatorum utatur, non differt a
 contractibus privatorum.
 Quanquam ex privatis quoque istis causa
 belli nasci solet] Casus, quibus id contin-
 gere potest, recensuimus in Diff. Proem.
 VIII, §. 166.
 Frequentius tamen ex publicis] I. e.
 quæ inter summas potestates contrahuntur;
 de quibus autem Ulpianus plane non lo-
 quitur.
 Qua ad excellentiorem hanc speciem &c.]
 Scil. de fœderibus, ac sponsonibus.

A D §. II.

PUBLICAS has conventiones] Auctor
 intelligit non tantum illas, de quibus Ul-
 pianus loquitur, & quæ a privato de re-
 publica fiunt: sed & inter eas, quæ inter
 summas potestates intercedunt.
 Συμβάσεις] I. e. compositiones: ἀσπίδων
 μ, compono. Vid. infra §. 6, n. 1.
 Fœdera] De quibus §. 3, usque ad
 §. 16.
 Sponsones] De quibus §. 16, & 17.
 Pactiones alias] De quavis re publica.
 Vid. §. 17, n. 4. & l. 3, c. 22. Diffe-
 rentiam harum specierum vide apud M.
 Varronem L. 2, de Pop. Rom.

A D §. III.

LIVIVS Libro IX.] Cap. V. ubi qua-
 tuor differentias ponit: 1. quod fœdera con-
 trahantur a summa potestate, sponsones a
 duce belli: 2. quod illa fieri soleant per feciales,
 non hæ: 3. quod in illis duo tantum fe-

ciales intervenire debeant, in sponsonibus plu-
 res personæ spondentes: 4. quod in fœdere
 obsides dari non soleant, secus, ac in spon-
 sione.

Præcipuam differentiam omittit: quod,
 nimirum, ex fœdere obligetur populus, non
 vero ex sponsonibus; utpote per quam dux
 belli saltem promittit, se effecturum ut po-
 pulus consentiat. Atque de hac sponsonibus
 infra, §. 16, latius agetur.

Quæ sunt jussu summe potestatis] Dictum
 est, fœdus esse pactum de re publica inter
 eos initum, qui de ea statuere possunt.
 Ipse populus ira divina obstringitur] Quia
 ejus jure, ac nomine, fœdus contrahitur.
 Peragi apud Romanos per Feciales solebant]
 Feciales, quod fidei publica inter populos
 præerant; nam per hos fiebat ut justum con-
 ciperetur bellum, & ut fœdere fides pacis
 constitueretur. Ex his mittebant, ante-
 quam conciperetur, qui res repeterent:
 & per hos etiam nunc fit fœdus, quod fi-
 dus scribit Ennius dictum. Varro l. 4. de
 ling. lat. (pag. 21. Ed. H. Steph. 1573.
 p.) Jus feciale ab Æquiculis mutuatum,
 scribit Valerius l. 10; ejusque auctorem
 fuisse Servatorium Relium Æquicolarum
 ejus, ait. Alii ab Ardeatibus originem ejus
 ducunt, Onuphr. Panv. de Civ. Rom.
 C. 32. Apud Romanos primus Numa fe-
 ciales instituit, cum ageretur de bello in-
 dicendo Fidenatibus, d. c. 32.

Feciales collegium constituebant, & of-
 ficiis eorum partem religionis publicæ
 occupabat. Onuphr. d. l. Olim a collegio
 eligebantur, post legem Domitiam vero in
 comitiis creati sunt. *ibid.*

Fecialium munera recenset Dionysius
 l. 1, apud Grævium *Antiq. Rom. part. 1,*
 pag. 235, D.

Addito patre patrato] Cujus munus erat
 quum pax, aut fœdus faciendum esset,
 verba facere: ejus exemplum est apud
 Livium l. 1, c. 24.

Et quia verbenam (Germ. *Eisenkrant*)
 ferebat, quia feciales, & patres patrati
 fœdera facturi, aut bella indicturi corona-
 bantur, verbenarius is pater patratus di-
 ctus est. *Plin. Hist. l. 22.* Verbenam autem
 ex loco sacro in Capitolio sumebatur Ori-
 ginem nominis variam afferunt auctores,
Vid. Plut. quæst. Rom. 61. Vera ratio vi-
 detur, quod patratum sit idem, quod per-
 factum, & absolutum: inde patrati di-
 cuntur, quod aliis perfectiores putarentur.

„ *Plut. d. l.* Inter requisita Patris Patrati fuit,
 „ ut vivo patre habeat liberos, *ibid.* His
 „ patribus patratis educatio liberorum nobi-
 „ lium committebatur, *ibid.*

„ *Sponso est, ubi hi, qui a potestate summa*
 „ *mandatum ejus rei non habent*] „ Adeoque
 „ hæc conventio non est publica ratione
 „ sponforis, sed ratione rei, de qua con-
 „ trahitur.

„ *Quod illam proprie tangit*] „ Adeoque ubi
 „ non de jure privato, sed de jure publico bel-
 „ li dux disponit.

„ *Suo, atque populi injussu nullum potuisse sæ-*
 „ *dus fieri*] „ Quia pacificens disponderet de jure
 „ alieno. Ita Consules profecti ad Pontium
 „ in colloquium, cum de foedere victor age-
 „ ret, *negarunt injussu populi sædus fieri pos-*
 „ *se: nec sine specialibus, ceremoniarumque alia*
 „ *solenni.* Liv. L. 9, c. 5.

„ *At postea Carthaginem misit, ad sædus ex*
 „ *societate faciendum*] „ Simile exemplum est
 „ in Sempronio, qui cum Philippo, & aliis
 „ Græciæ populis pacem iniit, at duorum
 „ mensium inducias pactus est, missurus le-
 „ gatos Romam, *ut populus in hac conditio-*
 „ *nes pacem juberet.* Liv. l. 29, c. 12.

„ *Ad antiquos eos pertinet*] „ Id est, ad eos
 „ imperatores, qui sub libera republica bella
 „ gesserunt. At verum id non esse, ex exemplis
 „ paullo ante allegatis constat, ubi duces
 „ belli perpetuo allegaverunt, *se injussu po-*
 „ *puli Romani pacem facere non posse.* Seneca
 „ autem pater aliam quæstionem proponit:
 „ quando populi Romani *majestas lesa*
 „ *videatur?* & casum ponit, ubi legatus
 „ foedus percutit indignum, & ultra fines
 „ mandati; hoc casu enim aliquid detrahi,
 „ ait, magnitudini populi Romani, quia
 „ legati audiuntur, tanquam populus Ro-
 „ manus ea mandata dederit, & quia foedera
 „ populus percussisse videtur: populum
 „ autem ex falso mandato audiri, & eum
 „ contineri indigno (ita enim legendum pro
 „ inito: Vid. Schulting, in not. ad d. contr.
 „ 25.) foedere.

„ Loquitur igitur Seneca de Legatis, qui
 „ mandatum generale de pace condenda ha-
 „ buerunt, sed fines specialis mandati ex-
 „ cefferunt: tunc enim populum obligatur
 „ ex mandato generali, *vid. l. 2, c. 11, §. 12;*
 „ quia populus fidem legato haberi voluit.
 „ At legatus ideo, quod majestatem populi
 „ Romani læsit, indignum foedus contra-
 „ hendø, puniri potest.

„ *In regnis, regnum est sædus facere*] „ Nam

„ populus omne jus suum in regem transfudit.
 „ Adeoque conventiones regis populum obli-
 „ gant, modo non notorie excedat termi-
 „ nos legitimæ administrationis, forte alie-
 „ nando regnum, ejusque partem.

„ *Magistratus populum non obligat*] „ Quia
 „ Senatus jure officii agebat, majestas autem
 „ penes populum erat. Hinc apud Livium
 „ l. 26, c. 31, uotanter dicitur, *Per Sena-*
 „ *tum agi de Campanis, qui cives Romani*
 „ *sunt, injussu populi non video posse: idque*
 „ *est apud majores nostros in Sutrinis factum*
 „ *est, &c.* Vid. Term. b.

„ *Ita nec minor pars populi*] „ Nam minor
 „ pars populi non est populus; sed majorem
 „ demum partem habere rationem integri,
 „ alibi diximus.

„ *Quod pro Romanis est adversus Gallos Se-*
 „ *nonas*] „ Camillus ab exilio revocatus, &
 „ Dictator creatus, noluit pactum inter Sul-
 „ pitium Tribunum militum, & Brennum
 „ Gallorum regulum ininitum ratihabere, *ne-*
 „ *gans eam pacificationem ratam esse, quæ post-*
 „ *quam ipse Dictator creatus esset, injussu*
 „ *suo ab inferioris juris magistratu (i. e. a*
 „ *tribuno militum) facta esset.* Liv. L. 5, c. 49.

„ *Nam major pars populi erat apud dictato-*
 „ *rem Camillum*] „ Hæc ratio non allegatur a
 „ Camillo; sed quod inferior magistratus,
 „ Tribunus. nimirum, militum, foedus
 „ inscio Dictatore, ad quem summa impe-
 „ rii pertinebat, inire non potuerit, *d. l.*
 „ 5, c. 49.

„ *Ut apud Gellium est*] „ L. 13, c. 15. Non
 „ possunt eodem tempore diversis magistrati-
 „ bus haberi comitia.

„ *Qui jus populi non habent*] „ Uti bello-
 „ rum duces.

„ *De eo, quod populi est, sponderunt*]
 „ Uti si duces belli pacem faciunt. L. 5,
 „ §. 1, ff. de pact.

„ *Fidem liberasse si operam omnem dedissent;*
 „ *ut id, quod sponderunt, fieret*] Auctor
 „ quæstionem hic proponit: an dux belli,
 „ qui pacem fecit injussu populi, ac sponpon-
 „ dit, *populum eam ratihabiturum, liberetur*
 „ adhibendo operam; an vero restitui omnia
 „ in pristinum statum debeant? Videtur prius
 „ affirmandum, quia is, qui factum tertii pro-
 „ mittit, liberatur præstando diligentiam. Sed
 „ recte Auctor ait, negotii hujus naturam
 „ obligationem multo strictiorem desiderare.
 „ Præcisè enim promittit, populum consensu-
 „ rum; & sub ea lege sponfor dimittitur, qua
 „ cessante redire tenetur.

Merito

Merito autem tum quæritur, an sufficiat, solos sponsores redire; an vero tota causa in integrum sit restituenda? posterius tribuni plebis opinabantur in sponione Caudina, apud *Liv. l. 9, c. 8*; prius Senatus sensuit: quod adeo indignum visum fuit Pontio Samnitum duci, ut dixerit: *hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre? & vix pueris dignas ambages senes, & consulares fallendæ fidei exquirere?* *d. l. 9. c. 11.* Ipse Livius dubitat, an publica fides hac deditio-
ne liberata fuerit; ita enim ait: *Et quidem*
NB. FORSITAN ET PUBLICA, sua certe fide liberata ab Caudio in castra Romana inviolati redierunt.

Additio.

„ Pufendorfus ex æquo, & bono, legio-
„ nes intra saltum restituendas fuisse, cum
„ Pontio putat, *de Jur. nat. l. 8. c. 9.* At
„ cum Samnites tantum fecuti sint fidem
„ sponforum, Legiones autem nihil pactæ
„ sed dimissæ sint, verius est, fidem quo-
„ que publicam liberatam fuisse deditio-
„ ne sponforum. Sane, Romanus populus in-
„ juriam non fecit retinendo legiones; is
„ enim nihil promissit: legiones ex voluntate
„ Samnitum reddita, adeoque liberæ fuerunt,
„ neque cum iis aliquid actum est. Igitur con-
„ tra sponsores solos actio fuit Samnitum, ut
„ præstarent id, quod interest. De quo *infra*
„ §. 16. seq. agemus.

„ *Obligationem multo strictiorem desiderat*]
„ Vera ratio, quod sponsores non liberen-
„ tur, diligentiam, & operam præstando,
„ non in eo consistit, quod huic negotio
„ contractus insit, atque ideo negotii hujus
„ natura strictiorem desideret obligationem:
„ sed in eo, quod sponfor præcisè promittat
„ se effecturum, ut populus sponsonem ra-
„ tihabeat. Hic ergo non factum alienum,
„ sed suum promittit. Adeoque sponfor obli-
„ gatur ut se sistat, aut dedi debet illis,
„ quibus spondit. *Gron. b.*

„ *Nam qui contrahendo aliquid de suo dat,*
„ *is vicissim præstari aliquid vult*] „ Hæc ratio
„ universaliter vera non est, nec huc qua-
„ drat. Verum enim non est, eum, qui
„ de suo dat, vicissim aliquid dari velle;
„ quia quis 100. sibi stipulari ab alio potest,
„ et si nihil ei vicissim detur: idque in om-
„ nibus contractibus unilateralibus obtinet.
„ Præterea sponfor se sistere, vel dedi debet
„ ei, cui spondit, non ideo quia is, qui
„ dat, vicissim aliquid sibi dari vult, sed
„ quia sub conditione dimissus est, qua de-

„ ficiente res redit in pristinum statum, i. e.
„ sponfor redire in vincula debet.

„ *Quod facti alieni promissiones repudiat*]
„ Nemo enim de re, & facto alieno dispo-
„ nere potest, *l. 83. V. O. l. 65. ff. fidej.*
„ §. 3. *de init. stip.* & talis dispositio est ipso
„ jure nulla *d. l. 83*: adeo ut promittens
„ nec ad curam, & diligentiam obligetur,
„ *dd. ll. nisi facto indefinito proprium conti-*
„ *neatur, l. 81. pr. l. 83. V. O.* quo per-
„ tinet casus in *l. 14. §. 2. Const. pec.* item
„ si promittit, rem ratam haberi. *Vid.*
„ *not. seq.*

„ *Promissio tamen ratam rem haberi ad id,*
„ *quod interest, obstringit*] „ Si quis factum
„ tertii promittit, simulque cavet, tertium
„ id ratihabaturum, promissor non ideo te-
„ netur ad id, quod interest, quasi is,
„ qui dat, vel promittit, vicissim sibi ali-
„ quid dari velit (tale enim quid sub pacto
„ non continetur, nec promissor sibi vicis-
„ sim aliquid dari vult), sed quia promit-
„ sor suum factum promissit, adeoque vel
„ efficere debet ut tertius factum promissum
„ præstet, vel ipse tantundem præstare te-
„ netur, quod naturali ratione idem est.

AD §. I V.

„ *MAGIS ex usu suo, quam ex præscri-*
„ *pto*] Immo Menippus optime ita divisit. Nam
omne foedus contrahitur vel cum hoste, vel
cum eo, qui hostis non est. Priori casu, vel
cum hoste victo contrahitur, vel cum eo,
qui pari fortuna adhuc pugnat. Posteriori ca-
su amicitia, & sociale foedus mutuo consen-
su ex variis causis iniri solet.

„ Nam per foedus in genere vel jus constitui-
„ tur, vel cautio, vel utrumque: jus autem
„ vel amicitia est, vel aliud quodcumque. De
„ foedere amicitia, & quis ejus sit effectus,
„ agemus *infra l. 3. c. 20. §. 40.*

Additio.

„ Antiochus expetebat amicitiam Romano-
„ rum. Hi legem jungebant ut ab Asia civita-
„ tibus abstineret. Mirabantur legati Antio-
„ chi, quod Romani Antiocho legem dicere
„ audeant, quas Asia urbium liberas esse
„ velint; & tum addunt, *tria esse foederum*
„ *genera &c. Antiochum hostem non esse,*
„ *sed cum eo in tertio sensu foedera contrahi,*
„ *ubi partes nec leges dant, nec accipiunt.*
„ Cæterum, certum est, sub his tribus
„ foederum speciebus omnia foedera compre-
„ hendi.

„ *Cum bello victis dicerentur leges*] „ Quid

in victos per ultimam victoriam liceat, videbimus infra l. 3. c. 8.

Quid victum habere, quo multari eum vellet] Per ultimam victoriam nil nisi jus imperii acquiritur; victi enim desinunt esse hostes: adeoque victori non jus eos lædendi competit, sed jus tuendi novos subditos.

Additio.

„ Demonstrabimus d. l. 3. c. 8, victorem in victos animadvertere, eosque ob sanguinem injuria (id enim ex judicio nostræ civitatis ita tenemus) effusum, aut ob res injuria ablatas, vastatasque, interficere, vel in servitutem redigere posse.

Cum paces bello aquo fœdere in pacem, atque amicitiam venient] „ Adeoque ubi mutuo consensu bellum, quod pari fortuna geritur, per pacem finitur.

Ex formula juris antiqui] „ De quo genere fœderum agemus infra L. 3. c. 20. §. 11. n. 2.

Aut ex partis utriusque commodo] „ v. g. Si convenit, ut res maneant in statu, quo nunc sunt; id enim in dubio conventum credi debere, ait d. c. 20. §. 12.

Sociali fœdere] „ Ubi neuter ab altero aliquid petit; adeoque ubi de amicitia saltem contrahenda agitur. *Vid. §. seq.*

A D §. V.

At nobis accuratius instituenda est partitio] „ Diximus, veram esse divisionem Menippi: ea autem, quæ Grotius hic differit, ad objectam fœderum illorum pertinent.

Idem constituere, quod juris est naturalis] „ Adeoque quod speciali pacto caveri neesse non est.

Alia aliquid ei adjicere] „ Scilicet, vel onus adjiciendo, vel cavendo, vel jus transferendo.

Non tantum fieri solent inter hostes, qui a bello discedunt] „ Nam hujusmodi fœderibus cavetur de se invicem in futurum non lædendo, quod est juris naturalis.

Inter eos, qui ante nihil contraxissent] „ Fœdera vel sunt obligandæ, vel confirmandæ amicitie causa. Posteriori casu fœdera sunt instar cautionis, quibus non contrahitur amicitia (utpote quæ naturali jure inter omnes homines est), sed contracta confirmatur. Ut proinde appareat, fœdus quoque amicitie inter eos fieri posse, inter quos nulla inimicitia intercedit.

Id inde ortum] Male Auctor ait, fœdera amicitie inter eos, qui nunquam hostes fuere, ideo contrahi solita fuisse, quia inter gentes memoria cognationis quasi extincta, atque hinc necessarium fuerit, memoriam illam fœdere inito revocare; quem statum Scythifimum vocat. Cum enim talis status nunquam extiterit, potius statuimus, fœdera amicitie etiam cum amicis contrahi posse, quia omne, quod jure naturæ debitum est, pacto, vel fœdere firmari potest, maxime si aliquid accedat natura non comprehensum, ut ratione hospitii, præstationis in commerciis &c.

Additio.

„ Nostram sententiam de fœdere amicitie exponemus infra l. 3. c. 9. §. 1.

Cognationem inter homines quandam esse a natura] „ Quam regulam proponit Florentinus in L. 3. ff. *Jus. Et jur.* Rationem hujus regulæ examinavimus in *proleg. §. 14.*

Ac proinde nefas esse alterum ab altero lædi] „ Alibi demonstravimus, nefas id mansuram, etiam nulla cognatio inter homines statuitur. *Vid. Dissert. proem. I.*

Ut olim ante diluvium, ita rursus, &c.] „ Fabulam hanc refutavimus supra c. 2. §. 2. n. 2. §. 3. l. 1. c. 2. §. 5. n. 3. 4. 5. *Conf. l. 3. c. 9. §. 18.*

Ita non introcinari, Et prædas agere in exvernos, nullo bello indulto, pro licito habentur] Immo nunquam talis status generis humani fuit, nedum inter Græcos, & Romanos usitatus; sed Barbaræ quædam, at paucissimæ gentes & olim fuerunt, & hodie existunt, quæ omnes alias gentes hostium loco habent, indeque prædam in omnes promiscue exercent: uti Phœnices apud *Justin. l. 43. c. 3*; Teuta regina ferocissima apud *Polyb. l. 2. c. 8. Et c.*

Additio.

„ De Germanis quoque id testatur *Cæs. de B. G. l. 6. c. 23*; de Tartaris *Herberst. in Comment. rer. mosc.* Quosdam Chaldaeos rapto vixisse, tradit *Xenophon de Inst. Cyr. l. 3. p. m. 80.* de Isauris idem testatur *Marcell. 14. 1*; de Pictis *Buchananus de reb. Scot. pass.* de Pisiæ incolis *Chalcondylas l. 5*; de Slavis *Helmoildus chron. Slav. l. 1. c. 2*; de antiquis Græcis idem tradit *Thucydides L. 1. pr.* & suo tempore in continente tales piratas adhuc existisse, ait *ibid.* Exempla ejusmodi gentium hodieque existant in republica Algeriensi, & Tunetana. *Conf. l. 3. c. 3. §. 2. n. 3.*

2) *Add. Liv. 1. 4. l. 5. c. 28. l. 10. c. 2.*

„ *Curt.*

„ Curt. §. 2. Appian. bel. Hisp. n. 293. Just.
 „ 43. 3. Sallust. H. 2. Tbuam. l. 10. p. 204.
 „ Pufend. J. N. 2. c. 2. §. 10. Alex. ab
 „ Alex. 4. c. 13. Bodin. de rep. n. 328.
 „ Tefm. in not. b.
 „ Mirum videri poterit, cur Algeriensibus,
 „ & Tunetanis latrocinia ejusmodi exercere
 „ a Christianis regibus, eisque potentissimis,
 „ permittatur: adeo ut foluto tributo redi-
 „ mere injurias has soleant. Equidem nihil
 „ facilius est consilio de iis extirpandis: sed
 „ cum maria infestare, eoque gentes ne
 „ promiscue navigent, commerciaque exer-
 „ ceant, impedire soleant, vicinæ respubli-
 „ cæ magis sibi utile duxerunt, conservare
 „ hos prædones.

Ἐπιφανίου vocat Epiphanius] Originem cepit hoc nomen ex loco Pauli ad Colof. 3. v. 11, & Rom. 1. c. 14. ubi Apostolus ait, in Christo neque esse Barbarum, neque Judæum, neque Græcum, neque Scytham. Hinc Epiphanius, in libro de Hæreticis, hominum de Deo hæreses in quatuor divisit classes: Barbarismum, ubi status naturæ obtinet, absque omni ritu, & solemnitate; Græcismum, ubi status ille barbarus cultior factus est, adjectis ritibus, & solemnibus; Judæismum, quia diversum ab omnibus reliquis gentibus ritus, & verum cultum soli habuerunt; Scythismum, ita vocatum, non a Scytharum gente, de qua Curtius loquitur, (hæc enim, quam maxime justitiam colebat) sed de quibusdam Scythiæ incolis, qui nullam legem, nec naturæ sequebantur: qui proinde status non fuit communis hominum, sed in paucis quibusdam hominibus ferarum instar viventibus consistebat. Hinc Apostolus quoque Stolidos hos vocat, omnes vero reliquos sapientes, quia hi cultus divini gnari erant, quem illi ignorabant. Add. Galat. 3. v. 28.

2 An prædones estis? amica interrogatio]
 „ Ex qua nullam offensam capiebant inter-
 „ rogati: ita enim Nestor hospitem Telega-
 „ chum alloquitur:

O Hospites quinam estis? Unde navigatis? humidas vias?
 An ob aliquod negotium, aut tenere erratis
 Tanquam prædones per mare, &c. Odyss. III.
 v. 71.

Et in Solonis lege veteri] Quæ exstat in
 l. fin. ff. de Colleg. Auctor hæc intelligit de
 collegio latronum; sed in Florentina non ex-
 stat vox ἐρχομένων, sed ἐρχόμενοι, i. e. simul

habitantes. Sane, materiæ, de qua in d.
 l. f. agitur, natura satis indigitat, Florentinam lectionem sequendam esse; agitur enim de collegiis.

Latrocinium maris gloria habebatur] „ Sed
 „ de quibus gentibus loquitur? de populis
 „ Italiæ maritimis, sine lege, & sine cultu
 „ viventibus. Just. l. 43. c. 3.

Et illud in Romano jure] De sensu hujus
 juris Romani (quod traditur in l. 5. §. 1.
 Capt. & postl.) agitur infra l. 2. c. 9.
 §. 18. Casus ibi refertur, ubi pace facta
 non transfigitur de damnis medio tempore da-
 tis. Hoc casu si res nobis ablata, pace con-
 clusa ad nos redeat, postliminio locus esse
 dicitur, nisi amnestiæ clausula addita paci,
 eoque de damnis, & injuriis durante bello
 illatis transactum sit. Atque hæc amnestia di-
 citur fœdus amicitia. Vid. Diss. de amnest.
 S. 2. §. 1. 2. 7. 8. 18. & 28.

Additio.

„ Jure Romano hostes dicuntur, quibus
 „ bellum publice populus Romanus decrevit.
 „ L. 24. ff. capt. & postl. Atque ideo r.
 „ cum latronibus non est bellum, eoque nec
 „ postliminium. *ibid.* Ideo quoque 2. cum
 „ illis gentibus, quæ latrocinia promiscue
 „ exercent, bellum proprie non est,
 „ sed pax. At quia illi captos ex nostris fer-
 „ vos faciunt, & res nostras rapiunt, jure
 „ talionis idem jus subditis Romanis permis-
 „ sum, l. 5. §. 1. & 2. postl. revers. & re-
 „ versis postliminium datum est. *ibid.* Conf.
 „ *infr.* L. 3. c. 9. §. 18. Cum his igitur po-
 „ pulis injuriæ non cessant, nisi per fœdus
 „ amicitia; atque de hoc casu loquitur. d.
 „ l. 5.

Hi hostes quidem non sunt] „ Hostes enim
 „ Jctis Romanis dicuntur, qui nobis, aut
 „ quibus nos publice bellum decernimus.
 „ L. 24. ff. capt. & postl. Vid. l. 3. c. 3. §. 1.
 „ & l. 2. c. 17. §. 19. Illæ igitur gentes,
 „ quæ promiscue prædas agunt, nullo indicto
 „ bello, hostes non sunt.

Illorum fiat] „ Vi enim occupant, & ani-
 „ mo sibi habendi, nec superior est, qui
 „ eos cogere ad restituendum possit.

Servus fiat] „ Nam a gente, quæ supe-
 „ rior non habet, libertate privatus est.
 „ Si quis inde ad Romanos &c.] „ Qui jure
 „ talionis servus fit.

Et hoc quoque casu postliminium datur]
 „ d. l. 5. §. 2. Vid. d. l. 3. c. 9. §. 18.

Sic Corcyrenses] „ Apud Thucydidem l. 1.
 „ p. m. 15. De his legati Corinthiorum ajunt,
 „ , deca.

„ decorum, quod præterdunt, noluisse se
 „ cupiam esse confederatos, non eo spectabat
 „ ne aliena iniustitia socii forent, sed ut sine
 „ arbitris injuriam facerent, utque ubi præ-
 „ valerent, aliis vim adferrent, & cum
 „ lutuissent, plus emolumenti adipiscerentur,
 „ & quod adepti essent, ejus erepti pudere
 „ eos non posset d. l. p. m. 17. (pag. 27.
 „ Edit. H. Steph. 1588 D.)

„ Nobis neque bello, neque pace cognitus]
 „ At inde non sequitur fuisse inimicum, vel
 „ eum latrocinia promiscue exercuisse; nam
 „ natura ipsa homines inter se amicos fecit.
 „ In barbaros prædam exercere] „ I. e. in
 „ tales, qui promiscue prædas agunt, adeo-
 „ que humano generi bellum movent. Cum
 „ his jure naturæ omnia jura belli obtinent,
 „ licet indictum non sit; idque jure neces-
 „ sariæ defensionis, vel jure talionis

„ Ipsa vox hostis veteri Latine nil nisi exter-
 „ num] „ Varro IV. de lingua lat. Multa ver-
 „ ba aliud nunc ostendunt, aliud ante si-
 „ gnificabant: ut hostis; nam tum eo verbo
 „ dicebant peregrinum, qui suis legibus ute-
 „ retur; nunc dicunt eum, quem tum di-
 „ cebant perduellem. Hinc terram exteram
 „ Vellejus Paterculus vocat hostilem, L. 2.
 „ c. 101. Vid. supr. l. 2. c. 6. §. 14. n. 2.

3 „ Sub hoc genere] „ Quo idem constituitur,
 „ quod juris est naturalis, at quod oblitera-
 „ tum, introducta prædandi licentia, quasi
 „ renovatur per fœdus amicitiae

„ Ut utrinque jus hospitii, ut jus commercii
 „ sit] „ Utrumque est juris naturalis. Cur au-
 „ tem fœdere demum hæc exprimuntur?
 „ Resp. cautionis ergo, vel quia ratione
 „ onerum præstandorum quædam adjiciuntur.

„ Utitur hoc discrimine] „ Quo distinguiun-
 „ tur ea, quæ sub jure naturæ veniunt, ab
 „ iis, quæ præterea fœderibus adjiciuntur.

„ Non de societate] „ Scilicet, bellica; nam
 „ Callicrates oratione sua persuadere Achæis
 „ voluit, viam regie societatis queri, qua
 „ Romanorum fœdus violaretur d. l. 41. c. 23.
 „ Sed de commercio præbendi, repetendique
 „ juris] „ Ne interdicendo Macedones finibus
 „ suis, se quoque finibus Macedonum ar-
 „ cerent d. l. 41. c. 24.

„ Ne servis Macedonum apud se perfugium
 „ esset] „ Nam id quoque juris naturalis est.
 „ Vid. Dissert. proam XII. §. 746.

„ Hoc genus totum conventionum] „ Quo
 „ constituitur tantum id, quod juris natura-
 „ lis est.

„ Εἰρήνη] „ Ab εἰρήνῃ pax, παρὰ τὸ εἰς ἐν εἰρεῖν

„ a connectendo; quia pax disjuncta in
 „ unum necit, vel ab εἰρεῖν congruere. Hinc
 „ εἰρημὸς pacificus, εἰρημῆν in pace vivo.
 „ Opponunt εἰρημῆν] „ I. e. Libationibus,
 „ a εἰρημῆν libo. Nam εἰρημῆν peculiariter di-
 „ cuntur libationes, quæ in sancendis fœ-
 „ deribus adhibentur, & sæpe etiam ipsa
 „ fœdera.

A D §. VI.

AUCTOR fœdera, quæ juri naturæ
 aliquid adjiciunt, facit æqualia, vel inæ-
 qualia. Æquale fœdus esse, ait, in quo
 utriusque par est conditio (v. g. si utrinque
 pacificentes prohibentur arces in confinio ex-
 struere, ut inter Theodosium, & Varanem
 Persam. Proc. l. 1. de bell. Pers.) Reliqua om-
 nia sunt inæqualia. Inæqualitas autem est vel
 ratione honoris, & dignitatis, vel ratione
 præstationis, vel ratione potestatis.

Ratione honoris, & dignitatis inæquale
 est fœdus, si v. g. quis promittit se alterius
 majestatem comiter (i. e. cum veneratione)
 conservaturum, vel, quod idem est, adju-
 turum ut ea salva sit: quemadmodum in fœ-
 dere Ætolorum cum Romanis, apud Liv. l.
 38. c. 11, & in fœdere Gaditanorum,
 apud Cic. pro Balbo c. 35, cautum erat.
 Conf. l. 7. §. 1. de capt. & postl. Atque hujus-
 modi fœdere non minui summam potestatem,
 late probavimus supra l. 1. c. 3. §. 21. Ad hæc
 fœdera inæqualia quoque pertinet pactum,
 ut alter vela submittat, quæ causi belli sæpius
 fuit inter Anglos, & Belgas.

Ratione præstationis inæqualitas est, si al-
 ter alteri tributum solvere tenetur; quo per-
 tinent regna tributaria, vel si auxilium ferre
 alteri promissit. Notandum autem est, talem
 censum non imminuere summam potestatem,
 uti vidimus l. 1. c. 3. §. 22; quia hunc cen-
 sum Gentes non præstant ut subditi, nec
 tanquam superiori, sed ex pacto. Hinc cum
 Romani indignarentur, quod Cosroes cen-
 sum sibi stipularetur, subjectionis speciem,
 ipse negabat inferri inde subjectionem, ad-
 dens, se ut socium pro iis tutos servaturum
 fines. Procop. l. 2. bell. pers. f. 283.

Ratione potestatis inæqualitas tollit sum-
 mam potestatem, si per illud fœdus alter fit
 superior, & unius potestas alterius potesta-
 ti, & imperio subjicitur: uti factum esse
 Herode Magno defuncto, constat; ex eo
 enim tempore sceptrum a Juda ablatum esse,
 proba-

- probavimus supra l. 1. c. 4. §. 7. n. 5.
 Exempla ejusmodi foederum, quæ subjectionem inferunt, attulit Auctor L. 1. c. 3. §. 17. 18. 20. 21. n. 4. §. 23. Sed ibi simul demonstravimus, distinguendum esse inter summam potestatem *absolutam*, & *secundum quid*. Potest enim civitas subjecta esse alii civitati ratione certorum jurium, & summa tamen gaudere potestate ratione suorum subditorum. Ita enim regna Siciliae, & Neapolis, subfuerunt olim regno Germaniae, etsi ratione sui territorii summum imperium haberent. Quod latius exposuimus dicto Lib. 1. c. 3. §. 11.
- 1 *Quæ juri natura aliquid adjiciunt*] „ Hactenus enim egit Auctor de foederibus, quibus promittitur id, quod juris naturalis est.
Aequales sunt] „ Aequales sunt, ubi utriusque par est conditio. Hinc Justinus ait, foedus cum Massiliensibus *aquo jure percussum esse*. L. 43. c. 5. Συμβασις] „ Vid. supra §. 2. pr. Σπονδαί] „ I. e. libationes, seu foedera, quæ cum libatione fiunt.
Quatenus minus dignos] „ De quibus §. seq.
 Προσάματα] „ I. e. mandata, a προσάσω, mando onus. Gron. b. Συμβασις ἐκ τῶν ἐπιτάξεων] „ Conventio ex præcepto, seu imperio, ab ἐπιτάσσω, impero.
Quas] „ Scilicet conventiones, quæ potestatem minuunt.
Quia ad servitutem accedant proxime] „ Scilicet, ad servitutem publicam, quæ in eo consistit, quod non suis, sed alienis legibus vivere teneantur.
- 2 *Utriusque modi foedera*] „ Et æqualia, & inæqualia.
Aut pacis, aut societatis alicujus causa sunt] „ In genere dicendum, foedera de omni jure publico, sive belli, sive pacis, intra fines legitimæ administrationis contrahi posse; eodem modo uti pacta privata de omni jure nostro privato iniri possunt.
Quæ de restituendis captivis] „ Scilicet utrinque.
Et ad securitatem] „ v. g. ne in confinio exstruantur fortalitia.
Aut ad commercia pertinent] „ Quo pertinent societates negotiatorum. Vid. h. Tom. III.
- „ 2. c. 12. §. 24. Talia foedera favorabilia esse, Auctor dicit l. 2. c. 16. §. 16. n. 3. *Aut ad belli communitatem*] „ De belli sociis vide l. 1. c. 5. §. 2. & l. 3. c. 9. §. 2. l. 2. c. 25. §. 4. Conf. Diss. proam. XII. §. 773. seq.
Aut ad res alias] „ Publicas, non privatas.
Varia esse possunt] „ Regula generalis est: partes prout de jure suo publico disponunt, ita jus est.
Quod in vetere erat foedere Romanorum, & Carthaginensium] „ Apud Polyb. 3. c. 5. Tale quoque erat foedus Romanorum, & Massiliensium, apud Justin. 43. 5.
Aut ne majus] „ Vel ut minus, quam alii. Exemplum est apud Cambd. 3. p. 366.
Quod ad vectigalia, promisit Muscovia Princeps, se altera parte minora a societate Anglica, quam a cæteris exacturum, quando quidem primi viam per mare aperuerint.
Sic & in bellica societate] „ Hæc omnia dependent a dispositione contrahentium.
Paria equitum, peditum, navium] „ Exemplum in terminis exstat in foedere inter Gallos, & Anglos, apud Cambd. 2. p. 235.
Sive ad omne bellum] „ Veteres hoc appellabant *hostes*, amicosque eosdem habere. Livius. 23. 35. Exempla noviora vide apud Cambd. p. 2. p. 235. Busbeq. ep. 4. Thuan. l. 16. p. 324. l. 12. p. 249. l. 24. p. 428. Tesm. b.
Sive ad certum bellum] „ Quo finito foedus definit.
Aut in certos hostes] „ v. g. Contra Turcas.
Exceptis sociis] „ Sic Veneti excipiunt Turcam apud Guicciard. 15. 1. Apud Thuanum excipitur Pontifex, alique nominati reges, l. 6. p. 117. Add. Liv. 7. 31. Thucyd. 1. p. 25.
Ad res alias] „ Prout partes disponunt.
Ne subditos alterius defendat] „ Exempla vide apud Buchan. rer. Scot. 5. 49. Thuan. l. 39. in f. Cambd. 2. p. 283. Thucyd. 8. p. 468. Vid. Tesm. b.
Ne iter alterius hosti præbeat] „ Equidem transitum negari nemini posse, dictum est supra L. 2. c. 2. §. 13., etsi cum exercitu transeat, *ibid.* n. 4. Quatenus igitur tale foedus licitum sit, examinavimus *ibidem*.

A D §. VII.

1. *QUALIA sint inæqualia, facile est intelligi*] „ Omnia enim sunt inæqualia, ubi utriusque par non est conditio.
Promittuntur autem inæqualia] „ Diximus, inæqualia esse fœdera 1. ratione honoris, & dignitatis, 2. ratione præstationis, 3. ratione potestatis. *Vid. §. 1.* Atque hanc solam tollere summam alterius potestatem, certum est. *Vid. L. 2. c. 9. §. 6.*
2. *Ut in secundo fœdere Carthaginensium*] „ Verba fœderis lege apud *Liv. l. 30. c. 37.* Tale fœdus erat cum Latinis, *Liv. 2. 30. §. L. 3. c. 6. §. 8.*
Injussu populi] „ De qua formula, ejusque effectu, vide *l. 2. c. 16. §. 14.* Exempla sunt in fœdere cum Philippo apud *Liv. l. 33. c. 16.* Cum Carthaginensibus apud *Liv. l. 30. c. 37.*
Deditio conditionata] „ Quando populus se alii populo dedit, ac in ejus jus, ac potestatem sub certis legibus transit.
Alibi] „ De deditioe in genere, vide *l. 2. c. 5. §. 31. l. 2. c. 9. §. 6. l. 3. c. 8. §. 4. l. 3. c. 11. §. 14. l. 3. c. 20. §. 50; & inprimis de conditionata l. 3. c. 20. §. 51.*
3. *Sine imminutione imperii*] „ Fœdera inæqualia ratione præstationis non minuunt summam potestatem. *L. 1. c. 3. §. 20.*
De solvendo stipendio] „ Hodie vocari id solet *subsidiæ*. Exempla vide apud *Gron. b. De manibus diruendis*] „ *Liv. 34. 17.* Tali pacto non tolli imperium, dictum est supra *l. 2. c. 9. §. 7.*
De imperio, ac majestate comiter colenda] „ Vide *Gron. b. Add. l. 7. §. 1. Capt. §. postl.* Cujus effectus inter alios hic quoque erat, ut populus Romanus lites fœderum decidere potuerit, non tanquam superior, sed ex pacto. *Conf. Disp. de Imp. in par. §. 16.*
Quos velit partium altera] „ Exempla sunt apud *Sallust. Jugurt. c. 14;* & apud *Thuan. l. 16. p. 324,* ubi Ferrariensis Gallorum regi promittit, se amicos regis pro amicis, hostes pro hostibus habiturum. *Segetes apud Tacitum An. 1. 58,* ait: *ex quo a Divo Augusto civitate donatus sum, amicos, inimicosque ex vestris militatibus delegi.* Alia vide apud *Liv. 6. 23. §. l. 2. c. 30. l. 38. c. 11.*

- Per fines transitus, comenteaturoe datur*] „ Exemplum est apud *Polyb. l. 3. c. 5.*
Conf. §. præced. in fin.
Ne arces certis locis adificare] „ Exemplum Auctor allegavit *§. præced. Add. Polyb. 3. c. 5. p. m. 194. §. Liv. l. 34. c. 34.*
Ne exercitum ducere] „ *Liv. l. 2. c. 30.*
Ne naves habere ultra numerum] „ Carthaginensibus ultra 10 triremes habere permissum non erat. *Liv. 30. 37. Conf. Id. l. 34. c. 34. §. l. 38. c. 38.*
Ne navigare] „ Inter Carthaginenses, & Romanos cautum fuit: *ne Romani, sociive Romanorum ultra Promontorium Pulchri naviganto.* *Polyb. l. 3. c. 5. Conf. Liv. 38. c. 38.*
Ne socios oppugnare] „ Apud *Polyb. l. 3. c. 5.*
No comenteatu hostes juvare] „ *Liv. 37. 11. §. l. 38. c. 38.*
Ne recipere eos, qui aliunde veniunt] „ De perduellibus provinciam ingressis non pernoctando, vid. *Polyb. l. 3. c. 5;* de non recipiendis militibus ex ditione Romana, nec volentibus, *Liv. l. 38. c. 38.*
Ne fœdera prius facta dirimantur] „ Exemplum est apud *Cambd. p. 2. f. 235.*
Ut Menippus censebat] „ Immo Menippus id non censuit. Dixit enim saltem, *leges non posse dici, nisi inter victorem, & victos.* Sane, *conditiones inæquales* posse statui non tantum inter eos, qui æquo Marte pugnant, sed & inter eos, qui plane hostes non sunt, extra omne dubium positum est, quia partes prout de jure suo disponunt, ita jus est.
Sed §. inter potentiores, & impotentiores] „ Quin & inter æquales.
Inter se experti non sunt] „ Tertium enim ei genus fœderum est, cum qui hostes nunquam fuerunt, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam cœunt. *Vid. §. 4.*

A D §. VIII.

GROTIUS celebrem quætionem hic movet: *An fœdus contrahere liceat cum iis, qui aliena sunt religionis?* Auctor frustra distinguit inter fœdera, quæ nocendi causa, & ea, quæ non nocendi causa fiunt; cum de his solis quaratur. Nullum enim fœdus jure naturæ valet nocendi causa, sed tantum ad

ad jus suum tuendum contra injurias aliorum : nam & quod vi repetitur , si aliter repeti nequit , defenditur.

In genere igitur dicimus , fœdus , quod cum infidelibus juris sui tuendi causa Princeps contrahit , omni jure licitum esse : 1. quia hominibus natura competit facultas de re sua , & de jure suo disponendi prout lubet ; hoc jus tamdiu inter homines obtinet , donec prohibitio appareat. Nullibi vero 2. ob hæresin , vel damnatam religionem , jus de re sua disponendi prohibetur : nec ratio naturæ afferri potest , quæ prohiberet. Diverſæ enim causæ sunt fœdus , seu dispositio duorum , & impietas ejus , cum quo contrahitur : ex illo jus transfertur etiam in impiissimum , ex hac pœnam Deo debet impius. Neque 3. magis fœderis vis impeditur delicto , quam fœderis cum Davide initi vis propter ejus adulterium , vel homicidium. Sane , cujusque causæ proprii sunt effectus , nec vitium actui cohærens vitare potest alium actum non vitiosum. Vitium autem hic non inest dispositioni , sed opinionioni , qua is , cum quo contrahitur , male de Deo sentit. Accedit 4. quod inter eos , inter quos jura gentium obtinent , etiam sit jus fœderum ; atqui cum infidelibus omnino jus gentium est. Sed & 5. negari nequit , jus commerciorum cum infidelibus esse ; at ea sine pactis , & fœderibus exerceri nequeunt. Contradictio igitur est permittere commercia cum infidelibus , & tamen detrahere vim obligandi fœderibus cum illis initis. 6. Fœdera plerumque contrahuntur de rebus , & usibus sæcularibus , quibus nihil commune est cum causa religionis. Idque 7. confirmatur omnium gentium usu , & consensu ; cujus rei exempla Judæorum cum vicinis regibus , ipsisque Romanis , allegavimus supra cap. 13. §. 12. Notabile , & tremendum exemplum existat violati fœderis in Uladislao Ungariæ rege , quod allegavimus supra c. 13. §. 20 ; *ibique Gron.*

Equidem honestius omnino est , ejusmodi abstinere fœderibus , quorum causa esse solet spes lucri , adeoque avaritia ; vel auxilium , quod supponit lites , & controversias : ex regulis perfectionis autem nec lites , nec vitia inter Christianos obtinere debent. Atque hæc ratio est , qua Theologi plerumque utuntur & quæ adeo apud quosdam Christianos populos invaluit , ut nefas duxerint cum Æthyopibus crucis Christi hostibus pacem facere. *Vid. Tesm. b. §. ad §. seq.*

Non autem loquimur de casu , ubi fœdus cum impio contrahitur a Christiano contra Christianum ; nam hoc illicitum esse censemus. Cum enim societas quædam communis sit inter Christianos , hæc rumpi absque injuria nequit.

Additio.

„ Ego etiam contra Christianum injuriam mihi facientem tale fœdus contrahi posse , puto , si fiat pro jure meo tuendo. Nam 1. omnis modus defendendi jus nostrum est juris naturalis. Cicero ait , *naturaliter omnem expedienda salutis honestam esse rationem.* pro Milon. n. 4. Neque 2. injuria mea est , sed ejus , qui me ad eas necessitates redigit , ut aliena , & impiorum quidem , auxilia implorare teneat ; adeoque vitium est cogentis. Sed & 3. certum est , inter primos Christianos pro crimine habitum non fuisse , implorare officium judicis gentilis contra Christianum ; adeoque nec crimen erit implorare assistentiam socii , utut alienæ religionis. „ Equidem Armacanus Episcopus Yprensis integro tractatu improbat fœdus Francisci I. cum Turca contra Imperatorem Romanum Carolum V. in initum : at Episcopus id improbavit non tanquam juri naturæ , sed tanquam charitati Christianæ contrarium ; neque enim Christianos ab alio , quam a Deo , vindictam injuriæ contra Christianum expectare decet. Nos ex alia causa fœdus illud illicitum pronunciamus , non quod cum impio , & hoste Christiani nominis contractum esset , sed quod Franciscus injuria bellum movisset : quod eventus probavit.

Nam id jus ita omnibus commune est , ut religionis discrimen non admittat] „ Jure naturæ circa promissa non inspicitur communitio religionis , quia jus illud non ex professione religionis , sed ex ratione oritur , quæ omnibus hominibus communis est. Sed & omnes gentes Deum Auctorem juris naturæ , & vindicem injuriæ profitentur. Præterea diximus , aliud esse pactum , aliud hæresin : ex illo jus oritur inter partes , prout disponunt ; ex hac pœnam persolvit impius divino numini. Hic solus actus vitiosus est , non ille. *Non Theologi tantum*] „ Auctoribus a Grotio h. allatis. Adde Armacanum episcopum Yprensem.

AD §. IX.

VETERI] Quod in veteri testamento continetur.

Fœdus non nocendi causa] Sed nullum fœdus nocendi causa valet; pugnat illud cum præcepto, *neminem ledere*. Tam absurdum ergo est querere, *an nocendi causa fœdus inire liceat*, quam si dicatur, pacta, quibus injuria tertio fit, valere. Adeoque de solo fœdere queritur, quod initur tuendi juris causa, etiam tunc cum fœdus offensivum est.

Additio.

„ Auctor per fœdus nocendi causa initur
„ intelligit fœdus offensivum ad juris defen-
„ sionem initur; quod semper licitum est:
„ alterius enim jus defendere non justum sal-
„ tem, sed & pium est.

„ *Ante Mosis legem*] „ Fœdus pro tuen-
„ do jure ante, & post legem Mosis con-
„ trahi potuit.

„ *Jacobi cum Labane*] „ De quo vide su-
„ pra cap. 13. §. 12.

„ *Quando non satis constat, eum fuisse
idololatram*] „ Quia ipse Abraham pro sua
„ justificatione allegat, se nescivisse, *num
„ timor domini fuerit in illa terra, quem
„ tamen postea quodammodo reperit*. Vide
„ *Gen. XX. vers. 11. Testm. b.*

„ *Haud dubie tunc idololatras*] „ Nam
„ boves adorabant.

„ *Hos tamen averfari vetantur Hebræi*] „
„ Secus, ac de Ammonitis, & Moabitis
„ statutum erat. *Deut. 23. v. 6. & 7.*

„ *Excipiendi sunt populi septem*] „ Quos
„ recensui supra L. 1. c. 2. §. 2. n. 1. §. 6.
„ n. 3. l. 2. c. 5. §. 13. n. 1. & 2. &
„ cap. 13. §. 4. n. 2. & 3.

„ *Cujus sententia executores erant delegati
Israëlita*] „ Vid. supra L. 1. c. 2. §. 2. n. 1.

„ *Et imperium detrectantibus*] „ Quod la-
„ te explicavimus supra L. 2. c. 13. §. 4.
„ n. 2. & L. 3. c. 11. §. 17.

„ *Analecita*] „ Vide supra l. 2. c. 2. §. 6.
„ n. 3. Idem de Moabitis, & Ammonitis
„ dicitur. *Deut. 23. v. 6.* Ratio autem
„ damnationis in his tribus populis, Abraz
„ posteris, erat denegatio transitus. *Ibid.*

2 *Fœdera quoque commerciorum*] „ Vid.
„ supra §. 6. n. 2.

„ *Et quæ his similia*] „ Diximus, fœdera
„ contrahi posse de omni jure publico, &
„ tunc prout partes disponunt, ita jus est.

Inire cum profanis licet per legem] „ Nam
„ de suo jure disponunt; quæ dispositio ex
„ naturali ratione valet inter disponentes.
„ *Quæ David, & Solomo, cum Hiromo*] „
„ Conf. supr. l. 1. c. 3. §. 12. n. 3.

„ *Juxta sapientiam, quam Deus ei dede-
rat*] „ Adeoque laudat scriptura hoc pa-
„ ctum, idque sapientiæ divinæ tribuit;
„ quod fieri non potuisset si res illicita
„ fuisset.

„ *Lex quidem Mosis*] „ Bene hic Auctor no-
„ tat, legem Judæis datam de benefacien-
„ do popularibus, & de evitando consortio
„ cum extraneis, non exclusisse facultatem
„ fœdera contrahendi. Nam *alia* quæstio est,

„ an Judæi potuerint in consortium imperii,
„ & civitatis recipere alienigenas? hoc me-
„ rito negatur. Unde illi, qui bello devicti
„ erant, vel alias in terris Judæorum habi-
„ tare cupiebant, non nisi sub conditione
„ recipiebantur: 1. ut septem præcepta Noa-
„ chidica observarent: 2. ut tributum solve-
„ rent: vel 3. ut serviles operas reipublicæ
„ præstarent. *Vid. Selden. de J. G. l. 6.*

„ c. 14. *Alia*, an cum extraneis fœdera ini-
„ re possint? Sane, hæc cum omnibus
„ gentibus, damnatis exceptis, inire fas,
„ & pro re nata mos erat. *Selden. d. l.*

„ c. 15. *pr.*
„ *Popularibus*] „ De quo late actum est su-
„ pra L. 1. c. 2. §. 6. n. 3. & §. 8. n. 9.
„ *Hinc non sequitur, extraneis benefacere
non licuisse*] „ Nam popularibus ibi oppo-
„ nuntur non omnes extranei, sed septem
„ populi damnati. *Vid. l. 1. c. 2. §. 6. n. 3.*

„ *Aut etiam laudabile id non esse*] „ Nam
„ summa perfectio est, imitari Deum; Deus
„ autem omnibus hominibus, bonis, &
„ malis beneficia sua exhibet.

„ *Quod male inde collegit posteriorum magi-
strorum prava interpretatio*] „ Quos Ser-
„ vator reprobatur, verbis, *ego vero dico
„ vobis*. *Vid. supra l. 1. c. 2. §. 6. n. 3. &*

„ §. 9. n. 9. *seq.*
„ *Unde*] „ Ob perverfam illam interpreta-
„ tionem male audiebant Judæi apud omnes
„ Gentes.

„ *In novi fœderis Historia*] „ Ita enim Pha-
„ risæi exprobrabant Christo, quod discipuli
„ ejus cum publicanis, & peccatoribus co-
„ mederent. *Matth. c. 11. v. 19.*

„ *At hunc non esse legis sensum, Christus nos
docuit exemplo suo*] „ Illum non esse legis
„ sensum, alibi probavimus: 1^o. ex eo,
„ quod per inimicum Moses intelligat se-

„ pterea

5. Item damnatos populos. Vid. l. 1. c. 2.
 §. 6. n. 3. 2°. Omnium maxime id pro-
 batur ex ipsis legibus Mosis; is enim
 iussit, ne remanentes spicas colligant
 Hebræi, sed pauperibus, & peregrinis
 carpenda dimittant. Lev. 19. v. 9. & 10.
 Immo permisit Solomo, ut extranei adora-
 rent in templo suo, quod summum benefi-
 cium est, Joseph. Antiq. 8. 2. Denique &
 3. licet concedamus, illicitum fuisse be-
 neficia extraneis præbere, hoc tantum in-
 telligi deberet de liberalitatibus, non ve-
 ro de pactis, & fœderibus, quæ plerum-
 que ex communi necessitate contrahuntur.
 Unde recentiores magistri prohibitionem
 illam ad fœdera, & pacta nunquam ex-
 tenderunt. Sane, 4. pecuniam sub usuris
 credere extraneis licuit. Vid. Selden. d.
 l. c. 10.
 Cum a Samaritide femina] At hoc
 exemplum, & quod mox de Davide alle-
 gat, ad nostrum casum non quadrat:
 quæritur de beneficiando extraneis, non
 de accipiendo beneficium.
 Neque male affecti erga extraneos] Ut-
 pote quos ad cultum, & sacrificia admit-
 tebant.
 Ab hac regula] Scilicet, quod cum
 alienis a nostra religione fœdera non no-
 cendi contrahi possint.
 Ammonitæ, & Moabitæ] Ammonitæ
 descendeant ab Ammone, filio Loth,
 qui erat frater Abræ. Gen. 19. 38. Moabitæ
 a Moab, filio Loth ex filia majori. Gen.
 19. v. 36. Contra hos Abræ cognatos
 Deus noluit pugnare Israëlitas, allegans
 rationem, quod filiis Loth illam terram
 dederit in possessionem. Deut. 2. v. 9.
 Unde Moses noluit intrare eorum terras,
 nec bello eos aggredi, etsi transitum, &
 necessaria negarent. Josu. c. III. v. 17.
 & 18.
 At quia denegaverunt injuria transitum
 Israëlitis, Auctor ait, Deum, tanquam
 vindicem injuriæ populo suo illatæ, om-
 nia fœdera benefica cum iis prohibuisse:
 idque probat ex Deut. 23. v. 6. ubi Deus
 ait, non quæres prosperitatem eorum (vul-
 gata, non facies pacem cum iis), nec
 bonum eorum cunctis diebus vita tua in
 æternum. Deut. 23. v. 6.
 Ita rectius hoc loco verteris] Recte Au-
 ctor hic monet, errare vulgatam, quæ
 populos hos inter damnatos recensere vi-

detur, dum vertit, pacem non fieri cum
 iis posse; nam vox שלום id non si-
 gnificat: at nec prosperitatem significat,
 uti Auctor putat; sed ea voce denotantur
 pacifica, i. e. sacrificia, quæ dicuntur pa-
 cifica, quia partem de sacrificiis accipit
 is, cujus est victima, & ideo pax in iis
 fit. Siphr. c. 16. v. 2. Adeoque sensus di-
 vine prohibitionis est, quod admitti non
 debeant ad sacrificia, quæ vocantur paci-
 fica; huic enim verum sensum esse vocis
 שלום apparet ex Cocceii Lexic. Ebr.
 dicta voce: unde septuaginta illam vertunt
 σιγννα, i. e. pacifica. Vid. Schrevel. lex.
 Græc. d. voce.
 Ad hæc sacrificia gentiles quoque (ex-
 ceptis septem populis damnatis) admitte-
 bantur. Seld. de J. G. l. 3. c. 8. Specia-
 tim autem inde excipiebantur Ammonitæ,
 & Moabitæ, ob denegatum transitum. At-
 que hunc genuinum sensum illius prohibi-
 tionis divine esse, porro patet ex Deut.
 c. 23. v. 3, ubi Deus eos in perpetuum
 iussit excludi ab ingressu templi; & ex
 v. 7, ubi Idumæos saltem excludit usque
 ad tertiam generationem.
 Non etiam jus belli conceditur] Adeo-
 que non inter damnatas gentes recenferi
 debent, neque pax cum iis fieri prohibe-
 tur, sed a commercio jurium sacrorum
 excluduntur. Hinc etiam legimus, Davi-
 dem eos sub lege tributis suo imperio sub-
 jecisse, 2. Sam. 8. 2. & 12, & Joramum
 demum eos rebelles existuisse, 2. Reg. 1.
 v. 1. 3. 5; qui enim superarunt, latrun-
 culi dicebantur. 2. Reg. 13. v. 20.
 Vetatur pax ab illis peti] Vera senten-
 tia est, vetitum fuisse ad sacrificia pacifica
 eosmittere.
 Jus belli in Ammonitas negatur] Quia
 ex Abræ cognatis erant, Gen. 19. v. 38.
 junct. Deut. 2. v. 9; & prohibitio com-
 mercii ex alia causa originem cepit, sci-
 licet, ex denegato transitu.
 Nisi post tentatas aqua pacis vias] Rex
 Ammonitarum vindicare voluit terram,
 quæ olim Amorrhæorum fuit; causatus,
 Israëlitas ascendendo de Ægypto sibi eam
 a finibus Arnon usque ad Jordanem abstu-
 lisse. Jud. c. 11. v. 13. Dehortabatur
 Jephtha regem missis legatis, & allegabat,
 se terras Moabitarum (quæ filiis Loth,
 scil. Ammoni, & Moabo assignatæ a Deo
 fuerunt) non intrasse, nec occupasse,
 P 3 sed

sed terras saltem Ammorhæorum : hanc vero terram nunquam Ammonitarum fuisse; addendo, Ammonitas per 300. annos siluisse. *Jud. 6. 11. v. 12. 17. 24. 25.* Adeoque deprecatur bellum injustum, v. 24. Cum vero acquiescere noluerunt Ammonitæ, bello victi sunt. v. 28. *seq.*

Neque David nisi atrocibus injuriis lacestus], Is enim eos vicit, & tributarios fecit, 2. *Sam. 8. v. 2*, quia rebelles sæpius fuere, 2. *paral. 20. v. 1.* Joram autem eos extirpavit. 2. *Reg. 1. v. 1.*

De societate bellica], Fœdera non nocendi, & societatem commerciorum, licita fuisse cum profanis gentibus, hætenus probavit Auctor. *Vid. n. 1. & seq.* Idem asserit de societate bellica, n. 6. *seq.*

Ante legem], Scilicet, Mosis. Pro tuendo enim jure naturali ratione cum toto humano genere pacta inire licet.

Abrahams], Non apparet ex Sacris, Abrahamum fœdus inivisse cum impiis Sodomitis, sed cum Aner, & Escol. Neque ea intentione arma sumit ut Sodomitas liberaret, sed fratrem. *Vid. Tefm. b. Gen. 14. v. 10. seq.*

Generaliter], Nam lex Mosis excipit saltem septem populos damnatos, & Amalecitas: *Amoneos*], Josephus de Amoneorum familia ait, eam illustrem fuisse, & celebratam propter continuatum in ea gente honorem sacerdotii, facinoræque majorum egregia, quibus propugnarunt Judæorum rempublicam. *Antiq. l. 14. c. f.* Obtinuit autem principatum per 126. annos, *ibid. l. 20. c. 18*: at sub Herode desit. *d. c. f. d. c. 18.* *Permissa sola sui tusela*], Non offensio- ne alterius, etsi hostis: quod quatenus jure naturæ procedat, explicavimus supra *l. 1. c. 4. §. 1.*

Nam si quos Reges, aut populos], Non quod fœdera cum illis contrahere non liceret, sed quod fuerint exosi Deo, & perituri; id enim in exemplo Josaphat prædictum erat: causa ergo obstitit, non jus. *Extra eos*], Scil. septem populos damnatos.

Per Prophetas significasset], Vel prohibendo; tunc enim prohibitio non est a natura, sed ex lege particulari divina: vel prædicendo, eos perituros, ut in allegatis Josaphati, & Athasæ exemplis; & tum temeritas erat iis assistere.

Ex natura fœderis], Quasi illud in genere cum profanis gentibus lege Mosis licitum non fuerit.

Eo nomine, quod commercii causa societatem inivisset cum Ochozia], Convenerunt enim de classe construenda, & naves, quæ irent in Tharsis. 2. *Par. 20. v. 37.* *Quam David, & Solomo*], *Vid. supra §. 9. n. 2.*

Partim laudatos], Fœdus enim illud a Solomone factum dicitur juxta sapientiam, quam Deus ei dederat, *d. n. 2.*

Quod additur, Ochoziam impie egisse], Unde concludunt quidam, fœdus ideo improbatum fuisse, quod cum impio contractum esset.

Ob quam Deus ipsi, omnibusque ejus conatibus insensurus fuerit], Et ideo prædixerat Josaphat, Ochoziam perituro. *II. Paral. 18. v. 11. seq.*

Pejorem fuisse causam eorum], Cum his enim adeo jus fœderum non erat, ut potius ex præcepto divino arma in eos sumere tenebantur.

Ob animi vitium], Nimirum, ex diffidentia erga Deum.

Ita a Propheta reprehensus Asa], 2. *Paral. 15. v. 7.* Adeoque non improbatum fœdus, sed diffidentia. Hinc Amasias, qui Israëlitas socios belli fecit, eos hortatu domini dimisit, non quod fœdus cum iis contrahere non liceret, sed ne in hominibus magis, quam in Deo spem ponere videatur. 2. *Par. 25. v. 7.*

Cum res Deo sacratas ad Syrum mitteret], Hinc exprobrat ei Propheta, quia habuisti fiduciam in rege Syria, & non in domino Deo tuo, idcirco evasit Syria regis exercitus de manu tua. 2. *Paral. 16. v. 7.* Et mox, stulte igitur egisti, & propter hoc etiam ex præsentis tempore adversum te bella consurgent. *Ibid. v. 9.*

Multa enim non illicita vitiat animus], Intentio enim sæpius ea, quæ bona sunt, mala efficere potest.

Censum in Davide], 2. *Sam. 24.* Quia in numero populi fiduciam ponebat. Unde peracto censu ipse asserit: peccavi valde in hoc facto, & stulte egi nimis. *Ibid. v. 10.*

Thesaurorum ostensionem], Ostentatio enim hæc potentiæ displicebat Deo, in quo solo, non in thesauris, fiduciam ponere debuisset.

Fiducia in Ægyptio posita], Idque ipsa verba irruunt: *Va qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis &c.*

7 *Et non sunt confisi super sanctum Israel,*
 8 *Et dominum non requisierunt.* Esai. 31.
 9 v. 1.
 10 *Affinitatem contrahere*] „ Ducendo filiam
 11 regis Pharaonis, 1. Reg. 3. 1.
 12 *Difertat habuisse promissiones*] „ Auctor
 13 diffidentiam in Deo (quæ ex eo, quod
 14 cum profanis gentibus fœdera inirent, &
 15 auxilia ab ipsis peterent, satis probabatur)
 16 eo magis culpofam esse, ait, quo certior
 17 erat promissio divina, quod victores ex-
 18 stituri sint, si auxilium a solo Deo ex-
 19 spectarent.
 20 *De vitandis consortiis impiorum*] „ Lo-
 21 quitur de popularibus, male moratis: ho-
 22 rum familiaritatem vitandam Salomo dixit;
 23 adeoque plane de fœderibus cum profanis
 24 gentibus non agit.
 25 *Sed hæc prudentia monita sunt*] „ Jure
 26 enim etiam impio familiariter uti licet: at
 27 pugnat id non, uti Auctor putat, tam
 28 cum regulis prudentiæ, quam cum regu-
 29 lis perfectionis. *Vid. §. seq. n. 3.*
 30 *Plurimas habent exceptiones*] „ Ea, quæ
 31 evitare prudentiæ est, sæpius ob utilita-
 32 tem, vel necessitatem, amplecti debe-
 33 mus.

A D §. X.

1 *Lex autem Evangelii*] „ Evangelium jura
 2 non statuit; adeoque præcepta ejus pro lege
 3 inter homines haberi non possunt. *Vid.*
 4 *L. I. c. 1. §. 15. & Diff. proæm. II.*
 5 *per tot.*
 6 *Hac in parte*] „ Scilicet, ratione fœde-
 7 rum cum infidelibus contrahendorum.
 8 *In causa justa subleantur*] „ Indequè
 9 fœdera benefica, quæ lege Mosis prohibe-
 10 bantur, cum alienis a religione iniri pos-
 11 se, statuit. *Conf. §. 9. n. 5.*
 12 *Non liberam modo relinquit, Et laudabi-*
 13 *lem*] „ Secus, ac in veteri testamento, ubi
 14 damnatis populis ex hypothesi Auctoris
 15 nec benefacere licebat, §. 9. n. 3.
 16 *Sed Et sub præcepto posuit*] „ Immo Evan-
 17 gelium non præcipit per modum legis,
 18 i. e. nullam necessitatem juris infert; sed
 19 Servator regulas saltem perfectionis incul-
 20 cat, rem ipsam autem quoad effectum
 21 juris nostro relinquit arbitrio.
 22 *Jubemur*] „ Potius, hortatur nos Evan-
 23 gelium.
 24 *Salva Gradus differentia*] „ *Vid. l. 2. c. 2.*
 25 *§. 8. n. 10.*

Clementis constitutionibus] „ *Vid. supra*
 2 *§. 9. n. 7. in fin.*
 3 *Aristotelis*] „ *Ad Nic. IV. c. 52. Ter-*
 4 *tullianus adversus Marcionem IV: Secun-*
 5 *duus gradus bonitatis est in extraneos: in*
 6 *proximos primus.*
 7 *Sed familiare extra necessitatem*] „ Nul-
 8 lum ergo malum actionis est, conversari
 9 cum impiis; sed eos focios, & amicos de-
 10 ligere, nec prudentiæ est, (*Vid. §. præ-*
 11 *ced. n. 10.*) nec perfectionis. Sane, cor-
 12 datis viris nunquam probabitur, qui cum
 13 sceleratis versatur. Noscitur ex socio, qui
 14 non cognoscitur ex se; & bene Seneca *de*
 15 *tranq. c. 7. Serpunt vitia, Et in proxi-*
 16 *mum quemque transfiliunt, Et contactu no-*
 17 *cent.* *Vid. Id. l. 2. de ira cap. 22. Et*
 18 *Tesm. b.*
 19 *Quod emendandis ipsis*] „ Ex qua ratione
 20 etiam conjugia cum infidelibus permitte-
 21 bantur in prima ecclesia.
 22 *Ostendunt sequentia*] „ Scilicet, Aposto-
 23 lum de tali convictu agere, quo cultus
 24 idolorum continetur.
 25 *Quod subeunda sponte non sunt profanorum*
 26 *imperia*] „ Non ergo sequitur ex hac pro-
 27 hibitione, pacta, & fœdera cum profanis
 28 gentibus illicita esse; sed ratio particularis
 29 hæc fuit, quod imperium Israëlitarum
 30 proprium fuerit Deo: id enim sibi refer-
 31 vavit; adeoque Israëlitarum de re aliena dis-
 32 ponere, i. e. imperium in alium transfer-
 33 re, non potuere,
 34 *Nec conjugia cum iis contrahenda*] „ *Num.*
 35 *25. 6. Deut. 7. 3. Conf. Paræus ad Gen. 6.*
 36 *2. Jure Naturæ conjugia cum infideli con-*
 37 *trahi posse, nemo dubitat. Lege civili,*
 38 *seu forensi, in republica Judæorum id pro-*
 39 *hibitum erat ob metum seductionis; quæ*
 40 *ratio cum mere fuerit civilis, ad reges non*
 41 *pertinuit: unde Solomo Pharaonis filiam*
 42 *uxorem duxit.*
 43 *Apparet ergo, nec ex hac prohibitione*
 44 *sequi, pacta, & fœdera cum gentibus*
 45 *profanis illicita esse: nam lex illa ad jura*
 46 *privata connubii pertinebat, ex singulari*
 47 *ratione; nec proinde ultra casum legis,*
 48 *nedum ad jura publica extendi potest.*
 49 *Apparet majus periculum*] „ Ob sedu-
 50 ctionem: cujus exemplum in Solomone
 51 rege sapientissimo in sacra historia re-
 52 fertur.
 53 *Quod magis perpetua sunt ista vincula: Et*
 54 *in matrimonio liberior electio*] „ Inanis hæc
 55 est ratio: fœdera enim quoque possunt esse
 56 per-

» perpetua, imperia autem temporaria;
 » quin & conjugia ex levissima causa lege
 » Mosis dissolvi poterant.
 » *Ita nec opem eorum implorare*] „ Scilicet,
 » juris tuendi causa: idque etiam contra
 » Christianos injuriam facientes verum esse,
 » diximus *supra* §. 8. Hinc excusatur Fridericus
 » Neapolitanus, quod contra Gallum
 » Turcam invocaverit; erat enim destitutus
 » ab omnibus sociis. *Guicciard. d. l. 9. Leti
 » in phil. 11. l. 5. apud Tesm. b.
 » Paulus*] „ *Vid. Act. 16. 37. & cap. 25.
 » v. 10.*

A D §. XI.

I SED *ex circumstantiis astimanda*] „ Per
 » se igitur convictus cum infidelibus illicitus
 » non est, sed propter metum seductionis.
 » *Contagium adserat*] „ Atque hinc Deus
 » in poenam Israëlitarum quosdam genti-
 » lium superstites esse voluit, ut seductio-
 » nis instrumenta.
 » *Infirmis*] „ Religione non admodum im-
 » butis, vel ingenii debilioris.
 » *Sicuti Israëlitis seorsim ab Ægyptiis habita-
 » runt*] „ Immo hæc ratio allegari non po-
 » test; nam Josephus cum familia inter eos
 » habitavit. Vera ratio est, quod non po-
 » terint cum Ægyptiis habitare, qui dete-
 » stabantur omnes pastores ovium. *Gen. 46.
 » v. 34.*
 » De causa hujus odii variae sunt opinio-
 » nes. Celeberrimus Cuperus singularem
 » fovet sententiam: putat ille, quosdam
 » Arabes pastores ante adventum Israëlita-
 » rum occupasse inferiorem Ægyptum, &
 » regnum Taniticum constituisse; memo-
 » riam autem horum pastorum (quæ in Israë-
 » litis quasi reviviscebatur), ideo quia impe-
 » rio vi adepto crudeliter usi fuerunt, horro-
 » ri fuisse subditis. *Alii* statuunt, Tanitis
 » oves sacras fuisse, indeque detestatos eos
 » esse omnes, qui oves interficerent, adeo-
 » que & Israëlitas, qui oves sacrificarent,
 » iisque vescerentur. Hinc Moses ait: *non
 » potest ita fieri* (scilicet, ut Deo sacrificarent
 » in Ægypto); *abominationes enim
 » Ægyptiorum immolabimus Domino Deo
 » nostro, quod si maculaverimus ea, qua colunt
 » Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent.*
 » *Exod. 8. v. 26.* Sane, ab usu ovium
 » abstinuisse Ægyptios, auctor est *Diod.
 » Sic. l. 1. Alii* denique cum Abelio sen-

» tiunt, odio fuisse pastores propter foedum
 » castrandi cadavera morem, quæ infamia
 » hodieque huic negotio inhæret. *Vid. Abel.
 » in Hist. monarch. f. 122. & sol. 718.* Me-
 » diae sententiae, cum ipsis sacrae scripturae
 » verbis probetur, nostrum addimus cal-
 » culum.

*Abstinendum erit extra summam necessita-
 » tem*] „ Non ex ratione juris, sed ex ratio-
 » ne honestatis, & perfectionis.

His, qui insidiis impetuntur] „ Adeo-
 » que ubi agitur de jure tuendo.

Non enim jus quodvis sufficit] „ Pie fa-
 » ciunt qui a tali societate abstinere; at ju-
 » re suo utuntur qui barbarorum, & impio-
 » rum auxilio utuntur ad juris sui tuitionem
 » necessariam.

*Quarendum enim primo loco est regnum
 » caeleste*] „ At non impeditur hæc acquisitio,
 » neque negligitur Evangelii propagatio, si
 » foedera cum infidelibus contrahuntur.

Piam vocem] „ Pie omnino facit si is,
 » qui subsidiis necessariis instructus est, soli
 » Deo fidet, eumque judicem suæ causæ
 » constituit: sed si aliter jus suum tueri ne-
 » quit, media alia negligere non tenetur.
 » *Vid. supra proleg. §. 28.*

Inimicorum Dei amicitiam velle] Simile
 » legimus de Venetorum Duce, qui Henrico
 » III. id exprobravit: *Don pensez-vous que
 » soyent découils tant de malheurs l'un sur l'autre
 » en votre Royaume, & sur les personnes
 » des Roys vos prédécesseurs, si ce n'est de cette
 » alliance contractée avec l'ennemi de J. C.* *Vid.
 » Tesm. b.*

*Nil enim distat, utrum quis se paganus
 » societ, an abnegato Deo idola colat*] „ Ex
 » nimio religionis zelo hæc prolata sunt,
 » forte quod sciverit, causam Caroli fuisse
 » injustam.

Contra Græcorum jura] „ Græciæ civi-
 » tates inter se pacta quædam habuerunt,
 » unde obligabantur non tanquam ex lege,
 » sed tanquam ex pacto: contra hæc jura
 » peccabant illi, qui barbarorum auxilia
 » implorabant.

A D §. XII.

» Q UÆRITUR, an Christianus prin-
 » ceptus teneatur assistere Christiano bellum
 » cum infidelibus gerenti? Auctor id affir-
 » mat ob societatem illam, quæ inter Chri-
 » stianos intercedit, vi cujus omnes unus
 » cor-

corporis membra sunt: unde concludit, ad ea conservanda vires, & pecuniam conferri debere; quæ omnia pie admodum dicuntur: sed ex juris naturalis ratione nihil horum sequitur.

Sicut id ad singulos pertinet, ita & ad populos &c.], Sensus est, quod lex Evangelii, quæ sub præcepto posuit beneficentiam in quosvis homines (§. 10. n. 1), & quæ nos jubet aliena ferre mala tanquam membra unius corporis, sub eo præcepto comprehenderit etiam reges, & republicas.

Sed & pro mandata sibi potestate], Reges igitur magis benefacere aliis debent, quo major eorum est benefaciendi potestas. *Quod commode fieri nequit, nisi fœdus eo nomine ineatur*], Ut alii aliis auxilio sint.

Quod fœdus jam olim initum fuit], Tempore expeditionum cruciatarum.

Creatus consensu communi Romanus Imperator], Vid. *Maimbourg Histoire de la Croisade*.

Debent ergo], Omnia supposita Auctoris referri debent ad perfectionis regulas, non ad debitum juris.

Quomodo possint excusari], Immo non video rationem, quomodo possint obligari. Nemo jus in res, & actiones alterius habet; & cessante fœdere illo communi, quod initum olim fuit, nulla obligandi ratio hic concipi potest: inprimis cum dictum sit, ex dogmatibus Evangelii nulla præcepta juris inferri posse.

Nisi si qui bello inevitabili, &c.], Sane, perfectionis regula non admittit, ut quis cum propriæ salutis dispendio socio auxilia mittat: ordinata charitas a se ipso incipit.

A D §. XIII.

QUÆRITUR, si Principi alicui plures sunt fœderati, qui omnes bellum gerunt, utri potius opem ferre princeps debeat? Auctor distinguit, an fœderati cum extraneis bellum gerant, an fœderati inter se. In eo casu utrique assistendum esse, ait, si justam bellandi causam habeant, & utrique auxilia mitti possint; uti si præsentia fœderati non requiruntur, sed ei vel militibus, aut pecunia assistere possit: si vero præsentia regis promissa est, præferendum esse, ait, antiquiorem, nisi fœdus posterius contineat transla-

Tom. III.

tionem domini. Hoc casu assistendum esse ei, qui justiore causam habet, nisi posteriori promissum sit ne adversus eum auxilia mittantur.

Totum ergo decisionis fundamentum Auctoris in eo consistit, quod si duo focii inter se bellum gerunt, socius teneatur assistere ei socio, qui justam, vel justiore causam habet; quasi focii sit, iudicium ferre de justitia causæ, & quidem contra socium, qui superiorem non habet. Sane, quilibet fœderatus hoc modo eludere pactum, & prætextu injustitiæ causæ pro lubitu auxilia promissa negare posset. At cum fœderis obligatio sit ex pacto, & dispositione, non ex justitia causæ, socius non liberatur nisi promissis steterit.

Verius igitur est, eum, qui duobus fœderatus est, qui inter se bellum gerunt, operam promissam præstare debere antiquiori: huic enim ex pacto semel jus auxilii contra quoscunque quæsitum est, quod ei per pactum cum futuro socio initum auferri nequit. Si proinde alii socio familia auxilia promissit, non potest id intelligi contra antiquiorem socium, quia disponeret extra fines facultatis, & de jure alieno. Unde in omnibus fere fœderibus bellicis excipi solent antiquiores; uti plurima exempla Auctor hic refert. Atque ita res in jure quoque feudali decisa est, ubi vasillus jurat fidelitatem domino contra omnes, excepto domino antiquiore. 2. feud. 32. in fin.

EX C. I. si utrique opera promissa præstari possit: uti si non personæ operam promissit, sed militem, vel pecuniam; tunc enim utrique præstari debet, etsi fœderati inter se bellum gerant. Vid. n. 2. Nam hic duo sunt actus: 1. promissio pecuniæ, & auxilii: 2. usus, & impensio illius auxilii. Posterius factum non est factum promittentis; ejus non est inquirere in quem usum impendere velit; adeoque si contra antiquiorem socium impendit, pacificens nulla ratione inde tenetur.

EX C. II. si unus fœderatorum causam defendat notorie injustam; tunc enim latrocinium est, non bellum. Licet igitur fœderatus non sit iudex focii injustam causam agentis, non tamen opus est iudicio, ubi res notoria est.

EX C. III. si fœderatus in statum incidat, ubi fœdus contrahere non potest, uti si alii populo se dedit; tunc enim nec novus Princeps tenetur, quia is non contraxit, nec populus, quia jus contrahendi nunc non habet.

Q

Addi.

Additio.

„ Nostram sententiam exposuimus in *Dis-*
 „ *sert. Proem. XII. §. 409*, ubi in casu,
 „ quo quis pluribus est foederatus, distinximus,
 „ an hi foederati *cum extraneis* bellum gerant, an *inter se*; & diximus,
 „ priori casu utrique auxilia mitti debere,
 „ quia dispositio licita est, & ex quolibet
 „ foedere jus oritur juxta leges dispositionis.
 „ Nec distingui debet, an causa justa fuerit,
 „ an injusta, quia is, qui auxilia promittit,
 „ iudex non est, immo praetextu causae
 „ notorie injustae semper se extricare, &
 „ auxilia promissa negare possit. *Posteriori*
 „ casu soli antiquiori foederato auxilia debentur,
 „ adeo ut noviori neque milite,
 „ neque pecunia assistere possit. *Vid. infra*
 „ *§. 13. n. 5. B. Par. Hypomn. jur. feud. tit. 6. §. 37.* Auxilia enim cum effectu
 „ non praestarent antiquiori, si posterioris
 „ socii vires milite, sive pecunia augetur:
 „ adeoque jus quaesitum antiquiori ex foedere
 „ auferret.
 „ Senatus Romanus Campanis sociis suis
 „ auxilia contra Samnites petentibus respondit:
 „ *Ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia, ac societas violetur: Samnites nobiscum federe juncti sunt*, *Æc. Liv. l. 7. c. 31. Flor. l. 1. c. 16.*
 „ At si non facta mentione vetustioris socii novam societatem contrahit, atque auxilia promittit, tenetur noviori ad omne id, quod interest. *Conf. Burg. Lib. I. Obs. 11.*
 „ Denique quaesitum saepius est, an pactum, quo in genere auxilia promittuntur, contra omnes intelligi debeat, etiam si contra confortes religionis bellum geratur? Helvetiorum pars id negabat apud *Thuan. l. 2. p. 36*, indeque nolere signa Protestantibus Germaniae concessa revocare, etsi & Cæsar, & Pontifex id iure foederis maxime urgerent: rationem allegabant, quoniam de religione ageretur, quod haecenus dissimulatum, nunc ex foedere nuper cum Pontifice facto manifestum sit, *d. p. 36*. Econtrario Regina Angliae Elisabetha, cum ex ea quaereretur, an mutua defensio contra omnes, etiam causam religionis, comprehendat, respondit, *comprehendere, & se praesto futuram ad mutuum defensionem contra omnes, etiam in causa religionis, si ex lege foederis requiratur.* *Camd. p. 2. f. 263.*

„ Equidem si bellum a socio meo ideo geritur ut religionem, cui ego addictus sum, extirpet, nec aliam causam habeat, non teneor ad auxilia, quia ipsa promissio injusta esset: atque huc pertinet factum Helvetiorum.

Supra] „ *L. 1. c. 3. §. 23. n. 2.* Quod saepius repetit *infra l. 3. c. 10. §. 3. c. 6. §. 1. c. 16. §. 3. c. 13. §. 3. Add. Lib. 2. c. 15. §. 3. n. 1. c. 26. §. 3.*

Ad injusta bella nunquam esse obligationem] „ Adeo ut nec subditos tale bellum sequi teneri, statuat Auctor *d. §. 23.* Quod refutavimus *ibid.*

Qui foederatorum justam habet belli causam praefereendus] „ Idem quoque statuit *Burgers cent. 1. Obs. 9. ibique late allegati Dd.* At diximus, promittentis iudicium non esse.

Si cum extraneo res sit, etiam si cum alio foederato] „ Immo cum iudex non sit in causa, quae inter duas summas potestates versatur, soli antiquiori auxilia promissa praestare tenetur.

Si ab his incipiat injuria] „ Oratorio more haec a Demosthene allegantur: & constat, eum causa cecidisse. *Oeuvres de Tourreil part. 2. pag. 337.*

Nisi convenerit hoc quoque, ne adversus eum auxilia mittere liceat] „ Immo hoc ex natura prioris, & antiquioris foederis sequitur.

„ Verior est exceptio, -si cum foederato antiquiori pactum est, ut jus auxilia mittendi ei, quem bello impeteret, salvum maneat: quale pactum tempore Pyrrhi existat inter Carthaginenses; & Romanos. *Vid. Grot. l. 2. c. 16. §. 13. n. 2.*

Hostium hostes erimus] „ *Vid. supr. §. 6. n. 3.*

Exceptis regibus] „ Diximus, antiquiores foederatos semper, & ex natura pacti excipi. Id saltem interest, quod, si expressè excipiuntur, promissor non teneatur posteriori socio ad restitutionem damni: uti tenetur si non facta mentione priorum foederatorum novum foedus sociale contrahit.

Quod si foederati inter se committantur causas utrinque injustis, &c. utraque parte abstinentium erit] „ Diximus, socium auxilia promissa semper mittere debere, neque eum de justitia causae iudicare posse: at mitti debere tantum antiquiori foederato, si foederati inter se committuntur.

„ Gro-

„ Grotius in seq. n. 4. excipit casum , si
 „ foederatus posterior se in ditionem ejus dat ,
 „ cujus auxilia implorantur , quia tunc hic
 „ partem sui imperii defendere videtur.
 „ Exemplum in bello Campanorum , quod
 „ cum Samnitibus gessere , extat. Erat Ro-
 „ manis foedus cum utrisque percussum ;
 „ antiquius cum Samnitibus. Campani ad ex-
 „ tremam redacti sese dederunt Romanis , qui
 „ com antea violare amicitiam vetustiore
 „ cum Samnitibus nefas judicarent, nunc cau-
 „ sam suam faciebant ; Samnitibus nuntia-
 „ bant *deditionem factam* , petebantque *ut*
 „ *deditionis suis parcerent , neque in eum*
 „ *agræ , qui populi Romani factus esset ,*
 „ *hostilia arma inferrent.* &c. Liv. L. 7.
 „ c. 31. Atque de hoc casu Florus ait , *Cam-*
 „ *pānorū fœdus (etſi poſterius) ſanctius ,*
 „ *ſ̄ prius , omnium ſuarum deditione ,*
 „ *factum eſſe ; ſ̄ ſic Romanos bellum Sam-*
 „ *niticum tanquam ſuum geſſiſſe.* Lib. 1. c. 16.
 „ At ſi dicendum quod res eſt , exemplum
 „ hoc ad calliditates pertinet , quas Mithri-
 „ dates Romanis toties exprobravit. Sane ,
 „ ſumma injuria Romani cauſam Campano-
 „ rum in ſe ſuſcepere , poſtquam iisdem
 „ Campanis auxilium petentibus declarave-
 „ rant , nefas eſſe vetuſtiorē ſocietatem
 „ cum Samnitibus inſitam violare. Liv. diſt.
 „ c. 30. Negari enim nequit , juſtiſſimam
 „ Samnitibus fuiſſe belli cauſam contra Cam-
 „ panos , qui Sidicinis , cum quibus bellum
 „ gerebant Samnites , auxilia præſtiterunt :
 „ merito igitur Samnites victis Sidicinis re-
 „ parationem injuriæ a Campanis petierunt ;
 „ a qua nullo jure liberare ſe potuerunt dedi-
 „ tione ſuæ civitatis , cum reparandi neceſ-
 „ ſitas cum ipſa civitate ad Romanos tranſ-
 „ iverit.

Sin ſociorum alter in alterum , volke ſe
miſcere] „ Hoc exemplum huc non pertinet :
 „ noluit enim Ariſtides ſe miſcere , non quod
 „ cauſa utriusque eſſet injuſta , ſed quia ci-
 „ vitates illæ eodem foedere comprehendeban-
 „ tur ; utriusque enim eodem momento
 „ auxilia contra hoſtes promittebantur ;
 „ quod non niſi contra extraneos intelligi
 „ potuit , cum de ſe cogitare non potuerint ,
 „ pace jam inſita : adeoque non agebatur de
 „ antiquiori foederato.

3 *Quod ſi fœderati in alios bellent*] „ Adeo-
 „ que ubi fœderati non inter ſe committun-
 „ tur , n. præced.

Juſta quiſque de cauſa] „ Immo etſi
 „ promiſſor injuſtam judicet , utriusque auxilia

„ mittere tenetur : ipſi enim judicium de ju-
 „ ſtitia cauſæ non competit.

Si utriusque auxilia mitti poſſunt , mittenda
erunt] „ Quia utriusque promiſit ; & prout
 „ quiſque de jure ſuo diſponit , ita jus eſt.
 „ *Ut fit circa creditores perſonales*] „ Nam
 „ eadem res quidem pluribus dari non po-
 „ teſt , ſed eadem perſona pluribus debere
 „ poteſt.

Præſentia requiritur] „ Forte ſi utriusque
 „ promiſit , ſe imperium exercitus ejus ſu-
 „ ſcepturum , vel ſi certæ legiones nomina-
 „ tæ utrique promiſſæ fuerint.

Ut præſeratur cum quo antiquius eſt fœ-
duſ] „ Ei enim jus quæſitum jam fuit ,
 „ antequam cum altero pactum iniret.

Conſulis Romani reſponſum Campanis da-
tum] „ Apud Livium l. 7. c. 31. Unde
 „ mirum videtur foedus , quod Angliæ re-
 „ gina contraxit cum clauſula , *ut valeat con-*
 „ *tra omnia fœdera contracta , ſ̄ contra-*
 „ *benda :* apud Camd. l. 2. p. 235.

Quod quaſi dominii translationem in ſe con-
tineat] „ Immo ſi populus alii ſe in ſubje-
 „ ctionem dat , foedus ab illo populo ante
 „ contractum non tollitur ; ſed ſucceſſor ,
 „ uti in omnia jura publica , ita in foedus il-
 „ lud , quod in utilitatem reipublicæ con-
 „ tractum ſupponimus , ſuccedit. Sane ,
 „ uſurpatore quoque ex foederibus civitatis
 „ obligari , alibi vidimus.

„ Sed & ratio , quod ſubjectio quaſi do-
 „ minii translationem contineat , vera non
 „ eſt : per talem enim ſubjectionem impe-
 „ rium ſaltem tranſfertur , adeoque jura pu-
 „ blica , ſub quibus foedera cum vicinis con-
 „ tracta continentur.

Nam ſ̄ ſic in venditione] Immo ex ratio-
 „ ne juris gentium præfertur prior emtor , etſi
 „ venditor alteri rem tradiderit ; quia ex pacto
 „ de re jus in ipſam rem tranſfertur , indeque
 „ prior ſemper potior eſt. Jure Romano id mu-
 „ tatum eſt , & jus demum in perſonam ex pa-
 „ cto de re datur.

Additio.

„ Paſſim jam demonſtravimus , jure natu-
 „ ræ ex pacto de re nullum jus in re oriri ,
 „ ſed ſolam perſonam obligari ; adeoque na-
 „ turali quoque ratione præfertur poſterior
 „ emtor , cui prius res tradita eſt : prior
 „ enim emtor nunquam jus in rem ipſam ha-
 „ buit ; ei igitur non fit injuria.

„ At diſpar ratio eſt in eo , cum quo fœ-
 „ dus inſitum eſt : ex hoc foedere enim tota
 „ reſpublica obligatur ; quæ obligatio etiam

„ transfit ad eum : in quem jura publica rei-
 „ publicæ transferuntur.

„ *Nepesinis*] „ De civitate Nepetii, Nepet,
 „ Nepi, & Nepa, *vid. Cluver. II. Ital.*
 „ *Antiq. c. 3.*

„ *Deditiois, quam societatis, fides sanctior*]

„ Legati ab Nepete auxilium adversus Etrus-
 „ cos petentes Romam veniunt. Dum arma
 „ parabantur, Etrusci, parte Nepefinorum
 „ prodente, civitatem eorum deditioe oc-
 „ cupant. Romani, quorum auxilium Ne-
 „ pesini implorant, mittunt ad principes
 „ illius civitatis, *ut secernerent se ab Etru-*

„ *scis, fidemque, qui implorassent a Roma-*

„ *nis, ipsi præstarent. At deditiois, quam*

„ *societatis fidem sanctiorem fuisse, ait Li-*

„ *vius l. 6. c. 9. & 10.* Equidem i. exem-

„ plum hoc non probat exceptionem Aucto-

„ ris : Livius enim refert saltem id, quod

„ factum est, non vero id pro jure habet.

„ Nam *fidem deditiois* hic injuria prælatam

„ fuisse *fidei societatis*, vel exinde patet,

„ quia deditio civitatis per proditorem

„ quorundam facta est, & proditores occu-

„ pata urbe capite puniti fuere. *Liv. ibid.*

„ Sane, 2. verum non esse, diximus su-

„ pra *ad n. 2. b. §.* quod si duo foederati

„ inter se committuntur, posteriori, qui se

„ dedit, auxilia præstari debeant. Neque

„ 3. is casus ibi proponitur. Sutrii enim, &

„ Nepefina foederati quidem erant Romano-

„ rum; at illi inter se non litigabant, sed

„ Etrusci contra utrosque: hinc utraque ci-

„ vitas auxilia petiit a Romanis contra Etrus-

„ cos. *Liv. d. l.* Neque Nepefina se dedide-

„ runt Romanis: sed Etruscis: adeoque

„ Romani non defendebant eorum causam

„ *ob fidem deditiois, sed ob fidem societatis.*

„ Magis huc pertinet exemplum belli inter

„ duos populos Romanis foederatos gesti,

„ Campanos scilicet & Samnites, quorum priores

„ se Romanis dederunt, & quorum causam

„ Romani defenderunt contra Samnites, licet

„ socios vetustiores. *Vid. supr. ad n. 2.*

A D §. XIV.

„ FINITO tempore *sedus tacite renovatum*
 „ *intelligi non debet*] Finito enim tempore ces-
 „ sat dispositio partium, adeoque & foedus;
 „ nec renovatum videri potest, nisi nova dis-
 „ positio accedat, eaque sive verbis, sive fa-
 „ ctis declaretur.

„ *Nisi ex actibus, qui nullam aliam inter-*

„ *pretationem recipiunt*] „ Voluntatem enim
 „ æque factis, ac verbis declarari, passim
 „ probavimus. Facta autem talia esse debent,
 „ ut plenissime inde de voluntate constet.

„ *Non enim facile præsumitur nova obligatio*]

„ Immo nulla præsumtio sufficit ad conti-

„ nuandum foedus; prior obligatio est ex-

„ stincta, nova autem nulla apparet, cum

„ non ex præsumtionibus, sed ex sola dispo-

„ sitione jus quærat. Cur vero in reloca-

„ tione aliud obtinet jure Romano? Resp.

„ hoc ex mera dispositione juris civilis est.

„ *l. 13. §. f. loc. cond.*

A D §. XV.

„ QUÆRITUR, si pars foedus violave-
 „ rit, an altera quoque pars a foedere recedere
 „ possit? Auctor id affirmat: verior tamen est
 „ sententia negantium. Si enim alter contra-
 „ rium aliquid foederi agit, non tamen animo
 „ rumpendi foedus in aliis articulis, compelli
 „ debet ad implendum; non vero ex perfidia
 „ alterius alter delinquendi licentiam arripere
 „ potest.

„ Secus si alter animo rumpendi totum fo-
 „ dus ab eo discedat; tunc enim & ego recede-
 „ re possum, & foedus tunc solvitur mutuo con-
 „ sensu. Atque ita res jure Romano quoque
 „ deciditur in *l. 14. ff. transact.*

„ *Additio.*

„ Mentem Grotii explicavimus in *Diff.*

„ *proem. IX. §. 124.* Nostram sententiam

„ exposuimus in *Differt. proem. XII. Lib.*

„ *6. §. 871. seq. Conf. infra l. 3. c. 20. §. 35.*

„ *seq.*

„ *Nam capita foederis singula conditionis vim*

„ *habent*] „ Vera ratio est, quod utriusque

„ consensu dissolvi conventio videatur. Conf.

„ *Jus meum controo. l. 2. tit. 15. §. 15.*

„ *Non qui deserti ad alios se conferunt*]

„ Adeoque qui tunc demum discedunt a fo-

„ dere, ubi alter fidem fefellit

„ *Ni aliter convenerit*] „ Scilicet, ut pa-

„ cta non rumpantur, etsi alter discesserit.

„ Superfunt adhuc quæstiones tractandæ,

„ quas Auctor omisit.

„ PRIMO quæritur, an subditi foedera

„ contrahere possint? Negatur: foedera enim

„ fiunt de jure publico, de quo privati dispone-

„ re non possunt; Unde etiam jus foederum

„ inter majora regalia referri solet. Exc. 1. si

„ contra principem foedera contrahunt, qui

„ egressus

Egressus est notorie imperii sui fines : uti si tyrannus est, vel acquisitione, vel administratione; tunc enim redit summa potestas ad populum, utpote qui in hunc casum eam nunquam transtulit. Indeque populus tunc contra eum non agit tanquam principem, sed tanquam hostem.

Ex c. 2. jure necessariz defensionis : si scil. princeps subditis aliquid injungit conscientiaz contrarium, & quod sine injuria in Deum facere non possunt. Tunc enim contra hunc actum foedera contrahere possunt : atque huc pertinet foedus Schmalcaldicum a protestantibus anno 1530. initum, cujus caput fuit Elector Saxoniz, *Vid. Sleid. l. 7. improbatum a Melanchtone, defensum ab Hortledero, aliisque. Vid. Jus. publ. nostrum c. 26. §. 21.* At eo minus improbari id poterat, quia expresse excipiebantur Imperium, & Imperator, *d. §. 21.* Sane, status Pontificii, & Germaniz Episcopi sub Henrico IV. eodem principio nixi, declararunt, se Imperatori jurejurando obstrictos esse, cum ad ædificationem, non ad destructionem ecclesiaz potestate uteretur; alias se quasi cum hoste barbaro, & oppressore Christianorum bellum gesturos : apud *Lambertum Schafnabrugensem.* At hoc pretextu male usi sunt, cum non de religione ageretur, sed de jure imperii circa beneficia ecclesiastica. *Conf. Limn. l. 8. n. 34.* Talis quoque fuit unio Evangelica Halæ Suevorum anno 1610. inita apud *Sleid. l. 8. Vid. J. publ. nostrum d. l. Eadem quoque necessariz defensionis ratio fuit in foedere illo Hansæatico; nam cum ea esset conditio imperii, ut nulla securitas civitatibus superesset, regno quippe inter civiles turbas diviso, jure necessariz defensionis, pro securitate commerciorum, foedus, tum in vicem, tum cum vicinis, contraxerunt, quod proinde licitum etiam in imperio habitum fuit. *Vid. dict. jus publ. d. l. Sed & porro eadem ratione nititur foedus illud Suevicum, quod anno 1401. inter status Imperii pro defendenda pace publica initum est, cujus foederis tres constituti fuere judices. Jus publ. d. l.**

Ex c. 3. si subditi certo respectu summam potestatem, adeoque majestatem secundum quid habeant : *Vid. L. I. c. 3. §. 6. n. 1. supr. not. in it.*

Hac enim ratione status imperii Romano Germanici foedera contrahere possunt : quia superioritas territorialis nihil aliud est, quam summa potestas secundum quid, seu res-

ctu certorum jurium, de quibus proinde foedera contrahere possunt. Equidem Fridericus III. in reformatione sua de anno 1441. id prohibuit, sed statibus id non probatum, & contrarium in *R. I. 1495. & in A. B. tit. 15. statutum, tandem autem per P. O. Art. VIII. §. gaudeant &c.* res decisa, & extraneone dubium posita est.

SECUNDO quaeritur, an successores teneantur ex foedere a predecessore inito? & affirmamus, si intra fines legitimæ administrationis contraxit antecessor (de quo plenius *cap. seq. §. 16.*) Nam cum jure populi contrahat, & tanquam caput reipublicæ, idem est, ac si ipsa respublica contraxisset, quæ cum non moriatur, perpetuat obligationem etiam in successore. Atque id verum est etiam regnum sit electivum, quia & rex electus non nisi jure reipublicæ contrahit; adeoque & successor, qui ejusdem reipublicæ caput est, ex foedere legitime contracto obligatur. Ex foedere igitur jure imperii contracto omnes obligantur, ad quos imperium illud devolvitur. *Vid. supr. c. 14. §. 10. seq.* Idque firmatur exemplo status popularis, ubi foedus a Senatu contractum perpetuo durat. Et summa æquitas subest; cum enim commodum illius foederis ad rempublicam, & successores pertineat, onus quoque ad eos pertinere debet. Accedit consensus gentium : Gilimer provocavit ad foedus cum Zenone initum, idque agnovit Justinianus. *Procop. bell. Vandal. l. 1.* Foederis conditio, qua Diocletianus limitem Romani imperii cum Parthis constituit Euphratem, duravit usque ad Constantium. *Fest. in brev. p. 408.* Unde Carolus Galliz rex male a divisionis pacto recessit, causatus se cum fratre pepigisse, non cum ejus liberis. *Regin. l. 2. ad ann. 886. Conf. J. publ. nostrum c. 5. §. 19. 22.* Hinc perfidiaz quoque poenam passus est. *ibid.*

Excipe, si causa foederis comprehensa sua natura personam paciscentis non egreditur (de quo plenius *c. seq. §. 16.*) Ex quo capite noluit Mauritius Elector Saxoniz adhærere foederi Schmalcaldico a patre inito. *Vid. Heig. l. 1. q. 11.* Idem quoque dicendum, si rex in statu mixto absque consensu reipublicæ bellum gerat, & foedera contrahat; tunc enim nec respublica obligatur, nec successor.

Additio.

„ Quætionem, an successores ex contractu antecessoris teneantur? late Auctor tractavit supra *c. 14. §. 10. seq.*

„ TERTIO quaeritur, an socius invito fo-

Q 3 cio

cio a foedere recedere possit? & varii hic distinguendi sunt casus. V E L enim socius socii, de cuius causa agitur, saltem assistit. Hoc casu unum tantum bellum est unius principis, qui solus injuriam passus est, solusque satisfactionem petit; socius nihil suo nomine agit, nec ei injuria facta est. Talis igitur socius deserere foederatum nequit, si ad totum bellum auxilium promissit, nedum pacifici cum hoste, nec quicquam de belli causa statuere potest. V E L quisque sociorum causam propriam defendit, armis saltem junctis: uti contigit duobus ultimis bellis in Germania gestis, ubi Germani, Angli, & Belgæ, suam quisque causam communibus armis defendebant. Hi pro lubitu causam deserere, indeque a foedere discedere possunt, quia plura bella sunt, & tot bella quot causæ; indeque societas causæ hic nulla est. Nisi in specie id inter eos actum sit, ne discedant usque dum omnibus satisfactum sit, & ne pacem faciant absque omnium consensu. Si tamen æqua omnibus pax, vel satisfactio offeratur, & quidam tamen bellum continuare velint, vel res in eum statum devenerit ut foedus fiat illicitum, i. e. conjunctum cum ruina reipublicæ, tunc causa foederis cessat, indeque socius invito quoque socio pacem de sua causa statuere, eoque causam socii deserere potest. V E L causa omnium una, & communis est, ut in causa Evangelicorum: tunc enim si dividi potest causa, singuli de suo jure disponere; illudque remittere, eoque a foedere recedere possunt, & tunc eadem exceptiones, quas in priori casu exposui, obtinent. Si causa est communis pro indiviso, tunc neuter potest deserere causam, quæ omnibus communis est, adeoque de qua non nisi omnes disponere possunt.

Additio.

„ Præterea aliæ adhuc circa foedera occurrunt quaestiones, quas Auctor passim proposuit. 1^o. An maneat foedus cum republica initum mutato ejus statu. *Vid. l. 2. c. 9. §. 8. Conf. L. 1. c. 4. §. f. & infra c. 16. §. 16. §. 18. 2^o. An cum usurpatore regni foedera contrahere liceat. *d. l. 1. c. 4. §. f. 3^o. An ejecto usurpatore rex restitutus tali foedere obligetur, *ibid.* 4^o. An cum rege ejecto, pendente ejus exilio, foedera contrahi possint, *ibid.* & infra c. 16. §. 17. §. e. 18. §. 2. n. 2. 5^o. An nominatis in foedere sociis etiam futuri veniant. *Vid. infr. c. 16. §. 13. 6^o. Quomodo foedera in dubio sint inter-***

„ pretanda. *Vid. c. seq. §. 13. usque ad 19. 7^o. Quando sit foedus personale, quando reale. c. seq. §. 16. Quod fieri interdum solet] „ d. c. 20. §. 35. Sed & generosi animi, Auctor, esse, ait, iis stare etiam post acceptam aliquam injuriam. *l. 3. c. 19. §. 19. n. 4.**

A D §. XVI.

H A C T E M U S Auctor egit de foederibus: sequitur nunc tractatio de Sponsionibus. Differentiam utrorumque in principio hujus capituli exposuimus. Diximus, nimirum, sponsiones esse, ubi *privatim* de re publica disponit, quod contingit si dux belli pacem facit, ac spondet, rempublicam ratihabituram: Tales sponsiones fuere 1^o. inter Posthumium consulem, Romanorum ducem, ac inter Samnites, *Liv. l. 9. c. 11*; quæ Caudina vocatur. 2^o. Numantina, inter Hostilium Mancinum consulem, & Numantiam urbem Africae, qua Hostilius deditus fuit. *Plut. in Tiber. Græch. c. 6. Flor. l. 2. c. 18. Conf. l. 17. in f. de legation. 3^o. Corsica, qua Clodius deditus est. *Vid. Val. Max. l. 6. c. 4. 4^o. Aulus a Jugurtha in angustias redactus itidem sponsionem fecit, & Senatus censuit non valere. *Salust. in Jugurt. c. 38. §. 39. 5^o. Tremellius præfectus Diviorum cum Helvetis quædam pactus est, quæ rex Galliarum postea improbavit, apud *Masson. Ann. l. p. in Lud. XII. Guitciard. l. XII.****

Demonstravimus supra, populum ex tali sponsione minime fuisse obligatum, sed solos sponsores; indeque nec obligatos fuisse causam in pristinum restituere statum, i. e. exercitum dimissum reddere; & liberatum fuisse populum dedendo sponsores.

Additio.

„ Dixi supra ad §. 3, Populum Romanum ex pacto obligatum non fuisse: non ex suo, quia nihil promissit; nec ex pacto ducis, qui de republica disponere non potuit.

Tot esse materia possunt, quot foederum]
 „ Immo sponsiones proprie saltem intelliguntur de pactis ducum belli, quibus bellum finitur: *publica enim conventio est, quæ fit per pacem, quotiens duces belli inter se quædam promittunt.* Ulpianus in *l. 5. ff. pact.*

Distans

Distant enim hæc personarum facientium potestate] ,, Quia, ut dictum est, fœdera a ,, summa potestate contrahuntur; sponsio- ,, nes a privatis, scilicet ducibus belli.

An ad restituendam rem in eum statum, in quo erat ante sponsonem] ,, Quod Pontius ,, Samnitum dux prætendebat, ut legiones ,, in saltum restituerentur. De quo *num. seq.*

An ad corpus dedendum] ,, Adeoque an ,, sponsor liberetur redeundo, & corpus ,, suum hosti, cui spondit, tradendo.

Prima sententia videtur juri Romano congruere] ,, Qui enim factum promittit, libe- ,, ratur præstando id, quod interest. *l. 13. in fin. de re jud. l. 72. ff. V. O.*

Secunda aequitati] ,, Quia commodum ,, pacti videtur pervenisse ad populum, & ,, exercitus salvus ei ex hoc pacto fuisse.

Tertia usu probata] ,, Scilicet, ut cor- ,, pus sponforum dedatur.

Eum, qui summum imperium habet, nul- lam in partem obligari] ,, Quia dispositio in- ,, tercessit inter sponforem, & hostem; ,, idque ipse Posthumius Samnitibus respon- ,, dit.

2 *Ergo nec ad id, quod interest*] ,, Quia ,, populus nihil promissit, adeoque nulla in ,, eo est obligatio.

Nec ad restitutionem] ,, Quia plus suo non ,, habebat, nec locupletior factus est ex ju- ,, re alieno.

Retinere exercitum apud Furculas Caudinas debuerant] ,, Exercitus in potestate erat Sam- ,, nitum, deditione facta. Samnites certa le- ,, ge cum Duce inita dimiserunt exercitum. ,, Romani legem illam a Duce stipulatam im- ,, plere noluerunt, & exercitum retinue- ,, runt, idque jure.

Tum demum &c. potuissent dicere] ,, Quia ,, tunc ex suo pacto obligati fuissent.

Quod & ab ipsis] ,, Samnitibus.

3 *Et certe id aequum esset*] ,, Quia tunc ex ,, sua dispositione tenerentur.

Sexcentorum, quos imperarunt] ,, Tot ,, equites imperaverunt Samnites, qui capi- ,, te luerent si pacto non staretur. *Liv. 9. 5.* *Habent quod sibi imputent*] ,, Ea enim ,, conditione dimiserunt exercitum.

Si sponsores pro se tulerunt potestatem pu- blico nomine contrahendi] ,, Adeoque si no- ,, mine totius exercitus, ejusque jussu se ,, spondere falso asseruerunt.

Ex damno per dolum dato ad restitutionem tenebantur] ,, Ex assertionem enim dolosa ,, sponforum damnum datum fuisset Samniti-

bus, qui non dimissuri fuissent exercitum ,, si persuasum ipsis non fuisset, publica no- ,, mine totius exercitus contrahi.

Si id non apparet] ,, Sponsores, scilicet, ,, præ se tulisse potestatem publico nomine ,, contrahendi.

Tenebantur ad id, quod intererat ex vi negotii ratum haberi] ,, Id enim præcise ,, promiserunt. *Vid. supr. §. 3. n. 3.*

Et hoc casu non corpora tantum] ,, Quia ,, deficiente ratihabitione manent bello ca- ,, pti, & jus victoris in vitam, & bona ,, eorum subsistit.

Sed & bona sponforum] ,, Adeo ut fide ,, hosti data Ducis promittentis magistratus ,, adigere eum debeat ut impleat. *Vid. l. 2. c. 13. §. 14. & 15. junct. l. 3. c. 23. §. 10.*

Nisi pœnam vice ejus, quod interest, ex- pressissent] ,, Tunc enim liberantur sponso- ,, res præstita pœna: ita enim partes dispo- ,, fuerunt.

Nam de obsidibus convenerat ut capite lue- rent] ,, *Vid. Liv. l. 9. c. 5.* Notandum au- ,, tem est, obsides illos non tam in pœnam ,, occidi potuisse, quam jure belli; defi- ,, ciente enim ratihabitione manebant hostes.

De sponsores an eadem dicta sit pœna, in obscuro est] ,, Immo de iis nihil dictum ,, erat, adeoque in sponsores idem obti- ,, nere debuit, quod in exercitu. Nam cum ,, juxta conditiones sponsonis exercitus iner- ,, mis dimitti debuit, sexcentis saltem obsi- ,, dibus reservatis, duces quoque, quæstores, ,, ac Tribuni, sub exercitu comprehende- ,, bantur. Unde Livius tradit, eos quoque ,, dimissos fuisse. *L. 9. c. 8.*

Pœna autem stipulatio tali modo facta efficit, ut si factum præstari nequeat, nihil aliud sit in obligatione] ,, Jure Romano quoque id ita ,, statutum est. *§. 18. Inst. de inut. stip. l. 38. §. 17. ff. V. O.* At repetendum est, ,, quod diximus, obsides non in pœnam, ,, sed ut hostes, & servos, jure belli occidi ,, potuisse.

Succedit enim certum loco incerti, quod interest] ,, Determinatio enim, & æstimatio ,, ejus, quod alterius interest, admodum ,, incerta est, quia & affectus &c. æstimari ,, debet. Adeoque in locum incertæ æstima- ,, tionis, ex dispositione partium certum ,, constituitur.

Etiã vitam valide obligari posse] ,, De ,, qua quæstione vide *l. 2. c. 21. §. 11. & l. 3. c. 2. §. 6.* At dixi, frustraneam hanc ,, esse

„ esse quæstionem in casu præsentis, ubi ju-
 „ re belli in captos sævire licuit.
 4 „ *Apud nos autem, qui aliter sentimus*] „ I.
 „ e. apud Christianos, ubi nemo jus in vi-
 „ tam suam habere creditur, & ubi jus vi-
 „ tæ, & necis in servos nefas habetur.
 „ *Bona primum ad id, quod interest*] „ Tan-
 „ tundem enim debetur, scilicet, ex bonis.
 „ *Corpus ad servitutem obligari*] „ I. e. Ad
 „ operas perpetuas. Immo sponsores illi jam
 „ erant servi, & sub jugum missi, adeoque
 „ non demum ex pacto tales fiebant.
 „ *Fabius olim Maximus*] „ Senatus Ro-
 „ manus pactum Fabii Maximi pro recipien-
 „ dis ab Annibale captis ratum habere noluit,
 „ ideo Fabius fundum, quem unicum ha-
 „ buit, vendidit, & fidem datam liberavit.
 „ *Conf. Plut. in vita Q. Fabii. Valer. Max.*
 „ 4. §. pr. *Brun. ad l. 5. ff. Pact. Pusend.*
 „ l. 8. c. 9. §. 12.
 „ *Brutulum Papium*] „ Uti pax non rum-
 „ pitur facto privato, L. 3. c. 20. §. 30,
 „ ita nec induciæ, L. 2. c. 21. §. 13; &
 „ satisfactum hosti est si violans cum bonis
 „ dedatur. d. §. 13. At hoc exemplum huc,
 „ ubi de sponso agit, non quadrat.

A D §. XVII

1 „ *A N sponso obliget summam potestatem ex*
 „ *notitia, & silentio*] Negatur: summa enim
 „ potestas tantum obligatur ex propria dispo-
 „ sitione, & declaratione voluntatis; talis
 „ autem non est nuda scientia, & silentium,
 „ *Vid. l. 2. c. 4. §. 4. §. 6. 7*: nisi facta
 „ quædam accedant, ex quibus necessario
 „ ratihabitio inferitur. Tota ergo quæstio eo re-
 „ cidit, an summa potestas satis declaraverit
 „ voluntatem; quod æque verbis, ac factis
 „ fieri potest.

„ *An pure facta sit sponso*] „ v. g. Si Dux
 „ promisit certas condiciones pacis, non ad-
 „ dita clausula, *si populus Romanus ratiba-*
 „ *buerit.*

„ *An sub conditione si rata haberetur a sum-*
 „ *ma potestate*] „ Adeoque si Dux non pure
 „ condiciones pacis promittit, sed sub con-
 „ ditione si populus approbaverit.

„ *Nam hæc conditio non impleta nullam facit*
 „ *sponsoem*] „ In eum enim casum Dux nihil
 „ promisit. *Vid. l. 3. c. 19. §. 14.*

„ *Debeat autem condiciones discrete impleri*]
 „ *Vide L. 2. c. 11. §. 8. n. 2. & c. seq. §. 21.*
 „ *Lutatii cum Peris*] „ Bello Punico primo,

„ Pactus autem erat Lutatius, *ut omnes*
 „ *utriusque socii in genere tuti essent*, addita
 „ conditione *si populus Romanus ratum ha-*
 „ *buerit.* *Polyb. Hist. 3. c. 29.* Cum vero po-
 „ pulus noluerit ratihabere, aliud foedus
 „ publicè repetitum est, d. c. 27. *Conf.*
 „ *Liv. l. 39. c. 30. & seq.*

„ *An præter silentium res aliqua accesserit*] 2
 „ Quando silentium habeatur pro consensu,
 „ vidimus supra l. 2. c. 4. §. 6. 7.

„ *Ut ex his, quæ de domini derelictione su-*
 „ *pra diximus*] „ L. 2. c. 4. §. 3. seq. Ubi
 „ simul demonstravimus, ex præsumpta de-
 „ relictione nullum jus oriri.

„ *Tum recte intelligitur actus ratum habitus*]
 „ Quod verum est: si ex illo facto id necessa-
 „ rio sequitur, & nulla alia ratio dari potest.

„ *Cicero pro Balbo*] „ Verba hæc sunt: *Ni-*
 „ *hil omnino unquam de isto foedere ad ple-*
 „ *bem neque de lege, neque de pœna latum*
 „ *esse, dico; de quibus etiamsi esset latum,*
 „ *ne quem civem reciperemus, tamen id esset,*
 „ *quod populus postea jussisset, ratum.* *Cic.*
 „ *Orat. 35. p. m. 720.* Et tum porro pro-
 „ bat, etsi injussu populi factum sit foedus,
 „ indeque nullo publico religionis vinculo
 „ obliget, tamen *ex vetustate sua, & au-*
 „ *toritate senatus* vim habere.

„ *De pactione cum Asdrubale facta*] „ Fœ- 3

„ dus renovaverat Asdrubal Carthaginensis
 „ cum populo Romano, *ut fines utriusque im-*
 „ *perii esset annis Iberus, Saguntinisque*
 „ *mediis inter imperia duorum populorum li-*
 „ *bertas servaretur.* *Liv. l. 21. c. 2.* Cum
 „ vero non obstante foedere Annibal Sagun-
 „ tum obsideret, legati missi sunt Cartha-
 „ ginem, qui Ducem in pœnam rupti foederis
 „ deposcerent. Romani provocabant tum ad
 „ foedus initum cum Lutatio Consule, ubi
 „ omnes in genere focii comprehensi fuere,
 „ tum ad foedus initum cum Asdrubale, ubi
 „ in specie Saguntinorum mentio facta fuit.
 „ Excipiebant Carthaginenses, in priori fœ-
 „ dere nihil de Saguntinis dictum fuisse,
 „ nec fociorum nomine futuros contineri:
 „ posterius foedus injussu populi initum fuis-
 „ se, indeque idem jus ibi esse, quod Ro-
 „ mani in pacto Lutatii pro se allegarunt,
 „ dum noluerunt illud ab initio ratihabere ob-
 „ dissentium populi. Replicabant Romani,
 „ in priori foedere non opus fuisse Saguntinos
 „ nominare, quia sub generali fociorum no-
 „ mine omnes præsentés, & futuri contine-
 „ rentur. In posteriori foedere ratihabitio-
 „ nem subsequutam esse tanti temporis silentio;
 „ „ aliam

,, aliamque rationem esse in fœdere Lutatii ,
 ,, quia ibi expresse additum erat , si populus
 ,, Romanus ratum habuerit. *Vid. Liv. l. 21.*
 ,, *c. 19. seq. l. 30. pr. Polyb. Hist. l. 3. c. 21.*
 ,, 29. 30.
 ,, Ex his argumentis satis apparet, justifi-
 ,, simum fuisse bellum Punicum secundum
 ,, ex parte Romanorum. Unde Hanno gra-
 ,, vissima oratione in Senatu factum Anni-
 ,, balis improbat. *Saguntium*, ait, *vestri*
 ,, *circumsedent exercitus, unde arcentur fœ-*
 ,, *derare: mox Carthaginem circumsedebunt*
 ,, *Romana legiones, ducibus iisdem Diis,*
 ,, *per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti,*
 ,, *Ëc. Sagunti ruita nostris capitibus inci-*
 ,, *dent, susceptumque cum Saguntinis bel-*
 ,, *lum, habendum cum Romanis est. Dede-*
 ,, *mus ergo Annibalem? Non dedendum so-*
 ,, *lum ad piaculum rupti fœderis, sed si nemo*
 ,, *deposcat, debeendum in ultimas maris,*
 ,, *terrarumque oras, Ëc. Liv. L. 21. c. 10.*
 ,, Rationes pro iustitia Romanorum nerveose
 ,, exposuit Livius L. 21. c. 19. *Hæc directæ*
 ,, *percussio, ac denuntiatio belli magis*
 ,, *ex dignitate P. R. visa est, quam de fœ-*
 ,, *derum jure verbis disceptare; quoniam ante,*
 ,, *tum maxime Sagunto excisa. Nam si per-*
 ,, *borum disceptationis res esset, quod fœdus*
 ,, *Asdrubalis cum Lutatii priore fœdere com-*
 ,, *mutatum est, comparandum non erat:*
 ,, *quoniam in Lutatii fœdere diserte additum*
 ,, *esset, ita id ratum fore si populus consuis-*
 ,, *set; in Asdrubalis fœdere nec exceptum*
 ,, *tale quidquam fuerit: Ëc tot annorum si-*
 ,, *lentio ita vivo eo comprobatum sit fœdus,*
 ,, *ut ne mortuo quidem auctore quicquam mu-*
 ,, *taretur; quanquam Ëc si priori fœdere sta-*
 ,, *retur, satis cautum erat Saguntinis, sociis*
 ,, *utrorumque exceptis: nam neque additum*
 ,, *erat, iis, qui tunc essent, nec qui postea*
 ,, *assumerentur. Et cum assumere liceret no-*
 ,, *vos socios, quis æquum censeret, aut ob*
 ,, *nulla quemquam merita in amicitiam reci-*
 ,, *pi, aut receptos in fidem non defendi?*
 ,, *tantum ne Carthaginensium socii aut solici-*
 ,, *tarentur ad defectum, aut sua sponte de-*
 ,, *sciscentes reciperentur. Plenius hoc argu-*
 ,, *mentum tractat Auctor cap. seq. §. 13.*
 ,, *Vix erat ut silentium solum ad inducendam*
 ,, *ratibationem facti alieni valeret]* ,, Immo
 ,, publice, & in conspectu omnium fœdus il-
 ,, lud ab Asdrubale initum fuit: civitas con-
 ,, sociata fuit rei gestæ, neque vivo Asdrubale,
 ,, neque eo mortuo contradixit; adeoque
 Tom. III.

,, consensus hic eo magis elucescit, quod
 ,, idem cum aliis quoque gentibus fœdera
 ,, contraxerit, eoque magis consilio, quam
 ,, bello res Carthaginensium auxisse dicatur.
 ,, *Liv. L. 21. c. 2.*
 ,, *Quippe cum factum proprium nullum secu-*
 ,, *tum esset]* ,, Immo secutum est, dum Duci
 ,, suo facultatem fœdera pangendi permise-
 ,, runt. *Liv. d. l. 21. c. 2.*
 ,, *Nisi aliquando Pœnus Iberum transire vo-*
 ,, *lens prohibitus a Romanis esset]* ,, In actibus
 ,, negativis jus non acquiritur nisi præcesserit
 ,, prohibitio, adeoque silentium solum jus
 ,, non tribuit, sed prohibitio. Atque hinc
 ,, est quod in rebus meræ facultatis non pro-
 ,, cedat præscriptio. Quatenus id naturali
 ,, juri conveniat, explicabimus c. seq.
 ,, §. 15.
 ,, *Talis enim actus vim habet actus positi-*
 ,, *vi, nec manet intra fines nule abnuntios]*
 ,, Sensus est, quod accedente prohibitio-
 ,, ne jus sibi asserat prohibens, quod alter
 ,, non abnuendo concedit.
 ,, *Quod si Lutatii pactio habuisset partes]*
 ,, Auctor n. r. recte asseruit, pactum Lu-
 ,, tatii irritum fuisse, quia conditio defe-
 ,, cit, .i. e. populus ratum non habuit. Si
 ,, vero populus longo tempore siluisset, an
 ,, ex hoc silentio consensus inferri potuisset?
 ,, Negat hoc Auctor, nisi factum aliquid
 ,, accedat, quod consensum necessario de-
 ,, claret. Atque inter hæc facta refert casum,
 ,, si pactio illa plures articulos a jure com-
 ,, muni abeuntas (si enim ex jure com-
 ,, muni gentium actus sit, non potest vi-
 ,, deri vi fœderis gestus, eoque fœdus
 ,, approbatum esse) habuisset, & Roma-
 ,, ni cæteros articulos perpetuo observa-
 ,, sent, necessario inde concludendum esset,
 ,, reliquos articulos approbatos fuisse; quia
 ,, qui unum ex contentis in instrumento
 ,, approbat, alterum quoque approbare
 ,, censetur,
 ,, *A jure communi abeuntes]* ,, Alias alle-
 ,, gare posset, se actum illum non vi fœ-
 ,, deris, sed ex jure communi peregrisse.
 ,, *Sed de his agendi erit opportunior locus*
 ,, *Ëc.]* ,, *Vid. L. 3. c. 22.* At in genere hic
 ,, notandum, pacta illa non ad fœdera,
 ,, nec ad pacta privata pertinere, sed ad
 ,, ea pacta publica, quæ vi mandati a du-
 ,, cibus belli fieri possunt, indeque non a
 ,, duce belli qua privato, sed qua instru-
 ,, mento summæ potestatis peraguntur.

C A P U T X V I.

De interpretatione.

- I. Quomodo promissa obligent exterius.
 II. Verba, si alia conjectura absint, intelligenda ex proprietate populari.
 III. Verba artis ex arte.
 IV. Conjecturis usum esse ex ambiguitate vocum, ex specie repugnantia, aut quia sponte se ingerunt:
 V. Ut ex materia:
 VI. Ex effectu:
 VII. Ex conjunctis: origine, aut etiam loco:
 VIII. Quo pertinet conjectura ex ratione movente, qua quando, & quomodo locum habeat.
 IX. Distinctio significationum in laxas, & strictas.
 X. Distinctio promissorum in favorabilia, odiosa, mixta, aut media.
 XI. Rejerta circa actus populorum, aut regum differentia contractuum bona fidei, aut stricti juris.
 XII. Ex dictis distinctionibus significatum, & promissorum regule formantur circa interpretationes.
 XIII. An sociorum nomine futuri veniant, & quatenus: ubi de federe Romanorum cum Asdrubale, & similibus controversus.
 XIV. Quomodo interpretandum, Ne alter populus alterius injussu bellum gerat.
 XV. De illis verbis, Liberam fore Carthaginem.
 XVI. Quae pacta personalia habenda, quae realia, distinctionibus explicatur.
 XVII. Fedus cum Rege initum extendi ad Regem regno pulsam:
 XVIII. Non ad regni invasorem.
 XIX. Promissum ei, qui primus hoc fecerit, si phares simul fecerint, cui debeatur.
 XX. Conjectura se ultro offerens: aut extendit, & quando id fiat:
 XXI. Ubi & de mandato per aliud implendo:
 XXII. Aut restringit: idque vel ex defectu originario voluntatis, qui colligitur ex absurdo:
 XXIII. Ex cessatione rationis unica:
 XXIV. Ex materia defectu:
 XXV. (Observatio circa conjecturas proxime dictas:)
 XXVI. Vel ex casus emergentis repugnantia cum voluntate: qui sumitur ex illicito:
 XXVII. Ex onere nimium gravi, habita ratione actus:
 XXVIII. Ex signis aliis, ut ubi partes scripti inter se committuntur:
 XXIX. Quae tum regule observanda sint.
 XXX. Scripturam in dubio ad contractus validitatem non requiri.
 XXXI. Regum contractus interpretatio neti ex jure Romano non sumere.
 XXXII. Verba conditionem acceptantis, an offerentis, magis spectanda, per distinctionem explicatur.

† I. I. **I**pfum, + qui promisit, solum si spectamus, + sponte id præstare obligatur, + in quod obligari voluit. ¹ + *In fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum*, inquit a Cicero. + Sed quia ² interni actus per se spectabiles non sunt, & certi aliquid statuendum est, + ne nulla sit obligatio, si quisque sensum, quem vellet, ³ sibi affingendo liberare se posset; + ipsa dictante naturali ratione jus est ei, cui quid promissum est, promissorem cogere ad id, quod recta interpretatio suggerit; + nam alioqui res exitum non reperiret: + quod ⁴ in moralibus pro impossibili habetur. + Hoc forte sensu cum de pactis egisset b Isocrates ⁵ præscriptione adversus Callimachum, τὰ τῶ, b Pag. 376. D. Ed. H. Steph. inquit, νόμοι κοινῶ πάντες ἀνθρώποι διατελῶμεν χρωόμενοι, + ut recte eum locum emendavit vir eminentissimæ eruditionis Petrus Faber, (aa) *hac lege communi homines inter nos perpetuo utimur*, nec Græci tantum, sed & Barbari, + ut paulo ante idem dixerat.

2. Huc illud pertinet in antiqua fœderum formula apud c Livium: *Sine dolo malo a utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt.* + Rectæ interpretationis mensura est ⁶ collectio mentis ex signis maxime probabilibus. (bb) + Ea signa sunt duùm generum, verba, & conjecturæ aliæ: quæ ⁷ + aut seorsim considerantur, + aut ⁸ conjunctim.

II. + Si nulla sit conjectura, quæ ducat aliò, + verba intelligenda sunt ex proprietate, b non grammatica, ⁹ quæ est ex origine, sed + populari ex usu,

¹ *Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.*

Stulto ergo perfidiæ effugio usi sunt c + Locri, cum polliciti se pactis staturos quamdiu terram hanc insisterent, & capita humeris gestarent, terram calceamentis

d Horat. Art. Poët. vers. 731

G R O T I I.

G R O N O V I I.

a *Utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt*] Vota interpretanda, ut communiter sumuntur, notant Hebræi ad Num. XXX.

b *Non grammatica, quæ est ex origine*] Bene Procopius Vandalicorum I. ubi de voce agit Fœderatorum: τὸ χρόνος τὰς προσηγορίας, ἐφ' ὧν τίθενται, πῶς αἰετὶ τρεῖν. ἀλλὰ τῶν πραγμάτων αἰετὶ περιφερομένων ἢ ταῦτα ἀγιν ἐθέλουν ἀνθρώποι, τῶν πρόσθεν ὀνομασμένων ὀλεωμένων. *Longa dies non solet servare voces in quo primum datae sunt sensu; vertuntur enim res ipsæ quæ volunt homines, vocabula illa primitivè imposita rebus nihil curantes.* (Cap. II.)

c *Locri*] Polybius lib. XII. (c. 4.) Simile quod Bœoti urbem polliciti reddere, non stantem, sed everfam reddidere. Thucyd. V. (Cap. 42.) & quod Mahumetes Sultanus, Eubœa capta, cum dissecuit, cui caput inecolome fore promiserat. [Vide J. CUSPINIAN. de Turcarum orig. in Mahumete II. pag. 132. Edit. Lugd. B. 1654. J. B.]

1 *In fide*] Scilicet data. Ubi quid promiseris; vel receperis.

2 *Interni actus per se*] 2, 4. 3.

3 *Sibi affingendo*] Dicendo, se non hoc, quod poscitur, sed aliud cogitasse, & intellectum voluisse.

4 *In moralibus*] In practicis, in prudentiis, & artibus; in his materiis, quæ agendo explicantur.

5 *Præscriptione*] Παροχρηστικῶν, sive Exceptione, quæ demonstrat, adversario contra sese actionem non esse.

6 *Collectio mentis*] Indagatio, & explanatio sententiæ dictorum.

7 *Aut seorsim*] Ut extra significationem verborum aliunde arcessantur.

8 *Conjunctim*] Ut conjecturæ petantur ex verbis.

9 *Quæ est ex origine*] Multis enim verbis longe aliam significationem imposuit usus, quam ea primitus ex origine acceperant.

(aa) In Opere *Semestrium*, Lib. I. Cap. 7. in fine. J. E.

(bb) In toto isto Capite perpetuo conferendus

mentis injectam, & aliorum capita humeris imposita abjecerunt, quasi eo modo religione se possent exsolvere, quæ historia apud Polybium e existat: ac + similis perfidiæ exempla aliquot apud Polyænum f, quæ transcribere nihil opus est, + quia controversiam non habent. Ejusmodi fraudibus recte & dixit Cicero, + adstringi, non dissolvi perjurium.

III. d In artium autem vocabulis, quæ populus vix capit, adhibenda erit + artis cujusque prudentum definitio, ut + quid sit majestas, + quid parricidium, quæ 10 ad finitivum statum referunt oratoris artis magistri. Vere enim dictum a Cicerone Academicarum b primo: *Dialecticorum verba nulla 11 sunt publica, suis utuntur: & id quidem commune omnium fere est artium.* Sic si in pactis de exercitu dictum fuerit, definiemus + exercitum esse eam militum multitudinem, quæ palam fines hosticos ausit invadere; nam passim opponunt historici id, + quod furtim fit, aut latrocinantium more, & quod justo fit exercitu. Quare + pro viribus hostium æstimandam, quæ copiarum exercitum faciant. Cicero i exercitum vocat sex legiones, & auxilia. + Polybius Romanum exercitum + plerumque, ait, constituisse 12 sexdecim millibus (cc) Romanorum, viginti sociorum: at minor quoque numerus implere potest ejus nominis mensuram. Nam Ulpianus k exercitus præesse eum, ait, + qui vel uni legioni cum auxiliis præest; id est, ut Vegetius l exponit, decem millibus peditum, duobus millibus equitum. Et Livius in octo millibus (dd) speciem ponit justis exercitus. + Pari modo de classe erit æstimandum. Sic e + arx est locus, qui arcere hostilem exercitum ad tempus possit.

IV. i. + Conjecturis assumtis opus est, ubi verba, aut verborum complexio sunt πολυσημε, id est, + plures significationes recipiunt. Hunc locum Rhetotes vocant 13 ἐξ ἀμβιβολίας Dialectici subtilius, si in una voce sensus esse plures possent, + ὁμωνυμίαν, si in complexione, ἀμβιβολίαν. + Similiter

PUFENDORPIUS. De Jure Nat. & Gent. Lib. V. Cap. 12. cum Notis nostris. J. B.

G R O T I I.

d In artium autem vocabulis] Augustinus in theologicis: Ut multa nova tam a technicis, & mathematicis, quam a philosophis cognominantur, accipere debemus non tam pro solito usu consuetudinis, quam pro conditione præcepti. (Cap. 9. Princip. Rhetoric. fide illi Doctori tributorum.)

e Arx est locus, qui arcere hostilem exercitum ad tempus possit.] Servius ad 1. Æneidos: Arces dicte ab eo, quod est arceo, quod inde hostes arventur, hoc est prohibentur. (Ad vers. 20.)

G R O N O V I I.

10 Ad finitivum statum] Constitutionem ex definitione, quam in controversia est, quo nomine factum appelletur. Cie. 1. de Invent. 8. Ad Herennium. 1. 12. Finitionem vocat Quintil. 7. Inst. 3.

11 Sicut publica] Vulgo, & indoctis nota.

12 Sexdecim millibus] Quatuor legionibus, Angulas 40000 ped. 300. eqn. Polyb. 1, cap. 161 Vegetius 2, 2. Romani legiones habent, in quibus singulis septem millia, interdum amplius, militare consueverunt. cap. 6. Legio plena, que habet pedes sex millia centum, equites DCCXXVI.

13 Ex ἀμβιβολίας] Ex ambiguo, ad Herennium. 1, 12. Ambiguum, vel amphiboliam, Quintil. 7, 9.

(cc) Nimirum peditum. Sed accedebat præterea etiam Equitatus, ut ex sequentibus patet, Hist. Lib. III. Cap. 72. Vide & J. Casauboni Notam in Lib. I. Cap. 16. pag. 21. Ed. Amst. J. B.

(dd) Prima Editio sola habet heic in margine, Lib. XXV. Locus est Cap. 6. Speciem justis exercitus fecissimus. Sed reliquæ cladis Cannensis, de quibus heic agitur, & quæ Venusiam redierant, erant tantum quatuor millia hominum, ut narravit supra Historicus, Lib. XXXI. Cap. 54. in. J. B.

militer conjecturis opus est, quoties in pactis est *ἐναντιοφανεῖα*, species quaedam repugnantiae. Tunc enim conjecturae quaerendae sunt, quae partes alias aliis concilient, si fieri potest; + nam si certa sit pugna, quod posterius inter contrahentes placuit, prioribus derogabit: quia uno tempore nemo contraria potuit voluisse; & ea natura est actuum, qui a voluntate pendent, + ut novo actu voluntatis discedi inde possit, + sive *μονομερῶς* + ex parte una, ut in lege, & testamento, sive conjunctim, ut in contractibus, & pactis. Hunc locum Rhetores vocant ¹⁵ *ἐξ ἀντινομίας*. Et his quidem casibus verborum evidens obscuritas + cogit recurrere ad conjecturas.

2. Interdum vero ipsae conjecturae ita evidentes sunt, + ut sponte se ingerant, etiam contra receptiorem verborum significatum. Hunc locum Graeci Rhetores vocant *περὶ ῥῆτῆς καὶ διανοίας*: Latini ¹⁶ ex scripto, & sententia scripti. + Loci autem, ex quibus voluntatis conjecturae promuntur, praecipui sunt ¹⁷ + ex materia, + ex effectu, + ex conjunctis.

V. f + Ex materia, ^m + ut vox diei, si triginta dierum pactae sint induciae, non debet de diebus ¹⁸ naturalibus, sed ¹⁹ civilibus intelligi: + id enim materiae congruit. + Ita verbum ²⁰ donare ⁿ sumitur pro transigere ex negotii qualitate. + Sic armorum vox, quae modo belli instrumenta, modo milites armatos significat, pro materia aut hunc, aut illum in modum erit interpretanda. Ita homines qui reddere promisit, vivos, non mortuos reddere debet, + contra, quam cavillati sunt ²¹ Plataenses. Et ferrum deponere iussi, satisfecerunt + si gladium deponant, ²² + non & fibulas, (ae) quod Pericles arguabatur: & exitus ex urbe liber intelligi debet, ita ut & iter tutum sit, + contra, quam fecit ²³ Alexander. Et pars dimidia navium in divisione, integrarum intelligi debet, + non sectarum, contra quam (ff) Romani Antiocho fecerunt. + De similibus idem esto iudicium.

VI. + Ex effectu, ^o in quo praecipuum est + si vox ex usu receptiore sumta ^o effectus ^o Everb. in loco ab ubi surda.

G R O T I I.

f Ex materia] *Tertullianus* de pudicitia: ex materia dicti dirigendus est sermo. Idem habet libro de Resurrectione carnis. [In hoc opere leguntur verba ab Auctore adhaerita, nisi quod pro voce sensus male scripserit *Sermo*. Cap. 37. In Libro autem de Pudicitia Cap. 8, & seqq. ex hac regula nonnulla loca Scripturae interpretari conatur *Tertullianus*; verba autem ipsa regulae non reperio. J. B.

G R O N O V I I.

14 Sive *μονομερῶς*] Sive sufficiat unius personae voluntas, ut cum legislator legem, testator testamentum mutat; sive plures, & minimum duos consentire oportet.

15 *ἐξ ἀντινομίας*] Ex arbitrariis legibus, ad Herenn. 1, 11. *Antinomian*. *Quintil.* 7, 7.

16 Ex scripto, & sententia] 1. ad Herenn. 11. ex scripto, & voluntate, *Quintil.* 7, 6.

17 Ex materia] Cum aliquid in nostrum commodum interpretamur ideo, quia verba in tali materia ita accipi soleant.

18 Naturalibus] Qui constant, dum sol est supra hemisphaerium nostrum.

19 Civilibus] Qui sunt 24. horarum l. 8. D. de Peris, & dilat. *Gell.* 3, 2.

20 Donare pro transigere] Licet finire remittendo de jure suo ante sententiam iudicis. *Sueton.* Calig. 40.

21 Plataenses] *Thucyd.* initio l. 2. (c. 5. 6.)

22 Non & fibulas] Quibus adstringebat pallia.

23 Alexander] *Diod. Sic.* 17, 84. *Polyan.* Str. 4, 3, 20. *Alexand.* 257. [Adde *Plutarchum*, Vit. Alex. p. 698. C. quam forte indicare voluit *Vit. Doctissimus* in fine istius *Notulae*. J. B.]

(ae) Refert id *FRONTINUS*, *Stratagem.* Lib. IV. Cap. 7. num. 17. J. B.

(ff) Narrat illud *VALEERIUS MAXIM.* Lib. VII. Cap. 3. §. 4. Verum aliter *LIVIVS*, XXXVIII, 39. J. B.

¶ L. In
ambigua.
D. de legi-
bus.
q Thuc. IV.
c. 98.

¶ Everh.
in loco a
coniunct.
duarum
leg.

¶ Iliad.
111. 22, 93.
¶ Ibid.
verb. 281,
309.
¶ Plut.
Jymp. IX.
13.

effectum post se traheret a ratione alienum. In ambigua enim voce ea potius accipienda est interpretatio P, + quæ vitio caret. + Itaque non admittenda (gg) Brasidæ cavillatio q, qui pollicitus agro Bœoto se decessurum, negabat agrum Bœotum esse, quem exercitu infideret, + quasi de bellica possessione, non de finibus antiquis ea vox intelligenda esset: quo + sensu inanis fuerat pactio.

VII. g + Conjuncta sunt aut origine, r + aut etiam loco. Conjuncta origine sunt, quæ ex eadem voluntate profiscuntur, etiamsi alio loco, & occasione dicta, + unde conjectura nascitur, quia ²⁴ in dubio voluntas creditur sibi fuisse consentiens. Sic apud Homerum quod dictum erat inter Paridem, & Menelaum, ut victori Helena cederet, ex ^r posterioribus ita erit exponendum, + ut victor is demum intelligatur, qui alterum occiderit. + Ratio nem reddit Plutarchus: "οἱ δίκασαι τῷ μηδέν ἀμφισβητήσιμον ἔχοντι προστίθενται, τὸ ἀσαφέστερον ἔσσαντες" *judices accedunt ei, quod minus ambiguum est, omisso eo, quod est obscurius.*

VIII. Inter ea, + quæ & loco conjuncta sunt, vim præcipuam habet ^h ²⁵ ratio legis, quam cum mente multi confundunt, + cum unum sit ex indiciis, quibus mentem venamur. + Est tamen inter conjecturas hæc validissima, + si certo constet, aliqua ratione, tanquam causa unica, voluntatem fuisse motam; + nam sæpe rationes sunt plures: + interdum & ²⁶ præter rationem voluntas semet ex vi libertatis suæ determinat, quod ad obligationem producendam sufficit. + Hoc modo (hh) donatio ob nuptias facta vim non habebit, si nuptiæ secutæ non sint.

IX. Cæterum, sciendum est, + voces multas habere significationes plures, alteram strictiorem, alteram laxiorem: quod multis ex causis evenit, + aut quia specierum uni nomen generis adhæret, ut in vocibus ²⁷ cognationis, &

G R O T I I.

g Conjuncta sunt aut origine, aut etiam loco] Bene Augustinus contra Adimantum c. 14. Particulas quasdam de scripturis eligunt, quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ supra, & infra scripta sunt, ex quibus voluntas, & intentio scriptoris possit intelligi. (§. 2. Cap. XIV. Edit. Benediclin.)

h Ratio legis] Cicero pro A. Cæcina: Non alia est ratio juris in hoc genere dantaxat, utrum me tuus procurator defecerit, si, qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia non sit, absitve reipublicæ causa, quasi quidam pene dominus, hoc est, alieni juris vicarius: an tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quivis, qui illam vim, dejectionemve tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. (Cap. 20.)

G R O N O V I I.

24 In dubio] Ubi non exploratum est, aliquem

voluntatem mutasse, creditur idem velle, quod aliquando se voluisse significavit.

25 Ratio legis cum mente] Ratio est causa, quæ legislatorem movit, ut legem poneret; mens, sententia, seu id, quod ex verbis recte acceptis colligitur.

26 Præter rationem voluntas] Non ratio, sed libido, sed fortuitus animi motus facit decernere, consentire, promittere.

27 Cognationis] Nam cognatio in genere est vel agnatio, vel cognatio in specie: adoptio est vel arrogatio, vel adoptio.

(gg) Non Brasidæ, Ducis Lacedæmoniorum, sed Præconis ab Atheniensibus missi. Inspice locum Thucydidi, in orâ libri distinctius designatum. J. B.

(hh) Exemplum istud non suo loco positum, quum pertineat ad superiora, Si certo constet aliquâ ratione tanquam causâ unicâ &c. Deinde ibi nihil obscurum, nihil ambiguum: & exceptio manifesto sequitur ex naturâ ipsius rei. J. B.

G R O .

& adoptionis, item in nominibus ²² masculinis, quæ etiam pro communibus sumi solent, ubi desunt communia: + aut quia usus artis latius patet, quam usus popularis, † ut ^{i 29} mors in jure civili ad deportationem producitur, cum apud populum aliud significet.

X. Simul notandum est, ^{v +} eorum, quæ promittuntur, alia esse (ii) favorabilia, alia odiosa, alia mixta, aut media. Favorabilia sunt, + quæ ³⁰ Alc. v. resp. 17. æqualitatem in se habent, + & quæ communem spectant utilitatem, quæ quo major est, atque latius patet, eo major est promissi favor, ut + eorum, quæ ad pacem faciunt, major, quam ad bellum, + & belli ³¹ ob tuitionem suscepti major, quam aliis de causis. + Odiosa sunt quæ partem alteram tantum, aut plus altera onerant, & + quæ pœnam in se continent, + & quæ actus faciunt irritos, + & quæ de prioribus aliquid immutant. + Quod si mixtum sit aliquid, + ut mutans quidem priora, + sed pacis causa, id pro magnitudine boni, aut mutationis, + modo favorabile, modo odiosum censetur, + ita tamen ut, cæteris paribus, favor censeatur potior.

+ XI. + Discrimen ³² actuum x bonæ fidei, & stricti juris, (kk) + quatenus ex jure est Romano, ad jus gentium non pertinet. Potest tamen aliquo sensu huc aptari, + ut scilicet si quibus in regionibus actus aliqui ³³ x Gl. in l. non possunt. D. de legibus. formam quandam habeant communem, ea + quatenus immutata non est, + actui inesse intelligatur: + in aliis autem actibus, qui per se sunt indefiniti, + qualis est donatio, & liberalis promissio, + magis stetur dictis.

XII. I. + His positis hæ tenendæ sunt regulæ. + In non odiosis sumenda verba secundum totam proprietatem usus popularis, + & si plures sint, eam, quæ latissima est; + quale est ut masculinum sumatur pro genere communi, + & indefinita locutio pro universali. Sic ³⁴ verba hæc, *Unde quis dejectus est*, etiam ad eum restituendum pertinebunt, ³⁵ + qui vi vetitus est ad suum accedere;

G R O T I I.

[*Mors in jure civili ad deportationem producitur*] Vide *Guicciardinum* libro XVI. ubi de patris Caroli V. ad Mediolanensem ducatum pertinentibus sermo. (pag. 341. Ed. Genevens. 1645.)

G R O N O V I I.

²⁸ *Masculinis*] L. 1. de V. S. Verbum hoc, s. I Q U I S, tam masculos, quam feminas complectitur.

²⁹ *Mors in jure*] Sic deportati pro mortuis habentur. l. 4. §. 2. D. de bon. libert. l. 1. §. 8. de bon. poss. cont. tabb.

³⁰ *Æqualitatem*] In quibus par, & æqualis utriusque partis sit conditio, atque ambabus consulitur.

³¹ *Ob tuitionem*] Ad fines suos defendendos, quam ad acquirendum, aut ulciscendum.

³² *Actuum bonæ fidei*, &] §. 28. Instit. de action. Infr. 3, 21. 16.

³³ *Formam quandam*] Continere aliquid, &

Tecum trahere, vulgo existimetur, adeo ut isto actu nominato alterum quoque factum intelligatur. Hoc ideo monet, quia in stricti juris actiones tantummodo venit illud, quod nominatim conventum est, & quod ipsi contractui inest ex definitione juris: at in bonæ fidei judiciis multa veniunt, quæ nominatim non placuerunt, sed quæ præstari æquum, bonumque ducit officium judicis.

³⁴ *Verba hæc, Unde quis*] In interdicto recuperandæ possessionis, quod *Unde vi* appellatur §. 6. Instit. de Interd.

³⁵ *Qui vi vetitus*] Cui vi, & manu præclusus est aditus ad prædium suum, non tantum de illo, qui tractus inde, aut exturbatus est.

(ii) Distinctionem illam nec satis certo fundamento niti, & parum utilem esse, ostendimus, post alios, in Notis nostris ad PUFENDORP. *De Jure Nat. & Gent.* §. 12, & seqq. Capitis huic respondentis, & antea indicati. J. B.

(kk) Vide eundem PUFENDORPIUM, *Lib. V. Cap. 2. §. 8. J. B.*

G R O

accedere; + nam vox laxius sumpta fert eam significationem, ut recte + Cicero pro A. Cæcina disputat.

^y Bart. in
l. Si is qui
pro emtore,
D. de usuc.
Covar. III.
Var. c. 5.
n. 5. Tiraq.
in leg. con-
suh. Gl. 5.
n. 115.

2. + In favorabilioribus, ^y + si is, qui loquitur, jus intelligat, aut peritorum juris consilio utatur, verba laxius sumenda, + ut etiam includant significationem artis, + aut quam lex dedit. ^k + Ad significationes autem plane improprias non recurrendum, + nisi alioqui absurdum aliquid, aut ¹⁷ pacti inutilitas sequeretur. Ex contrario verba etiam strictius, quam fert proprietas, sumenda erunt, + si id necessarium erit ad vitandam iniquitatem, vel absurditatem: at si non talis est necessitas, + sed manifesta æquitas, vel utilitas in restrictione, subsistendum erit intra arctissimos terminos proprietatis, + nisi circumstantiæ aliud suadeant.

^z Barb.
IV. cons. 92.

3. In odiosis vero + etiam ¹⁸ sermo figuratus aliquantulum admittitur, quo onus vitetur. Itaque in donatione, & juris sui remissione, verba, quantumvis generalia, + restringi solent ad ea, de quibus verisimiliter est cogitatum. + Et in hoc rerum genere ¹⁹ + occupatum nonnunquam id demum intelligitur, quod spes sit posse retineri. * Sic + auxilia promissa ab una tantum parte, intelligentur deberi impendiis ejus, qui postulabit.

^a Lib. XXI.
c. 19.

^b Hist. l.
III. c. 29.

XIII. 1. + Illustris est quæstio, sociorum nomine veniant tantum qui erant federis tempore, an & futuri, + ut in federe facto inter populum Romanum, & Carthaginiensem, post bellum de Sicilia: ⁴⁰ *Utriusque populi socii ab utroque populo tuti sunt.* Hinc Romani inferebant, + etiam si fedus cum Afrubale ictum de Ibero ante non transeundo, nihil ipsis prodesset, + quod Carthaginienses id ratum non habuissent, tamen si Carthaginienses factum Annibalis oppugnantis Saguntinos, quos post fedus Romani socios adsciverant, probarent, bellum indici ipsis posse tanquam federe violato. Rationes ita ⁴¹ Livius * exponit: *Satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque exceptis; nam neque additum erat, iis, qui tunc essent, ¹ nec, ne qui postea assumerentur: Et cum assumere novos liceret socios, quis æquum censeret, ⁴² aut ob nulla quemquam merita in amicitiam recipi, aut receptos in fidem non defendi, tantum ne Carthaginiensium socii aut sollicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desciscerent reciperentur? Quæ ferme ad verbum ⁴³ de Polybio ^b sumpta apparet. + Quid dicemus? Quin verbum sociorum, & strictam illam de iis, qui erant*

G R O T I I.

^k Ad significationes autem plane improprias non recurrendum, nisi alioqui absurdum aliquid, aut patelli inutilitas sequeretur] Vide exemplum in l. cum vicum, 16. C. de Fideicommissis.

¹ Nec, ne qui postea assumerentur] Quod additum in pace Peloponnesiaca inter Lacedæmonios, & Athenienses. Thuc. lib. V. (c. 18.)

G R O N O V I I.

¹⁷ Significationem artis] Non populari tantum usu sumantur.

¹⁸ Pacti inutilitas] Ut pactum vanum sit, & effectu careat.

³⁸ Sermo figuratus] Tralatus, discedens a proprietate verborum.

³⁹ Occupatum] Ut in agris arcifiniis, 2, 3. 16. (Non agitur de tali occupatione, ut adtendenti satis patet. J. B.)

⁴⁰ Utriusque populi socii] Polybius 3, 27: τὴν ἀσφαλίαν ὑπαρχέειν καὶ ἐκατέρω τοῖς ἐκατέρω συμμάχοις.

⁴¹ Livius lib. XXI.] 19.

⁴² Aut ob nulla quemquam] Aut nullius in posterum populi erga se merita facere tanti debere vel Rom. vel Pænis, ut ob illa fedus ei sociale darent; aut si dedissent, pericula eorum destituerent, & indefensos proderent.

⁴³ De Polybio Hist. l. III.] 29.

erant federis tempore, & ampliorem alteram significationem, quæ ad futuros quoque porrigitur, recipere possit + salva ratione recti sermonis, dubitandum non est. Utra ergo præferenda sit interpretatio, ex regulis ante traditis erit videndum: secundum quas dicimus, (II) + futuros non comprehendi, + quia agitur de federe rumpendo, + quæ odiosa est materia: + & de adimenda Carthaginensibus libertate, eos, qui injuriam ipsis fecisse crederentur, armis cogendi; ^m + quæ libertas est naturalis, nec temere abdicata censetur.

2. Ergo Romanis adsciscere in societatem Saguntinos, aut adscitos defendere non licuit? Imo vero licuit, + non ex vi federis, sed ex jure naturali, quod federe non erat abdicatum: ita ut Saguntini apud utrosque eo essent loco, quasi nihil de sociis convenisset: quo casu + nec Carthaginenses contra fedus erant facturi, si in Saguntinos arma moverent, quæ justa arbitrarentur, + nec Romani si eos defenderent. + Plane sicut Pyrrhi tempore inter Carthaginenses, & Romanos convenerat, ^c ut si eorum populorum alter cum Pyrrho fedus faceret, ita faceret ut jus auxilia mittendi ei, quem Pyrrhus bello impeteret, salvum maneret. + Non dico justum utrinque bellum esse potuisse; sed ⁿ + nego pertinuisse hoc ad federis violationem: quomodo in quaestione de auxilio Mamertinis missò a Romanis distinguit Polybius, ^d an justum id fuerit, & an per fedus licuerit.

3. Et hoc ipsum est, quod Corcyrenses apud Thucydidem ^e dicunt Atheniensibus, + licere ipsis sibi auxilia mittere, nec obfatare quod Atheniensibus habebant cum Lacedæmoniis fedus, quando per id fedus novos socios adsciscere liceret. Atque eam sententiam secuti sunt Atheniensibus postea, imperato suis, ne in Corinthios pugnarent, ^f nisi ubi ii descendere pararent hostiliter in Corcyram, aut in aliquod solum ditionis Corcyrensiū, ne scilicet fedus rumpere. Non pugnat autem cum federe, ut quos alii offenderent, hi defenderentur ab aliis, ^o + manente de cætero pace. Justinus ^g + de his temporibus agens: *Inducias, quas proprio nomine condixerant, + ex sociorum persona rumpebant, quippe + quasi minus perjurii contraherent, si ferentes sociis auxilia*

G R O T I I.

^m *Quæ libertas est naturalis, nec temere abdicata censetur*] Romani Samnitibus Sidicinos bello petere volentibus, petentibusque ut id per Romanos fieri liceret, responderunt, nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis, bellique liberum arbitrium sit. Livius lib. VIII. (c. 2.) In Antiochi federe est: *Si qui sociorum populi Romani ultra bellum inferrent Antiocho, vim ei arcendi jus esto: cum ne quam urbem aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat.* Livius XXVIII. (c. 38.) Polybius in excerptis legationum 35. [Sidicini nequaquam socii erant Romanorum, ut patet ex fine Cap. I. præcedentis apud Livium, in federe autem cum Antiocho agitur tantum de jure defensionis, quod in omni pacto tacite exceptum censi debet. J. B.]

Tom. III.

ⁿ *Nego pertinuisse hoc ad federis violationem*] Procopius Perficorum II. ἔφασκε τε ὡς αὐτὸς ἔλεγε τὰς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων σπονδὰς, ἐπεὶ αὐτὸν εἰς ταύτας ἑδέρου ἐσεγγείλαντο dicebat Alamundarus rex Saracenorum, non violari a se quæ inter Persas, Romanosque convenerant; quandoquidem ipse a neutra parte conventis inscriptus esset. (Cap. I.) ^o *Manente de cætero pace*] Sic post tempora memorata Corcyrenses decrevere, Ἀθηναίοις μὲν ἐύμμεχοι εἶναι μετὰ τὰ ἐσυκείμενα, Πελοποννησίοις δὲ φίλοι. Velle se Atheniensibus ex pactis societatem armorum præstare, & cum Peloponnesiis servare amicitia jura. [THUCYDID. III. 70.]

(II) Comprehenduntur etiam futuri, ut ostendimus in Notis nostris Gallicis ad hunc locum. J. B.

S

G R O -

^b Pag.
93. A.

auxilia potius, quam si aperto praelio dimicassent. Sic & in oratione de Haloneso, ^b quæ inter Demosthenicas legitur, apparet, pace quadam Atheniensium cum Philippo cautum, ut quæ ea pace non comprehenderentur Græciæ civitates liberæ essent: si quis vim inferret, ⁺ defendere eas in pace comprehensis liceret. Et hoc quidem exemplum est ⁺ in federe æquali.

ⁱ C. XV.
§. 7. n. 2.

^k Livius,
lib. XLII.
c. 25.

XIV. In federe ⁺ inæquali ponemus alterum, si convenerit ⁺ ne alter federatorum injussu alterius bellum gerere possit; quod ⁴⁴ positum fuisse in federe Romanorum, & Carthaginensium, post bellum Punicum secundum, supra ⁱ memoravimus; sicut & positum fuit in federe ⁴⁵ Macedonico cum Romanis, ^k ante Perseum regem. Cum belli gerendi nomen ⁺ & ad omne bellum pertinere possit, ⁺ & ad id, quod inferitur, non quod repellitur, ⁺ in dubio ⁴⁶ arctiorem hic significatum sumemus, ne (mm) nimium coarctetur libertas.

^l Pag. 48.
Ed. H.
Steph.

XV. Eiusdem generis est illud, quod Romani promiserant, ^p ⁴⁷ ⁺ liberam fore Carthaginem: quod quanquam ex natura actus ⁺ de plenissima potestate intelligi non poterat, (belli enim suscipiendi jus, & alia quædam, ⁴⁸ ⁺ pridem amiserant) ⁺ aliquam tamen illis relinquebat libertatem, ⁺ & minimum tantam, ut alieno imperio urbem sedibus transferre non tenerentur. ⁺ Frustra ergo vocem Carthaginis urgebant Romani, dicentes, ⁺ civium multitudinem, (nn) non urbem significari: (quod quanquam ⁺ improprium concedi potest, ⁴⁹ ⁺ ob attributum, quod civibus magis, quam urbi convenit). Nam in voce, liberam relinqui, *αὐτόνομον*, ut ^l Appianus ait, ⁺ manifesta erat captio.

XVI. I. ⁺ Huc & illa frequens quæstio referenda est ⁺ de ⁵⁰ pactis personalibus, ac ⁵¹ realibus. (oo) Et siquidem cum populo libero actum sit, dubium non est, ⁺ quin quod ei promittitur, sui natura reale sit, ⁺ quia subiectum est ⁵² res permanens. Immo ⁺ etiam si status civitatis in regnum mutetur,

G R O T I I.

^p *Liberam fore Carthaginem*] Diodorus Siculus sic refert excerpto legationum 27. mansura illis νόμος, χάρις, ἴσα, τὰς, ἐλευθερίαν leges, religionem, sacra, sepulchra, libertatem.

G R O N O V I I.

⁴⁴ *Positum fuisse*] Livius 30, 37. Bellum neve in Africa, neve extra Africam injussu pop. Rom. gererent.

⁴⁵ *Macedonico cum Romanis*] Livius 33, 30. Bellum extra Macedoniam ne injussu senatus gereretur. Lib. 42, 25. Fœdus cum Philippo iustum, cum ipso eo post mortem patris renovatum, in quo diserte prohiberi eum extra fines arma efferre, prohiberi socios pop. Romani laceffere bello.

⁴⁶ *Arctiorem hic*] Nempe ut intelligatur tantum, quod inferitur.

⁴⁷ *Liberam fore Carthaginem*] Bello Punico tertio imminente, si facerent impetata, datis CCC

obsidibus, & armis traditis. Quod cum fecissent, iusserunt eos cæteris rebus salvis cedere sedibus, & 10000 passuum a mari aliam urbem condere.

⁴⁸ *Pridem amiserant*] Pace post bellum Punicum secundum facta.

⁴⁹ *Ob attributum*] Vocem adjectivam, liberam.

⁵⁰ *Pactis personalibus*] Quæ intra personam stant, & cum ea finiuntur.

⁵¹ *Realibus*] Quæ ad rem pertinent, & quamvis mutata persona manent stabilia.

⁵² *Res permanens*] 2, 9, 3.

(mm) Immo quia sui ipsius defensio est jus à natura concessum, quo nemo potest ullo pacto sese exuere. J. B.

(nn) Ubi de Urbe aliqua sermo fit, quamquam ut multitudo Civium spectetur, tamen non sine solo, & ædificiis, quæ sedes sunt Populi, intelligitur. J. B.

(oo) Confer PUFENDORFIUM nostrum, De Jure Nat. & Gent. Lib. VIII. Cap. 9. §. 6. & seqq. J. B.

G R O -

mutetur, manebit fedus, + quia manet idem corpus, etsi mutato capite, &, ut supra ^m diximus, imperium, quod per regem exercetur, non definit imperium esse populi. Excipiendum erit si appareat, causam fuisse propriam ei statui, + ut ⁵³ si liberæ civitates libertatis tutelæ causâ fedus contrahant. m L. II.
C. IX. §.
8, & 9.

2. At + si cum rege contractum sit, non statim personale erit censendum fedus: nam ut recte dictum est + a Pedio, ⁿ & Ulpiano, plerumque persona pacto inferitur, ⁵⁴ non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum factum est. Quod si adjectum sit federi, + ut perpetuum sit, + aut factum in bonum regni, + aut cum ipso, & successoribus: sicut solere adjici in federibus, καὶ τοῖς ἐκγόνοις, & posteris, ait Libanius in defensione Demosthenis, + aut ad tempus definitum, jam satis apparebit reale esse. Tale videtur fuisse + fedus Romanorum cum Philippo Macedonum rege, quod cum Perseus ejus filius ad se pertinere negaret, bellum eo nomine exortum est. + Sed & alia verba, & ipsa interdum materia + conjecturam suppeditabunt non improbabilem. n L. jure
gentium, 7.
§. pactum.
8. D. de
pactis.

3. Quod si pares sint ⁵⁵ in utrumque conjecturæ, supererit, (pp) + ut favorabilia credantur esse realia, odiosa vero personalia. + Federa pacis causa facta, aut commerciorum; favorabilia sunt. Quæ belli causa, + non odiosa omnia, ut quidam censent, sed ⁵⁶ ἐπιμαχίας, id est, federa tuendi se causa, propius ad favorem accedunt, + εὐμμαχίας + magis ad onera. Ad quæ + accedit, quod in federe ad bellum quodvis, ⁵⁷ præsumitur ratio habita, prudentiæ, & pietatis ejus, quicum agitur, ut qui non modo non injuste, sed nec temere bellum suscepturus videretur.

4. Quod vero dici solet, ⁵⁸ societates morte finire, o huc non adfero: + pertinet enim hoc ad societates privatas, + & juris est civilis. Jure ergo, an injuria, Fidenates, + Latini, Etrusci, Sabini a federe discesserint mortuis o Decius
lib. I. Conf.
22.

G R O T I I.

q Fedus Romanorum cum Philippo Macedonum rege] Livius lib. XLII. (c. 25.)

r Vide Parutan libro V, & VII.

s Fidenates] Vide Dionysium Halicarnassensem libro III. (c. 6.)

t Latini] De Appulis, [Immo Apiolanis, DION. HALICARN. Antiq. Rom. III, 42.] & Latinis, idem eodem libro III. de Turno Herdonio, & Latinis, idem libro IV. (c. 46.) Ammianus libro XXVI. Persarum rex manus Armeniis injectabat, eos ad suam ditionem ex integro vocare vi nimia properans, sed injuste; causando, quod post Joviani excessum, cum quo fedus firmaverat, & pacem, nihil ob stare debeat, quo minus ea recuperaret, quæ ante ad majores suos pertinuisse monstrabat. (Cap. 4.) Similia de Justiniani pactis cum Saracenis vide apud Menandrum Protektorem. (Cap. 12.) Adde quæ Helvetii causantur post mortem Henrici III. apud Thuanum libro XCVII. in anno M D LXXXIX. Vide & insignem locum apud Camdenum in anno M D LXXII. ubi de federe antiquo Gallorum cum Scotis.

G R O N O V I I.

53 Si liberæ civitates] Sic Etrusci Vejentibus, cum hi bello adversus Romanos regem creassent, negarunt auxilia, quamdiu sub rege essent. Liv. 5, 1.

54 Non ut personale] Non ut ad eum solum pertineat, sed ut appareat, quicum sive ipsius, sive alieno nomine actum sit.

55 In utrumque] Ut & personale, & reale interpretari possis.

56 Επιμαχίας] 2, 15. 6. n. 3.

57 Præsumitur ratio habita] Bene existimasse utrumque contrahentium de altero, & credidisse inter se, neutrum temere, aut injuste agere.

58 Societates morte finire] §. 5. Instit. de societ.

(pp) Quum distinctio illa sit incerta, & lubrica admodum, tutius est statuere, in dubio Federa cum Rege inita censenda esse realia, quoniam in dubio Rex intelligitur egisse tamquam Caput Civitatis, & ejus utilitatis causâ. Vide Celeberrimi THOMASII Jurisprudentiam Divinam, Lib. III. Cap. 25. num. 10. J. B.

tuis Romulo, Tullo, Anco, Prisco, Servio, + dijudicari a nobis recte non potest, cum non essent federum verba. Cui non dissimilis est illa apud Justinum ^p controversia, + an civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio conditionem mutassent. Spectandum enim, an in conventionibus ^q + fidem Medorum elegerint. + Minime vero admittenda est Bodini ^q argumentatio, federa ad regum successores non transire, quia juramenti vis personam non exeat. (qq) + Potest quippe juramenti obligatio ^o personam tantum obstringere, & ipsa promissio obligare heredem.

5. Neque enim verum est quod sumit, + federa jurejurando veluti firmamento inniti, cum plerumque in ipsa promissione satis sit efficaciam, cui majoris religionis causa jusjurandum additur. P. Valerio Consule juraverat plebs Romana, conventuros se jussu Consulis. Mortuo illi succedit L. Quintius Cincinnatus. + Cavillantur Tribuni quidam, quasi non teneretur religione populus. Sequitur ^r Livii judicium: *Nondum hæc, quæ hoc tenet sæculum, negligentia Delum venerat: nec interpretando sibi quisque jusjurandum, & leges aptas faciebant; sed suos potius mores ad ea accommodabant.*

XVII. Sane, + cum rege initum fedus manet, etiamsi Rex idem, aut successor regno + a subditis sit pulsus. + Jus enim regni penes ipsum manet, + utcunque possessionem amiserit: quò pertinet Lucani illud de Senatu Romano (*Lib. V. vers. 29.*)

*non inquam perdidit ordo
Mutato sua jura loco.*

XVIII. Contra, + si alieni regni inceptor volente vero rege, + aut oppressor populi liberi, antequam sufficiens populi consensus accedat, bello impetatur, nihil eo fiet contra fedus: quia ^u hi possessionem habent, jus non habent. + Et hoc est quod Nabidi dicebat ^r T. Quintius: *Amicitia, & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedæmoniorum iusto, ac legitimo facta est.* + Qualitates autem istæ in federibus regis, successoris, & similes, + jus proprie significant, + & odiosa est inceptorum causa.

+ XIX.

G R O T I I.

^u *Hi possessionem habent, jus non habent*] Sic Valens non accepit exculationem Gotthorum regis, qui Procopio purpure inceptorum auxilia se misisse dicebat: exculationem vanissimam dicit *Amianus* libro XXVII. (c. 5.) Apud Græcos scriptores eadem historia, sed sub Scytharum nomine; ita enim Gotthos vocabant. Sic Justinianus negabat fedus se rupturum cum Gizericho factum, si Gelimeren bello impeteret, qui iusto regi Ildericho cum regno libertatem eripuerat. [Apud PROCOPIUM, *Vandalic. l. 9.*] Vide *Cardinalem Tuschum* pp. verbo Tyrannus concl. 309, num. 6. *Cacheranum* decis. LXXIX. n. 35.

G R O N O V I I.

39 *Fidem elegerint*] Respectum habuerint pra-

cise ad Medorum gentem, & bonos mores. Verbum juris l. 57. D. *mandati. l. 3. D. de probat.*

60 *Personam tantum obstringere, & ipsa promissio*] Ergo concedit, jurisjurandi vim personam non exire? & si successor nolit stare jurato a decessore, tantummodo eum promissum non servare; non etiam perjurium contrahere? Videtur potius neganda Major. Quod non exit personam, non obligat successorem. Nam in actibus regis princeps, & successor una sunt persona: uterque representat populum, qui heri, & hodie unus. Deinde jurisjurandi vis non exit personam, quoties quis pro se tantum, & suo nomine, non etiam alieno, & pro alio jurat. Rex autem jurat pro populo, cujus pars est successor.

(qq) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. Cap. 2. §. 17.* cum nostris Notis, alterius Editionis. J. B.

G R O

+ XIX. Tractaverat olim Chrysippus hanc quæstionem, an præmium promissum ei, qui primus ad metam pervenisset, debeatur utrique si simul pervenerint, an neutri. Et sane vox primi ambigua est; nam aut eum significat, qui omnes antecedit, aut quem nemo. Sed quia virtutum præmia favorabilia sunt, (rr) verius est, concursuros ad præmium, quanquam liberalius Scipio, Cæsar, Julianus his, qui pariter muros ascenderant, solida præmia tribuerunt. Et hæc quidem dicta sunt de interpretatione ea, quæ verborum significationi propriæ, vel impropiæ aptatur.

XX. 1. Est & aliud interpretandi genus, ex conjecturis, extra significationem verborum, eorum scilicet, quibus promissio continetur: idque duplex, vel extendens, vel coarctans. Sed quæ extendit interpretationem difficilius procedit, facilius quæ arctat. Nam sicut in rebus omnibus, ut effectus non sequatur, fati est unam deesse causarum, ut nascatur, omnes convenire oportet; ita & in obligatione conjectura extendens obligationem non temere admittenda est: multoque hic difficilius, quam in casu, de quo supra dicebamus, ubi verba largam aliquam significationem, etsi minus receptam, admittunt. Nam hic extra verba promittentia conjecturam quærimus, quæ valde certa esse debet, ut obligationem inducat; nec ratio similis sufficit, sed oportet eadem sit; nec id semper fati est, ut dicamus ex ratione faciendam extensionem: quia, ut modo dicebamus, sæpe ratio ita movet, ut voluntas tamen sit causa per se sufficiens, etiam sine ratione illa.

2. Ut ergo talis extensio recte fiat, opus est ut constet, rationem, sub quam venit casus, quem volumus comprehendere, esse causam unicam, & efficacem, quæ promittentem moverit, eamque rationem ab eo considerata in sua generalitate, quia alioqui promissio futura fuisset iniqua, aut

G R O T I I.

x Vox primi ambigua est] Vide *Albericum de Refuto de statutis qu. 106. & 107.*
y Scipio] *Capta Carthagine nova in Hispania.*
[Refert id *Livius, XXVI, 48.* Adde *Excerpta ex Dione Cassio, p. 602. inter Exc. Vales. J.B.*]

G R O N O V I I.

61 *Pervenerint, an neutri*] Cujus controversiæ tollendæ causa veteres solebant interdum *hieran.* facere, ut loquitur *Seneca ep. 83.* hoc est, coronam, quam uterque meruille videbatur, alicui Deo sacrare, & in templo suspendere. *Ovid. 13, Met. 381.*

62 *Qui omnes, aut quem nemo*] Priori modo unus tantum primus est, posteriori plures esse possunt.

63 *Vel extendens*] Ut plus accipiatur, quam verbis expressum sit.

64 *Coarctans*] Ut minus.

65 *Ita & in obligatione*] Ut obligatio latius pateat, omnia adesse oportet; ut angustior, sufficit

minimum abesse.

66 *Extra verba promittentia*] De eo negotio, quod in formula pacti expressum non est, sed eodem trahere volumus.

67 *Ut voluntas tamen*] i. Num. 7.

68 *Consideratam in sua generalitate*] Ut etiam complectatur casus non expressos.

(rr) Hic potius mihi videtur distinguendum, an actus, cujus præstationi præmium promissum est, possit iterari, aut non. Si prius, jubendi sunt illi, qui præmium ambiunt, iterum e. g. eum instituire. Si posterius, vel ipsum præmium sine incommodo, aut onere nimio multiplicari potest, vel non potest. Si potest, utrique solidum præmium dandum, quum uterque meritis sit. Sin minus, præmium vel dividi potest, & tunc inter illos æquis partibus dividendum; vel in commune possideri, & ita possidebitur; vel neutrum fieri potest, & tunc vel ex sorte, vel ex pacto, res uni adjudicanda. Quæ omnia fusiùs deduximus, & probavimus in Notis nostris Gallicis. J. B.

aut inutilis. Hæc quoque pars tractari solet + a rhetoribus in loco *περί ρητῆ καὶ διανοίας*, cujus speciem unam ponunt, quoties semper eandem sententiam dicimus: sed & alter locus ⁶⁹ *κατὰ συλλογισμὸν*, per ratiocinationem, huc pertinet: nimirum, + ubi ⁷⁰ ex scripto ducimus quod scriptum non est, ut loquitur Quintilianus. Et quæ a jurisconsultis traduntur ^z + de his, ⁷¹ quæ in fraudem fiunt.

3. Exemplum sit ^a in pactione, ne quis locus muris cingatur, facta eo tempore cum non aliud esset muniendi genus. + Is locus ne aggere quidem cingi poterit, + si satis constet, prohibendi muros unicam fuisse causam ne muniretur is locus. Vulgo solet exemplum adferri de conditione, si posthumus sit mortuus, ab eo scripta, ⁷² qui posthumum omnino exspectabat, + ut ⁷³ sententia dispositionis producat ad eum casum, ⁷⁴ si is posthumus natus non esset, quia constet, voluntatem loquentis motam fuisse consideratione non existuræ prolis: quod ipsum non + apud jurisconsultos tantum, sed & ^b apud ^x Ciceronem, & Valerium (ss) Maximum invenire est.

^x Lib. I.
c. 39. ^z
II. c. 32.
de Orat.
Bruto: c.
52, 53.
y Cap. 20.

4. Cicero causam hanc adfert + oratione, pro Cæcina: *Quid? verbis factis hoc cautum erat? + minime. Quæ res igitur valuit? + voluntas: quæ si tacitis nobis intelligi posset, verbis omnino non uteremur: quia non potest, verba reperta sunt, non ⁷⁵ quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem.* Mox in eadem oratione dicit, idem jus esse, ubi perspicitur ^c una, atque eadem causa æquitatis,

G R O T I I.

^z De his, quæ in fraudem fiunt] Bene Seneca excerptis controversiarum VI, 3. *Circumscriptio semper crimen sub specie legis involvit: quod apparet in illa, legitimum est: quod latet, injuliosum.* Quintilianus controversia (immo Declamat.) CCCXLIII. *Neque enim unquam decurritur ad hanc legem (nempe de circumscriptione) nisi cum rectum jus nequitia exclusum est.* Exemplum habes apud Plinium historiz naturalis libro XVIII: *Quippe etiam lege Stolonis Licinii incluso modo D jugerum, & ipso sua lege damnato, cum substituta filii persona amplius possideret.* (Cap. 3.) Est eadem historia apud Valerium Maximum VIII, c. VI, 3. Vide aliud exemplum apud Tacitum annalium XV. (Cap. 19.) de fictis adoptionibus. Aliud in novella Emanuelis Comneni, quæ est in jure Græco-Romano.

^a In pactione, ne quis locus muris cingatur, facta eo tempore cum non aliud esset muniendi genus] *Fuscus Arellius* in controversia, quæ est apud Senecam decima libro II. *Hunc enim animam fuisse sine dubio jurantium, ut vi non diducerentur, cum illud quoque caverint, ne morte dividerentur.*

^b Apud Ciceronem] Etiam de inventione II. (c. 42.)

^c Una, atque eadem causa æquitatis] Sic in sponfam alterius adulterium committi, probat *Philo* de specialibus legibus, addita cautâ: *αἱ γὰρ ὁμολογίαι τοῖς γάμοις ἰσοδυναμοῦσι* (Pag. 788. A.) *Idem valent sponsalia, quod nuptiæ.* Sic in

lege per Mosem data sub bovis nomine intelliguntur omnia animantia mansueta: sub nomine putei fossa quævis, *Exodi XXI, 28. & 35. Chafsanæum* Catalogo Gloriz mundi V. parte, confid. 49.

G R O N O V I I.

⁶⁹ *Κατὰ συλλογισμὸν*] *Quintil.* instit. 7, 8.

⁷⁰ *Ex scripto ducimus*] Colligimus, elicimus.

⁷¹ *Quæ in fraudem*] Cum falsis verbis legis, aut pacti sententia eluditur: quoties quod lex, aut pactio fieri noluit, diserte autem fieri non vetuit, id fit.

⁷² *Qui posthumum*] Qui certum habebat se uxorem gravidam relinquere, cum moreretur.

⁷³ *Sententia dispositionis*] Testamenti, aut jusculumque ultimæ voluntatis.

⁷⁴ *Si is posthumus natus non esset*] Si abortum passa sit, aut ante partum cum fœtu obierit uxor virgula.

⁷⁵ *Quæ impedirent*] Incertam, ambiguam, obsecuram redderent. [*Minimè: sed quæ efficerent quo minus voluntas effectum haberet.* J. B.]

(ss) Nihil hac de re existat apud *Valerium Maximum*, nec in Capite *De ratiis Testamentis, & insperatis*, ubi locus esset aptus, nec alibi, quod sciam. Sed in Cap. præced. *Lib. VII. Cap. 7. n. 1.* exemplum legitur, quod ad hanc regulam potest referri, quamquam contrario modo: nimirum, Patris, qui, quum Filium suum in bello occubuisse falso crederet, alios instituerat heredes,

æquitatis, id est, rationis, quæ sola moverat: + Ita interdictum, unde tu me vi dejeceris hominibus coactis, armatisque, locum habere adversus omnem vim, quæ ad caput, & vitam pertineat. * Ea enim, inquit, plerumque fit per homines coactos, armatosque: + quæ si 76 alio consilio, eodem periculo facta sit, eodem jure esse voluerunt. In declamatione patris a Quintiliani exemplum hoc est: + Cades videtur significare sanguinem, & ferrum; si quis alio genere homo fuerit occisus, ad illam legem revertetur. Si incidit in latrones, (tt) + aut in aquas præcipitatus, si in aliquam 77 immensam altitudinem dejectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qua ille, qui ferro percussus fit. + Similis est argumentatio Iſæi oratione de Pyrrhi hereditate, cum ex eo, quod testamentum Attica lege vetitum esset fieri filia invita, infert, 78 ne adoptionem (uu) quidem ea invita permitti.

XXI. Atque hinc solvenda est celebris illa quæstio, quæ & apud b Gellium est + de mandato, an impleri possit non per idem, sed per aliud æque utile, aut utilius, quam erat id, quod mandator præscripserat. (xx) Id enim ita demum licet, si constet, quod præscriptum erat, + non præscriptum fuisse 79 sub speciali sua forma, d sed sub consideratione generaliore, quæ aliter quoque obtineri possit: quomodo eum, + qui fidejubere erat iustus, mandare posse creditori, ut tertio pecuniam numeret, e a Scævola responsum est. Cæterum, ubi de eo non satis constat, retinendum est quod apud Gellium eo loco legitur, 80 + dissolvi imperantis officium, si quis ad id, quod facere iustus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

XXII. + Restrings interpretatio extra significationem verborum, quæ promissio-

heredes. Hoc, ut videtur, ansam dedit errori Auctoris nostri, memoriæ vitio duo diversa confundentis. J. B.

G R O T I I.

d Sed sub consideratione generaliore] Quintilianus controversi. [Immo Declam.] CCLVII. Servi quædam liberius ex bona mente faciunt, & aliquando indicium fidei putant pretio emta mancipia, non paruisse. Exemplum habes in excerptis legationum in illa parte, quomodo legationes obeundæ, accipiendæque sint; & in iis, quæ Johannes Justinianeorum ducum unus fecit contra Belisarii verba, Gothicorum II, & IV. [Scilicet apud P R O C O P. Lib. II. c. 10. & Hist. Misc. c. 23.]

G R O N O V I I.

76 Alio consilio, eodem periculo] Alia via, & modo, eodem iusto metu.

77 In immensam altitudinem] De tecto excelso, vel turri in humile solum, de jugo, aut cacumine montis faxei in vallem, de plano in profundam foveam.

78 Ne adoptionem] Quia una utriusque ratio est, ne a filia invita hereditas abeat.

79 Sub speciali sua forma] Non ut iustum fa-

cias modo, sed iustam rem definitam facias, quo alia eveniat; illam vero aliam vel non omnino, vel difficilius eventuram appareat, si sic fecisses, ut ille iusserat.

80 Dissolvi imperantis officium] Auctoritatem imperii subverti.

(tt) Editio Obrechtii habet: Si occiderit in latrinas, aut &c. quod omnino rectius est. J. B.

(uu) Locus est pag. 400. Edit. Wech. sed ubi hoc tantum dicitur, Patrem, qui solas filias ex iusto matrimonio natas relinquit, neminem posse adoptare, heredemque scribere, nisi cui prius filiam in matrimonium collocaverit, juxta Legem Athenis constitutam. Deceptus est Auctor ab Interprete Latino infelicissimo, qui ἐπι ταύταις vertit, in illarum [filiarum] arbitrio: & ἄνευ τῶν θυγατέρων, iustis filiabus, non consultis: quum hæc significant, non sine illis uxoribus ductis ab eo, qui testamento heres instituitur. Adde Viri Eruditissimi Jac. Perizonii Dissert. Triad. Diss. II. pag. 60, & seqq. ubi rectè locum exponit; ut dudum post hæc scripta animadverti. J. B.

(xx) Confer PUFENDORF. De Jure Nat. & Gent. Lib. V. Cap. 4. §. 5. J. B.

G R O

promissionem continent, + aut ⁸¹ ex defectu petitur originario voluntatis, + aut ⁸² ex casu emergentis repugnantia cum voluntate. Defectus voluntatis originarius intelligitur + ex absurdo, quod alioqui evidenter sequeretur; ex cessatione rationis, e + quæ sola plene, & efficaciter movit voluntatem; + & ex materiæ defectu. + Primum in eo fundamentum habet, + quod nemo credendus est velle absurda.

XXIII. + Secundum, ex eo, quod ⁸³ contentum in promissione, ubi ratio talis additur, aut de ea constat, ⁸⁴ non consideratur nude, sed quatenus sub ea ratione venit.

XXIV. + Tertium, in eo, + quod materia, de qua agitur, semper intelligenda est ⁸⁵ obversari animo loquentis, etiamsi verba latius pateant. Hæc quoque interpretandi ratio a Rhetoribus tractatur in loco *περι ρητῆς καὶ διανοίας*, & titulum habet, + cum dicitur ⁸⁶ non semper eadem sententia.

+ XXV. I. Sed de ratione notandum est, sub ea + comprehendi sæpe quasdam res ⁸⁷ non secundum existentiam, sed secundum potentiam moraliter consideratam, quæ ubi locum habet, restrictio facienda non est. Sic si cautum sit, ne exercitus, aut classis aliquò ducatur, non poterit duci, + etiam animo non nocendi. Quia in pactione non certum damnum, + sed periculum qualecunque spectatum est.

2. Solet & hoc disputari, + an promissa in se ⁸⁸ habeant tacitam conditionem, si res maneant quo sunt loco: + quod negandum est, nisi apertissime pateat, + statum rerum præsentem in unica illa, quam diximus, ratione inclusum esse. Sic passim ^d in historiis legimus, ⁸⁹ + legatos a suscepto itinere domum rediisse deserta legatione, quod res ita mutatas intelligerent, ut tota legationis materia, aut causa cessaret.

A Pascal.
legato. c.
57.

XXVI. I. + Repugnantia casus emergentis cum voluntate solet & ipsa ab oratoriarum artis magistris referri ad eum, quem ^e dixi, locum *περι ρητῆς καὶ διανοίας*.

G R O T I I.

e *Quæ sola plene, & efficaciter movit voluntatem*] Exemplum in l. *Adigere* 6. §. *quamvis*. 2. D. *de jure patronatus*.

G R O N O V I I.

81 *Ex defectu originario*] Quod credibile est, ab initio hanc voluntatem paciscentis non fuisse.

82 *Ex casu emergentis*] Aut fuisse quidem, sed non, si tale quid contingeret, quod intervenit. (Non hic est sensus Auctoris: sed casum, de quo agitur, talem esse, ut in mentem non venerit loquenti, nec venire potuisse, præsumatur; quum in priori specie, ubi est *defectus originarius voluntatis*, casus excipiendus censetur ab initio obversatus esse animo loquentis, & jam tum adeo ab illo exceptus. J. B.

83 *Contentum in promissione*] Res promissa.

84 *Non consideratur nude*] Non promissa est omni modo, sed ob impellentem rationem, sine qua promissum non esset. Ut cum apud *Sueton.* colligitur, Tiberium necessitate magis, quam judicio adscitum successorem ab Augusto, quia præfatus sit in testamento: *Quoniam sinistra fortuna C. & L. filios mihi eripuit, Ti. hæres esto.* c. 25.

85 *Obversari animo*] Atque ita qui sensus extra materiam est, animo ejus obversatus non videtur.

86 *Non semper eadem*] Iisdem verbis de negotiis diversis.

87 *Non secundum existentiam*] Non quæ jam nunc sint, & respiciantur, sed ex quibus existere possit quod respicitur.

88 *Habeant tacitam conditionem*] Intelligantur non aliter impleri debere, quam si &c.

89 *Legatos a suscepto*] Ut Titus a patre missus ad gratulandum Galbæ, qui occisus interim erat, Othone successore. *Tacit.* 2, hist. 1.

G R O -

διανοίας. + Est autem duplex: nam aut voluntas colligitur ⁹⁰ + ex naturali ratione, + aut ex alio signo voluntatis. Dijudicandæ voluntati ex naturali ratione Aristoteles, qui hanc partem accuratissime tractavit, + propriam virtutem tribuit in intellectu *γνώμην*, sive *εὐγνώμοσύνην*, id est, *aquiprudentiam*, in voluntate vero *ἐπιείκειαν*, id est, + *aquitatem*, quam sapienter definit, ⁹¹ correctionem ejus, f+ in quo lex deficit ob universalitatem: + quod ad testamenta quoque, & pacta suo modo referri debet. Nam + quia casus nec prævideri omnes possunt, nec exprimi, ideo libertate quadam opus est eximendi casus, + quos qui locutus est, si adesset, eximeret: + non tamen ⁹² temere; + id enim effert ⁹³ dominum se facere actus alieni; + sed ex sufficientibus indiciis.

2. + Certissimum indicium est, ⁹⁴ si quo casu sequi verba illicitum esset, id est, pugnans cum naturalibus, aut divinis præceptis. Talia enim, ⁹⁵ cum obligationis capacia non sint, + eximenda sunt necessario. *Quædam*, ait Quintilianus f pater, *etiamsi nulla significatione legis comprehensa sint, natura tamen excipiuntur*. Ita qui promisit depositum gladium reddere, + non reddet fu-
f Decl. 315.
 renti, ne aut ipsi periculum creet, aut aliis innocentibus. + Sic nec reddetur res deposita ei, qui deposuit, ⁹⁶ si dominus eam repetat. *Probo*, inquit s Tryphonius, *hanc esse justitiam, quæ suam cuique ita tribuit, + ut non disfrabatur ab ullius personæ justiore repetitione*. Ratio est, quia, ⁹⁷ + ut alibi
g L. bona fidei. 32. D. depositi.
 notavimus, introducti semel domini ea vis est, ut rem domino cognito non reddere omnino injustum sit.

+ XXVII. 1. Secundum erit indicium, b si ⁹⁸ verba sequi + non quidem per se, & omnino illicitum sit, sed æque rem æstimanti nimis grave, atque intolerabile: ⁹⁹ + sive absolute spectata conditione humanæ naturæ, + sive comparando personam, & rem, de qua agitur, cum ipso fine actus. Sic qui rem ad dies aliquot commodavit, + intra eos dies repetere eam poterit, si ipse valde egeat: quia actus tam benefici ea est natura, + ut non credendus sit quisquam ad magnum suum incommodum se voluisse obligare. Sic qui auxilium federato promisit, + excusabitur quamdiu ipse domi periclitatur, in
b Molin. disp. 294. Sylv. verb. commodatum. n. 4. Less. l. 11. c. 27. dub. 5.
 quantum

G R O T I I.

f *In quo lex deficit ob universalitatem*] Seneca IV, controversia 27. *In lege, inquis, nihil excipitur; sed multa, quamvis non excipiuntur, intelliguntur: Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa; quædam vero tam manifesta sunt, ut nullam cautionem desiderent.*

G R O N O V I I.

90 *Ex naturali ratione*] Quod homo fanus, & suæ spontis id ita esse, vel eo casu voluisse, non potuit.

91 *Correctionem*] Exceptionem a lege, quod cum possit aliquo modo sub eam trahi, revera tamen definitum non est, quia universalis tan-

Tom. III,

tum, non etiam singularia persequitur.

92 *Temere*] Ex nulla, vel levi ratione.

93 *Dominum se facere*] Pro arbitrio mutare, atque interpolare, quod non est nostri, sed alieni arbitrii.

94 *Si quo casu sequi*] Talis sit casus, ut adherendo verbis fiat res verita.

95 *Cum obligationis*] Cum ad ea nemo possit obligari.

96 *Si dominus*] Is, ad quem jure pertinet, quamvis eam, qui deposuit, aliquamdiu possiderit.

97 *Ut alibi notavimus*] 2, 10. 1.

98 *Verba sequi*] Proprietati verborum in interpretando inharere.

99 *Sive absolute*] Vel cuivis homini pro captu nostræ fragilitatis, vel ei, qui promisit.

T

G R O -

i Ang. ad l. 7. ad l. Rhod. Vsq. contr. Ill. c. 31. k De Offic. l. 10. quantum cōpiis opus habet. ⁱ Et ^z concessio immunitatis vectigalium, & tributorum ⁺ intelligitur ⁱ de quotidianis, & anniversariis, non de iis, quæ summa necessitas exigit, & quibus carere respublica non potest.

l. Cap. 10. 2. Ex quibus apparet, nimis laxè dictum a Cicerone, ^k ⁺ non servanda promissa, quæ sint iis, quibus promiseris, inutilia, ⁺ nec si plus tibi noceant, quam illi profint, cui promiseris. Nam an res utilis sit futura ei, cui promissa est, ⁺ ⁺ judicare promissor non debet, ⁺ nisi forte in casu furoris, de quo supra diximus: & ut promissum promissorem non obliget, non satis est ⁱ quodlibet nocumentum in promissorem, sed tale oportet sit, ^h ⁺ quod pro natura actus credi debeat exceptum. Sic qui operas vicino ad dies aliquot promisit, non tenebitur, si eum ⁺ morbus fonticus patris, aut filii detineat. Et hoc rectè Cicero de Officiis ^l primo: *Si constitueris te cuiquam advocatum ⁱ in rem præsentem esse venturum, atque interim graviter agrotare filius ceperit, ⁺ non sit contra officium non facere quod dixeris.*

m De Benef. l. IV. c. 35. 3. In eundem sensum accipiendum, nec ultra trahendum est ⁱ quod apud ^m Senecam legimus: ⁶ *Tunc fidem fallam, tunc inconstantia crimen audiam, ⁺ si ⁷ cum omnia eadem sunt, quæ erant promittente me, non præstitero promissum; alioqui quicquid mutatur, libertatem facit de integro consulendi, & meam fidem liberat. Promisi ⁱ advocationem; postea apparuit, per illam causam ⁺ præjudicium in patrem meum quæri: promisi me peregre una iturum; ⁺ sed iter infestari latrocinii nuntiatur: in rem præsentem venturus fui; sed ager filius, sed puerpera uxor tenet. Omnia esse debent eadem, quæ fuerint cum promitterem, ut promittentis*

G R O T I I.

^g *Concessio immunitatis*] Vide Rosenthalium de Feudis cap. V. concl. LXXXVI. num. 2. Heig. Illustrum XVIII. num. 16. parte 1. Cobman-num conf. XI. 32. Clarum §. feudum. XXIX. 2. Andream Knich de Vestitis Pactis, parte II, c. 5. num. 20. Henricum Bocer de Collectis cap. IV, 12.

^h *Quod pro natura actus credi debeat exceptum*] Vide Carolum Molinæum ad consuetudines Parisienses tit. I. §. 2. gl. IV. n. 3. Ferd. Vasquium de successionum creatione libro II, §. XVIII. num. 80. Antonium Fabrum rerum in Sabaudia judicatarum libro IV, tit. 30. Zafium in l. stipulatio hoc modo. 61. num. 3. de verborum obligationibus. Adde c. quemadmodum. 25. de iurejurando, & Alciatum ad c. cum contingat, eodem titulo.

ⁱ *Quod apud Senecam legimus*] Eiusdem hæc sunt, capite XXXIX, lib. IV. de beneficiis: *Ad cenam, quia promisi, ibo, etiamsi frigus erit, non quidem si nives cadent. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamvis non concoxerim, sed non si febricitavero. Sponsum descendam, quia promisi: sed non si spondere in incertum jubebis, si sic obligabis. Subest, inquam, tacita exceptio, si potero, si debebo, si hæc ita erunt. Effice ut idem status sit cum exigitur, qui fuit, cum promitterem; destituere levitas non erit, si aliquid intervenit novi;*

quid mirari, cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? eadem mihi omnia præsta, & idem sum. Vadimonium proximitus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio, deserentem vis major excusat. Uti sepe hoc effugio Angli. Vide Camdenum in anno MD XCV. tum in controversia cum Batavis, tum in altera cum Antiseiticis.

G R O N O V I I.

¹ *De quotidianis, & anniversariis*] Perpetuis, & solennibus.

² *Judicare promissor*] Neque hoc dicit Cicero: intelligit enim, quæ revera omnium sanorum iudicio sunt inutilia, non unius promissoris.

³ *Quodlibet nocumentum*] Qualecumque damnum, quod inde sentiat promissor.

⁴ *Morbus fonticus*] Gravis, quo vita periclitatur.

⁵ *In rem præsentem*] In foro, & iudicio præsto fore.

⁶ *Tunc fidem fallam*] Judicabor fidem fefellisse, & levitatis infamiam subivisse.

⁷ *Cum omnia eadem*] Quoties nihil ex transverso interveniens faciem rerum, ac temporum variaverit.

⁸ *Advocationem*] Me alicui advocatum fore.

⁹ *Præjudicium*] Aliquid statui, quo causa patris mei pendens in lite fiat deterior.

G R O

tentis fidem teneas. + Omnia intellige, pro actus ejus, de quo quæritur, natura, ut jam modo exposuimus.

+ XXVIII. Diximus, ⁿ alia quoque esse posse signa voluntatis, + quæ ostendunt ¹⁰ casum eximendum. Inter ea signa nihil validius est, quam verba ¹¹ alio loco posita, non ubi directe pugnant, quæ est ἀντινομία, + cujus supra meminimus, + sed cum velut insperato ex ipso rerum eventu inter se committuntur, quam + Rhetores Græci vocant τὴν ἐκ περιστάσεως μάχην.

XXIX. 1. In hac disceptatione + utra pars scripti ¹² cum ex casu fit collisio prævalere debeat, regulas quasdam ex antiquis auctoribus ^k Cicero posuit, quæ ut spernendæ neutiquam sunt, ita mihi non suo ordine videntur collocatæ. Nos eas hunc in modum digeremus. ¹ + Ut quod permittit ¹³ cedat ei, quod jubet: (yy) + quia qui permittit aliquid, ita permittere videtur, nisi aliud quid obstat, quam de quo ibi agitur: ideoque, ut ait ¹⁴ Scriptor ad Herennium, plus valet ¹⁵ sanctio permissione. + Ut quod faciendum est certo tempore, ei præferatur, quod quovis tempore fieri potest: unde sequitur, ut plerumque + pactio ¹⁶ vetans vincat jubentem, quia pactio vetans obligat ad quodvis tempus, jubens non item, nisi aut tempus sit expressum, aut jussio tacitam prohibitionem contineat. Inter eas pactiones, quæ supradictis qualitatibus pares sunt, + ut præferatur quod magis est peculiare, & ad rem propius accedit: + nam solent specialia efficaciora esse generalibus: & in prohibitionibus, + ut quæ pœnam adjunctam habet, ei, quæ pœna vacat, + & quæ majorem pœnam minatur, ei, quæ minorem, præferatur. Tum vero, + ut superet quod causas habet aut magis honestas, aut magis utiles. + Extremo loco, ut (zz) quod postremo dictum est vincat.

2. Illud ex superioribus hic repetendum est, + pactorum juratorum eam esse vim, ut intelligi debeant secundum receptissimam proprietatem, & + ut omnes

G R O T I U S

^k Cicero posuit] De Inventione secundo, (Cap. 49.) & ibi Marius Victorinus.

¹ Ut quod permittit, cedat ei, quod jubet] Quintilianus declamatione CCC. LXXIV. Semper potentior lex est, quæ vetat, quam quæ permittit. Donatus Phormione actu 1. scen. 2. (vers. 76.) Bene jubet: minorem enim vim habet ea lex, quæ aliquid permittit, quàm illa, quæ aliquid jubet. Vide Ciceronem Verrina II. (Cap. 51.) & quæ habet Connanus libro I, c. 9.

G R O N O V I I.

¹⁰ Casum eximendum] Tali casu non voluisse fieri, quod quis voluit fieri.

¹¹ Alio loco posita] Non conjuncta, & proxima illis, quibuscumque pugnant.

¹² Cum ex casu fit collisio] Casu colliduntur, & eventu, Quintil. 7, 7.

¹³ Cedat ei] Minus obligans, urgentque cre-

datur, quàm, &c.

¹⁴ Scriptor ad Herennium libro II.] cap. 10.

¹⁵ Sanctio permissione] Quod imperatur, necessarium; quod permittitur, voluntarium est. Cic. 2, de Invent. 49.

¹⁶ Vetans obligat ad quodvis] Quod vetatur omnino, quamvis non definito tempore, habet tamen certum tempus, omne videlicet; quod autem jubetur infinite, tempus habet nullum, sed quovis fieri potest.

(yy) Modo scilicet Permissio sit generalis, jussio autem particulare: alias id, quod jubetur universaliter, cedit Permissio partiiculari; ut ad PUFENDORFIUM observatum est J. B.

(zz) Regula illa heic non benè aptatur. Illa enim valet, ubi omnimoda, & perpetua est repugnantia inter utramque partem scripti: quum heic agatur de collisione in certis tantum casibus. Plura dicemus in Notis nostris Gallicis ad hunc locum. J. B.

omnes restrictiones tacitas, & ex natura rei non omnino necessarias, quam maxime repudient. Quare & si juratum pactum cum non jurato pugnet certo eventu, ^m + præferendum erit (aa) cui adest jurisjurandi religio.

XXX. Solet & hoc quæri, + an in dubio contractus perfectus censeri debeat antequam scriptura confecta sit, & tradita. Nam ^p id Murena causabatur adversus ea, quæ inter Syllam, & Mithridatem convenerant. Mihi apertum videtur, ni aliud convenerit, ⁿ + credendum, scripturam adhiberi, ut ¹⁷ monumentum contractus, non ut substantiæ ejus partem. + Alioqui exprimi id solet, ut in judiciis cum Nabide: ^q *Ex qua die descriptæ conditiones edita Nabidi forent.*

^p Appian.
M:abr. p.
214. Ed.
H. Steph.

^q Livius
L XXXIV.
c. 35.
^r Alc. V,
conf. 17.

XXXI. Illud verò non admittam, + quod ^r quibusdam placuit, contractus regum, & populorum quantum fieri potest + interpretandos ex jure Romano: nisi appareat, inter quosdam populos jus illud civile in his, quæ juris sunt gentium, + etiam pro jure gentium receptum esse; + quod temere præsumendum non est.

^s IX. Symp.
13.

XXXII. De eo vero, quod Plutarchus ^s in Sympotiacis movet, + conditionem offerentis, an accipientis verba attendi magis debeant, ita videtur, cum ¹⁸ accipiens hic sit, qui promittit, + ejus verba formam dare negotio, si absoluta, & in se perfecta sint. Nam + si ¹⁹ per affirmationem respiciant verba offerentis, tunc ea ipsa ex natura vocum relativarum repetita in promissione videbuntur. + Antequam vero accepta sit conditio, ne eum quidem teneri, qui obtulit, certum est; + nullum enim adhuc jus quæsitum est, ut ex his, quæ de promissione supra ^t diximus, apparet. Et hæc oblatio conditionis + minus est promissione.

^t L. II,
C. XI, §.
15, seq.

G R O T I I.

^m Præferendum erit cui adest jurisjurandi religio] Acontius apud Ovidium :

Promisit pater : hæc & juravit amanti :

Ille homines, hæc est testificata Deam.

Hic metuit mendax, hæc & perjura vocari :

Num dubitas, hic sit major, an ille metus ?

(Epist. Heroid. XX, 159. & seqq.)

ⁿ Credendum scripturam adhiberi, ut monumentum contractus, non ut substantiæ ejus partem] L. in re. 4. & l. si res gesta. 5. D. de fide instrumentorum. l. pactum, quod bona fide, 17. C. de pactis. sic legem contractus, quæ est 17. C. de fide instrumentorum, interpretantur Bartolus, & Johannes Faber, Salicetus, quorum sententia in judiciis contra Baldum, & Castrensem prævaluit. *Mynfingerus* decade X, conf. XCI. *Neosta-*

dis de pactis antenuptialibus, observatione XVIII. quare non satis probabile est, quod *Ligniacus* adfert de instrumento a rege subscripto, sed nondum addito sigillo, & secretarii manu, libro II. rerum Italicarum *Guicciardini*.

G R O N O V I I.

¹⁷ Monumentum contractus] Unde notitia haberi possit de contractu; non ut ex ea demum contractus auctoritatem accipiat.

¹⁸ Accipiens hic fit] Qui enim offert, facit optionem, vel electionem ejus, utrum, duorum, aut quid e pluribus velit.

¹⁹ Per affirmationem] Si accipiens non totum dicat, quod vult, sed tantum, accipio, vel maxime, vel, ita fit.

(aa) Hoc nititur falsa hypothese, de qua solum loco monuimus. *J. B.*

HENRICI

HENRICI DE COCCEII
 COMMENTARIUS
 I N
 HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XVI.

ABSOLVIMUS materiam de *promissis*, eorumque jure; sequitur nunc tractatus de *interpretatione promissorum dubiorum*. Auctor admodum prolixus est in demonstrando hoc themate; ubi in genere notandum, plerasque regulas interpretationum, quas Auctor suppeditat, desumptas esse ex Rhetorica, adeoque non pertinere ad explicationem thematis: modos enim suppeditat, quibus thema ampliari potest. Vera ergo præmittemus principia, quæ in positione nostra IV. continentur.

PROPOSITIO I.

Dispositio non satis declarata non est dispositio, neque jus inde eritur: idemque de factis non probatis dicendum est.

DEMONSTRATIO.

Sæpius dictum est, declarari voluntatem hominum per signa, quibus animi sensa exprimantur, & quæ duplicia sunt, *verba*, vel *facta*, sub quibus continentur gestus, vultus, nutus, aliaque signa voluntatem declarantia. Si proinde talia signa voluntatis certa, & evidentiæ non exstant, deficit dispositio, & nemo sibi jus ex tali voluntate arrogare potest.

PROPOSITIO II.

Verba dubia intelligi debent 1. ex usu loquentis, 2. ex usu publico, 3. ex proprietate vocis.

DEMONSTRATIO.

Sæpius contingit, verba dubia esse, & ab altero hoc, ab altero alio sensu sumi, & utrumque sensum verbis convenire posse: tunc igitur ad interpretationis naturalis regulas recurrendum est. Interpretatio igitur est voluntatis dubiæ declaratio, & non tantum in *verbis*, sed & in *factis* necessaria est; de priori hic agimus.

Verba autem interpretationem recipiunt I. *ex more loquentis*. Nam cum de ejus mente, ac voluntate quæretur, inprimis videndum est, quid ille solitus fuerit tali verbo exprimere; quisquis enim mentem suam exprimere solet verbis sibi familiaribus: indeque verba intelligi debent uti loquens ea intelligere solitus est; quod etiam jure Romano ita statutum est. *L. 50. §. fin. Legat. 1. L. 73. de Legat. 3. l. 69. Reg. jur.* Excipiesi inter duos res agitur; tunc enim verba explicari debent juxta id, quod inter utrumque actum est, *ad. ll. II. Ex usu publico*: si scilicet mos loquendi specialis ejus, qui disposuit, non apparet, id intelligendum est, quod publice intelligi solet, *d. l. 50. §. f. d. l. 75*; sermo enim ideo introductus est, ut homines se invicem intelligant. Unde Aristoteles definit verba, quod sint signa ex instituto hominum introducta, *de interpr. c. 11.* Atque hinc proverbium illud: *Verba valere usu, sicut nummi*; & Horatius de usu ait: *quem penes arbitrium est, & norma loquendi.* Add. *Pro. op. Vandal. l. 1.* Quod adeo verum est, ut nec princeps nomina inter gentes recepta, & usitata mutare possit. Vid. *Aut. in not. ad th. 2. ibique Term.*

III. *Ex proprietate vocis, & natura negotiorum*: Si igitur nec publicus usus aliquid definit, ex natura vocum intentio elici debet. *L. 69. pr. §. 1. de legat. 3. l. 67. Reg. jur.* Tamdiu enim res manet in suo Statu naturali, donec inde appareat recessum. Unde quam maxime interest, veram vocum significationem in singulis linguis addiscere: atque in eo maxime operosi fuere Jcti Romani, *tot. tit. de verb. signif.*

PROPOSITIO III.

Facta explicanda sunt 1. ex ordine suo, & statu

statu naturali, 2. *ex ratione*; 3. *ex circumstantiis*: *quæ si deficiant nihil actum videtur.*

D E M O N S T R A T I O.

Si proinde facta dubia sunt, ea itidem interpretationem recipiunt.

I. Ex more agentis; & inquiri quam maxime debet, 1. quid ab eo actum sit, & 2. quomodo hic actus intentioni agentis conveniat. *L. 34. pr. Reg. juris l. 21. pr. Reb. dub.*

Excipe si inter duos res agitur: tunc inspicitur mos utriusque agentis, & quid proinde inter utrumque actum sit.

II. Si specialis mos agentis non apparet, id sequitur, quod communiter per talem actum intelligitur, *d. l. 34. vs. aut si non* &c. Ita communis intentio est, ut actus subsistat, *l. 12. l. 21. de Reb. dub. l. 34. §. 1. legat. 2*; favere familiæ, aut cognationi suæ, *l. 10. C. legat. l. 50. in fin. leg. 1*; considerare merita in liberalitate, *l. 33. §. 1. Reb. dub.*

III. Si nec publicus usus aliquid definit, decidenda res est ex ipsa natura actus, seu negotii, *l. 69. pr. §. 1. de legat. 3. l. 67. Reg. jur.* Et in hac specie amplissima, & varia est interpretationis materia. Unde videndum, ut partes negotii inter se, & cum toto, pro cuiusque natura apte cohæreant, nec tantum cum ipsa substantia negotii, sed & cum antecedentibus, & consequentibus, immo & cum ipso jure, ac ratione, quia & voluntate disponentis, *Cic. l. 2. de invent. loo ex ambiguo.* Et hæc convenientia partium negotii inter se, & cum antecedentibus, & consequentibus, & cum ipso toto, est præcipuum interpretationum fundamentum. Hinc si plures sint personæ, res, summæ, & altera non sit satis definita, definienda est ex altera, quæ præcedit, & sequitur, *l. 50. in f. leg. 1.*

Quid vero si plures ejusdem verbi sunt significationes, & plures ejusdem actus fines? Sane, jure naturæ hic omnis deficit dispositio: quia jus tantum oritur ex dispositione, adeoque ex declarata voluntate; ea autem non est declarata, quamdiu est incerta.

Cum vero in negotiis privatorum intersit admodum, præscindere controversias ex dispositione dubia oriundas, jure civili certæ interpretationum regulæ sunt inventæ, juxta quas judex decidere causas debet. Huc pertinet

I. Quod in dubio valeat, vel credatur id, quod verosimilius est, *L. 114. Reg. jur.*

c. 54. Reg. jur. in 6. Ita in naufragio verosimilius est prius periisse imbecilliorum: huc quoque pertinet regula, quod in dubio aliquid actum videatur.

II. Quod valeat negotium in favorem causæ, v. g. dotis, ecclesiæ, testamenti, libertatis. Hæc interpretationum regula est meri juris civilis; nam jure naturæ non ex favore, vel gratia, nec ex odio jus alii quaeritur, sed ex sola voluntatis declaratione, ubi saltem quaeritur, quid voluerit, non cui magis, aut minus faverit.

III. Quod aliquando interpretatio fiat in poenam: *l. 39. ff. Pañ.* uti si potuit disponens apertius legem dicere rei suæ: nam jure naturæ jus demum oritur ex voluntate satis declarata, non ex eo, quod jus civile in poenam demum statuit; id enim mere positivum est.

IV. Si plures conjecturæ concurrunt, efficiunt vel semiplenam probationem, ad effectum juramenti suppletorii; vel indicia saltem, ad effectum juramenti purgatorii: idque itidem mere civile est; quia J. N. ex voluntate declarata jus oritur, non ex vagis conjecturis.

Not. Jus civile ex circumstantiis sæpius aliquid inducit, & pro vero ponit, adeo ut nec probatio in contrarium admittatur; cujus exempla sunt in *l. 28. de V. S. l. 2. C. R. V. l. 10. C. jur. §. fact. ign. Laut. compend. fol. 424*: quas conjecturas vocant juris, & de jure.

Quæritur, quis probet vel mentem, vel usum communem loquentis, aut agentis, vel naturam verborum, & actus? Resp. Videndum, quæ propositionum invicem adversantium prima incerta sit, ita ut quæ eam præcedit quoad genus suum certa sit; pro illa enim præsumtio, & altera probanda est: seu cum duo invicem contradicunt, & contendunt agendo, excipiendo, replicando &c. videndum unde incipiat incertum; quod enim primum incertum esse incipit, id probandum: seu videndum, quod ultimo certum est; id enim præsumitur, & quod sequitur, ac incertum est, id probari debet. Si eo perveniri non possit, sed utrumque maneat incertum, videndum, quid magis sit certum; idque tamdiu præsumitur, donec contrarium probetur. Verum, cum hoc exitum in vita civili vix habere possit, nec certa incertorum mensura dari possit, hinc Jcti Romani merito id restrinxerunt ad præsumtionem juris, ut si talis pro aliquo mili-

set

et, ea transferat in alterum onus probandi.

Additio.

„ Hæc principia distincte exposuit B. Parens in disputatione de eo, quod iustum est in dubio, Sect. 1. 2. & 3.

„ Nos paucissimis regulis totam interpretationis materiam absolvimus: vel enim de interpretatione verborum agitur, vel de interpretatione factorum.

„ Si V E R B A dubia sunt. I. Regula generalis est, quod is sensus verborum valeat, quem contrahens scit alterum intelligere. Si proinde quis alio sensu verba contractus accipit, ac alterum intellexisse sciuit, fallaciam committit, nec est utriusque consensus in idem placitum.

„ II. Si contrahens neget, sibi cognitum fuisse alterum tali sensu verba intellexisse, verba sumi debent ex usu communi: adeoque interpretatio fit contra eum, qui usum illum communem scit, vel scire debet.

„ III. Verba interpretationem recipiunt ex sine negotii promissi. Sic qui iter permittit, reditum quoque permittere videtur.

„ IV. Denique interpretatio quoque fit ex mediæ necessitate, si nimirum finis promissi aliter obtineri nequit; qui enim vult finem, vult quoque media.

„ Si F A C T A dubia sunt, interpretatio fieri debet 1. ex usu communi, quid nimirum communiter per talem actum intelligatur: 2. ex actionis sine necessario; ita enim qui chirographum reddit, debitum remittere censetur; secus si pignus saltem reddit.

„ 3. In actibus unius præcipue inspicit solet, quid agens per talem actum significare solitus fuerit.

„ His regulis deficientibus, negotium nullum est; deficit enim dispositio.

A D §. I.

IPSUM, qui promissit, solum si spectamus] „ i. e. Non habito respectu ad id, quod inter utrumque actum est.

Sponte id prestare obligatur] „ i. e. Expectare non debet ut is, cui promissum est, cogat promissorem ad præstandum id, quod promissit.

In quod obligari voluit] „ Consentientes enim in aliquam rem, consensu obligari

„ ex voluntate nostra videmus; quæ sunt „ verba Jcti in L. 52. §. 4. ff. O. A.

In fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum] „ Cicero loquitur de reservatione mentali, non de interpretatione dubiæ voluntatis.

Sed quia interni actus per se spectabiles non sunt] „ Adeoque non constat, in quod obligari voluerit.

Ne nulla sit obligatio, si quisque sensum, quem vellet, sibi affingendo liberare se possit]

„ Si de intentione paciscentium dubitatur, „ & alter hoc, alter alio sensu voluntatem „ explicat, nullus pacti effectus futurus „ esset, si unicuique liceret, affingendo „ verbis sensum, quem vellet, liberare se „ ab obligatione.

Ipsa dicente ratione naturali jus est &c. cogere ad id, quod recta interpretatio suggerit]

„ Thesis vera est: at regulæ præter „ que, quas Auctor suppeditat, non sunt „ naturales; (compendium earum exhibuimus in Diff. præm. VII. §. 51. seq.) „ quibus positæ nulla pacta dantur, quæ ex „ illis infirmari, vel in alium sensum detorqueri non possint: immo adeo obscuræ, „ & tam longe petitiæ sunt, ut vix persuadere mihi possim, Grotium serio putasse, „ summas potestates ex iis obligari. Conf: „ quæ diximus in dist. diff. §. 58. n. 15.

Vera principia modo exposuimus. Nam alioquin res exitum non reperiet]

Obligatio enim dependeret ab arbitrio cuiusque paciscentium. Quod in moralibus pro impossibili habetur]

„ Faria ergo sunt, impossibilem esse præstationem ex pacto, & eam exitum habere non posse. Hoc forte sensu, cum de pactis egisset Isocrates]

„ Immo Isocrates in genere commendat, fœdera esse servanda, non vero de eorum interpretatione agit. Isocr. adv. Callimach. p. m. 737.

Ut recte eum locum emendavit] „ Hieronymus Wolfius ita latine reddit: hoc uno tanquam communi bono homines omnes uti non desistimus. Res ipsa cum emendatione Fabri convenit. Ut paulo ante idem dixerat]

„ In quibus (fœderibus) tanta vis est, ut pleræque res, tum Græcorum, tum barbarorum, ex pactis, & conventis transigantur, d. p. 737.

Recta interpretationis mensura est collectio mentis ex signis maxime probabilibus]

„ Nam „ si

„ si inter partes de voluntate disceptatur ,
 „ regulam constitui necesse est , juxta quam
 „ voluntas illa explicari debet.
 „ *Ea signa sunt duum generum , verba , &
 „ conjectura alia]* „ Nam voluntas verbis ,
 „ vel factis declaratur. Grotius aliquando
 „ conjecturas admittit , quæ plane volun-
 „ tatem non inferunt , uti in progressu vi-
 „ debimus.
 „ *Aut seorsim considerantur]* „ Si scilicet
 „ præter verba nulla sit conjectura , quæ
 „ ducat alio. *Vid. §. seq.*
 „ *Aut conjunctim]* „ Si præter verba
 „ conjecturis assumtis opus est. *Vid. §. 4. n. 1.*

A D §. I I.

„ *S I nulla sit conjectura , qua ducat alio]*
 „ i. e. Si verba sola considerantur , semotis
 „ aliis conjecturis , §. *præced. n. 2.*
 „ *Verba intelligenda sunt ex proprietate]*
 „ Inramo antequam ad vocum proprietatem
 „ recurrere licet , inspiciendus est sensus ,
 „ quo vel promittens , vel acceptans alte-
 „ rum intellexisse scivit : si is probari ne-
 „ quit , recurrendum est ad morem lo-
 „ quendi communem ; si & is dubius est ,
 „ tunc demum interpretatio fieri debet ex
 „ proprietate vocis.
 „ *Non grammatica , qua est ex origine]*
 „ Certum est , plerasque voces alium ex usu
 „ sensum accepisse , ac originarie illis tri-
 „ butus est. *Gell. 12. 13. & c. 13. §. 20.*
 „ *Quintil. Inst. 1. c. 6. Sen. ep. 81. & 114.*
 „ *Populari ex usu]* „ Quintilianus ait : *con-*
 „ *suetudo certissima loquendi magistra est ,*
 „ *utendumque plane sermone est ut nummo ,*
 „ *cui publica forma est.*
 „ *Locri]* Hæ meræ cavillationes fuerunt ,
 „ non interpretationes. Mens , & verba dispo-
 „ nentium clara erant ; per calumniam sensus
 „ detorquebatur. Sane , terræ insiltere ex pro-
 „ prietate vocis non denotat insiltere arenæ ,
 „ quam promittens , altero ignorante , in
 „ calcæis habet ; & capita , quæ imposita hu-
 „ meris habebant , non erant capita loquen-
 „ tium , sed cadaverum. Accedit , quod illi ,
 „ quibus promittebatur , rem ex sensu natura-
 „ li acceperint : promittentes sciebant alteros
 „ sensu intelligere ; utrinque igitur de vo-
 „ luntate certa constabat : ut proinde hic inter-
 „ pretatio contra proprietatem vocum , men-
 „ temque disponentium fieri non potuerit.
 „ *Similis perfidia]* „ Boëti urbem polliciti

„ reddere ; non stantem , sed everfam reddi-
 „ derunt , quæ nuda cavillatio erat : ever-
 „ fa enim civitas non est civitas , nec ea
 „ mens utriusque disponentis fuit. Mahume-
 „ des Sultanus Eubœa capta eum dissecuit ,
 „ cui caput incolome fore promiserat , qua-
 „ si secato homine caput incolome dici possit.
 „ *Conf. Pufend. l. 5. c. 12. §. 2. & 3.*
 „ *Quia controversam non habent]* „ I. e.
 „ dubia non est dispositio , adeoque nec in-
 „ terpretatione opus est. *Conf. Pufend. de*
 „ *J. N. l. 5. c. 12. §. 2. 3.*
 „ *Adstringi , non dissolvi perjurium]* „ i. e.
 „ Gravius fieri perjurium : non enim tantum
 „ peccat promissor perfidiam committendo ;
 „ sed magis peccat , quod specie juris illam
 „ committat.

A D §. I I I.

„ *ARTIS cujusque prudentum definitio]*
 „ Nam ab arte sensus inditus est , ergo certus ,
 „ & communis loquendi modus is demum est ,
 „ qui ab artis peritis adhiberi solet.
 „ *Quid sit Majestas]* „ Majestas enim artis
 „ vocabulum est , & denotat imperium ,
 „ quod proprio jure deferatur.
 „ *Quid parricidium]* „ Quod ex proprie-
 „ tate vocis saltem est si filius , vel filia pa-
 „ rentes occidunt : at in doctrina juris etiam
 „ ad eos pertinet , qui liberos suos interi-
 „ munt.
 „ „ Exemplum , quod magis ad rem facit ,
 „ allegat Auctor infra l. 3. c. 20. §. 23 ,
 „ ubi ait , nomina regionum accipienda esse
 „ ex usu præsentis temporis , non tam vulgi
 „ sed peritorum. Agitata olim fuit hæc quæ-
 „ stio , facta divisione regni Neapolitani in-
 „ ter Gallum , & Hispanum : hic Capita-
 „ natum ut partem Apuliæ vindicabat ; Gal-
 „ lus vero accessionem Aprutii esse putabat ,
 „ seque in nominibus antiquis fundabat ; il-
 „ le in recentioribus , & usu moderno. *Vid.*
 „ *Henning. in not. ad d. §. 23.*
 „ *Exercitum eam esse militum multitudinem]*
 „ Omittit Auctor essentielle requisitum : ni-
 „ mirum , ut auctoritate summæ potestatis
 „ conscriptus sit ; neque numero is definiti
 „ debet , sed sufficit contra hostes conscrip-
 „ tum esse.
 „ *Quod furtim fit , aut latrocinantium mo-
 „ re]* „ Hinc exercitus non est , licet prædo
 „ maximam prædonum multitudinem col-
 „ ligat.

Pro

Pio viribus hostium] ,, Immo id æstimandum ex arbitrio summæ potestatis exercitum conscribentis.

Polybius] ,, L. 1. c. 16. ibique Casaub. Plerumque, ait, constituisse] ,, Non quasi id necessarium, sed quod moris fuerit.

Qui vel uni legioni] ,, L. 2. §. 1. ff. His qui not. Legio plerumque constabat 4000. ped. & 300. eq. Polyb. 1. c. 16. Plena legio erat, in qua sex millia centum pedites, equites 100000. militabant. Veget. l. 2. c. 2. & c. 6. Gron. b.

Pari modo de classe erit estimandum] ,, Si in aliquo fœdere positum sit, ne quis in certa maris parte cum classe naviget, aut alterum navigare patiat. Nam hic non solum navium numerus consideratur, sed quomodo instructæ sunt naves &c. Pufend. l. 5. c. 12. §. 4; adeoque hic definitio eorum requirenda, qui arti militari operam dant. Hinc Florus classem vocat, quæ fex rostratis constabat, addens: sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. L. 1. c. 11.

Arx est locus, qui arcere hostilem exercitum ad tempus possit] ,, Arx igitur ab arcendo dicitur, eodem modo uti ager arcifinus dicitur, qui arcendis aliis est idoneus.

A D §. I V.

CONJECTURIS assumentis opus est] Si scilicet præter verba aliæ conjecturæ ad sunt, & sic signa illa non seorsim, sed conjunctim considerantur. Vid. §. 1. n. 2. Cæterum, diximus jam, conjecturas non quilibet probare voluntatem, sed talia demum signa, & facta, unde necessario voluntas infertur.

Plures significationes recipiunt] ,, Si utraque significatio æque communis est, recurrit ad proprietatem vocis.

Ὀμοῦνίας] ,, A verbo ὁμοῖω assimilo, vel unio.

Similiter conjecturis opus est, quoties in paucis species quadam est repugnantia] ,, Vid. infra §. 26.

Nam si certa sit pugna &c.] ,, Si in eodem instrumento repugnantia invenitur, neutra dispositio valet, quia in eodem instrumento non est prius, nec posterius; adeoque cum ob repugnantiam de voluntate disponentium non constet, dispositio nulla est.

Tom. III,

Ut novo actu voluntatis discendi inde possit] ,, At non est novus actus, si negotio, quod uno, eodemque tempore contrahitur, repugnantia inest.

Sive ex parte una, ut in lege, & testamento] ,, Equidem certum est, & leges, & edicta, & testamenta, seu actus unilaterales, æque mutari novo actu voluntatis posse, ac contractus, aliique actus bilaterales. At de eo non quaeritur: sed quaestio hæc est, an si in eadem lege, in eodem contractu, in eodem testamento, repugnantia inveniat, id valeat, quod scriptura est posterius? Ego nihil valere dixi, quia in his actibus nihil est prius, nihil posterius, sed omnia vim accipiunt ex eodem momento, quo negotium perfectum est: at in hoc est repugnantia.

Cogit recurrere ad conjecturas] ,, Immo negotium propter repugnantiam nullum est.

Ut sponte se ingerant, etiam contra receptiorem verborum significatum] ,, Si scilicet mens, ratio, intentio agentium, & finis actionis proprietati verborum repugnant. Sic ascendere mœnia capitale olim erat; hæc lex cessabat in obsidione repentina. Vid. §. 8.

Loci autem, ex quibus voluntatis conjectura promuntur] ,, In genere jam notavimus, conjecturas voluntatis pugnare cum voluntate, quæ non est nisi rite declarata, nec aliter obligat.

Ex materia] ,, Vid. §. seq.

Ex effectu] ,, Si vox proprie sumpta absurditatem involveret, §. 6.

Ex conjunctis] ,, Si v. g. alia occasione, vel alio loco ita locutus est is, qui disponit, §. 7. & 8.

A D §. V.

Ex materia] ,, Materia igitur ex hypothese Auctoris aliquando ita evidentes reddidit conjecturas voluntatis, ut sponte se ingerant etiam contra receptiorem verborum significatum. Vid. §. preced. n. 2. & infr. §. 24. Hinc regula celebris est apud Jctos Romanos, quod verba accipi debeant secundum substratam materiam; & exempla sunt in l. 15. §. 4. ff. Locat. in l. 34. ff. damn. inf. Vid. Eberhard. loc. legal. 40.

Ut vox diei, si triginta dierum pacta sint inducitur

inducia, non debet de diebus naturalibus, sed civilibus intelligi] *Vid. Gron. h.* Quæritur, quisnam dies computetur pactis induciis? *Resp. Civilis*, ita ut nox quoque contineatur. Nam materia, de qua agitur, est securitas, quam partes durante spatio 30. dierum pacti sunt, adeoque æque nocte, ac die. Hinc perfidia non caret qui pactis 30 dierum induciis, noctu hostium terras populantur. *Vid. Cic. 1. off. 10.*

At alia quæstio est, quomodo spatium 30. dierum pactis induciis computetur? an *naturaliter*, i. e. ut de momento, quo partes pacti sunt, incipiat, & eodem momento triginta diebus elapsis finiatur; an *civiliter*, ita ut demum finiatur toto die elapso? De qua quæstione agemus infra *l. 3. c. 21. §. 4.*

Id enim materia congruit] „ Vera ratio „ est, quod omnes regulæ interpretandi naturales fallaciæ huic obstant. Nam 1. paciscens scit, alterum eo sensu *diem* intellexisse: 2. usus communis loquendi est, ut per diem intelligatur spatium 24. horarum: 3. finis unicus, & necessarius huius pacti est *securitas*; hæc autem non obtinetur si noctu lædere liceret.

Ita verbum donare sumitur pro transigere ex negotii qualitate] „ Immo nullibi *donatio* „ pro *transfatione* sumitur: nam hæc est de re dubia, ubi aliquid datur, aliquid retinetur; *donatio* vero supponit rem certam, & indubitam, quæ ex mera liberalitate in alium transfertur. *Laut. comp. p. 44.*

Sic armorum vox] „ Si quis promittit, se nolle arma alicui suppeditare, intelliguntur instrumenta militaria: si promittit, se nolle alii arma inferre, promittit se nolle militibus armatis eum infestare.

Contra, quam cavillati sunt Platæenses] „ Historiam refert *Tbucyd. l. 2. pr. p. m. 61.* Thebani Platæam urbem dolo occuparunt: a Platæis iterum ejecti Thebanorum quidam capti in urbe remansere; pro his liberandis consilium capiebatur de invadendis Platæensibus, qui extra urbem agebant. Suspicati id Platæenses, jurato promiserunt Thebanis, se reddituros captivos si recesserint, alias se eos interemturos. Postquam fidem Platæensium secuti recessere Thebani, illi omnia ex agris in urbem comportant, captivos interimunt, & interemtis remittunt: at pessime, mortui enim non sunt homines, nec captivi. Sane, utriusque mens,

„ & intentio erat ut redderentur vivi; ideo „ enim, ne interficerentur captivi, recessere, idque inter utrumque actum erat.

Si gladium deponant] „ Ex natura negotii, de quo agebatur, nimirum, ut lædendi instrumenta deponerent, nihil „ aliud intelligi potuit, quam gladius.

Non & Fibulas, quod Pericles argutabatur] „ Pericles cum quibusdam hostibus ita „ pactus est ut ferrum deponerent; postea „ eosdem pacti violati infimulavit, argutus, eos non deposuisse fibulas ferreas, „ quibus adstringebant pallia. *Pufend. l. 5. c. 12. §. 7.*

Contra, quam fecit Alexander] „ Barbari „ duces pactum iniverunt cum Alexandro, „ ut mercenarii milites urbe exirent: cum „ ad stadia octoginta castra posuissent, Alexander instructo exercitu eos invasit, multosque interfecit. Illis exclamantibus, vim sibi fieri contra jusjurandum, ac violatos Deos implorantibus, alta voce Alexander regeffit, se non impedivisse quin urbe exirent. *Diod. Sic. l. 17. p. m. 564. Polian. Strat. 4. 20.* Merito Auctor factum hoc improbat, quia dum eis excedendi ex urbe libertatem dedit Alexander, ea mens, & intentio fuit, ut alibi sedes quærent; non ergo in itinere occidi poterant. Unde etiam aliam jungit rationem: *se eos non veros Macedonum amicos esse, cognitum habere.* *Diod. Sic. d. l.*

Non sectarum] „ Quia sectæ naves non „ sunt naves, ut bene ait *Macrob. l. 2. c. 6*, sed tabulæ. Præterea constabat, inter „ partes de totis actum fuisse, non de „ sectis.

Additio.

„ Historia extat apud Valerium Max. *l. 7. c. 3*, & *Liv. 38. 38*; qui vero de sectione navium nihil refert.

De similibus idem esto iudicium] „ Campani fœdus cum hostibus pepigerunt ea lege, ut eis dimidiam armorum partem traderent, & dissectis armis dimidium eos recipere jufferent. *Polyan. l. 6. c. 15.* Apud Xiphilinum, *Epit. Dionys. in Caracalla*, cum duo milites utrem vino plenum, quem inter prædandum rapuerant, jussi essent dividere, stricto gladio eum secuerunt. Sic Rhadamistus Mithridati jurat, nec veneno, nec ferro se vim ei illaturum; mox eum injecta multa veste necat. *Tacit. Ann. XII. Vid. Pufend. l. 5. c. 12. §. 7.* A D

A D §. VI.

Ex effectu] „ Examinavimus conjecturas
 „ voluntatis, quæ promuntur ex materia:
 „ sequuntur nunc illæ, quæ ex effectu de-
 „ sumuntur, & ita evidentes sunt, ut
 „ sponte se ingerant etiam contra receptiorem
 „ verborum significatum. Vid. §. 4. n. 2.

Si vox ex usu receptiore sumta effectum post
 se traheret a ratione alienum] Immo si recepta
 vox est ex usu communi, nec specialis lo-
 quendi usus ejus, qui disponit, apparet, men-
 suram interpretatio accipere debet ex commu-
 ni usu.

Additio.

„ Auctor hanc regulam repetit L. 3. c. 21.
 „ §. 14: *rejicienda igitur est stricta interpre-*
 „ *tatio, etiam quam ferunt verba, nisi alio-*
 „ *quin absurdum aliquod sequeretur, aut*
 „ *eo ducant probabiles admodum voluntatis*
 „ *conjecturae.* Exemplum Auctor ibi affert
 „ de eo, qui de itu cavet; is enim de re-
 „ ditu quoque cavisse censetur, ut vitetur
 „ absurdum, d. 1. §. 16. Verior ratio hu-
 „ jus rei est, quod finis nullus alius fuerit
 „ cautionis, quam ut tuto ire, & redire
 „ possit. Conf. l. 3. c. 23. §. 11. & 13.

Quæ vitio caret] „ Immo si recepta vox
 „ est ex usu communi, valet dispositio inter
 „ partes prout disposuere, etsi interpretatio
 „ vitio non careat, modo ipsa dispositio
 „ non sit vitiosa.

Itaque non admittenda Brasida cavillatio]
 Non ideo improbat exceptio Brasidæ, quia
 effectum post se traheret a ratione alienum,
 sed quia dubia non erant verba: n. m. ex
 more communi ager Bæotus, territorium
 Bæotum denotat, sub quo omnino etiam
 continetur pars illa exercitu obfessa, quia
 per occupationem bellicam, quamdiu fini-
 tum non est bellum, jus Bæotum in illum
 agrum nondum desit.

Sed & utriusque pacifcentis intentio erat
 de discessu ex agro Bæoto occupato contra-
 hendi de hoc inter utrumque actum erat.

Additio.

„ Aliud exemplum refert Pufend. l. 5.
 „ c. 12. §. 8, in fœdere, quo protectio-
 „ nem urbis Bononiæ, ejusdemque reguli
 „ Bentivoglii, Ludovicus XII. receperat,
 „ salvis Papæ jurbus, quem paulo post alio
 „ modo cavillatur Ludovicus. Guicciard.
 „ Hist. l. V. p. m. 134. 136. Hemming. in
 „ not. b. §.

Quasi de bellica possessione, non de finibus
 antiquis ea vox intelligenda esset] „ Bellica
 „ enim possessio non tollit jus, nisi bellum
 „ finitum sit: adeoque ex usu vocis com-
 „ muni hic ager occupatus quoque sub pro-
 „ missio continebatur.

Quo sensu inanis fuerat pactio] „ Immo
 „ non inanis erat; nam ratione reliquorum
 „ agrorum, quos infestare quotidie potuit,
 „ effectum habere potuisset: sed vera ra-
 „ tio est, quod dubia promissio non fuerit.

A D §. VII.

CONJUNCTA sunt aut origine, aut
 etiam loco] „ Explicatis conjecturis volunta-
 „ tis, quæ ex materia, & effectu pro-
 „ muntur, sequuntur nunc illæ, quæ ex
 „ conjunctis defumi solent. Vid. §. 4. n. 2.
 „ in fin.

Aut etiam loco] „ De quibus §. seq.

Unde conjectura nascitur, quia in dubio
 voluntas creditur sibi fuisse consentiens]

Hoc casu non ex conjectura aliqua fit
 interpretatio, sed voluntas alio loco, &
 alia occasione declarata confirmatur: id-
 que apparet exemplo stipulationis de tri-
 tico factæ, quæ sine adjectione mensu-
 ræ imperfecta est, l. 115. V. O. Si vero
 ex præcedente negotio appareat, de certi
 generis, certæque quantitatis tritico co-
 gitatum, & actum esse, id pro expresso
 etiam in ipsa stipulatione est habendum,
 l. 94. ff. Eod. Hic ergo non est interpre-
 tatio voluntatis, sed ipsa voluntas decla-
 rata.

Ut victor is demum intelligatur, qui al-
 terum occiderit] Immo id non sequitur:
 vincere enim utramque speciem sua natura
 comprehendit, sive occidat alterum, sive ca-
 piat; vincere enim, in genere, omnem
 actum, quo alter altero superior est, signi-
 ficat: ut proinde hic dubium non sit, inde-
 que nec interpretatione res indigeat.

Additio.

„ Recte B. Parens Auctorem hic notat.
 „ Nam pugna hac conditione proponebatur,
 „ ut NB. vincentem mulier, & opes seque-
 „ rentur.

Alexander, & bellicosus Menelaus
 Longis lanceis pugnabunt propter mulierem,
 Vincentemque mulier, & opes sequentur.

„ Græci acceptabant eam conditionem his
 „ verbis:

*Si quidem Menelaum Alexander interfecerit,
Ipse postea Helenam retineat, & opes omnes;
Sin autem Alexandrum interfecerit furvus Me-
nelaus,
Trojani postea Helenam, & omnes opes reddunto.*

„ Alexandro igitur victo, at furori Mene-
„ lai a Venere erepto, pactis stare Trojani
„ debuissent, etsi Alexander interfectus non
„ fuerit: nam victoriam indubie reporta-
„ vit Menelaus, fatentibus Helena, & ipso
„ Alexandro; unde Agamemnon merito ad
„ implendum pactum agebat, ac Helenæ
„ traditionem vi juramenti petebat:

*Victoria quidem manifesta est bellicosi Menelai.
Vos autem argivan Helenam, & opes cum ipsa
Reddite, & multam persolvite, quam par est.
Sic dixit Atides.*

„ Jupiter de victoria hac Deos consultans,
„ & ad amicitiam componendam pronus,
„ ita concludit:

*Omnino quidem habitetur urbs Priami Regis;
Retvo autem Argivam Helenam Menelaus abducit.*

„ At Juno irata rumpi foedus voluit, tan-
„ demque eo induxit Jovem, ut jusserit
„ Minervam,

*Tentare ut Trojani gloria elatos Achivós
Incipiant priores præter juramenta ledere.*

„ Apparet ergo ex his, pactum non de
„ interfectione, sed de victoria initum esse,
„ adeoque interpretatione hic opus non fuisse,
„ cum & ipsi dii contra juramentum
„ fieri declarent, si Trojani Græcos læserint.
„ Unde Agamemnon Menelaum consolatu-
„ rus ait:

*Sic te percusserunt Trojani, & juramenta firma
conculcarunt.*

Rationem reddit Plutarchus] „ Quo,
„ quæso, modo applicari hæc ratio potest
„ ad summas potestates, quæ judicem non
„ agnoscunt? Ratio ergo Plutarchi est
„ meri juris positivi, & inter solos privatos
„ obtinet.

A D §. VIII.

Quæ & loco conjuncta sunt] „ Si-
„ gna enim conjuncta esse, dixit, aut origi-
„ ne, aut etiam loco, §. præced.

*Cum unum sit ex indicis, quibus men-
tem venamur]* Ratio est causa legis, & id,
quod mentem movit, vel quod idem
est, mens a ratione mota. Atque ita pro-

miscue mens accipitur pro ratione, unde
mens apparet, vel ratio pro mente, quæ
ex illa colligitur.

*Est tamen inter conjecturas hæc validissi-
ma]* „ Ratio male inter conjecturas refertur;
„ nam ea est præcipua, & certissima men-
„ tis, & sententiæ regula, ac anima dispo-
„ sitionis, l. 29. l. 30. Legib.

*Si certo constet, aliqua ratione tanquam
causa unica voluntatem fuisse motam]* „ Etsi
„ enim verba sint dubia, ratio certa est,
„ & ex ea de intentione agentis constat.

Nam sæpe rationes sunt plures] Hoc casu,
cum verba sint dubia, nec de certa agentis
intentione constet, (quia plures sunt ra-
tiones moventes) nihil actum videtur.

*Interdum & præter rationem voluntas
semet ex vi libertatis suæ determinat]* „ Adeo-
„ que tunc ratio illa pro indicio volunta-
„ tis sumi non potest, quia fortuito motu
„ ad consensum fertur is, qui disponit.

*Quod ad producendam obligationem suf-
ficit]* „ Nam si de voluntate disponentium
„ constat, sive ratione, sive libidine, sive
„ fortuito animi motu consentiant, partes
„ obligantur, quia ita disponunt.

*Hoc modo donatio ob nuptias facta vim
non habebit]* Qui enim donat propter nup-
tias futuras, non donat nisi sub conditione si
nuptiæ secutæ fuerint, qua deficiente cessat
donatio.

A D §. IX.

*Voces multas habere significationes plu-
res, alteram strictiorem, alteram laxio-
rem]* Sic filius non tantum dicitur qui na-
tura talis est, sed & qui adoptione: & mor-
tuus non tantum qui vita decessit, sed &
qui deportatus est.

*Aut quia specierum uni nomen generis
adheret]* „ Ita cognati in genere dicuntur,
„ sive cognati sint, sive agnati; in specie
„ autem cognati dicuntur qui non sunt agna-
„ ti: ita adoptio est vox generis, & con-
„ tinet arrogationem, & adoptionem in
„ specie. Gron. b.

*Aut quia usus artis latius patet, quam
usus popularis]* „ Nam voces artis non ex
„ more loquendi communi, sed peritorum
„ explicandas esse, dixit supr. §. 3.

*Ut mors in jure civili ad deportationem
producitur]* „ Mors enim vel naturalis
„ est, vel civilis. 165. f. pro soc. l. 4. §. 2. ff.
„ bon. libert. A D

A D §. X.

EORUM, quæ promittuntur, alia esse favorabilia &c, alia odiosa] Hæ regulæ jure naturæ nullum effectum habent: quia ibi omnia valent ex dispositione, non ex favore, vel odio. At jure civili ad decidendas lites in causis dubiis necessariæ fuere interpretationum regulæ, inter quas præcipuæ sunt illæ, quæ de odio, & favore proponuntur.

Additio.

„ Sæpius Auctor ad hanc regulam pro-
„ vocat. Vid. *infr.* §. 12. & 13. l. 3.
„ c. 21. §. 4. & 5. 14. l. 3. c. 13. §. 2.
„ l. 2. c. 20. §. 11. l. 2. c. 11. §. 15.
„ & §. 17. n. 2.

„ Quæ æqualitatem in se habent] „ Add.
„ l. 2. c. 2. §. 6. n. 1. Æqualitas, si
„ dispositio vere dubia est, nullum jus alte-
„ ri tribuit, sed sola dispositio.

„ Et quæ communem spectant utilitatem]
„ Si dispositio dubia est, nec hæc regula in-
„ terpretationem facit; sed dispositio nulla
„ est, quia jus non oritur nisi ex voluntate
„ satis declarata.

„ Eorum, quæ ad pacem faciunt, major,
„ quam ad bellum] „ Si dispositio dubia est,
„ ex ea neuter obligatur, etsi forte bellum
„ inde sit oriturum, quia alter injuria bel-
„ lum moveret. Si certa est dispositio, va-
„ let non quia ad pacem tendit, sed quia
„ partes ita voluerunt.

„ Et belli ob tuitionem suscepti major, quam
„ aliis de causis] „ Sensus est, quod major
„ sit favor belli defensionis, quam offensivi.

„ Odiosa sunt quæ partem alteram tantum,
„ aut plus altera onerant] „ Adeoque ubi non
„ est æqualitas inter contrahentes.

„ Quæ pœnam in se continent] „ Quod pœ-
„ næ sint strictæ interpretationis, id ex le-
„ ge civili est.

„ Et quæ actus faciunt irritos] „ Regula,
„ quod in dubio aliquid actum videri debet,
„ itidem ex jure civili est.

„ Et quæ de prioribus aliquid immutant]
„ In dubio res præsumitur in eodem statu
„ manere, donec mutatio probetur. Hæc
„ regula naturalis est.

„ Quod si mixtum sit aliquid] „ Ex odio-
„ sis, & favorabilibus.

„ Ut mutans quidem priora] „ Hacte-
„ nus enim est odiosa dispositio.

Sed pacis causa] „ Hactenus est favo-
„ rabilis.

„ Modo favorabile, modo odiosum censebi-
„ tur] „ Diximus, omnia dependere a dis-
„ positione: si ea certa est, semper valet,
„ sive favorabilis sit, sive odiosa; si dubia,
„ nunquam valet, nec ob favorem causæ
„ quia non constat de voluntate.

„ Ita tamen ut ceteris paribus favor censea-
„ tur potior] „ Immo id solum valet, de quo
„ inter utrumque actum esse, certo constat.

A D §. XI.

„ QUÆRIT Auctor, an distinctio inter
„ contractus bonæ fidei, & stricti juris,
„ sit ex jure gentium? Recte id negatur.

„ Distinctio inter contractus bonæ fidei,
„ stricti juris, & arbitrarios, ex solo jure
„ civili orta est, quanquam æquitate natu-
„ rali nitatur; quam late exposuimus in ju-
„ re nostro controverso, *tit. de oblig. &*
„ *act. quest. 13.*

„ Jure naturali ex contractu actio non
„ datur nisi ad petendum id, quod in con-
„ tractu promissum est: adeoque si res mihi
„ vendita est, agere tantum possum actio-
„ ne emti contra venditorem, ut rem mi-
„ hi præstet; si vero venditor dolum ad-
„ hibuit, de hoc dolo non agere possum
„ actione ex emto, nihil enim de eo in con-
„ tractu dictum est. Sed & porro, si vendi-
„ tor rem, & pretium penes se habet, actio
„ emti non datur ad usuras, seu fructus,
„ &c; sed emtor separatis actionibus de
„ dolo, & ad id, quod interest, agere
„ tenetur.

„ Cum autem jure Romano iniquum
„ visum fuerit, paciscentem in varia dis-
„ strahere judicia, constituit, ut actione
„ ex ipso contractu agi possit ad omne id,
„ quod æquum, & bonum est: atque ex
„ hoc capite emtor actione ex emto petere
„ potest & rem venditam, & id, quod
„ dolo venditoris ei abest, & fructus, &
„ in genere omne id, quod ejus interest.
„ Atque hæc negotia dixere BONÆ FIDEI.

„ Leges Romanæ ab hac regula nullos
„ contractus exceperunt, nisi illos, ubi
„ partes vel verbis, vel literis per solen-
„ nes formulas, per interrogationem, &
„ responsum, &c. aliquid promittunt.
„ In his enim negotiis Jcti Romani credi-
„ derunt, partes magis securitatem in ver-

„ bis , & literis , quam in bona fide debito-
 „ ris quæſiſſe. Indeque ex his negotiis
 „ actio tantum datur ad id , quod verbis ,
 „ vel literis expreſſum eſt. Si præterea in
 „ hoc negotio dolus intervenit , vel alias
 „ alterius contrahentium interſit , id ſepa-
 „ ratim actionibus peti debet. Hos contractus
 „ vocabant STRICTI JURIS. Conf. *Diff.*
 „ *proem.* XII. §. 461. & 462.

„ STRICTI JURIS negotia igitur
 „ ſunt , quoties verbis , vel literis ſolenni-
 „ bus contrahitur obligatio. Unde Cicero
 „ notanter ait , ſi verbis & literis contem-
 „ ditur , ei opponi ſolere æqui , & boni
 „ nomen , & dignitatem.

„ Hinc jam apparet , cur Jcti paſſim de-
 „ clarent , tantum in bona fidei judiciis of-
 „ ficiū judicis valere , quantum in ſtipu-
 „ latione nominatim ejus rei facta interro-
 „ gatio l. 7. ff. *Neg. geſt.* l. 24. ff. *depoſ.*
 „ l. 5. pr. & §. f. *adil. edict.* Quia nimi-
 „ rum omnia negotia , ubi de fide agitur ,
 „ ſunt bona fidei , niſi ſtipulatio (vel lite-
 „ rarum obligatio) accedat.

„ Sane , in vaſtiſſimo illo Digeforum
 „ opere nullum veſtigium invenietur , unde
 „ conſtet , extra ſtipulationem , & litera-
 „ rum obligationem , dari contractum ſtri-
 „ cti juris.

„ Cum autem hæc diſtinctio tantum in
 „ contractibus locum habeat , Jcti Roma-
 „ ni omnia reliqua negotia (indeque de-
 „ ſcendentes actiones) vocant ARBITRARIA ,
 „ quia ſi reus ad juſſum judicis non reſtituit ,
 „ judex pro ſuo arbitrio in contumaciam
 „ condemnare reum poteſt ad omne id ,
 „ quod ex natura negotii æquum , & bo-
 „ num eſt : *diſt. juſ. contro.* q. 14. *Conf.*
 „ §. 31. *Inſt. de act.*

„ *Diſcrimen actuum bonæ fidei , & ſtricti*
 „ *juris*] „ Dictum eſt , diſcrimen in eo
 „ conſiſtere , quod ex negotiis bona fidei
 „ promittens non tantum ad promiſſa obli-
 „ getur , ſed præterea ad omne id , quod
 „ ex natura negotii æquum , & bonum eſt :
 „ ex negotiis ſtricti juris autem promittens
 „ teneatur tantum ad id , quod promiſſum
 „ eſt verbis , vel literis.

„ *Quatenus ex jure Romano eſt , ad juſ*
 „ *gentium non pertinet*] „ Totum hoc diſ-
 „ crimen eſt ex jure Romano ; jure Gen-
 „ tium id plane incognitum eſt.

„ *Ut ſcilicet ſi quibus in regionibus actus ali-*
 „ *qui formam habeant communem , ea actui*

„ *ineſſe intelligatur*] „ Sic v. g. emtionis forma
 „ communis eſt , ut in actionem emti non
 „ tantum veniat quod promiſſum eſt , ſed
 „ præterea uſuræ , fructus , & omne id ,
 „ quod intereſt , immo dolus , & culpa
 „ &c. (quæ capita ſeparatis actionibus jure
 „ naturæ peti deberent.)

„ Si proinde extraneus aliquid emit ,
 „ Grotius ait , huic actui formam illam
 „ communem ineſſe , atque hæc illam
 „ actum etiam jure Gentium eſſe bonæ fi-
 „ dei.

„ *Not.* Quod actus ille ſit bonæ fidei , i. e.
 „ quod actus ille formam communem ha-
 „ beat , id ex mero jure Romano ortum
 „ habet : quod vero forma illa actui ineſſe
 „ intelligatur , i. e. quod emtor agere poſ-
 „ ſit non tantum ad id , quod promiſſum
 „ eſt , ſed & præterea ad id , quod æquum
 „ & bonum eſt , ex alio capite ſequitur ,
 „ quia nimirum jure Gentium contrahentes
 „ in aliquo loco ſefe ſtatutis , & legibus il-
 „ lius loci ſubmittere tenentur.

„ *Quatenus immutata non eſt*] „ Forma
 „ enim negotiorum legibus mutari poteſt :
 „ adeoque ea demum forma communis acti-
 „ bus ineſſe intelligitur , quæ obtinet tem-
 „ pore contractus.

„ *Actui ineſſe intelligatur*] „ Ad eum effe-
 „ ctum , ut juxta illam formam non tantum
 „ ad id , quod dictum eſt , agi poſſit , ſed
 „ ad id , quod forma illa communi defini-
 „ tum eſt , i. e. quod ex natura negotii
 „ præſtari æquum , & bonum eſt.

„ *In aliis autem actibus , qui per ſe ſunt in-*
 „ *definiti*] „ Adeoque qui formam talem com-
 „ munem non habent.

„ *Qualis eſt donatio , & liberalis promiſſio*]
 „ Errat Grotius I. quod donationem , &
 „ liberalem promiſſionem ad contractus ſtri-
 „ cti juris referat , cum donatio plane non
 „ ſit contractus , ſed modus transferendi
 „ dominiū ; pactum de donando autem ſit pa-
 „ ctum nudum , unde actio jure Digeforum
 „ non oriebatur : adeoque fruſtra ibi quæri-
 „ tur , an actio ſit bonæ fidei , an ſtricti ju-
 „ ris. Hinc recte Modestiſtus ait in l. 22.
 „ ff. *Donat. quod in bona fidei contractibus*
 „ *donatio non contineatur.* Nec inde ſequi-
 „ tur , eſſe contractum ſtricti juris , quia
 „ plane non eſt contractus. Errat 2. quod
 „ exiſtimet , promiſſiones liberales eſſe actus
 „ per ſe indefinitos ; nam hi quoque actus
 „ formam habent communem : certum enim
 „ eſt

est, donationes ultra 500. solidos non
valere absque insinuatione judiciali. Hæc
forma igitur omnino inest actui. *Vid. Gorb.*
ad l. 34. ff. donat. lit. l.
Magis stricte dicitur] „ Adeoque non pe-
tantur ea, quæ æquitati præterea con-
veniunt. At dictum modo est, ideo actum
non fieri stricti juris.

factorum, & fœderum, de qua hic agi-
tur, sed ad interpretationem legis, quæ
doctrinæ vocatur, ubi ob identitatem
rationis lex extenditur ad eos, qui ver-
bis legis non continentur.

*Nam vox latius sumta fert eam signifi-
cationem*] „ Immo id non sequitur ex usu
vocis, sed ex identitate rationis. *Conf.*
l. non possunt, ff. de Legib. ibique Gorb.
Cicero pro A. Cæcina] „ Immo Cicero in
allegato loco *p. m. 323.* non disputat, an
dejectus sit qui vetitus est ad suum acce-
dere; sed an vis ei fiat. Hoc affirmat; &
ex ipsa proprietate vocis id demonstrat:
at ex proprietate vocis non sequitur, eum
dejectum esse; sed id demum ex identi-
tate rationis sequitur.

In favorabilioribus verba laxius sumenda] 2
Jure naturæ nec favor, nec odium jus
dat, sed sola dispositio partium sufficienter
declarata; si proinde dubia est, nihil
actum censetur.

*Si is, qui loquitur, jus intelligat, aut
peritorum juris consilio utatur*] „ In voca-
bulis artis cujusque prudentum definitio-
nem adhibendam esse, dixit supra §. 3.
§. c. 7. §. 30. n. 3. Ea autem adhibita,
laxiorem significationem sumi in favorabi-
lioribus, contendit. At in utrisque dicen-
dum, eam significationem obtinere, quæ
artis peritis communis est; quia inter
peritos vocabula artis usum aliquem com-
munem obtinent.

Ut etiam includant significationem artis]
Dixi enim, significationem artis inferre
usum communem inter peritos.

Aut quam lex dedit] „ Vocabula enim
legis etiam sunt verba artis.

*Ad significationes autem plane improprias
non recurrendum nisi &c.*] „ Deficit enim
ille usus communis, qui solus valorem
dat verbis.

*Nisi alioqui absurdum aliquid, aut pacti
inutilitas sequeretur*] „ Si dubia est dispo-
sitio, nihil actum est; adeoque nunquam
recurri debet ad improprias significationes,
sive absurdi aliquid inde sequeretur, sive
inutile foret pactum. Si vero de volunta-
te utriusque circa vocem proprie sumtam
constat, ea valet etsi absurdi aliquid se-
quatur, vel licet pactum inutile sit; nam
partes ita disposuere. Cæterum, hanc li-
mitationem passim commendat Auctor.
Vid. supr. §. 6. & l. 3. c. 21. §. 14.
Si id necessarium erit ad vitandam ini-
qui-

AD §. XII.

His positis, hæc tenenda sunt regula]
Uti præmissa sunt obscura admodum,
vaga, & plerumque falsa, ita & conclu-
siones quoque fallere necesse est.

*In non odiosis sumenda verba secundum to-
tam proprietatem usus popularis*] „ Dixi
sæpius, interpretationem ex odio, vel
favore, natura cognitam non esse. Unde
usus popularis verborum in utrisque in-
spici debet; nam voluntas per verba ex-
plicatur: verba autem valent ex usu
communi.

Et si plures sint, eam, quæ latissima est]
Si vox ex usu populari plures habet signi-
ficationes, Auctor eam in favorabilibus
intelligi putat, quæ latissima est; at in
casu, quo vox ex usu communi plures
significationes patitur, & alter hanc, al-
ter alteram significationem intellexerit,
nihil actum esse, supra diximus, quia
deficit dispositio utriusque.

*Quale est ut masculinum sumatur pro gene-
re communi*] „ Masculinum enim etiam fœ-
minas complectitur, uti in formula *si
quis &c. L. 1. V. S.* Unde voce fratrum
etiam sorores continentur. *L. 35. pact.*
l. 92. §. 3. legat. 3. At hæc interpretatio
non est ex jure naturæ, sed civili, adeo-
que inter Principes non obtinet: certum
igitur est, nihil actum videri si alter con-
tendat de genere communi se sensisse, al-
ter de solis masculis.

Et indefinita locutio pro universali] „ Ex
hac regula Auctor §. seq. decidit quæstio-
nem, *an sociorum nomine etiam veniant
futuri?* Sed hic quoque dicendum est,
si alter indefinitam illam vocem pro uni-
versali, alter pro particulari sumat, ni-
hil actum videri, quia cessat dispositio
utriusque.

Qui vi vetitus est ad suum accedere]
Vid. l. 1. §. 47. ff. Unde vi. Exemplum
hoc non pertinet ad interpretationem

quitatem, vel absurditatem] „ Si certa est
 „ dispositio, & uterque vocem juxta pro-
 „ prietatem usus popularis intellexit, ea
 „ valet, utut absurda; si dubia sit, non
 „ valet dispositio, non ut evitetur iniquitas,
 „ sed quia deficit consensus, eoque &
 „ obligatio.

Sed manifesta aequitas, vel utilitas in re-
strictione, subsistendum erit intra &c.]

„ Diximus, hoc verum non esse si de vo-
 „ luntate, utut absurda, disponentium
 „ constat.

Nisi circumstantia aliud suadeant] „ Im-
 „ mo regula in contrarium statuenda, ut dis-
 „ positio talis semper subsistat, si de volun-
 „ tate utriusque constat.

3 *Etiam sermo figuratus aliquantum admit-*
titur, quo onus vitetur] „ Immo si sermo
 „ ille figuratus (i. e. discedens a proprie-
 „ tate verborum) non nititur utriusque
 „ partis consensu, nec in odiosis effectum
 „ habet.

Restringi solent ad ea, de quibus verissi-
miter est agitatum] „ Si verba generalia
 „ sunt, etiam in genere intelligenda sunt,
 „ quia partes in genere disposuerunt: quod
 „ vero in donationibus restringantur ad ea,
 „ de quibus verisimiliter est cogitatum, id
 „ meri juris civilis est.

Et in hoc rerum genere] „ Si scilicet de
 „ odiosis agitur, & ubi de onere vitando
 „ quaeritur.

Occupatum nonnunquam id demum intel-
ligetur, quod spes sit retineri posse] „ Vide-
 „ tur hic Auctor respicere ad doctrinam
 „ Actorum, qui feram occupatam, i. e.
 „ nostram esse, tradunt, etsi evaserit,
 „ quamdiu in conspectu est, nec difficilis
 „ ejus persecutio, §. 12. *Inst. de Rev. div.*
 „ At hoc plane non pertinet ad interpre-
 „ tationem pactorum, nedum ex aliqua
 „ interpretatione odiosa oritur, ut onus vi-
 „ tetur: sed obtinet id ex certa juris natu-
 „ ræ ratione, quia quamdiu spes est reti-
 „ nendi, nondum asseri potest feram extra
 „ potestatem nostram esse.

Auxilia promissa ab una tantum parte in-
telligentur deberi impendiis ejus, qui postu-
labit] „ Hoc itidem non est ex interpreta-
 „ tione aliqua odiosa, ut onus vitetur, sed
 „ quia ratione impensarum deficit dispositio.
 „ Duæ enim diversæ sunt quaestiones:
 „ 1. an auxilia sint præstanda? 2. cujus
 „ sumtibus? Prius solum inter partes actum
 „ est; de posteriori nihil dictum est: adeo-

„ que hactenus deficit dispositio. Proinde
 „ alter liberatur præstando auxilium, quo
 „ si alter uti velit, necessario impensas ex-
 „ hibere debet. Cæterum Romanos ante C.
 „ Posthumium suis sumtibus socios adjuvissè,
 „ testis est Livius *libr. 42. apud Grot. l. 1.*
 „ c. 3. §. 21. n. 9.

A D §. XIII.

ILLUSTRIS est questio] „ Ex cujus
 „ decisione justiciam belli Punici secundi
 „ definire solent. *Vid. Tesm h.*

Ut in fœdere facto inter populum Roma-
num, & Carthaginensium] „ Historiam
 „ hujus fœderis late explicavi *cap. præ-*
 „ ced. §. 17.

Etiamsi fœdus cum Asturbale] „ Qui
 „ post illud generale fœdus speciatim addi-
 „ dit Saguntinos. *Vid. c. præced. §. 17.*

Quod Carthaginenses id ratum non habuis-
sent] „ At tacite eos fœdus ratihabuisse, alibi
 „ demonstravi.

Quid dicemus] Auctor 1. male statuit,
 „ futuros socios non comprehendi sociorum
 „ nomine, cum tamen ipse fateatur, salva
 „ ratione recti sermonis etiam futuros com-
 „ prehendi posse. 2. Male allegat rationem,
 „ quod odiosa hæc sit materia, eoque restrin-
 „ genda, cum sæpius jam dictum sit, odium,
 „ & favorem nullum jus natura tribuere. Præ-
 „ terea 3. verum non est, causam hic esse
 „ odiosam, sed potius est favorabilis, quia
 „ ad pacem facit. *Vid. §. 10.*

Dicimus igitur, hoc pacto non tantum so-
 „ cios, qui tempore fœderis fuere, sed &
 „ futuros comprehendi, quia vox *sociorum*
 „ generaliter posita, ex natura sermonis, &
 „ communi loquendi more, ad omnes etiam
 „ futuros pertinere fatent ipso Auctore potest.
 „ Huic igitur generali significationi insistendum
 „ omnino est.

Additio.

„ In genere sententiam Grovii veram esse
 „ puto, quod *sociorum nomine tantum ve-*
 „ niant qui fuere fœderis tempore. Nam Sa-
 „ guntini tunc socii non fuerunt, adeoque
 „ de futuris contrahentes cogitare non po-
 „ terant: accedit, quod Romani cum
 „ omnibus vicinis societatem contrahere,
 „ eoque Carthaginenses privare potuissent
 „ libertate eos, qui injuriam ipsis fecisse
 „ crederentur armis cogendi. *Vid. Grot.*
 „ b. §. n. 1. *in fin.*

„ At

At in casu proposito alia rationes accedunt. Nam Asdrubal postea speciali pacto Saguntinos comprehendit: Carthaginenses tanto tempore filuerunt scientes pacem factam fuisse, & amicitiam cessante bello invicem coluerunt; adeoque facto ipso pacis conditiones ratihabuerunt.

Sane, Hanno Carthaginensis vir probus, & summæ auctoritatis, ipse Annibalem foedifragii accusavit, eumque dedi Romanis voluit. *Liv. l. 21. c. 19.* Polybius quoque tradit, nemini procerum probatum fuisse quod Annibal contra Saguntinos egisset: *l. 3. c. 8.* & eventus quoque belli satis probat justitiam causæ Romanæ. Sane, Annibalem ipsum hoc prætextu usum esse ut renovaret bellum cum Romanis, patet ex Livio *d. l.* adeoque cognitum ipsi fuit, Romanos inde causam bellum renovandi jure sumere potuisse.

Sed & ponamus, Saguntinos socios non fuisse Romanorum, nihilominus Romanis liberum fuisset assistere Saguntinis, causamque eorum defendere. *Grot. b. n. 2.* Sane, eorum maxime intererat, quia ipsis certe constabat, Annibalem victis Saguntinis bellum meditari Romanis inferendum. His igitur positis foedus violatum dici non potuit.

Sæva ratione recti sermonis] Inprimis cum indefinita locutio haberi soleat pro universali. *Vid. §. 12. n. 1.*

Futuros non comprehendendi] Adeoque nec Saguntinos sub primo foedere comprehensos fuisse.

Quia agitur de foedere rumpendo] Immo agebatur de foedere conservando; in id enim Romani omni ope laborabant: Annibal autem de foedere rumpendo cogitabat; adeoque hæc ratio admitti non potest.

Quæ odiosa est materia] Diximus, 1. naturali jure favorem jus non tribuere, nec odium id, quod quæsitum est, tollere: 2. verum non esse, odiosam hic esse materiam.

Et de adimenda Carthaginensibus libertate eos, qui injuriam ipsis fecisse crederentur, armis cogendi] Quod sana ratione Carthaginenses nunquam cogitasse, præsumendum est.

Quæ libertas est naturalis, nec temere abdicata censetur] Immo & pactum generale, Tom. III.

& speciale intercessit, adeoque dispositio clara fuit.

Non ex vi foederis] Immo licuit vi foederis specialis, quod cum Asdrubale contractum fuit.

Nec Carthaginenses contra foedus erant facturi] Quia jure belli injurias sibi illatas vindicare potuissent.

Nec Romani si eos defenderent] Quia jure naturæ aliis, quibus a foederatis injuriam factam esse censemus, assistere bello licet.

Plane sicut Pyrrhi tempore] Hic eo magis foederato etiam contra foederatum Pyrrhum jure naturali auxilia ferre licuit; quia id non tantum foedere non abdicatum, sed & in specie cautum erat.

Non dico, justum utrinque bellum esse potuisse] Cur non? potest omnino justum utrinque esse bellum, si scilicet mutæ sunt injuriæ. At ratione ejusdem causæ verum est, bellum non posse esse utrinque justum. *Conf. L. 2. c. 23, §. 13. c. 17. §. 19. l. 1. c. 3. §. 4. l. 2. c. 26. §. 4. n. 3. §. 6. n. 2.*

Nego, pertinuisse hoc ad foederis violationem] Immo pertinuit: violatum enim erat foedus posterius speciale.

Licere ipsis sibi auxilia mittere] Hic itidem foederi clausula addita fuit, ut si qua Græcarum civitatum ex socialibus non sit, eis ad utros libuerit accedere licere. *Tbucyd. p. m. 14.* Athenienses vi hujus clausulæ Corcyrensis auxilia promiserunt, non ad aggrediendos Corinthios, sed ad defendendum Corcyram, & Corcyrensiū terras, simulque injunxere præfectis ne foedera rumperent. Unde exercitus Atheniensis pugnam, quæ inter Corcyrenses, & Corinthios intercessit, non capessabat, *fol. 21. §. 22. quippe verebantur præfelli Atheniensium præceptum.* At in fugam versis Corcyrensis eos tutabantur, *fol. 21.* Corinthii Athenienses rupti foederis reos acculabant; at merito regerebant Athenienses: *Neque bellum incipimus, neque foedera rumpimus, sociis Coccyrensis auxilio venimus.* *fol. 23.* Interim hæc causa belli fuit cum Corinthiis, quod contra se foederatos pro Corcyrensis pugnasent. *fol. 24.*

Manente de cætero pace] Hoc casu facultas assistendi locis non fuit contra foedus, sed in ipso foedere permissa.

Justinus] „ L. 3. c. 7. Conf. Alberic.
 „ Gent. de Jur. bell. l. 3. c. 18.
 „ Ex sociorum persona rumpebant] „ Dum
 „ Corcyrentibus auxilia miserunt contra Co-
 „ rinthios foederatos.
 „ Quasi minus perjurii contraherent] „ Im-
 „ mo perjurium non erat, quia vi foederis
 „ id ipsis licebat.
 „ Defendere eas in pace comprehensis liceret]
 „ His ergo auxilium ferri potuit ex ipso fo-
 „ dere contra foederatum.
 „ In foedere aequali] „ Quid sit foedus aequa-
 „ le, vide c. praeced. §. 6.

A D §. XIV.

INÆQUALI] „ Quid sit foedus in-
 „ aequale, vide c. praeced. §. 7. n. 2.
 „ Ne alter foederatorum injussu alterius] „ De
 „ qua formula egimus supra c. 16. §. 7.
 „ Ad omne bellum pertinere possit] „ Adeo-
 „ que indefinita locutio videtur haberi pro
 „ universali. Vid. supr. §. 13. n. 1.
 „ Et ad id, quod infertur, non quod repel-
 „ litur] „ Bellum enim est vel offensivum,
 „ vel defensivum, & specialiter sumtum po-
 „ sterius denotat.
 „ In dubio arctiorem hic significatum sume-
 „ mus] Quæstio hic occurrit, an posita tali
 „ formula, etiam continetur ne armis se de-
 „ fendere possint inæquali foedere juncti? Re-
 „ cte hoc negat Auctor, sed ex falsa ratione:
 „ vera ratio est, quod usu communi loquendi
 „ bellum inferre dicitur, qui ultro bellum mo-
 „ vet, non qui se contra illatum defendit. Ac-
 „ cedit, quod illicitum foret pactum, si de
 „ prohibita defensione necessaria intelligendum
 „ esset, quia huic renunciare absque crimine
 „ non possit.

Additio.

„ Non ergo admitti potest ratio interpre-
 „ tationis, quam Auctor affert, quasi odio-
 „ sa hic sit materia, ubi de restringenda li-
 „ bertate agitur. Nam odium, vel favor
 „ libertatis nullum jus natura tribuit. Veras
 „ rationes allegavit Perseus: nam, ait, si
 „ est in foedere ita scriptum, ut ne si bellum
 „ quidem quis inferat, tueri me, regnum-
 „ que meum liceat, mihi fatendum est,
 „ quod me armis adversus Abrupolim socium
 „ populi Romani defenderim, foedus viola-
 „ tum esse. Sin autem hoc & ex foedere licuit,
 „ & jure gentium ita comparatum est, ut
 „ arma armis propulsentur, quid tandem me

„ facere decuit? Quiescerem, & paterer
 „ donec Pellam, & in regiam meam arma-
 „ tus pervenisset? Liv. l. 42. c. 41. Equi-
 „ dem in alia causa oratores Latinorum a
 „ Romanis petierunt, ut aut mitterent sub-
 „ sidium, aut se ipsos tuendorum finium causa
 „ arma capere sinerent: Liv. l. 2. c. 30.
 „ & tutius visum fuit, defendere inermes
 „ Latinos, quam pati retrahere arma. Ibid.
 „ At casus ibi erat, ubi Latini victi a Roma-
 „ nis (Liv. l. 1. c. 52. & l. 2. c. 20.)
 „ inæquali foedere ita juncti fuerunt, ut
 „ non nisi armis populi Romani tueri se pos-
 „ sent; idque ob ferocitatem, & potentiam
 „ Latinorum caute statuisse videntur
 „ Romani. Atque hinc cum iidem Latini
 „ assumtis Hærnici sine Romano aut duce,
 „ aut auxilio Volscos, Æquosve, qui fines
 „ eorum populabantur, castris exuissent,
 „ & bellum finitum fere esset, Romani ta-
 „ men consulem contra Volscos misere; &
 „ addit Livius l. 2. c. 53. mos, credo,
 „ non placebat, sine Romano duce, exerci-
 „ tuque, socios propriis viribus, consiliisque
 „ bella gerere: Conf. Liv. l. 3. c. 19. Ne-
 „ que sine causa providos fuisse Romanos,
 „ vel ex eo apparet, quod postea Samniti-
 „ bus Romanorum focius bellum ultro intu-
 „ lerint. Sane, eo potentia eorum crevit,
 „ ut Samnitibus querentibus, & rogantibus,
 „ Latinos, Campanosque, si sub ditione po-
 „ puli Romani essent, pro imperio arcerent
 „ Samniti agro, &c. anceps a Senatu respon-
 „ sum datum fuerit, quia saterni pigebat, in
 „ potestate sua Latinos jam non esse. Liv.
 „ l. 8. c. 2. Tandem, cum focios imperii
 „ se fieri insolenter postularent, bello a Ro-
 „ manis victi, & fere deleti sunt. Liv. l. 8.
 „ c. 10.

A D §. XV.

LIBERAM fore Carthaginem] „ Repe-
 „ riuntur hæc verba in foedere belli Punici
 „ secundi apud Liv. 30. c. 37. Quod cum
 „ violasse accusarentur, ideoque bellum
 „ ipsis indiceretur, legatos 30. Romam
 „ miserunt, per quos Carthaginenses sese
 „ dederunt Romanis. Consules igitur foedus
 „ cum ipsis renovarunt sub lege, ut libera
 „ sit Carthago si jussis pareret. Appian. de
 „ bell. pun. n. 46. & 52. (n. 37. & 42.
 „ Edit. H. Steph. 1592. D.) Jussi autem
 „ sunt dare trecentos obsoles, & arma,
 „ om-

omniaque instrumenta bellica. *Liv. epit.*
 l. 49. pr. Quo facto, ex auctoritate Senatus consulti duces Carthaginiensium in alio loco, procul a mari decem millia passuum remoto, oppidum facere jubebantur. *Liv. d. l. Flor. l. 2, c. 15.* Cum regerent Carthagenenses, foedere dictum esse, *liberam fore Carthaginem*; Romani responderunt, se per Carthaginem non *solum*, sed *populum* intellexisse. Verba Carthaginiensium refert Appianus *diſt. loc. n. 48.* (*mibi n. 40. d.*) *Credidimus Romanorum consuetudini, & moribus; nam & Senatus datus ad nos literis, & vos cum obsides peteretis, affirmabatis, Carthaginem suis legibus relinquendam si eos acciperetis. Quod si adjectum fuit, alia quoque imperata facienda, non decebat vos acceptis obsidibus libertatem civitati pollicitos, ultra obsides imperare subversionem ipsius Carthaginis: quam si fas est vobis diruere, quomodo liberam sinetis uti suis legibus, quemadmodum dicitis?* Consulum Romanorum verba referuntur ab eodem Appiano. *n. 52.* (*mibi n. 42.*) *Non longe a mari LXXX. stadia jubemus vos recedere, quem ipsi ab eo absinus c. stadiis. Locum ut ipsi eligatis, concedimus, simulque libertatem in novis sedibus. Et hoc est, quod jam ante praediximus, liberam fore Carthaginem si nobis pareat: vos enim, non vestrum solum, putamus esse Carthaginem.*

De plenissima potestate intelligi non poterat] Neque Carthagenenses ipsi id de plenissima potestate intelligebant, sed de jure suis legibus in eadem civitate vivendi, sub foedere inaequali, quo promiserunt, se nolle injussu populi Romani bellum gerere, in quem finem omnia arma, & instrumenta bellica cum trecentis obsidibus dederunt.

Pridem amiserant] Nam per pacem post bellum Punicum secundum jam promiserant, se nolle injussu populi Romani bellum gerere. *Vid. §. preced.*

Aliquam tamen iis relinquiebant libertatem] Foedus inaequale non tollit libertatem, *l. 7. ff. capt. & posth.* sed jus agendi ex pacto restringit.

Et minimum tantam, ut alieno imperio urbem sedibus transferre non tenerentur] Frivola haec est ratio; nam de eo ipso quaeritur, an pacto talis libertas fuerit relicta? quod affirmamus, quia Romani

sciebant, Carthagenenses ea intentione pepigisse foedus, ac pacis conditiones implevisse: valet autem promissio juxta id, quod inter utrumque actum est.

Frustra ergo vocem Carthaginis urgebant Romani] Ex proprietate enim vocis intelligitur civitas cum civibus. Atque hic quoque est mos loquendi communis, & de eo inter utrumque populum actum erat.

Civium multitudinem, non urbem significari] Justinus *l. 2. c. 12.* ait, *patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam.* Cic. *ad Att. l. 7. ep. 9. Liv. l. 9. c. 4. Thucyd. 7. 14. Tac. H. 1. c. 84.* Apud Justinum agitur de interpretatione oraculi; oracula autem uti fraude nitebantur, ita verbis improprie uti solebant. Ceterum ex usu communi loquendi, & ex utriusque partis consensu agebatur de Carthagine, quae consistebat ex urbe, & civibus.

Improprium concedi potest] I. e. contra communem loquendi morem, etsi forte proprietati vocis id magis conveniat: proprie enim, & communi loquendi usu utrumque, & urbem, & populum comprehendere, vidimus.

Ob attributum, quod civibus magis, quam urbi convenit] Adjecta enim vox *libera* civibus magis competit; aedificia enim, & moenia, proprie libera dici nequeunt.

Manifesta erat captio] Eo magis improbanda, quod Carthagenenses de libertate quoque urbis agerent, idque Romanis cognitum esset: adeoque inspicendum hic fuit quod inter utrumque actum, non quod a Romanis mente reservatum erat. Ut proinde mera haec captio verborum fuerit. *Conf. Pufend. de J. N. & G. l. 5. c. 12. §. 16.*

A D §. XVI.

H u c] Scilicet, ad interpretationum materiam.

De pactis personalibus, ac realibus] Auctor pactum reale esse, ait, quod cum populo pactum est; cum rege tunc si vel clausula adjecta est foederi ut perpetuum sit, aut factum in utilitatem regni, aut si cum rege, & successoribus contractum est, aut si ex verbis, vel ipsa interdum materia, ea voluntas appareat: *personate*

X 4

) VETO,

„ vero, quod cum rege absque his circumstantiis initum est.

„ Addit, pacta in *dubio* magis credi esse realia, quia hæc sunt favorabilia, personalia vero odiosa, *n. 3*; hinc foedera belli causa inita videri personalia, pacis causa contracta realia, *d. n. 3*. Atque ex his concludit, cum rege initum foedus reale manere, etsi regno pulsus sit, §. 17; neque contra foedus cum populo initum agi, si in vafor bello petatur, §. 18.

„ Præmittendum autem hic est, PERSONALE pactum in iure dici, quod ad personas pacifcentium restringitur, nec ad hæredes, aut successores pertinet, *l. 17. §. 3. l. 21. pr. l. 25. §. 1. ff. pact. REALE*, quod non restringitur ad personas pacifcentium, sed ad illorum quoque hæredes, & successores transit, *l. 16. l. 17. §. 5. l. 40. pr. §. f. ff. de pact.*

„ Quin quod ei promittitur, sui natura reale sit] Foedus sua natura est reale, & ad successores in electivo quoque regno pertinet: 1. quia princeps foedus non ut persona privata, sed ut caput reipubl. contrahit, Respublica autem non interit, *c. 5. de rescr. in 6*; ipsa igitur respublica per regem pepigit, qui eam repræsentat: 2. quia non est causa principis, sed reipublicæ. 3. Probatur id exemplo foederum in statu populari, vel aristocratico, a populo, & optimatibus contracto, quæ iis mortuis non tolluntur. Idque 4. extra omne dubium est in pacto liberatorio, quo pax, remissio, aut transactio facta est, quia jus extinctum reviviscere non potest. Hinc 5. Gilimer rex Vandalorum provocat in literis ad Justinianum datis ad foedus cum Zenone initum, *cui Tu*, ait, *successisti*. Et Justinus ipse ad idem foedus provocat, sed se id soluturum minatur, nisi satisfaceret monitis. *Procop. l. 1. de bell. Vand.* Equidem Carolus Rex Galliarum contra defuncti fratris filios, rupto divisionis pacto cum fratre inito, bellum movit, monitusque de pactis, dixit, cum fratre, non cum filiis pepigisse: sed fufus, victusque est. *Regin. l. 2. an. 886*. Hinc cum Luxemburgo a Gallis obfesso Carolus V. auxilium ab Eduardo III. peteret, vi foederis cum huius patre anno 1542. initi, male Eduardus respondit, foedus cum persona extinctum esse, *Gentil. l. 3*.

„ Multo magis autem reale est foedus, si additur, ut sit perpetuum: uti in Pace Os-

nabrugensi *in pr.* vel si Successorum sint emtio. &c. *Vid. Cambd. p. 2. p. 225*.

Excipe, nisi in genere aliud appareat ex causa, verbis, negotio &c. Uti 1. si rex sui causa, adeoque de iure privato contraxit; hoc enim pactum non ad successores, sed ad solos hæredes transit. 2. Si ad certum actum auxilium promissum, isque finitus sit. 3. Si causa personam non egrediatur, aut circumscripta sit sua natura.

„ *Additio.*

„ Hanc questionem late examinavimus supra c. 14. §. 11. & in *Dissert. proem. XII. §. 409*.

„ Quia subjectum est res permanens] „ Populus enim, cum quo foedus initum est, nunquam moritur. *L. 2. c. 9. §. 3. n. 2. Etiam si status civitatis in regnum mutetur, manebit foedus*] „ Idem enim manet populus sub quacunque forma regiminis. *Vid. L. 2. c. 9. §. 8*.

„ Quia manet idem corpus etsi mutato capite] „ Caput enim non nisi iure corporis agit; & Rex non suo jure contrahit, sed jure populi.

„ Ut si libera civitates libertatis tutanda causa] „ I. e. pro tuendo statu populari. Si enim populus postea jus imperii sui in regem transfert, tollitur hoc ipso foedus initum, quia tota ejus ratio cessat. *vid. Gron. h.*

„ Si cum rege contractum sit, non statim personale erit censendum foedus] „ Quia rex, qui de republica contrahit, non ut privatus, sed ut caput reipublicæ contrahit, quæ nunquam interit.

„ A Pedio, & Ulpiano] „ In *l. 7. §. 8. ff. de pact.* Sane, quod JCTi hi de pactis privatis tradunt, multo magis obtinet in pactis publicis.

„ Ut perpetuum sit] „ *Vid. Pac. Osm. pr.* & foedus inter regem Galliarum, & Pontificem, &c. apud *Thuan. l. 16. p. m. 323. Aut factum in bonum regni*] „ Tunc respublica tenetur, quia rex intra fines legitimæ administrationis, quam populus totam in regem contulit, contrahit.

„ Aut cum ipso, & successoribus] „ Tunc enim constat, noluisse alterum cum sola persona regis contrahere.

„ Aut ad tempus definitum] „ Apud *Thucydidem l. 5. p. m. 292*. statuitur, esse porro foedera annos quinquaginta *Atthem.*

„ *men.*

niensibus, ac Lacedæmoniis, & utrorumque sociis. Apud Thuanum l. 6. p. m. 116. ut fœdus cum Francisco initum quamdiu Henricus viveret, & in quinquentium post ejus mortem cum Henrici hæredibus, servaretur, mutua auxilia utrimque præstarentur. Conf. Puf. l. 8. c. 9. §. 6. & 7. & Testm. b.

Fœdus Romanorum cum Philippo Macedonum rege] Immo renovavit Perseus fœdus cum patre initum, & tamen se ex eo non obligari, injuria sustinuit. Verba Persei apud Liv. l. 42. c. 25. hæc sunt: Fœdus cum patre istum (quo prohibebatur rex Macedoniæ extra fines arma efferre, & populi Romani socios laceffere bello, d. c. 25.) id se renovari, non quia probaret, sed quia in nova possessione regni patiendâ omnia essent, passum.

Sed & alia verba] In genere dicendum, omnia pacta regulariter esse realia, donec aliud ex verbis, causa, vel natura negotii probetur.

Conjecturam suppediabant] Immo conjecturæ non sufficiunt, sed certo de intentione paciscentium constare debet.

3 Ut favorabilia credantur esse realia, odiosa vero personalia] Sæpius jam dictum est, in dispositionibus nec favorem, nec odium aliquid operari, sed jus ibi tantum oriri ex voluntate declarata.

Fœdera pacis causa facta, &c.] Immo etiam fœdera belli causa inita favorabilia esse possunt, si ad pacem aut quærendam, aut firmandam tendunt. Sed & ratio, cur hæc fœdera ad successores transeant, hæc est, quia rex jus fœderis non habet nisi jure reipublicæ, cujus nomine, & jure contrahit; respublica autem non moritur.

Non odiosa omnia, ut quidam censent] Ex his apparet, quam maxime incerta sit illa interpretatio ab odio, vel favore defumta; quilibet enim ita pro lubitu vel favore, vel odium fingere posset.

Εὐμαχίαι] Quæ sunt fœdera, quibus auxilium promittitur ad omne bellum, etiam offensivum, d. c. 15. §. 6. n. 3.

Magis ad onera] Immo hæc quoque fœdera favorabilem causam habent; nam offensiva quoque bella juris tuendi causa ineuntur.

Accedit, quod in fœdere ad bellum quodvis præsumitur ratio habita &c.] Ex hac ratione necessario sequitur, omnia fœde-

ra belli causa inita esse favorabilia, quia semper præsumtio est, eum, cui auxilia ad quodvis bellum promittuntur, pie suscepturum id esse: adeoque ejusmodi pacta semper erunt realia, non vero personalia. Pertinet enim hoc ad societates privatas] Non ad publicas; publicæ enim societates morte non finiuntur. Vid. l. 2. c. 9. §. 8. & 9. c. 6. §. 4.

Et juris est civilis] Refutavimus hoc alibi, & demonstravimus, ex ipsa naturæ ratione id sequi. Vid. Dissert. præm. XII. §. 353. n. 5.

Latini] De Latinis vide Liv. l. 1. c. 32. Adde not. ad §. 14. in fin.

Dijudicari a nobis non potest] Immo satis ex ipsa historia apparet, fœdera fuisse cum republica inita, eoque perpetua & eventus quoque pro Romanis stetit.

An civitates, quæ Medorum tributaria fuerant, mutato imperio conditionem mutassent] Sublato Medorum imperio, eoque post mortem Ciaxaris in Cyrum translato, civitates a Medis olim devictæ liberæ se esse afferebant: at Cyrus eas tanquam rebelles vi, & armis subjecit Justin. l. 1. c. 7. Idem contigit in regno Germaniæ, ubi Carolingis extinctis provinciæ devictæ suo sibi juri restitutas esse putabant, atque ex eo capite Bavari, & Saxones libertatem sibi vindicabant contra Francos. B. Parens in J. publ. C. 3. Sect. 1. §. 9. & Sect. 6. §. 86. & 87. Sed & Francica familia extincta, Bavari, Franci, ac Lotharingi, Saxonum se imperio, ex eadem ratione, subijcere non luerunt, dd. ll.

Fidem Medorum elegissent] Immo id spectandum non est; nam cum a regibus Medis jure belli victæ, & tributariæ factæ sint, certum est, sub Medorum potestate eas fuisse, quia Rex non suo jure jus belli habet, sed jure populi: quicquid ergo acquirit, non sibi acquirit, sed regno; adeoque & Persis, qui in regno hoc successerunt.

Minime vero admittenda est Bodini argumentatio] Qui confundit promissionem cum juramento, unde diversæ oriuntur obligationes.

Potest quippe juramenti obligatio personam tantum obstringere, & ipsa promissio obligare hæredem] Jurans enim solus testem Deum invocavit, & in casum perjurii ejus vinctam imploravit, quæ vindicta ad hæ-

redem transire nequit, qui non juravit :
 at obligatio ex promisso patrimonio iuran-
 tis inhaeret, quae proinde cum ipso patri-
 monio ad haeredes transmittitur.

*Fœdera iurijurando veluti firmamento inini-
 ti*] „ Recte Auctor ad hanc objectionem re-
 spondet, omnem vim obligandi consistere
 in pacto, in illa dispositione, qua jus in
 alterum transfertur; juramentum enim
 saltem majoris securitatis causa accedit.

*Cavillantur tribuni quidam, quasi non
 veneretur religione populus*] „ Recte Au-
 ctor cavillationem vocat factum Tribuno-
 rum: Valerius enim non qua privatus
 jusjurandum exegit, sed ut Consul, jure,
 & nomine Senatus, populique Romani,
 qui nunquam moritur; idque iudicium
 fuit & populi, & Livii.

A D §. XVII.

*Cum Rege initum fœdus manet, etiamsi
 rex &c. sit pulsus*] Hinc male Hernici fœ-
 dus cum Tarquinio ictum eo ejecto extin-
 ctum esse dixerunt. *D. Halic. l. 8. c. 23.*

Additio.

Merito notantur Hernici, quod Tarqui-
 nio ejecto fœdus cum populo Romano fi-
 nitum crediderint; fœdus enim initum
 erat cum rege ut capite reipublicæ, adeo-
 que cum rege, & republica simul: si
 proinde inter se dissident, neutri assistere
 tenetur fœderatus, quia utrique auxilium
 conjunctim promissit. Eodem modo uti in
 casu, quo pluribus civitatibus conjunctim
 auxilium promittitur, omnibus id jure ne-
 gatur si inter se dissentiant. *Vid. supra
 c. 15. §. 13. n. 2.*

A subditis sit pulsus] „ Quid si ab extra-
 neo hoste? *Vid. §. seq.*

Jus enim regni penes ipsum manet] „ De
 quo vide supra l. 1. c. 4. §. 15.

Utunque possessionem amiserit] „ Aliud
 enim est jus habere, aliud possidere, d.
 e. 4. §. 15.

A D §. XVIII.

*Si alieni regni invasor volente rege, &c.
 bello impetatur*] Fœderatus hoc casu ex pa-
 cto, & fœdere, ejecto regi assistere potest,
 immo tenetur: nec invasor allegare fœdus
 potest, quia ad eum non pertinet; contra-

ctum enim cum eo est, qui jus imperii habet:
 nisi invasor ex postfacto jus acquisiverit.

Aut oppressor populi liberi bello impetatur]
 „ Fœdus enim cum populo initum est;
 „ adeoque si subditus, vel extraneus po-
 „ pulum illum liberum opprimit, tantum
 „ abest ut fœderatus contra fœdus agat,
 „ ut potius vi fœderis assistere populo te-
 „ neatur.

Et hoc est quod Nabidi dicebat T. Quintus] „ *Liv. l. 34. c. 32.* Nabis erat Lace-
 dæmoniensium tyrannus, cujus antecesso-
 res injuria regnum occupaverunt, & Pe-
 lasgum ejecerunt. *Liv. l. 34. c. 23.* Ro-
 mani pro libertate Græcarum civitatum
 bellum suscepturi, Lacedæmonem quoque
 liberam esse voluerunt; Nabis colloquio
 instituto cum Quintio ad fœdus cum La-
 cædæmonis initum provocabat: *Cum ut
 ipse respexi (ait) eum esse spero, cui &
 publice, sicut cateris Lacedæmoniis, vobis-
 cum vetustissimum fœdus sit: & meo no-
 mine privatim amicitia, ac societas nuper
 Philippi bello renovata. Et mox: Tempus
 autem eo me liberabit, quod cum jam Ar-
 gos haberem, societas mihi vobiscum con-
 venit, & ut vobis mitterem auxilia ad
 bellum. Addit: de nomine hoc respondere
 possum, me, qualiscunque sum, eundem
 esse qui fui, cum tu ipse mecum Quinti so-
 cietatem pepigisti; tunc me regem appella-
 ri a vobis meministi, nunc tyrannum vocari
 video. Denique allegat: jam feceram hæc
 qualiacunque sunt, quum societatem me-
 cum pepigisset, & auxilia in bello adver-
 sus Philippum accepisset.* *Liv. l. 34. c. 30.*

Nabis igitur provocabat 1. ad fœdus
 antiquissimum, quod inter Romanos, &
 Lacedæmonenses intercessit: 2. ad fœdus
 amicitiae cum ipso Nabide initum. Ad
 utrumque respondet Quintus: *Amicitia,
 & societas nobis nulla tecum, sed cum Pello-
 pe Lacedæmoniorum rege iusto, ac legitimo
 facta est, cujus jus tyranni quoque, qui
 postea per vim tenuerunt Lacedæmonem impe-
 rium, usurparunt, sicut tu quoque se-
 cisti, &c. Nam quid minus conveniret,
 quam nos, qui pro libertate Græcia ad-
 versus Philippum gereremus bellum, cum
 tyranno instituire amicitiam, &c.*

Equidem hæc responsio ad prius quidem
 membrum objectionis quadrat, sed non-
 dum tollit dubium, quod Romani cum
 ipso Nabide fœdus amicitiae contraxerint,
 adeoque eum legitimum regem agnoverint.

Nam

3; Nam responderi debuisset, Romanos alii
 „ bellis tunc districtos (vid. d. l. 34. c. 32.
 „ pr.) secutos esse possessionem, idque
 „ jure gentium fieri potuisse. vid. supr. l. 1.
 „ c. 4. §. pen. Hoc autem facto tyrannum
 „ non fieri regem legitimum, neque jus im-
 „ perii regi exuli adimi. Si igitur rex exul
 „ auxilium fœderati inprimis antiquioris
 „ implorat, agnitio fœderati, qui solam
 „ possessionem sequitur, non impedit quo
 „ minus vero regi contra tyrannum assistere
 „ possit: nec contra fœdus cum tyranno
 „ initum hactenus aliquid egisse videtur,
 „ quia alia causa est. Exemplum recens ex-
 „ stat in Carolo IX. qui Pisanos, in quos
 „ Florentini imperium usurparunt, liberos
 „ esse jussit, non obstante fœdere cum Flo-
 „ rentinis inito. *Belcar. rer. Gall. l. 5. Com-
 „ mine. l. 7. c. 7.*

Qualitates autem istæ „ Nimirum, ami-
 „ citia, & societas.

Jus proprie significant „ Nam amicitiam,
 „ & societatem cum vicinis gentibus
 „ contrahere, ad jus imperii pertinet.

Et odiosa est inuvasorum causa „ Auctor
 „ fœdus cum Usurpatore initum ideo non
 „ esse reale, ait, quia causa inuvasorum est
 „ odiosa. Eo autem casu fœdera esse per-
 „ sonalia, dixit supra §. 16. n. 3. Vera
 „ ratio, cur fœdus tale deficiat cum ipso
 „ inuvasore, hæc est, quia deficit facultas
 „ moralis contrahendi: actus enim ejus non
 „ valent, nisi quatenus in possessione est;
 „ cessante igitur possessione omnis ejus fa-
 „ cultas definit.

A D §. XIX.

QUÆRITUR, si præmium promissum
 sit ei, qui primus mœnia ascenderit, &
 duo simul ascendunt, cui debeatur præ-
 mium? Quidam putant, unicuique in solidum
 deberi. Conf. *Pufend. l. 5. c. 12. §. 14.* At
 rectius dicendum, dividi debere inter utrum-
 que: quia jam duo primi sunt. Nam primus
 non tantum est is, qui omnibus aliis prior est,
 sed & quo nemo alius est prior, licet par:
 & hoc sensu plures possunt esse primi, &
 illis simul idem præmium debetur. Eodem
 modo uti summa potestas pluribus simul com-
 petere potest; quia summa dicitur non tan-
 tum, quæ omnibus aliis superior, sed &
 qua nulla alia est superior, etiam æqualis adfit.
Vid. L. 1. c. 3. §. 7.

At neutri „ Quod Carolus V. fecit apud
 „ *Jov. Hist. 44. p. m. 512.* Ne odium simul-
 „ tates, & seditionem excitet.

Qui omnes antecedit „ Adeoque qui
 „ nec superiorem, nec æqualem habet.

Aut quem nemo „ Adeoque qui superio-
 „ rem non habet, licet æqualis adfit.

Quia virtutum præmia favorabilia sunt,
 „ *verius est concursuros ad præmium* „ Inter-

„ pretatio hæc non oritur ex favore virtutis,
 „ sed ex communi loquendi more, quia

„ omnibus, qui primi sunt, idem præmium
 „ debetur. Hinc corona, quam uterque

„ meruisse videtur, utriusque nomine Deo
 „ consecrari solebat. *Gron. h.*

Solida præmia „ Id virtutis est, non
 „ juris.

Quæ verborum significationi aptatur „ Nam
 „ signa, ex quibus mens colligitur, Au-

„ ctori sunt duum generum, *verba*, &
 „ *conjectura alia*: supr. §. 1. n. 2. Ha-

„ ctenus egit de verbis, quæ aut seorsim
 „ considerantur, non assumtis conjecturis,

„ d. §. 1. n. 2. §. 2. vel assumtis con-
 „ jecturis, §. 3. seq. Jam sequitur interpre-

„ tatio, quæ fit extra verborum significatio-
 „ nem *ex aliis conjecturis*: d. §. 1. n. 2.
 „ *junct. §. seq.*

A D §. XX.

EX *conjecturis extra significationem verbo-
 rum* „ Extensio dispositionis fit aliquando
 ad non dicta, si voluntas aliter, quam ex
 verbis appareat: nam extensio dispositionis
 est alia dispositio, quæ non obligat nisi suis
 signis declarata. Equidem interpretatio hic
 non fit ex favore, vel odio, sed 1. ex ratio-
 ne totali, quæ movet voluntatem; hæc au-
 tem non vult nisi quatenus mota: 2. ex
 materia proposita, quia de eo negotio, non
 alio, eos agere patet; 3. ex aliis circum-
 stantiis, factis, &c. *Vid. §. 22. seq.*

Hinc quæritur, an silentium sit pro con-
 sensu? Negatur: 1. quia ex nudo silentio non
 fit clara voluntas: 2. quia silentium non est
 dispositio, sed ejus negatio. 3. Hinc qui
 tacet, nec negare, nec affirmare dicitur.
Leg. 142. ff. Reg. jur. c. 44. Eod. in 6.
Apud Curtium l. 10. c. 8, silentium oppo-
 nitur assensui: Rex enim Philippus Alexan-
 dri M. successor, cum Perdiccas 300. mili-
 tes Elephantis objecisset, tacendo dicitur
 nec prohibuisse, nec auctorem facti fuisse,
 d. l. 10. c. 9. in f. Exo,

Exc. 1. si factum, vel circumstantia accesserit, unde constat de consensu; quia tunc non ex silentio, sed ex natura facti, vel circumstantiarum, de voluntate constat. Sub facto autem continetur quoque non factum, quod fieri debuit, vel cujus agendi causa fuit. Ex eo igitur sequitur consensus, vel dissensus, si alia causa probabilis non apparet, l. 2. pr. ad Municip. l. 16. SC. Maced. l. 28. V. S. Curt. l. 10. c. 9. in f.

Meleager silentium regis, Perdicca capto, pro imperio accepit. Curt. d. l. 10. c. 8. Rex ipse se iussisse fatetur, sed inductum a Meleagro esse, dixit. Romani Pœnis causantibus, foedus cum Asdrubale initum privato consilio non obligare, opponunt, tot annorum silentio id probatum fuisse, & ne mortuo quidem Asdrubale quicquam mutatum. Liv. l. 21. c. 19. Conf. Cas. bell. civ. l. 1. c. 1.

Exc. 2. si agitur de præiudicio ejus, qui silet; tunc enim alius finis silentii non est nisi assensus, habet enim causam loquendi. Conf. l. 2. pr. ad Munic. Naturale quippe est ut quisque quod præfenti nocet prohibeat, & contradicat: unde si potest prohibere, nec facit, hoc ipso permittit.

Additio.

„ Materiam de silentio, & quatenus ex
„ eo inferatur voluntas, uberius explicavit
„ B. Parens in *Disput. de silentio*; cujus
„ verba hæc sunt:

SILENTII in se nulla vis est, aut efficacia, nullumque sive in natura, sive in jure effectum habet, cum mera negatio sit, qua quis dicitur non loqui; tantum abest ut ex eo solo consensus, vel dissensus, tantumque præiudicium inferri possit.

Quin contraria potius in utroque jure regula, & merito, posita est: Quod qui tacet, neque consentire, neque dissentire videatur. l. 142. ff. de Reg. Jur. c. 44. eod. in 6. Nam & consensus, & dissensus animi externis signis declarari debent, qualia nulla sunt in nudo silentio.

At accedunt quadam nonnunquam silentio, ex quibus consensus, vel dissensus colligitur; uti inprimis quando factum aliquod, seu actio cum silentio concurrat, eique conjuncta est; facta enim, & actiones non minus, quam sermo ipse, agentium vel consensusum, vel dissensuum explicant; nihilque interest, expresse suffragio quis, an rebus ipsis, & factis voluntatem suam declaret: qua sunt verba l. 32. §. 1. ff. de legib. Quæ quidem

vel sola sana ratiocinationi sufficere possunt; sed paulo plenius tamen explicanda.

Vix vero est ut mentem, consensum non magis ex facto, quam ex verbis ipsis ostendi posse, nisi necessaria, & ad substantiam omnis veri consensus (qualis etiam tacitus est, seu qui ex facto inferitur) pertinentia requisita adsuerint, qua inprimis sunt scientia, & voluntas.

Primum igitur velle non potest, qui nescit; l. 76. ff. de Reg. Jur. l. 48. §. 3. Furt. l. 2. in fin. ff. fol. matr. nec proinde pro consensu haberi silentium ignorantis rem suam geri, etsi præsens sit, atque adeo si quis quidem te præfente, & tacente negotia tua gerat, sed vel ignores geri negotia, vel id quidem videas, at nescias ad te ea pertinere, silentium hoc pro consensu non erit, nedum pro mandato, quod consensu constat. Unde etsi te præfente, sciente, ac tacente transigatur, vel sententia inter alios feratur, non tamen id tibi præiudicat, si nesciveris rem ad te pertinere. Covarr. Pract. quæst. cap. 13. n. 7. §. Ex quibus. verf. Tandem in summa Gail. 1. Obf. 70. n. 26. Quodsi ergo id quoque haud lateat, & taceas, in negotium ipsum quidem consentire videris, sed si error tamen in negotio, ejusve circumstantiis incidit, non magis ille hic, quam in verbalis consensu præiudicat. Hinc si cognatus cognato, qui jus retractus habebat, sciente, & patiente fundum vendiderit vilissimo pretio, & ille tantum venditum iri nesciverit, adhuc retrahere potest, uti in collegio facultatis respondimus anno 1679. in causa H. uxorio nomine contra L. Idemque est si alia damni, periculive circumstantia adsuerit, quam is, qui tacet, nesciebat: ceu non semel respondi de facto consultius.

Alterum, quod requiritur, est voluntas, quippe qua consensum constituit. Ea autem quomodo ex facto, quod silentio conjunctum est, eliciatur, præcipua nunc questionis est. Et primo quidem certum est, hoc ipso dum agimus utro, velle nos id ipsum, quod agimus, & quicquid alicui illi necessario coherere novimus: cum illud, quod ita agitur, nihil aliud sit, quam actio, qua a voluntate nostra proficiscitur. Hinc in criminalibus quoque, etsi ea probationes certissimas desiderant, sufficit tamen probari saltem factum, quo ipso etiam probatur dolus, seu vitiositas, qua facto illi necessario inest, atque coheret: v. g. si patet utro occisum a privato hominem, necessario etiam patet animus occidendi, & do-

inde non præsumitur, sed demonstratur. Idemque est in aliis factis sua natura criminosis, uti quod injuriam necessario infert: eo enim probato adeo voluntas injuriandi simul probatur, ut nec valeat protestatio in contrarium; ceu decisum refert Guid. Pap. decis. 465. n. 1.

Non tantum autem id volumus, quod absolute actui, quem gerimus, coheret, sed et quod facile accidere inde posse omnino novimus, in eventum, si id accidat. Ita in duellis non quidem necessario cades alterutrius sequitur; at constat, sequi posse, adeo ut nemo suscipere duellum queat, quin hunc quoque casum cogitet: in illam cadem igitur, si secuta fuerit, consensit qui in duellum consensit; et sufficit hoc solum probari, non animum. Sunt vero et tales actus, in quibus contingere quidem cades v. g. potest, sed adeo indirecte, nec ex intentione actus, ut dubitari saltem possit, an percussor de cade cogitaverit: uti si invento forte instrumento, cum percutere vellet, in eam partem ictus incidit, qua facile vita solvitur, et homo perit; certum est enim, fieri id posse citra ullam intentionem ferientis, ac proinde probato tali facto animus occidendi non probatur: præsumo autem in criminalibus non sufficit.

Necessum ergo, et tutius mihi videtur, in re tanti præjudicii extraordinariam penam statuere, per l. 1. §. 3. vers. Quod si clavi. d. ult. vers. Quod si validis. ff. ad l. de Sicut. Sane, si quis rei licite operam dederit, et v. g. scilicet ludens astantem forte trajecturum, constat, delictum non esse, sed culpam, cui carceris, vel temporaria relegationis poenam in collegio facultatis decretam memini.

Atque ita consensus non ex silentio, sed ex ipsius facti evidentia certius longe, quam ex nullo verborum apparatu, constat. Præterea vero innotescit quoque consensus ex facti cuiusque fine, quippe qui est ipsa intentio, et voluntas agentis: quod in duobus actuum generibus tractari potest. Aut enim ipsi agimus, aut alius in re nostra nobis contradicentibus; et utroque casu, si finis nostra actionis, vel omnia contradictionis certus, ac necessarius est, certa quoque est voluntas: si vero probabilis tantum, et plures dari fines possint, præfertur probabilior, et regularior, et verosimilis saltem est voluntas.

„ B. Parens exemplis hoc illustrat tum in propriis actionibus, dict. disp. §. 9. seq. tum quando alius agit in re nostra, vel

Tom. III.

„ nostro nomine, *ibid.* §. 13. seq. Exceptiones autem proponit *ibid.* §. 16. seq.

„ Regula igitur generalis est, silentium „ pure natura non inferre consensum. Idque „ verum esse existimamus, etsi signa quædam accedant, quæ conjecturam voluntatis faciunt, immo etsi de præjudicio silentis agatur: si enim alter negat se silentio consensisse, quis iudex erit inter duas gentes? Jus meum non definit, nisi certa voluntas deserendi appareat: non autem apparet si alia silentii ratio dari potest, forte quod tuto contradicere non poterim, quod ignoraverim jus meum, &c. Illustre exemplum allegavimus in causa Bragantina, supra ad l. 2. c. 4. Et in causa Lingeni supra ad l. 2. c. 4. §. 1. et ad l. 1. c. 4. §. 15.

„ Excipe si ex actionis fine necessario de consensu constet: si proinde Princeps vicino partem territorii cedit, & agnatus, qui jus succedendi habet, garantiam promittit, ipse quoque juri suo renunciasse censetur. Pari ratione is, qui reddit chirographum creditori, ipsum debitum remisisse censetur. Conf. l. 2. c. 4.

Eorum scilicet, quibus promissio continetur] „ Immo si significatio verborum, quibus promissio continetur, dubia est, nullus interpretationi superest locus: non enim ex verbis constat de consensu; neque ex conjecturis, quæ fallere possunt.

Vel extendens, vel coarctans] „ Neutra voluntatem infert.

„ Sed qua extendit interpretatio difficilis procedit] „ Immo plane non procedit, sive extendat, sive arctet.

Satis est, unam deesse causarum] „ Sensus est, quod ideo obligatio in dubio non sit extendenda, quia ut effectus nascatur, plures causæ convenire debent, cum ut non nascatur, una sufficiat. At dictum jam est, obligationem nunquam extendi, vel coarctari, si de verbis, vel mente disponentium non constet; adeoque si dubia est, nihil actum videtur. Sed & ratio illa vera non est, plures causas venire debere ut effectus nascatur: nam una sufficit, scilicet, voluntas disponentium, qua non probata, uti non probatur ex conjecturis, deficit dispositio; nec interpretatio, sive extensiva, sive coarctans, hic locum habet.

V

Ita

Ita *est in obligatione conjectura extendens obligationem non temere admittenda est*]
 „ Auctor id deducit ex præcedenti ratio-
 „ ne, quia ut effectus non sequatur, suf-
 „ ficit, unam deesse causarum. Quæ conse-
 „ quentia?
 „ *Multoque hic difficilius, quam in casu, de quo supra dicebamus, &c.*] „ Scilicet,
 „ §. 4. n. 2. Ibi enim verba ipsa ex conje-
 „ cturis assumtis interpretationem recipere,
 „ fingit, quam rationem hic cessare putat,
 „ ubi extra verba ex meris conjecturis inter-
 „ pretatio fit. At dictum jam est, hæc omnia gratis dici.
 „ *Qua valde certa esse debet, ut obligationem inducat*] „ Sed tunc non est conjectura, verum declaratio ipsa voluntatis certa.
 „ *Nec ratio similis sufficit*] „ Quia de simili casu dispositum non est, eoque cessat voluntas. Hinc si quis militi, qui brachium bello amiserit, 100. promisit, miles altero postea brachio amisso, alia 100. petere non potest, etsi ratio similis sit.
 „ *Sed oportet eadem fit*] „ Hinc regula, „ *ubi eadem est ratio, ibi idem jus, naturalis est.*
 „ *Nec id semper satis est, ut dicamus ex ratione faciendam extensionem*] „ Varias enim limitationes hujus regulæ, etiam jure civili dari, patet ex traditis a Barbosa *loc. com. voce R A T I O.*
 „ *Sape ratio ita movet, ut voluntas tamen sit causa per se sufficiens &c.*] „ Sic causa, „ cur foemina postulare prohibebantur,
 „ erat Carfania foemina improbilissima: at licet foemina quædam sit non improba, tamen ratio prohibitionis durat.
 „ *Esse causam unicam; & efficacem, qua promittentem moverit*] „ At tunc non est „ extensio voluntatis ex conjecturis, sed ipsa voluntas declarata per rationem.
 „ *Eamque rationem ab eo consideratam in sua generalitate*] „ Ita ut licet verbis certa species promissa sit, tamen ex ratione morte unica genus ipsum comprehendatur.
 „ *Quia alioqui promissio futura fuisset iniqua, aut inutilis*] „ Illustratur mens Grotii n. seq. exemplo ejus, cujus interest ne vicinus locus muniatur, atque ideo cum domino loci convenit, *ne muris cingatur.*
 „ Hoc casu locus ille nec aggere, nec fossis muniri potest; si enim alio modo munitur, inutilis foret promissio.
 „ *A Rhetoribus*] „ Vid. *Quintil. l. 3. 6.*
 „ *Ubi ex scripto ducimus, quod scriptum*

non est] „ I. e. ubi ex identitate rationis certa voluntas disponentium elicitur.

„ *De his, qua in fraudem sunt*] „ Juxta „ principia Auctoris promissio dolo elicitata „ nulla est, quia causa unica, quæ promittentem movet, propter dolum alterius cessat; adeoque promissio hoc ipso fit „ illicita, & iniqua. Idque Auctor deducit ex „ conjectura extendente, quæ extra verborum „ significationem obtinet. At obscura „ hæc admodum sunt, nec rem explicant.
 „ Promissio dolo elicitata semper valet; „ consensus enim adest. Quod vero deceptus „ separata actione de dolo agere possit, „ id non oritur ex interpretatione extensiva, „ *qua ex conjectura extra verborum significationem continetur*, sed quia decipiens „ jus alterius læsit, quod reparare tenetur.
 „ *Vid. cap. seq.*

„ *Is locus ne aggere quidem cingi poterit*] „ Unica enim, & sola pacti ratio est, ne muniatur locus; etsi igitur una saltem munimenti species sit expressa, intentio tamen efficax hæc est, ne impetus fiat ex loco firmo, ac periculoso. Idem autem impetus fieri potest, sive aggere cingatur, vel alio modo muniatur.

„ *Si satis constet, prohibendi muros unicam fuisse causam, &c.*] „ Secus igitur si patres de certa saltem munimenti specie cogitaverunt, & de eo constet.

„ *Ut sententia dispositionis producat ad eum casum, &c.*] „ Introducto jure civili testamentorum usu, verum est, eum, „ qui hæredem sub conditione instituit, si „ *posthumus*, quem sperat, *morietur*, eundem quoque instituisse videri in casum, si „ *non nascetur posthumus*. Quia finis, & „ intentio testatoris est, sibi hæredem facere in casum non exstituræ prolis.

„ *Apud JCrors*] „ §. 1. *Inst. de exher. lib. Oratione pro Cæcinnâ*] „ *Add. Cic. l. 2. de orat. 16.*

„ *Minime*] „ Nam de casu, si posthumus natus non esset, nihil dixit testator.

„ *Voluntas*] „ Quia loquentis voluntas mota fuit consideratione non exstituræ prolis.

„ *Vid. n. 3.*

„ *Ita interdictum*] „ Desumptum hoc est ex eadem oratione pro Cæcinnâ: quærebatur „ nimirum, an Cæcinnâ ex interdicto *unde vi* sit restituendus? Negabat Æbutus adversarius, se vi Cæcinnam dejecisse, sed „ coadunatis hominibus saltem obtulisse ne „ ingrediatur. Cicero autem probat, ratio- „ nem

„ nem

¶ nem legis quoque obtinere in eo, qui repellit dominum fundum suum ingredi volentem. Quid ergo, ait, hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum, qui se precipitatos ex locis superioribus dicerent? eos enim vere possumus dicere dejectos: an non cum voluntas, & consilium, & sententia interdicti intelligatur? Conf. supr. §. 12. n. 1.

Qua si alio consilio eodem periculo facta sit, eodem esse jure voluerunt] ,, Nam vis quoque est, cum vi impeditur fundum suum ingredi.

Cædes videtur significare sanguinem, & ferrum] ,, Cædes enim dicitur a cædendo, quod ferrum supponit, & sanguinis effusionem.

Aut in aquas precipitatus] ,, Ratio enim pœnæ est interfectio hominis, adeoque hæc ratio consideratur, quocumque modo homo interficiatur.

Similis est argumentatio] ,, Nam mens, ratio, & intentio legis est, ne filix invitæ auferatur hæreditas; auferretur autem æque per adoptionem, ac per hæreditatem. Lucianus in declamatione, quæ inscribitur tyrannicida, hunc casum defendit. Lex est, Tyrannicida premio afficiatur: est qui in arcem ascenderit ut tyrannum necaret; ast tyrannum non reperit, sed filium ejus, quem etiam interemit relicto in vulnere gladio. Adveniens mox tyrannus ut filium vidit occisum, pro dolore animi eodem se gladio occidit. Is, qui filium tyranni sustulerat, premium petit tanquam tyrannicida. At hæc magis oratorio modo, quam vere proponuntur.

A D §. X X I.

De mandato, an impleri possit, non per eadem, sed per aliud æque utile] Celebris hæc est quæstio, an mandatum per æquipollens impleri possit? Negatur: quia omnis actio ejus, cui mandatur, dependet a vi mandati; quicquid igitur verbis mandati expressum non est, non est mandatum, & mandans talia agens excederet terminos mandati sibi positos.

Excipe si ex ratione mandati, vel ex intentione mandantis appareat, eum non certo modo mandatum impleri voluisse. Ita qui ex hostili territorio monstrata certa via prædam capere jussus est, potest breviori, com-

modiori, & tutiori via uti; nec tum violasse mandatum censetur: qui enim majus vult, etiam vult minus. Ita implevit mandatura qui pro 100. emere jussus emit pro 50.

Additio.

„ In dubio tutius est verbis mandati inherere, speciatim ubi de causis maximi momenti agitur. Thuanus l. 16. p. m. 329. ait: ne ulterius nostri eas insequerentur, causa fuit regis mandatum, cui dum obsequitur Nivernius tam pulchram occasionem elabi passus est. Alia exempla vide apud eundem Thuanum l. 12. p. 238. l. 49. p. 1015. Grob. l. 7. c. 10. l. 8. c. 35. Puf. l. 5. c. 4. §. 5.

Non præscriptum fuisse sub speciali sua forma] ,, Adeoque ubi modus quidem exprimitur, sed magis in vicem consilii, & quod mandans putat rem commodissime ita posse expediri, ut tamen mandatario non sit prohibitum sua uti dexteritate, si commodior apparuerit modus, ubi in rem præsentem fuerit perventum. Puf. d. §. 5.

Qui fidejubere erat jussus, mandare posse creditori] ,, Nam ratio, intentio, & finis Lucii Titii mandantis erat, ut Gajus Publico Mevio pecuniam procuraret a Sempronio, sive Gajus fidejussorem det Sempronio, sive pro Mevio ipse caveat apud creditorem, sive creditori mandet ut Publico Mevio solvat, l. f. §. f. Mand.

Dissolvi imperantis officium] ,, In dubio consultum magis erit mandatario, verba mandati sequi; idque prudentia suadet. Tunc enim nulla contra mandatarium actio est mandati, qui fines non excedit; cum econtrario is, qui per æquipollens implet, mandanti ansam præbeat improbandi factum, inprimis si minus felix exitus fuerit. Exemplum est apud Gellium l. 1. c. 13.

A D §. X X I I.

RESTRINGENS interpretatio] ,, Auctor enim interpretationem ex conjecturis, extra verborum significationem duplicem facit, vel extendentem, vel coarctantem, §. 20 n. 1. De priori hæctenus, nunc de posteriori: ubi repetenda sunt ea, quæ ad initium §. 20. diximus.

Aut ex defectu petitur originario voluntatis] ,, Uti si absurda est voluntas, si cessat ratio, vel si subjecta materia aliam voluntatem infert.

Aut ex casu emergentis repugnantia]
 „ De quo §. 26. agetur.
Ex absurdo, quod aliqui evidenter sequeretur] Si verba generalia sunt, in genere intelligi debent, nisi aliunde constet, quod plus dixerit, quam voluerit, uti si absurda esset voluntas. Nam is status naturæ est, quo ponitur, quod homo sanus sana loquatur. *Vid. tamen §. 6. §. 12.*

Qua sola plene, & efficaciter movit voluntatem] „ In dispositionibus enim intentio „ agentium inspicitur, quæ ex causa, & „ ratione apparet: cessante igitur ratione, „ deficit intentio disponentium. *Vid. supr. §. 8.*

Et ex materia defectu] „ Quoties igitur „ verba generalia non possunt applicari sub- „ jectæ materiæ, restringitur dispositio ad „ materiam specialem. *Vid. supr. §. 5.*

Primum] „ Scilicet, defectus voluntatis „ originarius ex absurdo.

Quod nemo credendus est velle absurda]
 „ Homo enim sanus non nisi sane disponere „ voluisse videtur. *Vid. tamen d. §. 6. §. 12.*

A D §. XXIII.

Secundum] „ Defectus scilicet ori- „ ginarius ex cessatione rationis. *Vid. §. 22.*

Quod contentum in promissione, &c. non consideratur nude, sed quatenus sub ea ratione venit] Si proinde verba generalia sunt, mens agentis intelligi debet ex ratione, quæ movet voluntatem; voluntas enim tantum vult id, ad quod movetur: adeoque ubi de ratione actionis constat, frustranea sunt verba. Vide *Ciceronem pro Cæcin.* cujus verba exhibuit Auctor *supra §. 20. n. 4.*

Additio.

„ Exemplum ponit Pufendorfus *l. 5. c. 4.*
 „ §. 19. in patrono, qui prohibetur adigere „ libertum, ne uxorem ducat, aut liberos „ tollat. *Vid. l. 6. §. 2. de jur. patron.* Et „ tum additur: *quomodo in lege nulla perso- „ na excipiatur, tamen intelligendum est, „ de his legem sentire, qui liberos tollere pos- „ sunt. Itaque si castratum libertum quis „ jurejurando adegerit, dicendum est, non „ puniri patronum hac lege.* Nam ratio legis „ erat, ne dum patronus avaritiæ suæ ve- „ lificatur, sobolis multiplicatio impedire- „ tur, quæ a castrato nulla potest exspe- „ ctari.

A D X X I V.

Tertium] „ Defectus scilicet origina- „ rius voluntatis ex materiæ defectu.

Quod materia, de qua agitur, semper intelligenda est obversari animo loquentis] Et si igitur disponens in genere loquatur, tamen materia, de qua agitur, obversari videtur animo loquentis; adeoque ad eam restringenda sunt verba. Ita qui in genere feudum concedit hæredibus masculis, ex natura materiæ, de qua agitur, excludit masculos ex filia, quia hic sensus extra materiam feudorum est, ideoque animo concedentis obversatus non videtur. Atque hæc est illa regula, quod verba intelligi debeant pro substrata materia. *Vid. supr. §. 5. pr.*

Cum dicitur non semper eadem sententia]
 „ De loco Rhetorum, ubi semper eandem „ dicimus sententiam, egimus *supra §. 20. n. 2;* ibi enim Auctor locum habere, „ dixit, conjecturam, & interpretationem „ extensivam. *ibid.*

A D §. XXV.

Verba Auctoris ex scholis sunt desumpta, & obscura admodum. Res eo redit: dispositionem generalem in genere esse intelligendam, donec ex factis de aliâ voluntate certo constet.

Comprehendi sæpe res non secundum existentiam, sed secundum potentiam moraliter consideratam] „ Conventio, in qua ratio- „ nem aliquam respexerunt paciscentes, „ puta ut periculum, aut incommodum „ evitarent, non solum in iis casibus valet „ quando istud revera erat securum, sed „ in illis quoque, ex quibus probabiliter „ aut saltem non adeo difficulter, existere „ posse creditur. *Pufend. d. l. §. 20.*

Etiâ animo non nocendi] „ Nam licet „ actu non noceat, potest tamen nocere, „ adeoque metus quoque tolli debet; idque „ pacto continetur.

Sed periculum qualecunque] „ Nec non „ incommodum, quod ex transitu exercitus „ sequi solet.

An promissa in se habeant tacitam conditionem si res maneat, quo sunt loco] Diximus *supra*, omnibus negotiis inesse clausu-

lant

iam si res in eodem statu maneat. Modo ille status pertineat ad substantiam negotii; hoc enim mutato omnino dispositio deficit.

Quod negandum est] „ Hanc negativam, veram esse si status mutetur accidentalis, supra c. 14. §. pen. probavimus.

Statum rerum presentem in unica illa, quam diximus, ratione inclusum esse] „ Re-ctius: nisi status pertineat ad substantiam negotii, isque mutetur.

Legatos a suscepto itinere domum rediisse deserta legatione] „ Uti si negotium jam peractum, vel impossibile factum est. Vid. Gron. b.

A D X X V L

REPUGNANTIA casus emergentis] „ Refringens interpretatio extra verborum significationem, juxta sententiam Auctoris, petitur aut ex defectu originario voluntatis, aut ex casus emergentis repugnantia cum voluntate. Vid. §. 22. De priori hactenus, nunc de posteriori. Est autem duplex] Auctor repugnare, ait, voluntatem duobus ex indicis: 1. si illicitum est verba sequi; at id non pertinet ad interpretationis regulas, nec quaestio hic voluntatis est, sed juris; nec verba hic sequi ideo licet, quia partes nolunt, sed quia partes non possunt: 2. si verba sequi grave, & intolerabile est; uti si de eo casu non cogitavit, & si cogitasset, facturus non fuisset, vel facere non potuisset: de quo §. seq. Aut ex naturali ratione] „ Quæ scilicet disponentem movit. Aut ex alio signo voluntatis] „ V. g. ex fine actionis, aut ex mediis necessitate, &c. Propriam virtutem tribuit in intellectu] „ Sensus est, quod is, qui aliquid vult, æquitatem, & æqui prudentiam præ oculis habuisse videatur. Æquitatem] „ Quæ opponitur verbis legis, seu juri stricto. Apud Donatum legitur: jus est, quod omnia recta, & inflexibilia exigit; æquitas est, quæ de jure multum remittit. Term. b. Originem differentiae æquitatis a stricto jure solide demonstravit B. Parens in Disp. de lubrico atatis, quæ exstat Vol. II. pag. 884. In quo lex deficit ob universalitatem] „ Adeo ut licet lex generaliter loquatur, tamen ob æquitatem quidam inde exci-

piantur casus. Vid. Quintil. D. 252. §. 331.

Quod ad testamenta, & pacta suo modo referri debet] „ Nimirum, ut disponens, sive pacto, sive testamento, etsi in genere loquatur, varios tamen casus ob illam æquitatem exceperisse censeatur.

Quia casus nec prævideri omnes possunt] „ De legibus id ita traditur l. 3. 4. 8. 10. 11. 12. & 13. ff. de legib.

Quos qui locutus est, si adesset, eximeret] Scilicet, si de eo casu non cogitavit, & si cogitasset, facturus non fuisset, vel facere non potuisset. Nam si cogitavit, & tamen non excepit, continetur pacto; si non cogitavit, sed apparet non excepturum fuisse, itidem.

Additio.

„ Hæc interpretatio non est ex jure naturæ; nam qui in genere disposuit, etiam in genere voluit obligari: quod vero casus quosdam excepturus fuisset si de eis cogitasset, hoc dubium est, adeoque de ea voluntate non constat. Sane, semper hoc modo excogitari quid posset, ob quod rumpentur pacta. Conf. Liv. 9. 11.

Non tamen temere] „ Quis inter gentes judex erit? Verius igitur est, generalem dispositionem etiam in genere obligare.

Id enim esset Dominum se facere actus alieni] „ Cum potius quilibet suorum verborum sit interpret. Vera ratio est, quod inter utrumque in genere dispositum sit; quod jus alter sua interpretatione alteri auferre nequit.

Sed ex sufficientibus indicis] „ Varia indicia Auctor jam suppeditavit, & ulterius suppeditat.

Certissimum indicium est, si quo casu sequi verba illicitum esset] Immo tunc non quaeritur, an voluerit disponens, sed an poterit: adeoque voluntas ibi restringitur non ex casu aliquo emergenti, quasi ipse exenturus hunc casum fuisset, sed quia non potest de re illicita disponere.

Eximenda sunt necessario] „ At non ex interpretatione voluntatis, sed quia deficit facultas disponendi, i. e. quia non potest velle. Vid. supr. c. 11. §. 8. seq.

Non reddet furenti] „ Nam cum hoc nihil agi potest: & hinc si damnum inde orlatur, reddens tenetur ex culpa.

Sic nec reddetur res deposita ei, qui deposuit] „ Immo jure gentium deponenti reddi omnino debet: quod vero dominus

„ præferatur, id meri juris civilis est; uti
 „ vidimus supra c. 10. §. 1. n. 4.
 „ *Ut non distrabatur ab ullius personæ justio-*
 „ *re repetitione*] „ Justior autem est repetitio
 „ domini, quam prædonis: at id demum
 „ ratione habita *totius negotii*, adeoque ex
 „ jure positivo esse, ipse Jctus ait, d. l. 31.
 „ *Ut alibi notavimus*] „ Auctor supra c. 10.
 „ §. 1. n. 4. supposuit, introducto domi-
 „ nio inter dominos societatem quandam esse
 „ contractam, ut qui rem alienam in sua
 „ potestate habet, eam domino reddere de-
 „ beat. At *ibidem* jam notavimus, verum
 „ non esse, talem societatem inter homines
 „ introducto dominio contractam unquam
 „ fuisse: restituendi necessitas non oritur ex
 „ aliquo pacto dominorum, sed ex volun-
 „ tate creatoris, qua unicuique hominum
 „ facultatem occupandi res nullius dedit;
 „ quod ergo homo ex concessione divina te-
 „ net id auferri ab aliis nequit, & si aufer-
 „ tur, restitui debet ex regula naturali,
 „ quod suum cuique tribui debeat.
 „ Apparet ergo, & sententiam ipsam,
 „ & rationem Auctoris veram non esse.

A D §. X X V I I.

ALTERUM indicium voluntatis repu-
 gnantis Auctor statuit, *si gravis, & into-*
lerabilis est dispositio. Sed nec hoc ita genera-
 liter admitti debet, quia potest esse gravitas,
 quam dominus curaturus non fuisset. Adeo-
 que tale incommodum requiritur, ex quo
 certo apparet, dominum in hunc casum dis-
 positurum non fuisse: uti in exemplo alle-
 gato ab Auctore, ubi quis alii commodat
 equum, quo postea ipse utitur; hoc casu
 dominus etiam nondum finito usu repetere
 equum potest, quia certum est, in præsen-
 ti statu dominum commodaturum equum non
 fuisse, l. 3. c. *Locat*. Ita qui promisit auxi-
 lium, non tenetur si ipse periclitetur, quia
 suam republicam deferere, & aliam de-
 fendere, non potest.

Additio.

„ Immo dispositio clara, & perspicua
 „ nullam interpretationem patitur, etsi ali-
 „ quid grave, aut intolerabile inde sequa-
 „ tur: neque enim ideo, quod illa dispo-
 „ sitio sit absurda, aut gravis, alii jus inde
 „ quæsitum auferri potest; quod ab initio est
 „ voluntatis postea fit necessitatis. Quod
 „ ergo commodans rem ante finitum usum

„ repetere possit, si ipse indigeat, id meri
 „ juris civilis est.

Non quidem per se, & omnino illicitum] „
 „ Quo casu non cessat voluntas, sed facul-
 „ tas, uti vidimus §. *preced.*
 „ *Sive absolute spectata conditione humana*
 „ *natura*] „ Adeoque quæ sua natura homini-
 „ bus gravia, & intolerabilia sunt; quædam
 „ enim talia saltem esse videntur.
 „ *Sive comparando personam, & rem, de*
 „ *qua agitur, cum ipso fine actus*] „ Uti si ex
 „ fine negotii appareat, disponentem sibi
 „ incommodum creare noluisse.
 „ *Intra eos dies repetere eam poterit, si ipse*
 „ *valde egeat*] „ Non enim cogitavit de pro-
 „ pria necessitate; & non dedisset, si præ-
 „ videre egestatem potuisset.

Additio.

„ Diximus, commodantem, etsi ipse
 „ egeat, rem commodatam repetere non
 „ posse nisi finito usu. Sane, is, qui ad
 „ certum usum alii rem suam commodat,
 „ nihil excipit, adeoque sine conditione
 „ jus utendi in alterum transfert; & de hac
 „ voluntate certo constat: de propria ege-
 „ state nihil dictum inter partes est; adeo-
 „ que exceptio hæc dubia est, & incerta
 „ plane, unde nullum jus oritur. Hinc
 „ dispositio l. 3. c. *Locat.* est meri juris
 „ civilis.

Ut non credendus sit quisquam ad magnum
suum incommodum se voluisse obligare] „ Jus
 „ oritur ex dispositione, i. e. ex voluntate
 „ declarata, non vero ex vagis ejusmodi
 „ conjecturis: quid, quæso, non inde in-
 „ ferri posset?

Excusabitur, quamdiu ipse domi periclitatur] „ Hoc non inde est, quia ipsi grave,
 „ ac intolerabile est, sed quia facultas dis-
 „ ponendi in talem casum cessat; agitur
 „ enim de jure suæ reipublicæ, adeoque de
 „ jure alieno, cujus defensionem deferere
 „ nequit.

Intelligetur de quotidianis] „ Immo tota
 „ dispositio nulla est, quia illicita est
 „ hæc concessio; est enim de jure reipu-
 „ blicæ, adeoque de re aliena. Unde supra
 „ jam dictum est, principem jure naturæ
 „ reditus ad defensionem reipublicæ destina-
 „ tos ad alios usus expendere non posse,
 „ sed ideo rationes reddere teneri. Adeoque
 „ frustra queritur, an concessio immuni-
 „ tatis ad extraordinarias collectas exten-
 „ denda sit, & frustra id ex restringente ali-
 „ qua

qua interpretatione, vel ex conjectura aliqua deducitur, cum concessio immunitatis nec in ordinariis valeat, sed ab ipso concedente pro lubitu revocari possit.

Non servanda promissa, quae sint iis, quibus promiseris, inutilia] „ Locum hunc

Ciceronis examinavimus supra L. 2. c. 11.

§. 1. n. 2. Sane, ex dispositione jus oritur, sive id utile sit disponenti, sive non; sufficit enim, ita inter partes convenisse.

Nec si plus tibi noceant, quam illi profuit, cui promiseris] „ Hanc quoque sententiam & juri, & æquitati repugnare, diximus dict. cap. 11. §. 1. n. 2.

Judicare promissor non debet] „ Sane, si damnum in se recipere velit, alterius non interest, qui obligatur ex suo consensu.

Nisi forte in casu furoris] „ Auctor respicit ad id, quod §. præced. n. 2. dixit, gladium deponenti promissum non debere dari furenti.

Quod pro natura actus credi debeat exceptum] „ At nec hæc exceptio admitti debet; quis enim judex erit inter duas gentes, altera affirmante, altera negante? Sane, hoc effugio omnis dispositio everti ab alterutra partium posset? Rectius ergo dicimus, omne pactum valere, & nullum damnum exceptum videri, nisi pactio ipsa sit illicita, vel impossibilis.

Non tenebitur si eum morbus fonticus patris, aut filii detineat] „ Nam pactio in hunc casum illicita foret, quia jure naturæ quoque ægrotorum parentum, & filiorum curam habere debemus.

Non fit contra officium] „ Fidem datam non violari.

Si cum omnia eadem sint] „ I. e. quoties status substantialis non mutatur. Vid. supr. c. 14. §. pen.

Præjudicium in patrem meum queri] „ Forte quod in contumaciam processus instituebatur.

Sed iter infestari latrociniis nunciatur] „ Modo periculum certum fit. Pactum enim foret de re illicita, quia nemo se exponere periculo potest, nisi pro defensione alterius iter se suscepturum promiserit.

Omnia intellige pro actus ejus, de quo queritur, natura] „ Immo hæc omnia fluunt non ex interpretatione aliqua restrin-gente, neque ex indicio, quod dispen-

tes non credantur aliquid grave, & intolerabile voluisse, sed quia de tali casu disponere non possunt, adeoque quia factas, non quia voluntas deficit.

A D §. XXVIII.

Si duæ sunt dispositiones, & posterior ex post fiat contraria priori, non valent, quia contraria subsistere nequeunt.

Quæ ostendant casum eximendum] „ Quia is, qui locutus est, si adesset, ipse exempturus fuisset. Vid. §. 27. n. 1.

Cujus supra] „ §. IV. n. 1. Ubi dixit, quod si certa sit pugna, deroget prioribus id, quod posterius inter contrahentes placuit. At notavimus ibidem, tunc dispositionem nullam esse.

Sed cum velut insperato ex ipso rerum eventu inter se committuntur] „ Quando igitur duæ existant dispositiones, quæ sua natura non pugnant, at ex casu inopinato stare simul nequeunt, tunc is casus exceptus videtur salvis reliquis: quod ex regulis §. seq. positus magis illustrabitur.

Rhetores Græci] „ Vid. Quintil. Inst. 5. c. 10. pag. 384.

A D §. XXIX.

Utra pars scripti cum ex casu sit colliso] „ Adeoque cum sua natura non pugnant dispositiones, sed ex eventu dubiæ redduntur.

Cicero posuit] Regulæ Ciceronis vix usum aliquem habent; in singulis enim par potestas est: adeoque vel prius valebit, si jus natum; vel posterius, si res adhuc in potestate promittentium est: si utrumque aliquo modo fieri potest, eo modo præstari debet.

Additio.

In genere notandum est, Ciceronem non agere de interpretatione pactorum, sed de interpretatione legis, vel ultimæ voluntatis dubiæ; si nimirum ex scriptio-nis ratione aliquid dubii nascitur. De invent. l. 2. c. 26. p. m. 138. seq.

Dubium autem oriri posse, ait, vel ex ambiguo, vel ex scripto, & sententia, vel ex contrariis legibus, vel ex ratiocinatione, vel ex definitione. Cic. d. l. c. 26. p. m. 38.

„ Ex

„ Ex ambiguo nasci controversiam, ait,
 „ cum quid senserit Auctor obscurum est;
 „ v. g. si testator dixit: *hæres meus uxori*
 „ *mea vasorum argenteorum pondo 10. NB.*
 „ *quæ volet, dato.* Dubium enim hic est,
 „ quæ pondo debeantur, an quæ hæres vo-
 „ let, an quæ uxor, quæ vasa magnifica
 „ petebat, d. l. c. 27.

„ Ex scripto, & sententia nasci contro-
 „ versiam, ait, si alter ad verba scripti,
 „ alter ad mentem loquentis provocat: eo
 „ autem casu dispiciendum esse, putat, an
 „ sententia semper idem velle demonstret,
 „ an saltem ad certum tempus, aut even-
 „ tum voluisse censeatur, d. l. c. 28.

„ Ex contrariis legibus dubium nasci, ait,
 „ cum inter se duæ videntur leges, aut plu-
 „ res discrepare. Exemplum ponit duarum
 „ legum, quarum altera promittit præmium
 „ interficienti tyrannum, altera jubet cognatos
 „ tyranni occidi; & tunc supponit ca-
 „ sum, ubi uxor maritum tyrannum inter-
 „ ficat, & præmii loco vitam expetit filii,
 „ qui mori ex altera lege debuit, d. l.
 „ c. 29.

„ Ex ratiocinatione, cum ex eo, quod
 „ uspiam est, ad id, quod nunquam scri-
 „ ptum, pervenitur, d. l. c. 30.

„ Ex definitione, cum in scripto verbum
 „ aliquid est positum, de cuius vi quæritur,
 „ d. l. c. 31.

„ Apparet ergo luculentissime, I. regulas
 „ has non pertinere ad interpretationem pa-
 „ storum, seu dispositionum, quæ inter
 „ duos fiunt, sed ad dispositiones unius,
 „ nimirum, vel legis, vel testatoris. Sed &
 „ II. ex ipsa inspectione constat, regulas
 „ illas plane non pertinere ad casum, quem
 „ Auctor supponit: is enim ponit casum,
 „ ubi 1^o. verba in eodem scripto alio loco
 „ sunt posita, quæ 2^o. velut insperato ex ip-
 „ so rerum eventu inter se committuntur;
 „ & de hoc casu 3^o. quærit, *utra pars scri-
 „ ptæ, eadem ex casu fit collisio, prevalere de-
 „ beat?* At Cicero III. supponit casum, ubi
 „ non verba alio loco posita committuntur,
 „ sed ubi mens scribentis dubia est, vel
 „ ubi alter ad verba, alter ad mentem
 „ scribentis provocat; vel ubi duæ leges con-
 „ trariæ existant; vel ubi de vi verbi in
 „ scripto positi quæstio est. Sed & IV. nulla
 „ harum regularum referri potest ad casum,
 „ ubi velut insperato ex ipso rerum eventu
 „ verba alio loco posita inter se committun-
 „ tur; quia in exemplis Ciceronis non ca-

„ su, vel insperato eventu fit collisio, sed
 „ vel quia intentio scribentis, vel contra-
 „ rietas legum, vel verba ipsa dubium effi-
 „ ciunt. Repetendum igitur V. est, quod
 „ antea diximus, si pacta contrarietatem in-
 „ ferunt, nihil actum videri.

„ Ut quod permittit, cedat ei, quod ju-
 „ bet] Jussus omnino tollit permissionem, fa-
 „ cultatemque restringit si posterior sit; pugnat
 „ igitur, permittum esse quod vetitum est.

Additio.

„ Cicero (si ex contrariis legibus contro-
 „ versia nascitur) considerandum esse, ait,
 „ *utra lex jubeat aliquid, utra permittat;*
 „ *nam id, quod imperatur, necessarium;*
 „ *illud, quod permittitur, voluntarium esse,*
 „ d. l. c. 29. p. m. 144. Sed hoc casu porro
 „ distinguendum est, an lex permittens sit
 „ prior, an posterior; nam si permittens est
 „ posterior, ea necessario tollit anteriorem
 „ jubentem. Iterum igitur ex his constat,
 „ 1. Ciceronem non loqui de interpretatione
 „ pactorum, quæ duorum consensu constant,
 „ sed de interpretatione dispositionis unius,
 „ scilicet legislatoris: 2. neque regulas in-
 „ terpretationum naturales ab eo tradi, sed
 „ suppeditari oratoribus causarum inventio-
 „ nes defendendi causas sibi commissas, per
 „ explicationem, & amplificationem thema-
 „ tis; quod ad Rhetoricam pertinet: 3. nec
 „ Ciceronem loqui de casu, ubi verba in
 „ eodem scripto alibi posita dubiam dispositio-
 „ nem reddunt, sed ubi duo scripta contra-
 „ ria existant; quod ex singulis regulis ma-
 „ gis perspicuum fiet.

„ Quia qui permittit aliquid] „ Rem ita ex-
 „ plicat Pufend. d. l. §. 23. *Permissioni tan-
 „ tum inest libertas faciendi, vel omittendi;*
 „ *jussum involvit necessitatem faciendi,*
 „ *& in presenti casu libertatem omittendi*
 „ *tollit.*

„ Ut quod faciendum est certo tempore, ei
 „ præferatur, quod quovis tempore fieri potest]
 „ Si utrumque aliquo modo fieri potest, eo
 „ modo fieri debet.

Additio.

„ Pufendorus mentem Grotii hoc modo
 „ explicat: *ubi in unum tempus incipit obli-
 „ gationum duarum impletio, quarum una
 „ non nisi certo, eoque presenti tempore re-
 „ ste satisfieri potest, alteram autem quovis
 „ alio tempore impleri nihil interest, hac in
 „ aliud tempus dilata, ista statim tempore erit
 „ implenda,* d. l. §. 23.

„ Cicero (quoties ex contrarietate legum
 „ con-

„ controversia oritur) considerandum esse ,
 „ ait , *utrum ex lege statim fieri necesse sit* ,
 „ *utrum habeat aliquam moram , & sustentationem : nam id , quod statim faciendum sit , perfici prius oportere* , d. l. c. 29. p. m. 144. Certissimo indicio , Ciceronem plane non cogitasse de interpretatione dubia pactorum .

Pactio veteris vincat jubentem] Hæc pugnant ; posterius ergo valet sublato priore , cum simul stare non possint : fecus si possunt aliquo modo ; tunc enim utrumque expediendum .

Additio.

„ Sensem Auctoris explicat Pufendorfius „ L. V. cap. XII. §. 23. At res ita se habet : Cicero (ubi controversia nascitur ex legum contrarietate) considerandum esse , ait , *utra lex jubeat , utra vetet ; nam sape eam , qua vetat , quasi exceptione quadam videri corrigere illam , qua jubet* . Apparet ergo , hanc quoque regulam non pertinere ad pacta , sed ad leges ; neque hic agi de controversia , quæ ex verbis alibi in eodem scripto positus , sed quæ ex duabus legibus contrariis oritur : ubi certum est , legem posteriore derogare priori . Hæc regula naturalis est , nec ulla interpretatione res indiget .

Ut præferatur , quod magis est peculiare] Specialia derogant generi , quia inde exempta sunt , & in iis aliud dispositum est : manet ergo prior dispositio in reliquis .

Additio.

„ Pufendorfius eodem loco §. 23. mentem „ Auctoris explicat . At hic quoque Cicero non de interpretatione pactorum , sed legum agit . Nam in controversia , quæ ex legibus contrariis oritur , considerandum esse , ait , *utra lex de genere omni , utra de parte quadam , utra communiter in plures , utra in certam aliquam rem scripta videatur ; nam qua in partem aliquam , & qua in certam quandam rem scripta est , propius ad causam accedere videri , & ad iudicium magis pertinere* , d. l. c. 29. p. m. 144. .

Nam solent specialia esse efficaciora] Immo hoc non est ob efficaciam , sed quia naturale est , specialia derogare generi , uti regulæ exceptio : sic naturæ regula est , ne homo hominem occidat ; sed exceptio est in magistratu .

Ut qua penam adjunctam habet ei , qua pena vacat] Immo ex utraque æque tenetur

Tom. III.

abstinere ; sed si caveri nequit , minus malum eligitur , quia quatenus majus malum eligit , ultro peccat .

Additio.

„ Pufendorfius sensum Auctoris clarius exprimit . d. l. §. 23. At hæc quoque regula ad pactorum interpretationem non pertinet . Nam Cicero (qui de controversia , quæ ex legibus contrariis oritur , inventiones continuat) considerandum esse , ait , *in utra lege , si non obtemperatum sit , pena afficiatur , aut in utra major pena statuatur ; nam maxime conservandam esse eam , qua diligentissima , & sancta est* , d. l. c. 29 p. m. 144. .

Et qua majorem penam minatur ei , qua minorem] Regula generalis est : lex posterior derogat priori .

Ut superet quod causas habet aut magis honestas , aut magis utiles] Si utrumque potest , præstari debet ; alias ipsius electio est : quo casu laudabilius est facere id , quod honestius .

Additio.

„ Pufendorfius lucem affundit huic regulæ „ d. l. §. 23. Verum nec hæc regula ad interpretationem pactorum referri potest . Cicero enim in omni scripto dubio , (sive ex ambiguo dubium nascatur , c. 27. p. m. 139. sive ex dicto , & sententia , c. 28. p. m. 142. sive ex legibus contrariis , c. 29. p. m. 144. sive ex ratiocinatione , c. 30. p. m. 145.) examinandum esse , ait , quid utilius , quid honestius , aut quid magis necessarium sit ; id enim scribentem magis voluisse . dd. ll. .

Extremo loco , ut quod postremo loco dictum est vincat] „ Cicero , si ex legibus contrariis controversia oritur , considerandum , ait , *utra lex posterius lata sit ; postremam enim quamque gravissimam esse* : d. l. c. 29. p. 144. Diximus , hanc regulam naturalem esse , sed eam non ad pacta dubia pertinere , sed ad leges contrarias .

Pactorum juratorum eam esse vim] „ Pacta jurata intelligi debent juxta id , quod inter utrumque actum apparet ; quod ex ratione , & sine agentium consat : si id quoque dubium sit , interpretatio fit ex communi loquendi usu .

Ut omnes restrictiones tacitas repudiant] „ Adeoque & reservationes mentales . Vid. l. 2. c. 13. §. 3. .

Præferendum erit cui adest jurisjurandæ religio] „ His sequentes regulas jungit Pufendor-

Z

fendor;

„ fendorfus *d. l. §. 23.* I. Obligatiōni per-
 „ fecte mutæ cedit obligatiō imperfecte
 „ mutua. II. Lex beneficentiæ cedit legi
 „ gratitudinis, cæteris paribus. III. Quo
 „ arctiori vinculo aliqua persona nobis con-
 „ jungitur, eo præstationes, quæ ipsi de-
 „ bentur, aliis præponderant, cæteris pa-
 „ ribus, &c. At hæ interpretationum regu-
 „ læ, nulla ratione ad pacta dubia applicari
 „ possunt. Nam 1. obligatiō imperfecte mutua
 „ non est obligatiō. 2. Leges beneficentiæ,
 „ & gratitudinis ad jus naturæ, quod ho-
 „ mines inter se obligat, plane non perti-
 „ nent; adeoque frustra quæritur, quarum
 „ altera alteri cedat. 3. Graduum proximi-
 „ tas in pactis nullum effectum habet,
 „ sed omnia ibi valent ex dispositione par-
 „ tium, & ex voluntate sufficienter de-
 „ clarata.

A D §. XXX.

AN in dubio contractus perfectus censeri
 debeat antequam scriptura confecta sit] Affirmatur, quia contractus natura est, ne opus sit scriptura; consistit enim in dispositione partium, quæ effectum habuit antequam scriptura cognita fuerit: ea igitur saltem ad faciliorem adhibetur probationem.

Excipe, si partes non nisi in scriptis contrahere voluerunt; tunc enim nihil valet nisi scriptura perfecta: quia ita disposuere partes, ut non nisi scriptura obligari velint.

Credendum, scripturam adhiberi, ut momentum contractus, non ut substantiæ ejus partem] „ Sensus est, scripturam adhiberi, „ ut probari facilius possit dispositio, non „ ut ex ea demum valeat.

Alioqui exprimi id solet] „ Si igitur inter „ partes expresse actum est ut in scriptis „ contrahatur, non valet nisi scriptura per- „ fecta sit: ita enim partes voluerunt.

A D §. XXXI.

Quod quibusdam] „ Quos allegat Ar- „ thurus Duck *de auct. jur. civ. l. 1. c. 2.*
 „ n. 6.

Interpretandos ex jure Romano] Norma interpretandi contractus naturales est jus naturæ, non jus civile.

Additio.

„ Interpretatio pactorum regionum desumi „ non potest ex jure Romano qua tali „ quia Romani jus in gentes non habent; „ at quatenus principia interpretandi natu- „ ralia eo jure continentur, hæctenus alle- „ gari jus Romanum potest: nec tunc jus „ illud auctoritatem habet nisi ut testimo- „ nium de jure natura.

Etiam pro jure gentium receptum esse] „ Jus gentium voluntarium non dari, supra „ probatum est. Sane, si plures gentes idem „ forte jus suis subditis statuunt, id non est „ jus gentium, sed jus civile, quod non „ inter civitates obtinet, sed in singulis sal- „ tem civitatibus. Quin etsi gentes inter se „ sæpius idem jus secuti sint, inde nulla est „ obligatiō ratione futuri.

Quod temere præsumendum non est] „ To- „ ta exceptio inanis est: jus gentium nullum „ existit, adeoque nunquam receptum præ- „ sumi potest.

A D §. XXXII.

CONDITIONEM offerentis, an acci-
 pientis verba attendi magis debeant] Jure naturæ non magis unius, quam alterius verba inspiciuntur, sed utriusque: si dubia sunt, neutrius; & dispositio cessat. Unde regula, quod interpretatio fiat contra eum, qui apertius loqui potuit, & quæ habetur in *l. 39. ff. de pact.* est pænalis, adeoque mere civilis. Conf. *infra. l. 3. c. 20. §. 26.*

Ejus verba formam dare negotio, si absoluta, & in se perfecta sunt] Quia ex illa promissione demum utriusque consensus sequitur; adeoque forma negotii ex eo incipere videtur. At verum id non est, sed inspiciendum est id, quod inter utrumque actum est. Si id dubium sit, nulla est dispositio.

Si per affirmationem respiciant verba offerentis, tunc &c. repetita in promissione videbuntur] „ v. g. Aliquis ex alio quærit „ decem, & domum tuam dare spondes? „ alter in genere ait, spondeo; utrumque „ promittit, & decem, & domum: si vero „ domum solam spondet, dispositio saltem „ de domo valet; id enim solum inter utrum- „ que actum est.

Antequam accepta sit conditio, ne quidem tamen teneri, qui obtulit] „ Quia pactum „ definitur

„ definitur *damnum* in idem placitum con-
 „ sensus.
 „ *Nullum enim adhuc jus questum est*]
 „ Jus enim in alterum transfertur non ex
 „ sola oblatione, sed tunc demum si alter

„ oblatas condiciones acceptat.
 „ *Minus est promissione*] „ Immo ejusdem
 „ valoris est ; uti enim oblatio non valet
 „ sine acceptatione, ita nec acceptatio sine
 „ oblatione effectum habet.

C A P U T X V I I

De damno per injuriam dato, & obligatione, quæ inde oritur.

- I. *Culpam obligare ad restitutionem damni.*
- II. *Damnum intelligi, quod pugnat cum jure stricte dicto.*
- III. *Accurate distinguendam aptitudinem a jure stricte dicto, ubi concurrunt :*
- IV. *Damnum & ad fructus pertinere.*
- V. *Ad lucrum cessans quomodo ?*
- VI. *Damnum dare facientes primario :*
- VII. *Et secundario :*
- VIII. *Item non facientes quod debent : primario,*
- IX. *Et secundario :*
- X. *Qualis efficacia circa actum ad hoc requiratur.*
- XI. *Quo ordine teneantur.*
- XII. *Obligationem extendi etiam ad damnum consequens.*
- XIII. *Exemplum in homicida :*
- XIV. *In eo, qui alteri vim intulit :*
- XV. *In adultero, & stupratore :*
- XVI. *In fure, raptore, & aliis :*
- XVII. *In eo, qui causam promissioni dedit per dolum, aut metum injustum.*
- XVIII. *Quid si metu justo naturaliter ?*
- XIX. *Quid de metu, quem jus gentium pro justo habet ?*
- XX. *Potestates civiles quatenus teneantur ex damno per subditos dato : ubi questio de pradis in mari actis in socios contra imperium publicum.*
- XXI. *Naturaliter ex animalis sui, aut navis sue facto sine culpa neminem teneri.*
- XXII. *Damnum dari, & adversus famam, & honorem, & quomodo reparatur.*

+ I. **S**upra diximus ^a ejus, quod nobis debetur, + fontes esse tres, + pactio-
 nem, + maleficium, + legem. + De pactio- ^b L. II. C. I.
 nibus satis tractatum. + Ve- ^c §. 2. n. 1.
 niamus ad id, quod ex maleficio naturaliter debetur. + Maleficium hic appel-
 lamus culpam omnem, sive in faciendo, + sive in non faciendo, pugnantem
 cum eo, + quod aut ² homines communiter, + aut pro ratione certæ ³ qua-
 litatis facere debent. ^a + Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur, si damnum
 datum est, (aa) + nempe ut id refarciatur.

II. I.

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^a Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur]
 ἄσκησις dicitur Græcis. [Apud HESYCHIUM,
 qui exponit, ζημία dicitur. J. B.] Vide in decre-
 talibus titulum de injuria, & damno dato, & Di-
 gestis ad l. Aquilianam, & vicinas rubricas.

¹ Supra diximus] 2, I. 2.
² Homines communiter] Vulgo omnes.
³ Qualitatis] Personæ, quam gerunt.
 (aa) Confer, in toto isto capite, PUFEN-
 DORFIUM nostrum, De Jure Nat. & Gent.
 Lib. III. Cap. I. J. B.

II. I. ^b + *Damnum* + forte a demendo dictum, est τὸ ἔλαττον, cum quis minus habet suo, + sive ^s illud suum ipsi competit ex mera natura, + sive accedente facto humano, + puta dominio, + aut pacto, + sive ex lege. + Natura homini suum est vita, ^o + non quidem ad perdendum, sed ad custodiendum, corpus, + membra, + fama, honor, ⁷ + actiones propriæ. Dominio, & pactis quomodo suum quid cuique sit, ⁸ + superior tractatio docuit, + tum quoad res, + tum quoad jus in actiones alienas. + Simili modo ex lege jus suum cuique oritur, + quia idem, aut plus lex potest, quam in se, ac sua singuli. Sic pupillus jus habet ⁹ + exactam quandam diligentiam exigendi a tutore, + respublica a magistratu, nec respublica tantum, + sed & ¹⁰ cives singuli, + quoties lex id expressit, aut per sufficientem consequentiam significat.

2. + At ex sola aptitudine, + quod jus minus proprie dicitur, & ¹¹ + ab assignatrice justitia spectatur, non oritur verum dominium, + ac proinde restitutionis obligatio: + quia non id alicui suum est, ad quod aptus est:

^b Nic. V. πλεονεκτεῖ ἄδεν, ait ^b Aristoteles, ὁ δὲ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθερίαν
^{f. 4} + *Contra proprie dictam justitiam nihil committit, qui pecunia sua alteri non succurrit, præ tenacitate.* Cicero pro Cn. ^c Plancio: *Est hac conditio liberorum populorum, + posse suffragiis vel dare, vel detrabere quod velit cuique; & tamen mox subdit, accidere + ut populus faciat quod velit, non quod debeat, + voce debendi sumta in laxiore significato.*

III. Sed cavendum hic, + ne confundantur quæ diversi generis sunt. ^d Nam cui ¹² magistratus collatio mandata est, is reipublicæ tenetur + ad eligendum eum, qui dignus sit; & ad hoc exigendum respublica jus habet proprium: quare si ex indigni electione + *damnum* fecerit respublica, ille ¹³ resarcire tenebitur. Sic etiam civis aliquis non indignus, + et si jus proprium ad officium

^d Thom.
^f Cajet.
 2, 2. q. 62.
 art. 2. So-
 zo, lib. IV,
 q. 6. Lessius,
 lib. 11. c.
 12. dub. 18.
 & Covarr.
 ad c. peccatum. p. 2.
 §. 7.

G R O T I I.

^b *Damnum forte a demendo dictum*] Ita Varro libro IV. *Damnum a demtione, cum minus re factum, quam quanti constat.* (Pag. 41. Ed. H. Steph.) Alii magis probant derivari a græco δαπάνη, ut sit *damnum*, deinde *damnum*, ut ἔπιθ, *sonnus, somnus*. Nec absurde deducas a græco δαίμων, quod est βιάζω, aut ex ἑμεία, *damia, damnum*, ut regia, regnum.

G R O N O V I I.

⁴ *Forte a demendo*] Scaliger a δαπάνη. A demtione Varro l. 4. de L. & Isidorus 5. Orig. 27. Quid si a δαμῶν, δάμνημα.

⁵ *Illud suum*] 1, 1. 5.

⁶ *Non quidem ad perdendum*] Ut eam ipse sibi auferre possit. 2, 15. 16.

⁷ *Actiones propriæ*] Quas jure suo tractat, & in quibus eum non oportet impediri.

⁸ *Superior tractatio*] 2, 6. 1.

⁹ *Exactam quandam*] Non tantum ut solum,

aut culpam caveat. l. 23. D. de R. Juris.

¹⁰ *Cives singuli*] Hinc Tiberius, bonum, & salutarem principem servire debere, & universis civibus sepe, & plerumque singulis. Sueton. c. 29.

¹¹ *Ab assignatrice*] 1, 1. 7. & 8.

¹² *Magistratus collatio*] Jus eligendi, & ordinandi prefuturos oppido, pago, provinciæ, ærario, aut cuicumque parti publicæ administrationis.

¹³ *Resarcire tenebitur*] Novell. 128. cap. 16. quæ Juliano Anteeef. 124. capit. 556. pag. 193. Quod si talis administrator parum idoneus videatur, jubemus alium in loco ejus subrogari, tam decreto episcopi, & habitatorum ejusdem civitatis; scientibus nominatoribus, quod si aliquid per eum civitati allatum sit detrimentum, de propriis facultatibus hoc resarcire cogantur. Ita leg. nam & precessit: quod reliquatum fuerit pater (is ipse, quem & administratorem appellat) civitatis, ab eo exigatur periculo eorum, qui denominatores ejus fuerint.

G R O

cium aliquod non habeat, habet tamen ¹⁴ + verum jus petendi juxta alios :
 + in quo jure si per vim, aut dolum impediatur, jam non totius rei expectatæ, sed + incerti illius damni æstimationem exigere poterit. ^e Simile erit in eo, cui + ne quid legaret testator, vi, vel dolo fuit impeditus; nam ¹⁵ capacitas legati jus quoddam est, cui id est consequens, + ut libertatem testatoris in eo impedire injuria sit.

e Soto lib. IV, q. 7. Less. lib. 11. c. 12. Anb. 16. n. 3.

+ IV. Minus autem quis habere, ac proinde damnum fecisse intelligetur, non in re tantum, sed & in fructibus, ¹⁶ + qui proprie rei fructus sunt, + sive illi percepti sunt, + sive non, + si tamen ipse eos percepturus fuerat, + deductis impensis, quibus res melior facta est, aut quæ ad fructus percipiendos fuerunt necessaria, + ex regula, quæ nos vetat locupletiores fieri cum aliena jactura.

V. + Sed & ¹⁷ spes lucri ex nostro æstimabitur, non ut ¹⁸ illud ipsum, f + sed ¹⁹ secundum propinquitatem ad actum, + ut in semente spes messis.

f L. in quantitates, 73. §. magno 1. 1 D. ad legem Falcid. § Thom. 2, 2. 62. art. 4. Soto, lib. IV. q. 6. art. 5. b Cap. 12.

+ VI. Tenentur autem, & præter ipsum, qui per se, & *ἀμέσως* damnum dat, + alii quoque faciendo, aut + non faciendo. (bb) Faciendo alii primario, alii secundario: primario, + qui jubet, + qui ²⁰ consensum requisitum adhibet, + qui adjuvat, ²¹ + qui receptum præstat, + aut qui alio modo in ipso crimine participat.

VII. Secundario, + qui consilium dat, ^c laudat, assentatur. *Quid enim interest* ^d + *inter suasorem facti, & probatorem?* ait Cicero ^b Philippica secunda.

VIII. + Non faciendo item primario, aut secundario; primario, qui cum ²² + ex jure proprie dicto + debeat vetare præcepto, ^e + aut opem ferre ei, cui

G R O T I I.

^c *Laudat*] Totilas in oratione ad Gotthos, apud Procopium Gotthiæcorum III. ὁ γὰρ ἑκαταίετος τὸν δόξακτορα, ἔδεν τι ἕσσον τῶν πεποικυμένων αὐτοῦ γυγῆς γίνεσθαι. Nam qui facientem aliquid laudat, & ipse rei factæ auctor habendus est. (Cap. 25.) Ulpianus in L. 1. c. de servo corrupto: *Et si erat servus omnimodo fugiturus, vel furtum facturus, hic vero laudator ejus propositi fuerit, tenetur; non enim oportet laudando augeri malum.*

^d *Inter suasorem facti, & probatorem*] Applicat hoc dictum Probo præfecto Ammianus libro XVII. (Cap. 11.) *Lege Langobardica* libro I, tit. IV. etiam consulens ad compositionem vocatur. Vide *Rom. 1.* in fine, & ibi veteres scriptores.

^e *Aut opem ferre ei; cui fit injuria, id non facit*] Nicetas Choniates Michaële Comneno: ὁ ἐμπροσθεν, & μόνον τῷ ἀνάλαστῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ κατὰ δόξαν δυναμένῳ, δεύσαι δὲ τι τοῦτον ὅπως μὴ ἐσθλῆντῳ. Incendium non ei tantum imputatur, qui faciem intulit, sed & ei, qui prohibere cum possit, omnino nolit. (Lib. I. c. 3.)

G R O N O V I I.

¹⁴ *Verian jus petendi*] Ambianus enim *ἡμορτορίας*, sive similibus jure civibus; inde actio apud *Quintilianum* decl. 252. *Parasitum rapter candidatam.*

¹⁵ *Capacitas legati*] Possit ex testamento aliquid capere.

¹⁶ *Qui proprie rei fructus*] Non debentur singulari curæ, industrisq; possessoris, qualis a domino expectari nequeat.

¹⁷ *Spes lucri*] Quo verisimiliter fuisset potitus, nisi rem meam alter possedisset, aut ea me frui prohibuisset.

¹⁸ *Illud ipsum*] Non quanti lucrum solidum foret, id si percepissem; sed arbitrio boni viri, prout propior, aut longinquo a sperato eventu abfui; prout plus, aut minus periculi restabat ad eventum consequendum, si non intercepta spes fuisset ab eo, qui damnum dedit.

¹⁹ *Secundum propinquitatem*] Prout facilius, ac prior ad id fuerit via.

²⁰ *Consensum requisitum*] Qui cum sine consensu, ac nutu ejus damnum mihi dare non posset adversarius, petenti ut liceret, indulgit.

²¹ *Qui receptum*] L. 1. §. 2. D. de receptat.

²² *Ex jure proprio*] Ratione personæ, muneris, potestatis.

(bb) Vide quæ fusè notavimus ad Libellum PUFENDORFII, *De Offic. Hom. & Civ. Lib. I. Cap. 1. §. 27. tertis, & quartæ Edd. ubi de concursu ad facinus alienum accuratius, quam uterque Auctorum nostrorum, egimus. J. B.*

cui fit injuria, id non facit. Is Chaldæo Paraphrastæ Levit. XX, 5. $\gamma\omega$
+ obfirmator dicitur.

i Less. lib.
11, c. 13.
dub. 10.

IX. Secundario, *i* + qui aut non dissuadet cum debeat, + aut factum re-
ticet, quod notum facere debebat. Illud autem debere in his omnibus refe-
rimus + ad jus proprium, quod justitia expletrix respicit, + sive illud ex lege,
sive ex qualitate exoritur. + Nam si debeat ²³ ex charitatis norma, pecca-
bit quidem omittendo, non tamen ad reparationem tenebitur, + cujus origo
est jus aliquod proprium, + ut ante diximus.

k Th.
2, 2. 62.
art. 6. So-
to, lib. 1V.
q. 7. art. 3.

X. Sciendum quoque, hos omnes, quos diximus, ita teneri, *k* + si vere
causa fuerint damni, id est, + momentum attulerint, aut ad totum dam-
num, + aut ad partem damni. Nam sæpe accidit ²⁴ in agentibus, vel ne-
gligentibus ²⁵ secundarii ordinis, interdum etiam in quibusdam, qui sunt
ordinis ²⁶ primarii, ut etiam ²⁷ sine eorum actu, aut neglectu is, qui dam-
num dedit, + certus fuerit id ipsum dare: quo casu illi, quos dixi, ²⁸
+ non tenebuntur. *l* Quod tamen non ita intelligendum est, + ut si alii de-
futuri non fuerint, puta qui suaderent, aut juvarent, non teneantur qui
suaserint, aut juverint, si absque ope, aut consilio qui dedit damnum, da-
turus id non fuisset. + Nam & illi alii si suassent, aut adjuvissent, tene-
rentur.

l Cajetan.
ad q. 62.
art. 6. Me-
din. q. 7.

m Less. lib.
21, cap. 13.
dub. 5. ib.
dub. 4.

XI. Tenentur autem *m* primo loco *ii*, ²⁹ + qui imperio, aut alio modo
aliquem impulerunt ad factum: + his deficientibus patrator facinoris: + &
post eum cæteri, ³⁰ + in solidum singuli, qui ad actum causam dederunt,
f + si totus actus ab ipsis quamquam non solis processit.

n Excerpt.
Contr. V, 5.

XII. Qui vero de actu tenetur, *g* + simul tenetur de his, quæ illum
ex actus vi sunt consecuta. *h* In Senecæ controversia *n* quadam hoc tractatur
in specie platani incensæ, ex qua domus arserat, ubi hanc ponit sententiam:
Etiamsi partem damni dare noluisse, + in totum quasi prudens dederis tenendus
es; + ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur. Ariarathes *o* Cap-
padocum rex eo, quod Melani amni exitum per lasciviam obstruxerat, cum
ejus pertumpentis impetu elatus Euphrates rapta parte Cappadocum terræ,
magna + & Galatis, & Phrygibus damna intulisset, permisso Romanis iudicio,
talentis trecentis dispendium sarcivit.

o Strabo
XII. pag.
539.

XIII.

G R O T I I.

f Si totus actus ab ipsis, quamquam non solis,
processit] *Lex Langobardica* lib. I, tit. IX, 5.

g Simul tenetur de his, quæ illum ex actus vi
sunt consecuta] Vide *Thomam* prima secundæ
quest. XX. art. 5. & l. si servus servum 27. §. si
quis insulam 8. D. ad l. Aquilianam.

h In *Senecæ controversia*] Excerptis V, 5.

G R O N O V I I.

²³ Ex charitatis norma] Ut vir bonus, aut ho-
mo Christianus.

²⁴ In agentibus, vel negligentibus] Qui damnum

dant faciendo, vel omittendo.

²⁵ Secundarii] Vid. §. 7. & 9.

²⁶ Primarii] §. 6. & 8.

²⁷ Sine eorum actu, vel neglectu] Et si nihil
illi faciendo, vel omittendo peccaverint.

²⁸ Non tenebuntur. Quod tamen] Sed ita, si
consci non fuerint illius eventus, quamvis rem
adjuverint faciendo, vel non faciendo.

²⁹ Qui imperio, aut] Qui primario, aut secun-
dario in causa fuerunt.

³⁰ In solidum] Ad omne damnum sarcendum.

³¹ Ex toto enim noluisse] Omnino nec in par-
te, neque in toto damnum dare non voluisse in-
telligitur, qui sic se defendit, ut dicat se inscio,
atque imprudente datum esse.

G R O ;

XIII. Exemplo hæc sint. ¹ Homicida injustus tenetur solvere impensas, si quæ factæ sunt in medicos, & iis, quos occisus alere ex officio solebat, puta parentibus, uxoribus, liberis dare tantum, quantum ² illa spes alimentorum, & ratione habita ætatis occisi, valebat: & sicuti ³ Hercules legitur Iphiti a se occisi liberis multam pependisse, quo facilius expiaretur. & Michael Ephesius ad quintum ⁴ Nicomachiorum Aristotelis: ἀλλὰ καὶ ὁ Φονευθεὶς ἔλαβε τρόπον τινά. ὁ γὰρ ἢ γυνὴ ἢ οἱ παῖδες, ἢ οἱ συγγενεῖς τῶ Φονευθέντος ἔλαβον, τρόπον τινὰ ἐκεῖνός δέδοται. Sed ⁵ qui occisus est, accipit aliquo modo. Quæ enim uxor ejus, & liberi, & cognati accipiunt, ipse quodammodo accipit. Loquimur de homicida injusto, id est, qui non habuit jus id faciendi, unde mors sequitur. Quate si quis jus habuerit, sed in charitatem peccaverit, ut ⁶ qui fugere noluit, non tenebitur. & Vitæ autem in libero homine æstimatio non fit; & secus in servo, qui vendi potuit.

XIV. I. ¹ Qui mutilavit, similiter tenebitur ad impensas, & ad æstimationem ejus, quod jam qui mutilatus est ² minus poterit lucrari. & Sed sicut ibi vitæ, ³ ita & hic cicatricis in libero homine æstimatio non fit. De ⁴ conjectione in carcerem idem dicendum.

XV. Sic ¹ adulter, & adultera teneatur non tantum ² indemnem præstare maritum ab alenda prole, sed & legitimis liberis rependere, si quod damnum patiuntur ex concursu ita susceptæ sobolis ad hereditatem. ³ Qui virginem imminuit ⁴ vi, aut fraude, tenetur ei rependere ⁵ quanti minoris ipsi valet spes nuptiarum: immo & ducere tenetur, si ea promissione corporis usuram impetraverit.

XVI. ¹ Fur, & raptor tenentur rem subtractam reddere ² cum suo ³ incremento naturali, & ⁴ cum sequente damno, aut cessante lucro: & si res perierit, æstimationem ⁵ non summam, ⁶ non infimam, sed mediam. In hac classe ponendi & illi, qui legitima ⁷ vectigalia fraudant. Similiter

G R O T I I.

¹ Qui mutilavit, similiter tenebitur ad impensas, & ad æstimationem ejus, quod jam qui mutilatus est minus poterit lucrari. Idem apud Hebræos servatum, Baba Kama cap. VIII. §. 1. & apud Angios, & Danos, quorum fedus vide apud doctissimum Pontanum dissertatione de mari. [Discuss. Historic. &c. Lib. II. Cap. 21. ubi tamen nil legitur, quod ad rem faciat. Est tantum aliquid de multâ ab homicida heredibus occisi pendenda, pag. 143. J. B.]

G R O N O V I I.

³² Illa spes alimentorum] Prout magis, aut minus destituti sunt qui alebantur, & prout lautius, aut arctius, contentiusque, qui occisus est, eos fovere potuisset per ætatem.

³³ Qui fugere noluit.] Sed agredientem ex-

pectavit, & necavit interea, dum ipse sese defendit.

³⁴ Minus poterit lucrari] Corpus habet non tam sufficiens operis, coque mereri mercedis nequit, quantas solebat.

³⁵ Conjectione in carcerem] Si quis injuria detinens aliquem in vinculis prohibuit operas præbendo rem facere.

³⁶ Quanti minoris ipsi] Quanto ob pudorem amissum tunc longius abest a spe honesti matrimonii.

³⁷ Incremento naturali] Cum fructibus, quos res per se sine manu, & industria hominis erit factura.

³⁸ Cum sequente damno] Quanto deterior est cum reddit, quantoque minus utilitatis, & commodi præbere potest.

³⁹ Non summam] Quanti est, cum plurimi.

⁴⁰ Non infimam] Quanti, cum minimi.

militer tenentur + qui ⁴¹ iudicio injusto, ⁴² + accusatione injusta, + testimonio injusto damnatum dederunt.

XVII. Sed & + qui contractui, aut promissioni causam dedit + dolo, vi, aut metu injusto, ⁴³ + tenetur eum, quicum actum est, in integrum restituere, + quia ille jus habuit, tum ne deciperetur, + tum ne cogere; + illud ex natura contractus, + hoc ex naturali etiam libertate. His annumerandi sunt ^a qui id, quod ex officio facere tenebantur + facere noluerunt, nisi pecunia accepta.

^a Covarr.
^c peccat.
p. 2. §. 3.

^b Less. lib.
11, c. 17.
dub. 6.

XVIII. + At ⁴⁴ qui causam dedit, cur vim pati, aut metu cogi debeat, ^b habet quod sibi imputet: + nam ⁴⁵ involuntarium ex voluntario ortum habens moraliter pro voluntario habetur.

XIX. + At gentium consensu sicut introductum est, ut bella omnia summæ potestatis auctoritate utrinque gesta, & indicta, ⁴⁶ pro justis habeantur, + quoad effectus externos, qua de re + infra dicemus: ita & hoc, ut ⁴⁷ talis belli metus + hæcenus pro justo habeatur, ne quod ita obtentum est repeti possit. ^c + Atque hoc sensu admitti potest distinctio Ciceronis, ^d inter hostem, ⁴⁸ + quicum multa jura habemus, ut ait, communia, + ex gentium consensu scilicet, + & piratas, ac latrones. + Nam hi si quid metu expresserunt, repeti potest, + nisi jusjurandum intercesserit: + quod illi, non item.

^c Bodin.
L. v. De
Republ. c. 6.
^d De Off.
111. c. 29.

^e Lib. 111.
c. 13. &
seqq.

Quare quod ^e Polybio videtur + justam fuisse Carthaginensibus causam belli Punici secundi, quod Romani ab ipsis mercenariorum seditione occupatis bello denunciato Sardiniam insulam, & pecuniam expressissent, + habet naturalis æquitatis aliquam speciem, + sed a jure gentium abit, + ut alibi explicabitur.

XX. I. + Ex neglectu tenentur reges, ac magistratus, qui ad inhibenda latrocinia, & piraticam non adhibent ea, quæ possunt, ac debent remedia: quo nomine damnati olim ab ^f Amphictionibus Scyrii. Quæsitum memini ex facto, cum patriæ nostræ rectores potestatem prædarum in mari ex hoste agendarum ⁴⁹ per codicillos plurimis dedissent, & eorum nonnulli res amicorum rapuissent, desertaque patria mari vagarentur, ac ne revocati quidem redirent, an rectores eo nomine tenerentur, aut quod malorum hominum usi essent opera, aut quod ⁵⁰ cautionem non exegissent. + Dixi, eos in nihil

^f Plutarch.
in Cimon.
p. 483. C.

⁴¹ *Judicio injusto*] Si iudex litem suam fecerit. pr. Inst. de oblig. ex quasi delict.

⁴² *Accusatione injusta*] Ut calumniatores. §. 1. Inst. de pena temere litig. Utrorumque meminit Horat. 2, sat. 1. *Cervius iratus leges minitatur, & urnam: Grande malum Turius, si quis se iudice certet.*

⁴³ *Tenetur eum*] 2, 13. 17.

⁴⁴ *Qui causam dedit*] Negando scilicet quod jure ab eo petebatur.

⁴⁵ *Involuntarium ex voluntario*] Coactio, quam quis meruit recusando, quod omnino illi faciendum erat, non putatur invito inhibita, sed ipsum cogi voluisse existimatur.

⁴⁶ *Pro justis habeantur quoad effectum*] Quæ

bello quamvis injuste illato acquisita sunt, pro jure acquisitis procedant.

⁴⁷ *Talis belli metus*] Ut quod belli quamvis injuste illati terrore, ac formidine expressum est, tamen si jus armorum habuerit qui expressit, jure teneat, idque ab eo post intervallum repeti nequeat.

⁴⁸ *Quicum multa*] Adversus quem quod vi, armis, terrore, dolo bono geritur, jure fieri existimatur.

⁴⁹ *Per codicillos*] *Acte van oïtroi.*

⁵⁰ *Cautionem non exegissent*] Prædes, ac fidejussores dare, de non lædendis sociis, iussissent.

hil amplius teneri, quam ut noxios, si reperiri possent, + punirent, + aut dederent: + præterea ⁵¹ in bona raptorum jus reddi curarent. Nam ipsos injustæ prædationis + causam non fuisse, + nec quicquam de ea participasse: + prohibuisse etiam legibus, ne amicis noceretur: + cautionem ut exigent, nullo jure fuisse obligatos, + cum possent, etiam sine codicillis, omnibus subditis hostem spoliandi potestatem facere; ⁵² quod & factum olim esset: neque talem permissionem causam esse cur damnum datum esset sociis, cum possent privati etiam sine permisso tali naves armare, & in mare progredi. Mali vero an futuri illi essent, provideri non potuisse; + neque vero vitari posse quo minus & malorum opera utamur, alioqui nullam colligi posse exercitum.

2. Neque vero + si quid milites, aut terrestres, aut nautici contra imperium amicis nocuissent, reges teneri: quod ^k Galliæ; & + Angliæ testimoniis probatum. + Ut vero sine culpa sua ex ministrorum factis quisquam teneatur, non esse juris gentium, ex quo dijudicanda esset hæc controversia, + sed juris civilis, + nec generalis, + sed ⁵³ adversus nautas, & alios quosdam + ex rationibus peculiaribus introductum. Atque in eam partem a ⁵⁴ Supremi auditorii judicibus + contra Pomeranos quosdam pronuntiatum est, idque ad exemplum rerum in causa non dispari, ante duo sæcula, judicatarum.

^g *Consl. Gallia tom. III. tit. 3. constitutione ann. 1583. c. 44.*

XXI. Illud quoque notandum est, ⁵⁵ ut mancipium, aut animal, quod damnum, + aut pauperiem fecit, + noxæ dedatur, + itidem ex jure civili esse. (cc) Nam dominus, + qui in culpa non est, natura ad nihil tenetur: ut nec is, + cujus navis sine ipsius culpa navi alterius damnum dedit; quamquam multorum populorum legibus, + ut & nostra, damnum tale ⁵⁶ + dividi solet ob culpæ probandæ difficultatem.

XXII. Sed damnum, ut ^b diximus, + etiam adversus honorem, & famam datur, + puta verberibus, contumeliis, maledictis, calumniis, irritu, aliisque similibus modis. + In quibus non minus, quam in furto, atque aliis criminibus ⁵⁷ vitiositas actus ab effectu discernenda est. + Nam illi poena respondet, + huic damni reparatio, quæ fit + culpæ confessione, ¹ + exhibitione

^b *Supra §. 1.*
ⁱ *Less. lib. II, c. II. dub. 19. 25. 27. Soto, lib. IV. q. 6. art. 3.*

G R O T I I

^k *Gallia*] Vide etiam tomo *constitutionum* III, tit. II. constitutione anni MD XLIII. cap. 44.
^l *Exhibitione honoris, testimonio innocentie*] Vide exemplum Viviani, qui accusationis injustæ penitentia ductus est, apud *Cassiodorum* IV, 41.

G R O N O V I I.

⁵¹ *In bona raptorum jus reddi*] Querentibus officio judicum permitterent ex bonis raptorum, quæ essent in patria, quatenus possent, resarcire sua damna.

⁵² *Quod & factum*] 3, 4. 1.
⁵³ *Adversus nautas*] Exercitoria, & instructoria actione. 2, II. 17.

Tit. III.

⁵⁴ *Supremi auditorii judicibus*] Den Hogen Raadt.

⁵⁵ *Ut mancipium, aut animal*] Videndi tit. de noxalibus actionibus, & si quadrupes pauperiem fecerit.

⁵⁶ *Dividi solet*] Ut dimidium ejus sustineat dominus navis lædentis, dimidium corruptæ.

⁵⁷ *Vitiositas actus ab effectu*] Ipsa culpa, si ve injuria a damno per culpam, vel injuriam data.

(cc) Hoc verum quidem est de Animalibus bruto, quod utpote Ratione destitutum, damnum propriè dictum dare nequit. At alia est ratio de Mancipio; ut ostendimus in *Gallia* nostris *Notis ad hunc locum. J. B.*

A *

tione honoris, + testimonio innocentiae, & per ea, quæ his similia sunt: + quanquam & pecunia tale damnum rependi poterit, si læsus velit, quia pecunia communis est rerum utilium mensura.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XVII.

ANTEQUAM ad interpretationem Grotii accedamus, vera fundamenta totius materiae de DELICTIS præmittere, necessarium duximus.

PROPOSITIO I.

Omnis obligatio oritur vel ex eo, quod quis rem alienam tenet, vel quod quis ex alieno aliquid habet, vel in alieno quid facit. Vid. supr. L. 2. C. 10. §. 1. & C. 11. §. 1.

PROPOSITIO II.

Factum circa rem alienam vel LICITUM est, cum quis vel domini voluntate, vel ejus causa licite agit; hoc casu si quid inde ad agentem pervenit, illud restituere domino tenetur; eoque referuntur quasi contractus, dict. loc. Vel ILLICITUM; quo pertinent delictum, & quasi delictum: de quibus nunc agemus.

PROPOSITIO III.

Delictum est omne factum illicitum, quo quis excedit fines facultatis a natura concessæ.

DEMONSTRATIO.

Homo enim totus est in potestate creatoris sui, & a se nihil, ab illo omnia habet. Nulla ergo homini est potestas agendi, nisi ex arbitrio, ac norma voluntatis conditricis, quæ homini jus facit. Quicquid ergo homo ultra facultatem a natura concessam agit, illicitum est, eoque delictum.

PROPOSITIO IV.

Sub facto illicito etiam continetur non factum, quod fieri debuit.

DEMONSTRATIO.

Equidem agere in alieno nemo tenetur;

adeoque omissio in re aliena regulariter præ facto illicito non habetur: 1. quia alteri in meas actiones nullum jus competit, cum unicuique tantum in suas res, & actiones, jus a rerum creatore concessum sit; si autem ego in re aliena quædam agere deberem, dicendum esset, alteri jus aliquod in mea facta competere, quod verum non est: 2. quia non agendo in alieno nemo excedit fines juris sui; ergo nulla est obligatio, quæ non est nisi ex alieno. 3. Unicuique natura competit facultas non agendi; hæc libertas durat, donec appareat prohibitio.

At aliud est si res in mea custodia est, vel esse debet; quod fit vel ex mea, vel ex legis dispositione: prius fit in commodato, negotiorum gestione, pignore, &c. posterius in eo, qui rem alienam invenit; cum enim domino id nunciare, & tum restituere debeat, interim custodire necessario debet. Vid. supr. c. 10. §. 1. n. 2.

Si proinde ex negligentia, vel ignorantia ejus, qui rem alienam in custodia habet, alii aliquid abest, quod caveri humanis viribus potest, id delictum est.

PROPOSITIO V.

Ex eo nascitur obligatio ad reparandum damnum eo facto datum.

DEMONSTRATIO.

Nam 1. cessat facultas id agendi, unde necessario inferitur, omittendum id esse; quæ est obligatio: & cum 2. factum illud illicitum contrarietur voluntati divinæ, injuria est, & manet injuria donec reparetur.

P R O.

PROPOSITIO VI.

Dammum facto eo datum dicitur etiam ab eo, qui causa est facti.

DEMONSTRATIO.

Etsi igitur quis factum non committat, sed tamen causa est ut ab alio committatur, id factum æque est illicitum, eoque delictum. Unde Cicero *Philip. 9. in f. de Sulpitio* ab Antonio occiso ait: *Is ei profecto mortem intulit, quia mortis causa fuit.* Et huc pertinent quæstiones, an mandans, an is, qui consilium dedit, &c. tanquam ex facto illicito teneatur.

PROPOSITIO VII.

Idque verum est, sive sciens, & cum proposito aliquid illiciti fecerit; qui DOLUS dicitur: sive ignorans, modo scire, vel impedire adhibita omni diligentia potuit; quod CULPA dicitur.

DEMONSTRATIO.

Delinquitur ergo duplici modo, vel dolo, vel culpa: *Dolo*, si quis cum proposito, & sciens alium inde lædi, in alieno quid agit: *Culpa*, cum quis aliquid in alieno agit sine proposito lædendi, unde tamen scit, vel scire debet, alium lædi posse. Nam 1. nullo jus habet agendi in re aliena, adeoque adhuc injuria est. 2. Quia homo facultate intelligendi a natura instructus est, quam si non adhibet, vitium est agentis, adeoque impotentia illa a vitio, & defectu hominis est, quæ non excusat.

Hactenus igitur jus naturæ non distinguit dolum, & culpam. Utrumque verum delictum est: illud ex proposito, hoc ex culpa; & ex utroque æque oritur reparandi necessitas.

Equidem triplex homini beneficium jure Romano datum est ob imbecillitatem: 1. quod ignorantia, seu culpa non sit verum delictum, sed quasi: 2. quod ignorantia illa culposa non juxta rigorem naturalem (ubi damnum levissima quoque culpa datum præstatur) sed juxta imbecillitatem humanam æstimetur; adeoque diligentia sufficiat media, seu quæ a diligente patre familias, i. e. ex usu eorum, qui hodie diligentes sunt, adhiberi solet. Sed & 3. nec hujus omisso semper delictum est, sed aliquando tunc demum, si culpa crassissima, i. e. lata id fiat.

Additio.

» Compendio originem obligationis, quæ ex delictis oritur, exposuit *B. Parens in post. VII. Vid. Diff. præm. X. §. 10.*
» & prolixius in collationibus ad *Struvium,*

» quas invenies in *Vol. I. Dissert. Coccej. pag. 132.* ubi eleganter demonstrat, quid jure Romano circa materiam de *Culpa* mutatum sit.

PROPOSITIO VIII.

Cessat ergo delictum, si sciri, vel impediri vi intellectus in præsentii hominum statu non potest.

DEMONSTRATIO.

Tota ergo obligationis ratio in delicto, quod per ignorantiam committitur, hæc est, quod sciri possit illicitum esse. Si proinde viribus humanis id sciri, vel impediri non possit, cessat omne delictum, eoque & reparandi necessitas. Idque probatur, 1. quia obligatio nulla esse potest ad agendum aliquid, ubi deficit agendi facultas; deficit autem si sciri, factum illicitum esse, non possit. 2. Factum nihil aliud est, quam ipsa faciendi facultas in actum deducta, quæ nulla hic est; ergo nec obligatio ad factum, seu ad id, quod non est. 3. Obligatio oritur ex naturæ jussu, quæ fieri vult; at natura non vult fieri quæ sciri non possunt. Atque hinc infans, & furiosus nunquam delictum committunt, quia nec sciunt, nec scire possunt, illicitum esse quod agunt.

PROPOSITIO IX.

Jure natura alia actio est, qua ex negotio agitur, alia, qua ex damno occasione illius negotii dato agitur; at compendium juris civilis est, quod ex omnibus his causis, uno judicio quasi ex facto licito agi possit.

DEMONSTRATIO.

Si quis v. g. contra mandatarium, qui aliquid dolose in re mandata omisit, agere velit, jure naturæ duplicem intentare debet actionem: *alteram* ex negotio mandati, seu facto illo licito, quo mandatarius voluntate, & consensu mandantis rem alienam gessit, unde tenetur actione mandati ad id, quod ex facto hoc licito accepit, & plus suo habet: *alteram* ex facto illicito, quo mandatarius, cui custodia rei commissa est, rem negligit, adeoque aliquid omittit, cum scire potuit, alii damnum inde oriturum; hæc actio ex delicto est.

Ut vero hæc ambages evitentur, Jcti Romani constituerunt, ut etiam actione ex negotiis damnum dolo, vel culpa datum, adeoque & id, quod licite, & quod illicite egit, una actione vindicari possit. Atque talia negotia, in quibus Jcti Romani id constituerunt, dicuntur bonæ fidei.

PROPOSITIO X.

Est jure natura non intersit ratione disponentium inter dolum, & culpam, interest tamen ratione pœna.

DEMONSTRATIO.

Jure naturæ ex dispositione dolosa oritur obligatio ad reparandum, & restituendum id, quod alteri ex facto meo abest. Neque hæctenus interest, an damnum dolo, an culpa datum sit; ex utroque enim eadem est præstatio.

Insto, ita nullam esse differentiam inter delicta dolosa, & culposa. Resp. hoc verum est ratione partium, inter quos negotium geritur: at differunt in eo, quod magistratus in eum, qui dolo aliquid in alieno agit, pœnam statuere possit, non vero in eum, qui citra propositum ex sola culpa peccat. Nam *dolo*, & si quis sciens contra leges agit, inest contemptus legislatoris, & manifesta, ultroneaque aspernatio, unde fisco quoque reparatio fieri debet. At in *culpa* cessat ille contemptus; quia ignorat se contra legem agere, neque propositum habet leges aspernandi: cum igitur injuria non fiat legislatori, nec reparatio ei fieri debet. Sed & dolus solus statuta pœna caveri potest, culpa non item. In illo solo pœna addi potest, ne quid sciens illicitum faciat, quod omittere possit: at in culpa cessat hic effectus pœnæ, quia agens nescit contra legem se quid agere, adeoque nec cogitatione pœnæ inde abstrahi potest, quam nescit locum habere. Quamquam ob crassiorem ignorantiam leges aliquando pœnam constituere soleant, ut vel depravationem corrigant, vel industriam exercent.

Additio.

„ Nostram sententiam de origine obligationum ex delicto, & quasi delicto, exposuimus in *Dissert. præm. XII. §. 520. seq.* & §. 578. *seq.* quo remittimus lectorem.

AD §. I.

Fontes esse tres] Nos duos saltem fecimus: quando quis ultra suum vel aliquid habet, vel aliquid agit; id enim ex regula naturali ei, cui inde aliquid abest, tribuere tenetur.

Passionem] Quæ pertinet ad prius membrum, quo quis aliquid ultra suum habet ex dispositione vel propria, vel superioris.

Maleficium] Quod pertinet ad alterum membrum, quo quis ultra suum agit: si enim inde damnum alteri contingit, obligatur agens ad restitutionem, & injuriæ reparationem.

Additio.

„ Auctor postquam exposuit id, quod debetur ex *passione*, (*vid. cap. XI. & seq.*) transit ad id, quod debetur ex *maleficio*. Ex quo actionem dari, dixit, vel ad *reparandum*, vel ad *purvendum*. Vid. *supr. c. 2. §. 1. De priori* membro, *boc capite XVII.* agit; de posteriori, *capite XX.* Principia Auctoris exposui in *Dissertatione Proæmiali VII. §. 91. seq.*

„ Duo autem in genere circa hæc principia notanda sunt: 1. quod nullibi originem, & rationem obligationis, quæ ex delictis oritur, explicet: 2. Quod naturam quasi delictorum, & quæ inde oritur obligationis, nullibi demonstrat, immo præcipuas hujus obligationis species ad jus civile referat. *Diff. præm. VII. §. 92. §. 94. Legem*] „ Auctor ad obligationes, quæ ex lege oriuntur, refert obligationes quasdam ex quasi contractu, nec non eam, quæ oritur ex quasi delicto, *d. c. 1. §. 2.* At alibi demonstravimus, utramque hanc speciem ex ratione naturali sui. Nam in quasi contractu supponitur, eum, qui obligatur ex facto licito, aliquid alieni, seu ex re aliena penes se habere, quod ei, cujus est, restitui debet: in *quasi delicto* autem supponitur, eum, qui obligatur ultra suum agendo, damnum, alii dare, cum scire debeat, ex tali facto alterum lædi posse. Hic ergo agens peccat non ex proposito, sed culpa, quia damnum, quod ex facto tali oriri potest, providere potuit, & debuit: & hanc culpam jure naturæ verum delictum esse, diximus. Jus Romanum ad imbecillitatem humanam respiciens, eos demum actus inter *DELICTA* retulit, quibus jus alterius *ex proposito* læditur: si vero *culpa* damnum quis dedit, eos actus *quasi delicta* vocat; & unus saltem excipitur casus, quoties damnum corpore in corpus, etiam culpa levissima datur: hunc enim solum casum Prætor Aquilius inter *vera delicta* recenset. *De passionibus satis tractatum*] „ Nam de pactis in genere actum est capite 11; de contractibus, c. 12; de promissis principum privatis, c. 14; de pactis publicis, seu foederibus, c. 15; de cautioni-

tionibus promissis adjectis, nimirum de jurejurando, c. 13; de interpretatione pactorum dubiorum, c. 16.

Veniamus ad id] „ Adeoque hactenus Auctor egit de obligatione, quæ ex factis licitis oritur: sequitur jam obligatio, quæ oritur ex factis illicitis.

Maleficium hic appellamus culpam omnem] „ Adeoque omne factum illicitum, sive cum proposito, sive sine proposito admissum; modo agens scire potuit, damnum inde alteri oriturum esse.

Sive in non faciendò] „ I. e. omittendo. *Vid. supr. prop. 7. & 8.*

Quod aut homines communiter] „ Adeoque quod fieri ratio naturæ universalis dicitur: uti quod in re aliena nihil fieri debeat, unde quis scit vel scire debet, damnum oriri posse.

Aut pro ratione certa qualitatis] „ Uti si quis profitetur peritiam: *Omnes artes; ait Cicero, in iis reprehenduntur, qui cum professi fuerint, satis facere non possunt, non in iis, qui se ab his studiis abuisse consentunt.* Orat. pro Planc.

Ex tali culpa naturaliter obligatio oritur] „ Nam ex hoc facto illicito alii aliquid abest, quod ei, cui deest, restitui debet.

Nempe ut id resarciatur.] „ Injuria enim est, alii damnum dare; tamdiu ergo injuria manet, donec damnum datum reparetur.

A D §. I I.

DAMNUM forte a demendo dictum] „ Quia scilicet alii aliquid demitur, unde pauperior fit. Damnum igitur est cum quis minus suo habet, adeoque ubi alicui aliquid facto alterius abest.

Sive illud suum ipsi competit ex mera natura] „ I. e. ante introductum dominium.

Sive accedente facto humano] „ Adeoque non ex mera natura, sed post introductum dominium. Conf. l. 2. c. 1. §. 2. n. 1. *Putat dominio*.] „ Hic est error Auctoris perpetuus, quod dominium originem cepisse putet ex facto hominum; quod verum non esse, alibi demonstravimus. *Vid. diff. proem. I. cap. fin.*

Aut pacto] „ I. e. Ex promisso. Nam ante introductum dominium homines jus de rebus terræ communibus disponendi non habuisse, docuit supra c. 7. §. 2.

„ Adeoque apparet, Auctorem hic intelligere pacta, quæ fiunt *de re*: alia enim pacta, v. g. de actionibus nostris, ex mera natura oriri, ipse fatetur. Conf. l. 1. c. 2. §. 1. & proleg. §. 15.

Sive ex lege] „ Quo male refert quasi contractus quosdam, & quasi maleficia. L. 2. c. 1. n. 1.

Natura homini suum est vita] „ Vitam enim, membra, libertatem, &c. naturali ratione cuique propria esse, dixit, etsi dominium introductum non esset, l. 1. c. 2. §. 1. n. 5.

Non quidem ad perdendum, sed ad custodiendum] „ Quod late probavimus supra l. 2. c. 1. §. 3. seq.

Membra] „ Vide d. c. 1. §. 6.

Fama, honor] „ Vid. d. c. 1. §. 10.

„ Item pudicitia, *ibid.* §. 7.

Actiones propriae] „ Nam in meas actiones jus alii non competit; adeoque ad jus nostrum etiam actiones propriæ pertinent, in quas proinde si alius vel dolo, vel culpa jus sibi arrogat; indeque damnum oritur, id maleficium dicitur.

Superior tractatio docuit] „ De dominio egimus c. 2. usque ad c. 11. De pactis c. 11. usque ad c. 17.

Tum quoad res] „ Quod jus rerum vocatur.

Tum quoad jus in actiones alienas] „ v. g. Uxor, liberorum, fervorum, &c. de quibus supra c. 5. egit; quod jus personarum dicitur.

Simili modo ex lege jus suum cuique oritur] „ Quando lex nobis jus aliquod tribuit, id ex naturæ quoque ratione nostrum est, quia ea superiori obedire jubet.

Additio.

„ Auctor supra dixit, acquisitione derivativa nostrum aliquid fieri aut facto hominis, aut *LEGE*: vid. cap. 6. §. 1. & *Diff. proem. VI. §. 6.* §. 32. De acquisitione derivativa, quæ fit *LEGE NATURÆ*; vide d. *dissert. §. 37. seq.* De ea, quæ fit *JURE GENTIUM VOLUNTARIO*, vide *ibid.* §. 47. *seq.* Et de ea, quæ fit *LEGE CIVILI*, vide *ibid.* §. 49. *seq.* Nos alibi demonstravimus, obligationes, quæ ex quasi contractu, & quasi delicto oriuntur, non pertinere ad acquisitiones legis civilis. *Diff. proem. XII. §. 562. seqq.*

Quia idem, aut plus lex potest, quam in se, ac sua singuli] „ Jus enim singulorum depen-

det ab arbitrio superioris, *vid. infr. c. 21.*
 „ §. 11. n. 3. nimirum, a dominio emi-
 „ nenti, seu potius ab arbitrio imperantis,
 „ si utilitas reipublicæ id exigit. *ibid. Conf.*
 „ *Supr. c. 14. §. 3.*

Exactam quandam diligentiam exigendi a tutore] Tutor tenetur 1. ex facto licito ad rationes, & reliqua, quia hæctenus ultra suum aliquid habet: 2. ex facto suo illicito, si quid omisit, vel fecit minus diligenter; nam custodia, & cura tutori a superiore demandata est. Jure Romano non ex quavis culpa tenetur, sed ex levi, quia non ultro, sed necessario suscepit; unde liberatur mediam diligentiam præstando.

Respublica a magistratu] Hoc admittendum non est in magistratu, qui proprio jure imperium tenet: in hunc enim republica omne jus suum transtulit.

Sed quæ civis singuli quoties lex, &c.] „ Nec respublica, nec singuli jus habent „ exigendi a principe diligentiam; arbitrium enim omne in Principem contulerunt.

Quoties lex id expresse, &c. significat] „ At vix exemplum ejusmodi legis dari poterit. Conferantur ea, quæ supra disseruimus *ad. l. 1. c. 4. §. 8. §. 12. 13.*

„ §. 14.

„ *At ex sola aptitudine, &c. non oritur verum dominium*] „ Ex eo enim, quod „ convenit, & quod virtutis est, plane „ nullum jus inter homines oritur, necdum „ dominium.

Quod jus minus proprie dicitur] „ Quia „ homines inter se inde non obligantur, „ sed saltem intuitu Dei. *Vid. Dissert. proam.*

„ II. §. 10.

Et ab assignatrice justitia spectatur] „ Quia „ juxta proportionem Geometricam ea, quæ „ nobis propria sunt, elargiuntur. *Vid. prol.*
 „ §. 10. *L. 1. c. 1. §. 8. ibique notata.*

Ac proinde restitutionis obligatio] „ Jus „ enim meum non est, nec dampnum mihi „ datum dici potest: ubi autem damnum „ non est, ibi non est injuria, nec ejus reparatio.

Quia non id alicui suum est, ad quod aptus est] „ Seu quod alicui convenit. *Vid. Prol. §. 9. §. 10. l. 1. c. 1. §. 10.*

Contra proprie dictam justitiam nihil committit] „ i. e. Contra justitiam, quæ homines inter se obligat: justitia enim, de qua hic agitur, obligat saltem intuitu Dei.

Possè suffragiis vel dare, vel detrabere cuique] „ Facultas enim disponendi de dignita-

„ tibus reipublicæ populo competit.

Ut populus faciat quod vult, non quod debeat] „ *Cic. orat. 1. p. m. 622.* Loquitur „ autem de populo, qui in comitiis plerumque dignitates confert indignis, adeoque qui potuit eas conferre, at qui debuit conferre dignis.

Voce debendi sancta in latiore significatu] „ Scilicet, inspecta sola aptitudine: quia „ debuisset bene meritis conferre.

A D §. III.

Ne confundantur quæ diversi sunt generis] „ Nam ea, quæ ex aptitudine debentur, aliquando jure proprio, & strictè sic dicto peti possunt, certo modo.

Ad eligendum eum, qui dignus sit] „ Verum hoc est de magistratu inferiore, vel tali, qui non jure proprio imperium tenet. Princeps autem, cui imperium plene delatum est, pro suo arbitrio dignitates confert; populus enim omne jus suum in eum transtulit. Hinc sacrilegium esse dicitur, de meritis ejus dubitare, quem Princeps dignum existimavit, *l. 2. C. Crim. Saccul. Dammum fecerit respublica, &c.*] „ Diximus, id verum non esse in Principe, cui jure proprio imperium est delatum.

Etsi jus proprium ad officium aliquod non habeat] „ Collatio enim dignitatum dependet ab arbitrio eligentium.

Verum jus petendi juxta alios] „ Singuli enim cives jus habent capeffendi dignitates reipublicæ suæ quatenus capaces sunt.

In quo jure si per vim, aut dolum impediatur, &c.] „ v. g. Si quis vinculis detineatur ne tempore electionis postulare dignitatem possit; vel si per calumniam concivium excluditur, vel si dolose mortuus asseritur.

Incerti illius damni estimationem exigere poterit] „ Cum incertum sit, num officium obtenturus fuisset, vix est ut hujus incerti damni estimationem exigere possit, nisi probet, vim, & dolum causam fuisse præteritionis.

Ne quid legaret testator, vi, vel dolo fuit impeditus] Immo nec hoc damnum est, quia qui legatum speravit, legatum nunquam habuit, adeoque nihil ei ademptum est; nisi constet, testatorem ei legaturum fuisse si mortuum non credidisset. At semper injuria est si quis vi, vel dolosis persuasionibus testato-

datorem impediverit ne legata relinquat: eodem modo uti injuria est, quod quis domino invito fundum ejus ingrediatur, etsi damnum non det.

Additio.

„ Si quis *vi* testatorem impedit, quo minus mihi aliquid relinquat, vel mentitus est me decessisse, hæc injuria est, quæ reparari debet præstando omne id, quod mea interest testatorem impeditum non fuisse. Jure Romano distinguitur, an hæres institutus prohibeat, an tertius: **PRIORI** casu hæres tenetur ad omne id, quod interest, l. 88. §. 4. leg. 2. *Laut. comp. pag. 509. pr. & portio hæredis fisco cedit, l. 1. pr. Si quis aliquem test. prohib.* **POSTERIORI** casu actione in factum tenetur is, qui prohibuit. §. *fin. Inst. ad L. Aquil.*

Nam capacitas legati jus quoddam est] Jus capacitatis legati in eo consistit, quod legatum accepturus fuisset, nisi testator dolo alterius impeditus fuisset.

Ut libertatem testatoris in eo impedire sit injuria] „ Modo satis probetur, facto hæredis, vel tertii, testatorem impeditum fuisse ne leget.

A D §. I V.

R E C T E Auctor ait, damnum quoque datum in fructibus refarciendum esse, adeo ut si facto alterius illicito fructus mihi absint, is hos quoque restituere teneatur. Sane, totum factum injuria est, quia non debuit id facere; quicquid ergo ex hac injuria damni alteri contingit, id reparandum erit: quo pertinent exempla Auctoris in §. 12. *seq.* Neque id verum saltem est de fructibus perceptis, quia hi etiam ex facto licito restitui debent; sed & de percipiendis, quia jure naturæ exactissima diligentia in re aliena adhiberi debet. Si igitur dominus adhibita exactissima diligentia fructus ex re illa percipere potuisset, illos omnino percipiens restituere tenetur.

JCti Romani duo hic mutarunt: 1º. quod possessor si in bona fide sit, percipiendos fructus nunquam restituit, sed tunc demum si in mala fide sit: l. 62. §. 1. R. V. l. 48. pr. A. R. D. 2º. quod si bonæ fidei possessor justam opinandi causam habuerit se dominum esse, nec perceptos restituit; quia

talem possessorem domini loco habuerunt, d. l. 48. A. R. D. §. 35. *Inst. R. D.*

Additio.

„ Nos rationibus naturæ demonstravimus in *Diss. proæm. XII. §. 267.* fructus ex re aliena perceptos acquiri percipienti, quia fructus separati desinunt esse pars arboris, cujus folius alter dominus est: idque verum est, licet percipiens sit in mala fide. Præter mutationes allegatas, id quoque jure codicis mutatum est, ut bonæ fidei possessor non lucretur fructus, si adhuc extant. l. 22. C. R. V.

„ At alia quæstio est, an percipiens teneatur ad æstimationem fructuum? Quod merito affirmamus, quia facto percipientis domino arboris aliquid deest, adeoque percipiens locupletior fieret cum alterius jactura. *Diss. proæm. XII. §. 277.*

Qui proprie rei fructus sunt] Sive naturales sint, sive civiles: i. e. sive ex re oriuntur, sive occasione rei, ut merces locationis, &c. d. l. 62. pr. *Rei vind.*

Sive illi percepti] „ Etsi enim perceptione dominus fiat ille, qui percipit, vere tamen plus suo habet.

Sive non] „ I. e. etiamsi existent: quod jure codicis mutatum est: l. 22. C. R. V.

Si tamen ipse eos percepturus fuerat] „ Immo sufficit, dominum jus percipiendi habuisse, etsi forte percepturus non fuisset; id enim alteri jus non dat in rem alienam. Dominus negligere jus percipiendi potuit, tertio autem, qui nullum jus in re aliena habet, id non licet.

Deductis impensis] „ Dominus æstimationem fructuum ab alio perceptorum petens pati tenetur, ut ab illa æstimatione deducantur meliorationes in rem, vel expensæ necessariæ ad fructus percipiendos factæ.

Ex regula, qua nos vetat locupletiores fieri] „ De qua regula, ejusque effectu circa fructus, late egimus supra L. 2. c. 10. §. 4. *seq.*

A D §. V.

S E D §. *Spes lucri ex nostro æstimabitur]* „ Spes enim lucri nihil aliud est, quam bonum speratum, quod ob incertitudinem eventus æstimatur minori pretio; & incertus ille eventus multum detrahit vero rej.

rei pretio , adeo ut quo major est incertitudo , eo minor quoque sit æstimatio. Hæc igitur æstimatio quantula sit , restitui debet : de quo plenius supra L. 2. c. 12. §. 5. & 23. egimus.
Sed secundum propinquitatem ad actum]
 I. e. ut eo minor sit æstimatio , quo major est incertitudo , & contra.
Ut in semente spes messis] Alia exempla vidimus d. c. 12. §. 5.

A D §. VI.

F A C T O illicito damnum dari , tunc dicitur , quando faciens causa est damni. Si proinde aliquis consilium dat , laudat propositum , & alter alias facturus non fuisset , omnino participat de delicto , quia causa est damni , adeoque tenetur ad ejus reparationem.

Notanter diximus , damnum oriri debere ex facto illicito ; si enim actio agentis non est injusta , sed is suo jure utitur , & casu saltem damnum inde oritur , tunc agens non potest dici causa damni dati ; cujus rei exempla refert Auctor infra §. 20.

Alii quoque faciendo] Si hoc facto suo causa sunt damni dati.

Non faciendo] De quo §. 8.

Qui jubet] Nam tunc tota actio , unde damnum oritur , est jubentis , adeoque is principaliter tenetur.

Qui consensum adhibet] Modo alter sine hoc consensu facturus non fuisset.

Qui adjuvat] Auxilio enim suo causa est damni dati.

Qui receptum praestat] Adeoque qui tenet , v. g. furtivas res ; nam hoc quoque factum causa est damni dati.

Aut qui alio modo in ipso crimine participat.] De quo late agit *Math. de Crim. proleg. c. 1. n. 7. Binsfeld. ad tit. 10. de injur. & damn. dat. quest. 1. 2. 3. seq.* Vid. *Disp. B. Par. de sociis delicti.*

A D §. VII.

Q U I consilium dat , laudat , assentatur] Verum hoc est si absque consilio , laude , & assentatione facturus non fuisset ; tunc enim laudans vera causa damni est : si autem æque facturus alter fuisset , pro causa damni haberi , indeque ad reparationem obligari nequit. Equidem male agit consilium &c.

dando , sed eo damnum alteri non dat ; neque huic jus aliquod inde aufertur : eodem modo uti is , qui rem alii aufert volenti , vitiose quidem agit , quia nescit dominum consentire , sed inde non tenetur ad reparationem damni , quod non fit violenti.

Inter suasorem facti, & probatorem] Duo hic notanda sunt : 1. quod neuter ad damni reparationem teneatur , si alter æque facturus fuisset , quia non sunt causa damni æque secuturi : 2. quod probator nunquam teneatur , si probat factum jam commissum , quia non potest dici causa esse damni ante probationem dati.

A D §. VIII.

N O N faciendo] Regula generalis est , quod omisso toties sit injusta , quoties quis tenetur aliquid agere ; id enim omittit ultra terminos facultatis a natura restrictæ. Vid. l. 31. §. 3. ff. de pet. hered.

Ex jure proprie dicto] Non ex aptitudine. Vid. §. 2.

Debeat vetare præcepto] Uti si custodes domus vident noctu intrare , vel egredi furem , nec impediunt ; tunc enim causa sunt damni. Secus si vicinus aliquis videat ingredi fures ; hæc enim vetare non tenetur , quia rei dominus in actione vicini nullum jus habet , nec custodiæ vicini res vicinorum sunt commissæ. Atque ita intelligendum est quod ait Seneca : *Qui non vetat , cum possit , peccat* , scilicet ubi vetare tenetur. Recte igitur infamia notantur parentes , qui liberos patiuntur bona sponsalia contrahere , quia impedire possunt , & tenentur , l. 13. §. ff. *His qui nati.* Hinc magistratus , qui non punit malos , causa est damni , quod inde oritur. Vid. *Agapethus ad Justin. 27. Cicero in Pisone n. 5. Corinthii apud Thucyd. 1. Arnod. adv. gent. 4. 28. & alia apud Testm. b.*

Aut opem ferre] Si illi , qui securitati publicæ tuendæ constituti sunt , vident hominem spoliari , nec auxilium ferunt , causa sunt damni.

Obfirmator] Deus allegato loco *Lev. 18. v. 5.* minatur se punitorum & eum , qui fornicator cum Moloch , & eum , qui consentit ut fornicaretur , i. e. qui non impedit cum potuisset , & debuisset.

A D

A D §. IX.

QUI aut non dissuadet cum debeat] Ergo regulariter non tenetur dissuadere, tum quia nemo jus in alterius actiones habet, tum quia nemo tenetur curam habere rerum alterius, quas in custodia sua non habet: secus igitur si dissuadere tenetur, ut iudex, custodes publici, parentes, &c.

Aut factum reticet, quod notum facere debebat] Ita is, qui scit aliquid in rem publicam machinari, id notum facere, vel eandem cum reo pœnam subire debet. L. 5. C. L. Jul. Maj.

Ad jus proprium, quod iustitia expletrix respicit] De quo late actum est L. I. c. I. §. 8.

Sive illud ex lege, sive ex qualitate exoritur] Nam Auctor jus, quatenus pro qualitate sumitur, distinguit a jure, quatenus pro lege sumitur. Lib. I. c. I. §. 4. junct. §. 9.

Nam si debeat ex charitatis norma, peccabit quidem omittendo, non tamen ad reparationem tenebitur] Ea enim est natura juris laxioris, ut necessitas quidem moralis inde oriatur, at tantum intuitu Dei; aliis enim hominibus jus proprium inde non nascitur. Diff. proœm. II. §. 10. seq.

Cujus origo est jus aliquod proprium] Sensus est, quod ad reparandi damni necessitatem requiratur, ut jus mihi proprium dematur; quale non est si ex sola aptitudine, seu virtute debetur. Vid. supra §. 2.

Ut ante] d. §. 2. Conf. Diff. proœm. I. §. 13.

A D §. X.

Si vere causa fuerint damni] Sunt autem causa si aliter facturus non fuisset is, cui consilium datum est, vel is, qui laudatur, & cui assentimur.

Momentum attulerint aut ad totum damnum] Uti si absque hoc consilio alter plane facturus non fuisset.

Aut ad partem] Si v. g. necem dissuasit, rapinam probavit, saltem de rapina tenetur.

Certus fuerit id ipsum dare] Adeoque Tom. III.

non possunt causa dici damni, quod alter æque daturus fuisset.

Non tenebuntur] Quia ubi damnum datum ab illis non est, nulla quoque est reparandi necessitas.

Ut si alii defuturi non fuissent] Vel enim non petitur ab illis aliis consilium, vel petitur, & illi quoque probant. Priori casu non tenentur, et si forte quæsitum probaturi fuissent. Sane, asseri nequit, eorum consilio damnum datum esse, quia consilium non dederunt, adeoque pro causa damni haberi non possunt. Posteriori casu illi alii æque, ut priores tenentur, quia omnes consilium dando, & probando, causam dederunt damno.

Nam & illi alii] Quia tunc causa damni dati fuissent.

A D §. XI.

QUI imperio, aut alio modo aliquem impulerunt ad factum] Nam illi sunt vera causa damni; patrator enim saltem est causa instrumentalis: actio autem non est agentis, sed instrumenti.

His deficientibus patrator facinoris] Nam absque jussu superioris maleficium ultro committit, & sic causa est damni dati.

Et post eum ceteri] Scilicet, qui hortati sunt, consilium dederunt, laudarunt, &c. positis scil. terminis habilibus.

In solidum singuli, qui ad actum causas dedere] Si scilicet plures simul facinoræ commiserunt, unus auferendo, alter scalam ponendo, tertius recipiendo, &c. singuli tenentur in solidum, quia unusquisque facto suo causam dedit damno. At unius præstatione omnes reliqui liberantur, quia damnum amplius non est; pœnam autem singuli pati debent.

Si totus actus ab ipsis, quanquam non solis, processit] Nam in solidum causam damno dedit unusquisque agentium.

A D §. XII.

SIMUL tenetur de his, que illum ex actus vi sunt consecuta] Qui mandat alii factum illicitum, tenetur etiam ad damnum, quod ex eo facto (non ex alia causa) sequitur; quia hujus quoque damni Auctor, & causa.

causa est, utpote cum secutum non fuisset nisi mandasset. Atque huc pertinent casus ex Seneca, & Strabone allegati.

In totum, quasi prudens dederis, tenendus est] „ Quia ejus vera causa es. *Conf. §. 13.*

Et Galatis, & Phrygiis] Adde & Cilicibus, *Strab. p. m. 517.* Nam Carmalæ exitu obstructo, ore deinde rupto aqua quædam Cilicum loca devastavit. Hic igitur pœnas quoque dedit eis, qui injuria affecti sunt.

A D §. XIII.

Homicida injustus tenetur solvere impensas] „ Sine facto enim illo illicito meo dico opus non habuisset, hoc ergo damnus hæredibus occisi refarcire tenetur.

Et iis, quos occisus alere ex officio solebat] Immo damnus hoc vere non est, quia alimenta morte parentis extinguuntur; parentes enim non nisi vivi alunt: cum ergo liberi jus in hunc casum nullum habeant, non potest dici, aliquid iis demtum fuisse. Sed & æstimari damnus id nequit, quia pater alias mori, vel impediri potuit. Nec spes æstimatur, ubi nihil deberi certum est. At jus Romanum, & usus, ex summa æquitate liberis aliquid concessere, ejusque definitionem arbitrio judicis reliquere. *Berl. p. 4. concl. 19. n. 20. Myns. Resp. 59. decad. 6. Pufend. l. 3. c. 1. §. 7. Conf. Exod. 21. 22. Ant. Matth. tit. de Sicar. c. 9. n. 11.*

Additio.

„ Si defunctus opera sua liberos aluit, certum est, occisorem in causa esse ne liberi defuncti ex illa opera alantur; hoc igitur damnus est injuria datum, quod reparari debet: equidem quantitas incerta est; hinc inter privatos ex arbitrio judicis res decidi debet. Sed & præterea injuria fit familiæ, dum caput, vel membrum ei aufertur: hæc injuria æstimari quoque potest.

Ratione habita ætatis occisi] „ Ut scilicet plus solvatur si vit juvenis, & robustus interficiatur, quam si decrepitis. *Tesm. b. Sicuti Hercules legitur*] At id ultro fecit, quod crimen eo facilius expiari putaverit.

Additio.

„ Immo consilio Apollinis Iphiti (non Iphicli) liberis pretium, quo se venundari passus est, dedit.

Michael Ephesus] „ Hic loquitur non de eo, quod juris naturæ, sed quod apud

„ Græcos receptum; idque vel inde a ppa ret, quia etiam cognati aliquid accipiunt, quibus tamen alimenta non debentur.

Sed in charitatem peccaverit] „ I. e. contra regulas perfectionis egit.

Ut qui fugere noluit] „ Cum tuto possit: Nam fugere nullo jure tenetur. *Vid. Supr. l. 1. c. 1. §. 10.*

Vita autem in libero homine æstimatio non fit] „ Nam vita jus erat soli defuncto proprium; huic autem æstimatio reddi non potest, quia omne jus ejus morte est extinctum: liberis autem, & agnatis nullum jus in illam vitam competiit, adeoque illis nihil hæcenus demtum est, quod æstimando reparari deberet.

Additio.

„ Nostram sententiam modo explicavimus. *ad rubr. b. §. secundam.*

Secus in servo, qui vendi potuit] „ Nam cum domino verum jus in servum, ejusque vitam competat, hoc demi domino non potest; & si demitur, omnis utilitas, quæ ex vita illa redundare potest, æstimatur.

A D §. XIV.

Qui mutilavit, similiter tenebitur ad impensas &c.] „ Nam ex hoc facto illicito, alteri aliquid abest, eique aliquid demitur, quod reparari debet.

Minus poterit lucrari] „ Nam hoc quoque demitur facto alterius illicito.

Sed sicut ibi vita] „ *Vid. §. præced.*

Ita & hic cicatricis in libero homine æstimatio non fit] Cicatrix enim, dolorque, non sunt pars damni; neque enim ideo minus in bonis habet is, qui mutilatus est: ubi ergo damnus non est, ibi nec æstimatio obtineri potest.

At quia injuria egit is, qui mutilavit, ultra fines facultatis suæ in corpus meum sæviendo, hæc injuria æstimari poterit; & cum ea per restitutionem reparari nequeat, per tantundem reparari debet: de quo jure *infra c. 20.* agetur. Idque etiam præceptis divinis convenit. *Lev. 24. v. 17. seq. Math. V. v. 38. Exod. 21. v. 23.*

De conjectione in carcerem] „ Per hanc injuriam itidem damnus non datur, adeoque ejus nulla est æstimatio; at quia jus alterius lædit is, qui infontem in carcerem conjicit, reparari hæc injuria debet

„ per

per tantundem : i. e. agens simile malum
 pati debet ; quod plerumque fit per pecu-
 niariam æstimationem.

mationem ; quæ autem semper est cum
 aliqua latitudine. Vid. Diss. B. Parent. de
 vero rerum pretio.

A D §. XV.

INDEMNEM præstare maritum ab alenda
 prole] ,, Nam maritus non tenetur alere nisi
 suos liberos , adeoque necessitas alendi
 liberos alienos ei obtrudi nequit.

Sed § legitimis liberis rependere] ,, Si sci-
 licet adulterinus filius patri putativo succes-
 sit , postea vero appareat , partum adul-
 terinum esse ; tunc omnino restitui debet
 quicquid ex facto hoc illicito penes filium
 est , adeoque portio hæreditatis cum fru-
 ctibus. Neque adulter , vel adultera sal-
 tem ad id obligantur , qui causa sunt ; &
 partum supposuere ; sed præcipue partus
 ipse , ex regula illa , quod nemo locupletior
 fieri debeat ex re aliena invito domino.

Vi , aut fraude] ,, Non ergo si violentem
 imminuit ; nam volenti nec damnum datur ,
 nec injuria fit.

Quanti minoris ipsi valet spes nuptiarum]
 Alius enim stupratam non est ducturus. Hoc
 ergo damnum est , quod æstimari potest ,
 & a superiore definiri debet.

Immo § ducere tenetur si ea promissione
 corporis usuram impetrauerit] ,, Hoc casu
 non tenetur ducere , sed jam duxit. Mu-
 tuus enim consensus de cohabitando nup-
 tias facit , & cum id verum sit etiam si con-
 cubitus non accesserit , multo magis id
 verum erit si usuram corporis impetrauerit
 promittens.

A D §. XVI.

FUR , & raptor tenentur rem subtra-
 ctam reddere] ,, Quia facto eorum illicito do-
 mino aliquid abest , & damnum datum
 est , quod reparari debet.

Cum suo incremento naturali] ,, Nam hoc
 incrementum alteri abest , uti partus an-
 cillæ furtivæ.

Es cum sequente damno] ,, Uti si ancilla
 interim viciata fuit.

Aut cessante lucro] ,, Si forte interim an-
 cillam vendere magno pretio dominus po-
 tuisset.

Es si res perit , æstimationem non sum-
 mam] ,, Immo veram debet præstare æsti-

Qui legitima veſtigalia fraudant] ,, Nam
 hi quoque fures sunt , jus principi quaſi-
 tum auferunt , adeoque damnum facto suo
 illicito datum reparare tenentur.

Qui judicio injuſto] ,, Ut judex , qui in-
 juria ſententiam dicit , eoque mihi dam-
 num dat : hoc igitur damnum facto ſuo il-
 licito datum reparare tenetur.

Accuſatione injuſta] ,, Si quis injuria me
 deſert judici , & criminis reum facere vult ,
 hic omnes expenſas , & quicquid inde
 damni mihi datur , reſtituere tenetur.

Teſtimonio injuſto] ,, Nam cauſa eſt , quod
 res mihi auferatur ; adeoque damnum fa-
 cto ſuo illicito infert.

A D §. XVII.

Qui contractui , aut promiſſioni cauſam
 dedit] ,, De quibus late actum eſt ſupra
 L. 2. c. 11. §. 7. & c. 13. §. 6. ſeq.

Dolo , vi , aut metu injuſto] ,, Alii di-
 ſtinguunt inter dolum , & metum ; ac il-
 lum , ſi cauſam dedit negotio , ipſo jure
 nullum reddere negotium ajunt , quia con-
 ſenſus deficit : ſecus , ac in vi , & metu.
 Nos utroque caſu negotium ex conſenſu
 ſubſiſtere , alibi diximus. Diſſ. proœm. XII.
 §. 384. 418. ſeq. Conf. l. 2. c. 11. §. 6. 7.

Tenetur eum , quicum actum eſt , in in-
 tegrum reſtituere] ,, I. e. tenetur eum libe-
 rare a promiſſo : adeo ut Auctor nec ex
 tali promiſſione jurata jus ei acquiri putet.

Vid. l. 2. c. 13. §. 14. Nos alibi demon-
 ſtravimus , vim , & metum non impedire
 conſenſum , adeoque verum jus prædoni
 acquiri ex tali diſpoſitione ; at eundem
 prædonem ſeparata actione de injuria illata
 teneri : d. §. 14. Conf. l. 2. cap. 11.
 §. 7. n. 2. & 3. cap. 19. §. 4. & infra
 cap. 23. §. 2.

Quia ille jus habet , tum ne deciperetur]
 Ideo injuriarum tenetur is , qui dolo alte-
 rum decipit ; at negotium ſubſiſtit.

Tum ne cogeretur] ,, Nemo enim jus in
 alterius actiones habet. Si quis igitur alte-
 rum cogit ut promittat , injuriam commit-
 tit , ad cujus reparationem tenetur , ſalvo
 cæterum negotio.

Illud ex natura contractus] ,, Immo ex na-
 tura contractus non decipitur , quia ita con-
 ſenſit.

B b 2 Hoc

Hoc ex naturali etiam libertate] „ Libertatem enim naturalem promittendi, vel non promittendi a natura habet, quæ si restringitur, injuria est, quæ reparari debet.
Facere noluerunt nisi pecunia accepta] „ Acceptum ergo restituere tenentur, quia factò hoc illicito aliquid abest ei, qui pecuniam dedit, non daturus si alter fecisset id, quod facere debebat.

A D §. XVIII.

A T qui causam dedit cur vim pati, aut cogi debeat] Ut si quis a superiore cogitur, qui jus cogendi habet, tunc non fit injuria ei, qui cogitur.

Nam involuntarium ex voluntario ortum habens] „ Sensus est, quod is, qui volens aliquid promittit, si postea recedere velit, jure ad id cogi possit, quia quod ab initio est voluntatis, postea incipit esse necessitatis. Rem ita explicat Lessius ab Auctore allegatus, in *L. 2. c. 17. dub. 6. n. 43.*
Moraliter loquendo is, qui juste cogitur, non censetur involuntarie consentire, quia voluntarie causam metus, & coactionis dedit; unde timor ille mali non censetur extrinsecus inferri, sed ab illonem nasci: ac proinde consensus inde secutus non censetur involuntarius, cum sit omnino voluntarius in sua causa.

A D §. XIX.

A T gentium consensu sicut introductum est, ut bella omnia &c.] Quod bella utrinque justa sint ratione modi procedendi, id non est ex jure aliquo Gentium voluntario, sed ex ipso jure naturæ: neutra enim partium judicem habet; utraque contendit se jure agere. Tandiu ergo utrinque justum est bellum, donec per ultimam victoriam lis decidatur; de quo latius egimus *supr. l. 2. c. 15. §. 13. n. 1. & infra agemus l. 2. c. 23. §. 13. Conf. l. 1. c. 2. §. 4.*
Quoad effectus externos] „ Quid Auctor per effectus externos intelligat, explicavimus & examinavimus supra in *Prol. §. 17.* Nos alibi demonstravimus, bellum nec quoad modum procedendi utrinque justum dari, sed suspendi debere judicium de justitia causæ inter duas summas pote-

„ states, quæ judicem non habent, qui de causa decidat, & quarum quisque suam causam justam esse asserit, donec Deus bellorum arbiter per ultimam victoriam sententiam quasi pronunciet. *Vid. diff. proem. IX. §. 65. 168. n. 4.*

Infra] „ *L. 3. c. 2. §. 1. c. 3. §. 1. c. 4. §. 2. 3. & 4. c. 5. §. 1. c. 6. §. 2. c. 7. §. 1. & 2. c. 10. §. 1. c. 13. §. 1.*

Hactenus pro justo habeatur, ne quod ita obtentum est, repeti possit] „ Talis enim

„ possessor ex sententia Auctoris apud omnes gentes in possessione tuendus est: *L. 3. c. 6. §. 3.* neque pro fure haberi potest. *L. 3. c. 4. §. 3.* At demonstravimus ibidem, id non ex ficto jure Gentium secundario, sed ex ipso jure naturæ sequi. *Conf. diff. proem. IX. §. 168.*

Atque hoc sensu admitti potest] „ Immo Cicero non loquitur de jure Gentium, nec de effectibus externis, sed de ipso jure naturæ.

Quicum multa jura habemus communia] „ Inter hæc jura Auctor quoque recenset, quod fides hosti sit servanda: *L. 2. c. 11. §. 7. n. 2.* item quod arma illicita contra eum non sint adhibenda, &c. De quo late agemus *L. 3. c. 4. §. 15. & seq.*

Ex gentium consensu scilicet] „ Immo ex ipso jure naturæ.

Et piratas, ac latrones] „ Nam his quoque fides data servanda est *Vid. l. 3. c. 19. §. 3. & 6.*

Nam hi si quid metu expresserunt, repeti potest] „ Immo repeti non potest quod piratæ, & latrones vi exigunt, *vid. l. 2. c. 11. §. 7.* quia partes ita disposuere. At ob violentiam, ac injuriam illatam agitur ad id, quod alterius interest vim factam non esse. *vid. §. 17. ad rubr. tertiam.*

Nisi jusjurandum accesserit] „ Immo ex tali juramento Deo quidem obligatur, non autem prædoni; adeoque prædo non consequitur jus agendi, sed jurans Deo tenetur de perjurio: quæ perpetuo confundit Auctor. Cæterum, quia promissio hæc jurata injuria extorta est, prædo tenetur ad reparationem. *Conf. l. 2. c. 11. §. 7. c. 13. §. 14.*

Quod illi non item] „ Adeoque quod hostes vi exigunt, repeti non potest; idque jure naturæ quoque verum esse, probavimus suo loco. Equidem Grotius jure naturæ licentiam exigendi aliquid ab hoste tantum restringit ad bellum justum, vel si

„ justum

„ iustum est, intra fines quantitatis debitæ.
 „ L. 3. c. 1. §. 2. c. 11. §. 2. c. 3. §. 5.
 „ l. 13. §. 1. c. 14. §. 1. c. 15. §. 1.
 „ c. 12. §. 1. Unde jure gentium demum
 „ impunitatem concedi, ait, ei, qui ex
 „ injusta causa bellum gerit, vel qui in ju-
 „ sto quoque bello plus exigit. L. 3. c. 4.
 „ §. 3. & c. 6. §. 2. Adeoque tutum eum
 „ esse, putat, solo consensu gentium, &
 „ quoad effectus externos. &c. At ibidem
 „ videbimus, tale jus gentium non existe-
 „ re, & possessorem rei hostilis tutum esse
 „ ipso naturæ jure, sive bellum iustum sit,
 „ sive injustum, donec lis per ultimam vi-
 „ ctoriam decidatur.

„ *Justam fuisse Carthaginiensibus belli Punici
 secundi causam*] Sententia Polybii vera non
 est. Nam in eo bello tantum quærebatur, an
 Romani justam habuerint causam Sardiniam
 insulam repetendi? Hac posita, non tene-
 bantur Romani expectare tempus, quo ho-
 stium vires invalescerent; quin contra offi-
 cium facit Princeps, qui præsentē occasione,
 qua jus reipublicæ facillime recuperari potest,
 non utitur, & morando eam in majus pericu-
 lum, damnū, difficultatemque conjicit,
 & plus sanguinis fundi oportet: & vana glo-
 ria est, vincere majori difficultate.

„ *Habet naturalis aequitatis aliquam spe-
 ciem*] „ Immo nullam.

„ *Sed a jure gentium abit*] „ Quasi jus
 „ gentium voluntarium id, quod jure natu-
 „ ræ illicitum est, licitum facere possit? Sed
 „ & dictum jam sæpius est, tale jus gentium
 „ non dari.

„ *Ut alibi*] „ Vide omnia loca supra §. 17.
 „ ad rubr. tertiam allegat.

A D §. X X.

„ *Ex neglectu tenentur reges, ac magistra-
 tus*] „ Ideo enim solvuntur vectigalia, ut
 „ iter securum reddat Princeps. Atque ideo
 „ maxime laudatur Cyrus apud Xenophonem,
 „ l. 1. p. 287. quod unicuique, sive
 „ Græco, sive Barbaro, secure liceret iter
 „ facere quo vellet, & quicquid secum ge-
 „ stare commodum esset; vid. supra l. 2.
 „ c. 21. §. 2. modo spoliatio facta fuerit in
 „ via regia, non in diverticulo. Cz. p. 2.
 „ *Crim. q. 91. n. 60. seq.*

„ *Dixi, eos in nihil amplius teneri*] Nam
 duo bene hic distinguenda sunt facta: alte-
 rum rectorum reipublicæ, qui suo jure com-

miserunt privatis ut prædam agerent, qui
Caapers vocantur; hoc factum iustum est,
 utpote cum in hostes prædam agere liceat:
 alterum privatorum potestatem sibi datam ex-
 cedentium, & sociorum res rapiuntium; hoc
 factum illicitum est: unde vel puniendi, vel
 dedendi sunt, vel si nullius imperio parent,
 a quolibet oppugnari, & puniri possunt.

„ *Punirentur*] „ Tamquam subditos delin-
 „ quentes.

„ *Aut dederentur*] „ Ut ipsi læsi puniant.
 „ *Vid. l. 3. c. 20. §. 41.*

„ *Præterea in bona raptorum jus reddi cura-
 rent*] „ Nam damnum datum reparari debet
 „ ex bonis, quia æs alienum bonis inhæret.

„ *Causam non fuisse*] „ Factum enim eo-
 „ rum licitum erat, quia jure belli prædas
 „ agere ex hoste per suos subditos possunt:
 „ quod vero exceßerint, hoc est factum
 „ privatorum, & illicitum.

„ *Nec quicquam de ea participasse*] „ Si
 „ enim decimam partem, uti plerumque ca-
 „ veri solet, accepisset respublica, appro-
 „ basset factum, & sic obligaretur ex sua
 „ approbatione. Sed & si nescit, prædam a
 „ sociis captam esse, tamen tenetur quate-
 „ nus locupletior facta est.

„ *Prohibuisse etiam legibus, ne amicis noceretur*
 „] „ Adeoque causa damni dati non sunt,
 „ cum prohibuerint.

„ *Cautionem ut exigerent*] Nam ratione
 damni futuri nemini natura actio datur. Cau-
 tionem omnes sunt inventum juris civilis.

„ *Cum possent etiam sine codicillis &c.*]
 „ Auctor supponit casum, ubi Princeps om-
 „ nibus subditis in genere potestatem dedit
 „ invadendi hostem, quo casu vi hujus ge-
 „ neralis concessionis subditi etiam sine co-
 „ dicillis prædam ex hoste agere possunt.

„ *Cum possent privati etiam sine permissu*]
 „ Hoc non admittimus. Privati jus inferen-
 „ di vim non habent, sed summus princeps,
 „ & cui is concessit. Privati igitur prædam
 „ ex hoste agere sine concessionem non pos-
 „ sunt. *Vid. l. 3. c. 18. §. 1.*

„ *Mali vero an futuri illi essent*] „ Adeo-
 „ que imputari non potest rectoribus, quod
 „ malorum hominum opera usi sint, quia
 „ credunt bonos.

„ *Neque vero vitari posse*] „ Adeoque nec
 „ mala electio delictum est, si meliores ha-
 „ beri non possunt.

„ *Si quid milites contra imperium amicis no-
 cuissent, reges teneri*] „ Eadem autem ratio est
 „ in republica. *Conf. l. 3. c. 20. §. 30. & 31.*

Anglia] „ *Camd. p. 2. Hist. Elisab. p. 245.*
 „ Gallicus apud Reginam legatus conquere-
 „ batur, Mongomerium Anglorum auxiliis
 „ contra foedus ad Rupellam navigationem
 „ suscepisse, & mercatores Anglos Rupel-
 „ lanis obsessis rem annonariam subministra-
 „ se. Cui illa se fidem foedere interpositam
 „ sancte servare, & servaturam, respon-
 „ dit; auxiliares illos piratas esse, & ex-
 „ torres, injussu suo solvisse, signa emen-
 „ tita praetulisse, atque ut in eos animadver-
 „ teretur, peroptavit.

Ut vero sine culpa sua ex ministrorum facto
 quisquam teneatur, non esse juris gentium]

Non enim possunt dici causa damni dati,
 cum culpa careant.

Sed juris civilis] „ Immo nec jure Roma-
 „ no ex ministrorum facto tenetur negotii
 „ dominus, nisi culpa ejus concurrat.

Nec generalis] „ I. e. ut non ex omni fa-
 „ cto ministrorum quisque teneatur: nos
 „ jam diximus, ex nullo teneri si culpa caret.

Sed adversus nautas, & alios quosdam
 §.] „ Respicit ad edictum praetoris, quo
 „ nautae, caupones, & stabularii tenentur
 „ ad restitutionem damni ab illis dati, quo-
 „ rum opera in caupona navi, & stabulo
 „ utuntur. *Tot. tit. Naut. Caup.* At nega-
 „ mus, hanc actionem esse ex jure civili;
 „ oritur illa ex vero naturae jure, quia nau-
 „ ta, & caupo profitentur securitatem, &
 „ in eum finem servos eligunt: si igitur ma-
 „ lorum hominum opera utuntur, revera
 „ causa sunt illius damni, indeque ob fa-
 „ ctum hoc, quod praecavere potuerunt fi-
 „ deles ministros eligendo, culpa non caret.

Ex rationibus peculiaribus introductum]
 „ Ratio consistit in mala electione, *l. f. pr.*
 „ *Naut. caup. §. c.* quae hic culpa non ca-
 „ ret, ubi recipiens profitetur securitatem.
 „ *Contra Pomeranos*] „ Qui damnum ab
 „ ejusmodi militibus ex codicillis praedam
 „ agentibus acceperunt.

A D §. XXI.

AUT pauperiem] „ I. e. si animal aliquid
 „ facit, quo alter pauperior fit.

Noxa deditur] „ *Vid. l. 2. c. 5. §. 32.*

Idem ex jure civili esse] Jure enim naturae
 „ tali facto non obligatur dominus: i. quia
 „ unusquisque tantum ex suo facto obligatur,
 „ non ex facto alterius, nedum ex facto ani-

malis. 2. Ipsae leges Romanae fatentur, pau-
 periem esse damnum sine injuria datum, ubi
 autem injuria non est, ibi non est reparandi
 necessitas. Sane, 3. ratio meri juris civilis
 est, quod magis imputari solet in pensatio-
 ne damni ei, qui talem servum, ac animal
 habet, quam ei, qui damnum passus est.

Additio.

Materiam hanc late explicavi in *Dissert.*
proem. XII. §. 585.

Qui in culpa non est] „ Natura enim fer-
 „ vos, & animalia habere licet.

Cujus navis sine ipsius culpa navi alterius
 damnum dedit] „ Si forte duae naves exor-
 „ ta tempestate collidunt.

Ut §. nostra] „ Ita enim judicatum in
 „ suprema curia Hollandiae, referunt *Neo-*
 „ *stad. Dec. 48. §. 49. Gronov. ad l. 29 ff.*
 „ *Leg. Aquil. Vid. Tesm. b.*

Dividi solet] „ Par enim utriusque cau-
 „ sa est.

A D §. XXII.

ETIAM adversus honorem, & famam
 datur] Proprie haec ad damnum non perti-
 nent, utpote quod a demendo dicitur; sed
 ad injurias, seu juris nostri laesionem, quae
 reparari debet etsi damnum datum non sit.
 Caeterum, hic factum aliquod illicitum est,
 quo jus nostrum non quidem ratione patrimo-
 nii, sed ratione societatis, in qua vivimus,
 laeditur. Quando igitur jura, per quae homi-
 nes digni redduntur ad honores petendos,
 nobis auferuntur, haec quoque injuria repa-
 randa est.

Additio.

„ Potest damnum proprio quoque sensu
 „ vocari, quia jus aliquod demitur. Ratio-
 „ nes juris naturae, cur injuria talis verum
 „ delictum sit, explicavi in *Diss. proem.*
 „ *XII. §. 525.*

Putat verberibus] „ Quoties aliquid fit,
 „ quo alter contemtor redditur: idque de-
 „ claratur omnibus modis, quibus alium
 „ ludere, vel contemnere solemus, ut risu,
 „ calumniis, gestus, mores, squalores al-
 „ terius imitando; de quo vide *tot. tit. ff.*
 „ *de injur.*

Nam illi poena respondet] „ I. e. vitiosi-
 „ tati, quia poena non est, nisi ubi vitium
 „ adest.

Hinc] „ Scilicet effectui, seu damno dato.
 „ *Culpa.*

Culpa confessione] „ Hinc deprecationi ad-
di solet formula : *dasz er ihm daran zu
viel, und unrecht gethan.*
Exhibitione honoris] „ Aliquando etiam in
genua se demittere his , qui injuriam fecit
tenetur.
Testimonio innocentia] „ Per declaratio-
nem honoris : *dasz er nichts als alles lie-
bes, und gutes von ihm wisse* ; quæ inesse
etiam solet deprecationi.

Quamquam & *pecunia*] „ Immo fama ,
& honestas , non possunt pecunia mensu-
rari naturaliter , quia non sunt res æstima-
bilis , nec patrimonii nostri pars : sed
id jure civili in pœnâ injuriæ statutum
est. Hinc Quintilianus , *decl.* 279. ait :
*Majoribus non est nefas visum accipere pe-
cuniam , sed etiam hac pœna animadverti
putarunt , sicut pleraque delicta puniun-
tur.*

C A P U T X V I I I .

De legationum jure.

- I. *Obligationes quasdam ex jure gentium nasci , ut jus legationum.*
II. *Inter quos locum habeat.*
III. *An semper admittenda legatio.*
IV. *Adversus legatos periculosa molientes defensionem licitam , non exactionem pœnæ.*
V. *Legationis jure non teneri eum , ad quem legatus missus non est.*
VI. *Hostem , ad quem missus est legatus , teneri :*
VII. *Nec opponi posse jus talionis.*
VIII. *Jus hoc & ad comites legatorum porrigi : si legati voluerint.*
IX. *Et ad bona mobilia.*
X. *Exempla obligationis , sine cogendi jure.*
XI. *Quanti sit hoc jus legationis.*

I + **H**Actenus ea memoravimus , quæ ex jure naturæ debentur nobis ,
+ paucis duntaxat additis de gentium jure voluntario , quatenus ab
eo aliquid erat juri naturæ superadditum. Restat veniamus ad obligationes ,
+ quas ipsum per se jus illud gentium , quod voluntarium dicimus , induxit ;
+ quo in genere (aa) præcipuum est caput de jure legationum. Passim enim
legimus , + sacra legationum , a sanctimoniam legatorum , + jus gentium illis
debitum ,

¶ (aa) Jus Legationum in se spectatum verè
oritur à Jure Naturali , ut ostendit PUFEN-
DORFIUS , *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II.
Cap. 3. §. 23. Quæ autem privilegia moribus gen-
tium tantum originem debent , illa nemo tene-
tur Legatis concedere , nisi velit , & pacto vel
expresso , vel tacito , ad illa concedenda sese ob-
strinxerit. J. B.

G R O T I I .

a *Sanctimoniam legatorum*] Pomponius l. si quis
ult. D. de legationibus : Si quis legatum hostium
pulsasset , contra jus gentium id commissum esse ex-
stimatur , quia sancti habentur legati : & ideo si
cum legati apud nos essent genti alicujus , bellum
cum eis indictum sit , liberos eos manere. Id enim

juri gentium conveniens esse. Itaque eum , qui le-
gatum pulsasset , Quintus Mucius dedi hostibus ,
quorum erant legati , solitus est respondere. Lege
Julia de vi publica tenetur , quod ad legatos ora-
tores , comitesve attinebit , si quis eorum quem
pulsasse , sive injuriam fecisse arguetur , Ulpiano
respondente in l. lege Julia 7. D. ad legem Ju-
liam de vi publica. Josephus antiquæ historiæ li-
bro XV. (Cap. 8.) multum prædicat legatorum
sanctimoniam , quibus , ait , commune cum an-
gelis Dei nuntiis nomen. Varro lib. III. de Lin-
gua Latina : Sancta sunt corpora legatorum. Ci-
cero Verrina III. Legatorum jus divino , humanum-
que vallatum præsidio , cujus tam sanctum , & ve-
nerabile nomen esse debet , ut non modo inter socio-
rum jura , sed & hostium tela incolume versetur.
Scriptor vitæ Epaminondæ : (Immo Pelopidæ.
CORN.

debitum, jus divinum, humanumque: sanctum inter gentes jus legationum; federa sancta gentibus, fedus humanum: sancta corpora legatorum: Papinio, (Thebaid. II. 486.)

Sanctum populis per secula nomen.

a Cap. 16. Cicero de haruspicum * responsis: Sic enim sentio, jus legatorum cum hominum presidio munitum, tum etiam divino jure esse vallatum. + Itaque hoc violare non injustum tantum esse, b + sed & impium omnium confessione, ait Philippus in epistola b ad Athenienses.

b Apud Demosth. p. 62. A

c Lib. I. c. 32. d Lib. VI. c. 17. e Philipp. v. 10.

II. I. Sed primum sciendum est, + quaecumque est hoc jus gentium, de quo videbimus, ad eos legatos pertinere, + quos mittunt qui summi imperii sunt compotes inter se; nam qui extra hos legati sunt + provinciales, + municipales, atque alii, non jure gentium, quod inter gentes est diversas, + sed + jure civili reguntur. Legatus apud Livium c publicum se nuntium populi Romani vocat. Apud eundem Livium d alibi senatus Romanus + jus legationis + externo, non civi comparatum, ait: & Cicero e ut ostendat non esse legatos mittendos ad Antonium: Non enim, inquit, cum Annibale res est, hoste

CORN. NEPOS, c. 5. n. 1.) Cum legationis jure se tectum arbitretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuescit. Diodorus Siculus in excerptis Peirescianis, pag. 349. τὴν ἀδείαν vocat τῆς τῶν πρεσβυτῶν ἀουλιᾶς securitatem a legatorum sanctimoniam. Apud Papinium lib. II. (Theb. vers. 373.)

subique regressum Legato.

Chrysothomus: αὐτὸ δὲ τὸν κοινὸν νόμον ἠδεύθησαν, ὅτι ἡ πρεσβυτῶν ἀδειᾶς παρὰ τὴν κακίαν ne commune quidem fas hominum veneriti sunt, quod tutos praestat legatos ubi omni malo. Servius ad XI. Aeneidos: (vers. 101.) ab omni injuria tectis jure gentium. Ne omnia loca enotem, adde Livium lib. I. de Laurentibus, (cap. 14.) Dionem Chrysothomum de lege, & consuetudine, Vellejum Paterculum infrio lib. II. Menandrum Protectorem, (Exc. Legat. 19.) Epistolam Felicis ad Zenonem in appendice codicis Theodosiani data a Sirmondio. Totilas apud Procopium Gotthi corum III. πᾶσι μὲν, ὡς ἐπὶ πλείστον εἰπεῖν, νόμῳ βαρβάρους, τὸ χρηματὶ τῶν πρεσβυτῶν εἶδεν omnibus, ut generalium loquitur, barbaris nos legatos venerari, (Cap. 26.) Idem de barbaris dixit Scafnaburgensis. Aimonius regi Clodovæo hæc dicta tribuit: Ad extremum pro divinis simul, humanisque legibus, quæ injuriarum immunes faciunt, debere esse eos, qui mediatores hostilium efficiuntur armorum. Inter arma namque sola legatio pacis sequestra est. Exiit hostem, qui legatione fungitur. Vide & Radevicum in appendice. De Polonis vide Cromerum libro XX. de Turcis Leuclavium libro VIII. & libro XVII. de Mauris Marianam libro XII. c. 14. b Apud Varronem non extant verba, quæ tamquam ex illo auferit Auctor, circa initium Nota

istius. Errorẽm hausit è nota Dionys. Gothofredus L. 17. D. De Legation. ubi hic pro verbis Varronis laudat, quod Cajacius dicit Observ. XII. 5. post indicatum Varronis fragmentum è Lib. III. De Vita populi Rom. quod servavit NONIUS MARCELLUS, p. 529. Edit. Mercer. Apud Vellejum Paterculum etiam, Lib. II. Cap. 2. initio, nihil est quod huc faciat; & Auctor ipse locum illum, juxta verum sensum, supra adduxit, Cap. XV. §. 16. num. 2. in fine. Locus Ciceronis non est ex Verrin. III. sed è Lib. I. in Verr. cap. 33. & prima etiam ejus verba petita sunt ex Orat. De Harusp. Respons. Cap. 16. J. B.]

b Sed [et impium] Ἐργὸν ἀσεβὲς, ait Plutarchus in vita Æmilii, narrans Gentii factum, (p. 261.) Josephum libro XV. historix antiquæ: τὸ τοῦ ὀνόμα ἢ πολεμίας πολεμίοις διακρίσσειν δυνατοῦ. ποῖον ἂν μείζον ἂν γένοιτο ἀσεβήματα ἢ πρεσβυτῶν ἀπεικονίαι, τὴς ὑπὲρ τῶ δικαίαις διαλεγόμενης; Hoc nomen [et hostes hostibus vales reconciliare]; quid ergo fieri magis impium potest, quam legatos occidere pro aequitate loquentes? (Cap. V. §. 3. p. 753. Edit. Hudson.)

GRONOVII.

- 1 Provinciales] A diocæsi bus, satrapis, nominis, ut in Ægypto dicebantur.
2 Municipales] Ab oppidis.
3 Jure civili reguntur] Pro privatis habentur.
4 Jus legationis externo] Securitatem inter inimicitias publicas praestari legato alienigenæ, nec nostræ ditionis: non ejus populi, qui nostro imperio est obnoxius.

G 24

hoste reipublica, sed cum cive. + Qui autem externi habendi sint, ita clare exposuit f Virgilius, ut nemo jurisconsultorum possit clarius :

f *Æn.*
VII, 369.

Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris
+ Dissidet, externam reor.

2. c + Qui ergo impari junguntur federe, cum sui juris esse non desinant, jus habebunt legationis : + immo & hi, 6 qui ex parte subditi sunt, ex parte non sunt, pro ea parte, qua non sunt subditi. + At reges, qui bello solenni victi, 7 regnoque exuti sunt, + cum aliis regni bonis & jus legandi perdididerunt. + Ideo 8 Persei a se victi caduceatores retinuit P. Æmilius.

3. + In bellis vero civilibus necessitas interdum locum huic juri facit, extra regulam, d puta cum ita divisus est populus in partes quasi æquales, + ut dubium sit, ab utra parte stet jus imperii; aut cum jure admodum controverfo + de regni successione duo decertant. Nam hoc eventu + gens una pro tempore quasi duæ gentes habetur. Ita e 9 + Flavianos accusat s Tacitus, quod sacrum etiam inter exteras gentes legatorum jus in Vitellianis civili rabie temerassent. + Piratæ, & latrones, qui civitatem non faciunt, jure gentium niti non possunt. Tiberius cum ad eum Tacfarinas legatos misisset, indoluit, quod desertor, & prædo 10 + hostium more ageret : quæ verba sunt b Taciti. Sed interdum tales qui sunt, jus legationis + nanciscuntur fide data, ut olim i + fugitivi in saltu Pyrenæo.

g *Hist. III.*
c. 80.

b *An. III.*
c. 73.
i *Cæs. L.*
III. de bello civ.
c. 12.

III. I. Duo autem sunt de legatis, + quæ ad jus gentium referri, passim videmus, + prius f ut admittantur, deinde ne violentur. De priore locus est Livii,

G R O T I U S

e Qui ergo impari junguntur federe] Cromerus XXX.

d Puta, cum ita divisus est populus] Vide de legatis civitatis Toleti ad regem Johannem, *Marianam* libro XXII, 8. de Flandris *Crantzium* Saxonicis XII, 33.

e Flavianos accusat Tacitus] Et Magnentium *Zosimus* libro II. *Μαγνέντιος* δὲ καὶ ἑαυτὸν ἐξέρεψε γνώμην, πότερον χρὴ Φίλιππον ἀπρακτὸν ἀποπέμψαι, ἢ κερτίζειν παρ' ἑαυτῶ τὸν ἐν τοῖς πρίοβτοι πατρὶσι δεσμῶν. Magnentium apud animum suum volebat, deberetne Philippum irritum dimittere, an apud se retinere calcato jure legationum. Is Philippus à Constantio venerat. (*Cap. 47. Ed. Cellar.*)

f Ut admittantur] *Donatus* ad prologum *He-cyrtæ*: Oratorem audire oportere, jus gentium est. (*Ad vers. 1.*)

G R O N O V I I.

5 Dissidet] Separata est a nostro regno, vel territorio.

6 Qui ex parte] Ut qui de alieno regno fenda possident.

7 Regnoque exuti] Videtur hoc nimis crudum,

Tom. III,

neque admittendum, nisi tantum temporis intervalum intercesserit, ut illi regnum pro derelicto habere possint credi.

8 Persei a se victi caduceatores] *Liv.* 44, 45. & 46. Sed retinuisse, putes, caduceatores Persei, non quod regno exutum jus habere mittendi non putaret, sed quod ingenti fiducia exuendi hominem regno, pacem ei dare nollet, & quod sine accepta mittendi venia occurrerant. *Livius* 32, 11. *Idem* lib. 6. 37, 45. Ideo nihil illis mali, sed per eos responsum Perseo non dedit. [Video tamen, quum postea tres Legati à Perseo ad Paulum Æmilium mitterentur cum literis, in quibus Rex Perseus Consuli Paulo salutem dicebat, sine responso, ac sine literis eam legationem dimissam esse: unde sensit Perseus, cujus nominis obliviscendum victo esset: itaque ulteras literas cum privati titulo misit. *Liv.* XLV, 4. Unde colligitur, neque tales legatos à Paulo tamquam sanctos, & inviolabiles haberi debuisse. *J. B.*]

9 Flavianos accusat] Ut & L. Opimium *Vellejus*, quod Fulvii Flacci filium, quem pater legatum de conditionibus miserat, interfecerit. lib. 2, 7.

10 Hostium more ageret] Usurparet jus, quod solis concessum est, qui pares potestate, atque imperio, bello contendunt.

C G

G R O

LIB. XXI. Livii, * ubi Hanno senator Carthaginienſis in Annibalem ſic invehitur : *Legatos ab ſociis, & pro ſociis venientes bonus Imperator veſter in caſtra non admittit : + jus gentium ſuſtulit.* Quod tamen non ita crude intelligendum eſt : & + non enim omnes admitti præcipit gentium jus : + ſed vetat ſine cauſa rejici. Cauſa eſſe poteſt ex eo, qui mittit, ex eo, qui mittitur, ex eo, ob quod mittitur.

1 Thuc. l. II. c. 12. m Zonar. Tom. 2. (Lib. IX. Cap. 13. Ed. Reg.) In Liv. l. XLII. c. 29. Procop. I. III. c. 37. & L. II. c. 19. p Libro IV. c. 21. q Diog. Laert. II. 102. r II Re- rum XVIIII. 36. s Livius l. XXXVII. c. 49. t Lib. XXXII. c. 36. u Salluſt. Bell. Jug. v. 30.

2. Meleſippus Lacedæmoniorum legatus, ^l auctore Pericle, dimiſſus eſt extra fines agri Attici, + quod ab hoſte armato veniret. Sic ^h ſenatus Romanus ^m negavit ſe Carthaginienſium legationem admittere poſſe, quorum exercitus eſſet in Italia. + Perſei adverſus Romanos bellum molientis ⁿ legatos non admiferunt Achæi. Sic Totilæ sæpe perfidi legationem rejecit Juſtinianus, ^o & Gothi, qui Urbini erant, Belifarii oratores. Cynethenſium quoque, ut gentis ſcleratae, legatos undique pulſos narrat ^p + Polybius. Secundi exemplum eſt in Theodoro, + qui *Ἰσοκράτης* vocabatur, + quem a Ptolemæo ad ſe miſſum + audire Lyſimachus noluit : + idemque aliis evenit peculiaris odii cauſa. + Tertium, quod diximus, locum habet, ⁱ ubi cauſa mittendi aut ſuſpecta eſt, ut Rhabſacis ^r Aſſyrii legatio ad populum concitandum + merito ſuſpecta erat Ezechiae, + aut non ex dignitate, + aut temporibus conveniens. Sic Ætolis denuntiarunt Romani, ^s nè quam legationem mitterent, niſi permiſſu Imperatoris : + Perſeo, ne Romam mitteret, + ſed ad Licinium : + & Jugurthæ ^u legatis edictum, ^k + intra decem dies Italia excederent, ni regnum, & regem deditum veniſſent. Optimo autem jure rejici poſſunt, quæ nunc in uſu ſunt + legationes aſſiduæ, quibus quam non ſit opus, + docet mos antiquus, cui illæ ignoratæ.

+ **IV. 1.** ⁱ De non violandis legatis difficilior eſt quæſtio, & varie a claris hujus sæculi ingeniis tractata. Videndum autem habemus + de legatorum perſonis, + deinde de comitibus eorum, ac bonis. De perſonis alii ita ſentiant, jure gentium + vim duntaxat injuſtam a legatorum corporibus arceri : + cenſent enim ¹¹ privilegia ex jure communi interpretanda. Alii non omnibus de cauſis putant legato vim inferri poſſe, + ſed ita demum ſi jus gentium ab eo læſum ſit, quod ſatis late patet : + nam in jure gentium jus naturæ

G R O T I I.

^g Non omnes admitti, præcipit gentium jus] Vi- de Camdenum in anno MDLXXI. quæſtionum ubi propolitarum quarta.

^h Senatus Romanus negavit, ſe Carthaginienſium legationem admittere poſſe, quorum exercitus eſſet in Italia] De hoc Romanorum more vide Ser- vium ad VII. Æneidos, (verſ. 168.)

ⁱ Ubi cauſa mittendi aut ſuſpecta eſt] Sic An- dreas Burgus Caſaris legatus in Hiſpaniam non admiffus : Mariana libro XXIX. (Cap. 15.) Si- mile apud Cramerum libro XX.

^k Intra decem dies Italia excederent] Carolus Quintus Imperator legatos Galliz, Venetorum, & Florentinorum ad bellum ſibi indicendum miſ- ſos deſuſi juſſit in locum, qui a comitatu ſuo

abefſet triginta milliaria. Guicciardinus libro XVIII. (pag. 472. Ed. Genev. 1645.) Bellajus libro III. (fol. 103. Edit. Pariſ. 1573.)

^l De non violandis legatis] Menander Proteſtor de Juſtino II. Imperatore : *ὁ δὲ παρὰ τὸν καινὸν τῶν πρεβεστικῶν δεσμῶν, εἰχεν ἐν δεσμοῖς.* Ille Avarorum legatos contra jus legationum in vinculis habuit. Vide Ern. Cothmannum reſponſo XXXII. num. 29. & ſequentibus, volumine V. (Non Ju- ſtinus II. Legatos Avarum, ſed Bajamus, horum Rex, Juſtinus legatos in vincula conjecit : Ex- cerpt. Legat. Cap. 9. J. B.)

G R O N O V I I.

¹¹ Privilegia ex jure communi] Eatenus ad- mittenda, quatenus recepto juri non derogant.

naturæ includitur, + ita ut ex omnibus delictis puniri jam legatus possit, + nisi quæ ¹² ex mero jure civili oriuntur. + Restringunt hoc alii ad ea, + quæ contra statum reipublicæ, aut dignitatem ejus, ad quem legatus mittitur, fiunt: + quod ipsum sunt qui periculosum putant, + & querelas exponendas ei, qui misit, ejusque arbitrio permittendum legatum. Sunt & qui putant, + consulendos ¹³ reges, aut gentes, quarum nihil interest: + quod ¹⁴ prudentiæ esse potest, juris non potest.

2. Rationes, quas pro se quisque afferunt, nihil definite concludunt: + quia jus hoc non ut jus naturale ¹⁵ ex certis rationibus certo oritur, sed ex voluntate gentium modum accipit. + Potuerunt autem gentes aut omnino cavere legatis, aut cum certis exceptionibus; + nam & hinc utilitas stat poenæ in gravia delinquentes, + & inde utilitas legationum, quarum mittendarum facilitas securitate quanta potest esse maxima optime promovetur. + Spectandum ergo quousque gentes consenserint: + quod ex solis exemplis evinci non potest. + Exstant enim satis multa in partem utramque. + Recurrendum igitur tum ad sapientum judicia, + tum ad conjecturas.

3. + *Judicia duo habeo maxime illustria, Livii alterum, alterum Sallustii. Livii hoc est de legatis Tarquinii, qui prodicionem concitaverant Romæ: x* *Quamquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, ¹⁶ jus tamen gentium valuit.* Videmus hic, (bb) etiam ad eos, qui hostilia patrant, ¹⁷ + jus gentium extendi. Sallustii dictum ad cōmites legationis, de quibus mox dicemus, non ad legatos ipsos pertinet: + sed recte a majori, id est, minus credibili, ad minus, id est, magis credibile, procedet argumentatio. Is ita ait: ^z + *Fit rem magis ¹⁸ ex æquo, bonoque, quam ex jure gentium, (cc)* *Bomilcar comes ejus, qui Romam fide publica venerat.* Bonum, & æquum, id est, merum naturæ jus patitur + poenas exigi, ubi reperitur qui deliquit: + at jus gentium legatos, + & qui his similes fide publica veniunt, excipit. Quare ut rei fiant legati, + contra jus est gentium, + quo vetari multa solent, quæ jus naturæ permittit.

4. + Conjectura quoque hinc stat, + Verius enim est, privilegia ita intelligenda

G R O N O V I I.

¹² *Ex mero jure civili*] Edicto aliquo, aut constitutione reipublicæ ad solius illius statum pertinente.

¹³ *Reges, aut gentes*] In delictis legatorum sumendos esse arbitros, & sequestros, qui extra causam sint.

¹⁴ *Prudentiæ, non juris*] Quod si quis fecerit, prudenter egisse judicabitur; nemini tamen id facere, si recte facere velit, necessum est.

¹⁵ *Ex certis rationibus*] Non ex morali turpitudine, vel necessitate.

¹⁶ *Jus tamen gentium valuit*] Maluerunt tamen eis parcere ob commune jus legatorum, quam afficere supplicio, quod eo jure indignos ipsi se reddidissent.

¹⁷ *Jus gentium extendi ad eos*] Hos quoque jure gentium inviolabiles esse.

¹⁸ *Ex æquo, bonoque, quam*] Bono magis exemplo, quam concessio jure. *Tacit. 1, annual. 38.*

(bb) Immo ex isto loco contrarium inferri potest, ut ostendimus in Notis nostris Gallicis, ubi & quæ ad jus istud Legationis pertinent, accuratius exponuntur, ex principis, non fictis illius Gentium Juris voluntarii, sed ipsius Juris Naturalis. Ceterum, longè fufius totum argumentum, etiam in eo, quod ad merum usum Gentium refertur, à nobis postea excussum est in Notis Gallicis ad Versionem Libri Ampl. ВУН-КЕРШОЕКСИИ *De Foro Legatorum*, cujus secunda Editio prodit Anno 1730. J. B.

(cc) Locus iste malè quoque huc trahitur, ut patet vel ex Interpretibus, qui verum ejus sensum dudum exposuerunt. J. B.

telligenda, ut ¹⁹ aliquid tribuant ultra jus commune. + Quod si legati ab injusta tantum vi tuti essent, nihil in eo magni esset, (dd) nihil præcipui. Adde + quod ²⁰ securitas legatorum utilitati, quæ ex pœna est, præponderat. + Nam pœna haberi potest per eum, qui legatum misit + volentem: & si nolit, ab ipso exigi bello, + tanquam criminis approbator. Objiciunt aliqui, + satius unum plecti, quam bello multos involvi: atqui si is, qui legatum misit, factum ejus probet, + legati pœna bello nos non eximet. + Parte vero altera valde in lubrico locatur salus legatorum, si actuum suorum rationem ²¹ alii reddere debeant, quam a quo mittantur. Nam cum plerumque diversa, sæpe & adversa sint consilia eorum, qui mittunt legatos, & qui accipiunt, + vix est ut non semper aliquid in legatum dici possit, quod criminis accipiat speciem. + Et quanquam quædam sunt ita manifesta, ut dubitationem non habeant, + sufficit tamen ²² ad æquitatem, & utilitatem legis universalis, periculum universale.

§. Quare omnino ita censeo, + placuisse gentibus ut communis mos, qui quemvis in alieno territorio existentem ejus loci ²³ territorio subjicit, exceptionem pateretur in legatis, + ut qui sicut fictione quadam habentur ²⁴ pro personis mittentium + (*senatus faciem secum attulerat, auctoritatem reipublicæ*, ait de legato quodam M. ^a Tullius) + ita etiam fictione simili ²⁵ constituerentur quasi extra territorium; + unde & civili jure populi, -apud quem vivunt, non tenentur. Quare si tale sit delictum, quod contemni posse videatur, + aut dissimulandum erit, ^m + aut e finibus jubendus excedere legatus, quod + Polybius ei factum narrat, qui Romæ obsidibus fugiendi causam præbuerat. Unde obiter datur intelligi, quod alio tempore legatus Tarentinorum, ²⁶ qui idem deliquerat, virgis cæsus est, id eo evenisse, + quod Tarentini victi sub Romanis esse cœpissent. Si crimen sit atrocius, &

G R O T I I.

^m *Aut e finibus jubendus excedere legatus*] Fecit id Stephanus Poloniæ rex Moscis. *Thuanus* libro LXXIII, in anno MDLXXXI. Elifabetha Scoto, & Hispano. Utrumque habes apud *Camdenum* in an. MDLXXI, & MDLXXXIV. [Quod Auctor hęc in contextu, quasi ex *Polybio*, refert, nullibi apud hunc Auctorem reperio. Et videtur omnino deceptus ab *Alberico Gentil.* De Legat. 11. 21. qui ait: *ut in Selectis habet Polybius.* Ibi autem certe nihil tale. *J. B.*]

ⁿ *Quod Tarentini victi sub Romanis esse cœpissent*] Sic *Carolus V.* legato ducis Mediolanensis, ut subiliti sui, imperavit, ne a comitatu suo abscederet. *Guicciardinus* (libro XVIII. pag. 472.) indicato jam loco.

G R O N O V I I.

¹⁹ *Aliquid extra jus*] Amplius, quam omnibus concessum est trataticio jure.

²⁰ *Securitas legatorum*] Omnium sive recte agentium, sive peccantium, res est magis ad exemplum pertinens, quam pœna peccantium.

²¹ *Alii reddere*] *Tacit.* 1. annal. 6. *Eam esse conditionem imperandi, ut non aliter ratio consistat, quam si uni reddatur.*

²² *Ad æquitatem*, &] *Æquum*, & utile est, ut hæc singularia non attendantur, quia si non omnibus liberaverimus legatum, ex illis singularibus per interpretationem poterit teneri de omnibus.

²³ *Territorio subjicit*] 2. §. 1. & 32.

²⁴ *Pro personis mittentium*] Repræsentant minorum dignitates, & prout illi ampliores sunt, majoribus honoribus adficiuntur.

²⁵ *Constituerentur quasi extra territorium*] Haberentur, & considerarentur, quasi non habitarent nobiscum, neque in finibus territorii nostri essent. *Plinius* 5, 25. *Palmyra urbs nobilis situ, velut terris exserta a rerum natura, privata sortis inter duo imperia summa, Romanorum, Partorumque, & prima in discordia semper utrimque cura.*

²⁶ *Qui idem deliquerat*] Obsidibus fugæ occasionem dederat. *Livius* 25, 7.

(dd) Abundè sufficit, si non ob quævis delicta jus suo excidat Legatus. *J. B.*

G R O.

& ad publicum malum spectans, ^o + remittendus erit legatus ad eum, qui misit, cum postulato ut eum puniat, aut dedat; quomodo Gallos postulasse, legimus, ^b ut sibi dederentur Fabii.

6. Sed quod supra diximus aliquoties, ²⁷ + humana jura omnia ita esse comparata, ut non obligent in summa necessitate, id ⁺ de hoc quoque præcepto sanctimoniam legatorum obtinebit. Verum, ⁺ is ²⁸ apex necessitatis non est ²⁹ in sumptione poenae, ⁺ quam & aliis in casibus tolli jure gentium, infra apparebit, cum de solennis belli effectibus agemus: ⁺ multo minus in loco, tempore, ac modo sumendae poenae, ⁺ sed in præcautione gravis mali, præsertim publici. Quare ut obviam eatur imminenti periculo, ⁺ si alia nulla est ratio idonea, & retineri, & ³⁰ interrogari legati poterunt. Ita consules Romani Tarquinii ^p + legatos deprehenderunt, ^q ³¹ + literarum in primis habita cura, ut Livius loquitur, ne interciderent.

7. ⁺ Quod si vim armatam intentet legatus, sane occidi poterit, ⁺ non per modum poenae, sed per modum ⁺ naturalis defensionis. ⁺ Sic Fabios, quos ³² violatores juris humani ^c Livius vocat, Galli occidere potuerunt. Itaque apud Euripidem Heraclidis Demophon facialem ab Eurystheo missum, ^c Lib. v. c. 36. & vi supplices abripere conantem vi prohibuit, & cum ille diceret, (ee)

Tum' facialem cadere huc missum audeas ?

Respondet, ⁺ *Ni facialis dexteram a vi temperet.*

Huic faciali nomen fuisse ^r Copreo, ³ & quia vi ageret, a populo Atheniensi inter-

G R O T I I.

^o Remittendus erit legatus ad eum, qui misit] Dion in excerptis legationum: οτι νεανιοι τινες καρχηδονιων προβεις εις την Ρωμην ελθοντες, υβρισσαντες, επιμειδισαν μεν εις την καρχηδονα, η εβδιδισαν σφισιν, αχ' επαδον δε υπ' αυτων δεινον υδεν, αλλ' αφεθισσαν. Cum juvenes quidam legati a Carthagine Romam venissent, ibique contumeliose quaedam fecissent, missi sunt Carthaginem, traditique Carthaginensibus; ab his vero nihil illis nocitum est, sed dimissi sunt incolantes. [Exc. Fulv. Urfinum. 18. ubi ex incogitantia Auctor noster postrema verba male vertit, pro: Traditique illis, scilicet, Romanis, non Carthaginensibus, a quibus contra Legati dedidi sunt. J. B.]

^p Legatos deprehenderunt] Pelopidas in vincula conjectus ab Alexandro Pherao, quod, legatus cum esset, Thessalos ad libertatem concitaret. Plutarchus, (pag. 292.) & Latinus scriptor vitæ Pelopidæ. (Corn. Nep. c. 5.)

^q Literarum imprimis habita cura] Vide Serranum in Henrico IV. [Aut potius Auctorem Supplementi Monliardum, pag. 844. Edit. Francof. 1627. quâ usus videtur Auctor. Neque enim Serranus ultra regnum Caroli VII. processit. Ceterum, agitur ibi de eo, qui à Secretis erat Legato Hispaniæ, propter proditionem, simul cum Marrago, in custodia dato. J. B.]

^r Copreo] Vide Iliados O. (vers. 639.)

G R O N O V I I.

²⁷ Ita comparata humana jura] Quæ vel gentes, vel civitates sibi statuerunt, ut ab iis sit regressus ad jus primævæ communitatis.

²⁸ Apex necessitatis] Inexcusabilis, & inevitabilis necessitas.

²⁹ In sumptione poenae] Sed in se conservando. a, 2. 6.

³⁰ Interrogari] Examinari more reorum. Sallust. Catil. 31. & testium. Suet. Octav. 56.

³¹ Literarum] Quas a Junii, Vitelliis, Aquiliis nobilibus adolescentibus conspiratis ad Tarquinium acceperant. Liv. 2, 4.

³² Violatores juris] Quia ad quos missi fuerant de pace legati, adversus eos sine auctoritate publica sumtis armis pugnaverant. Liv. 5, 36.

(ee) Chorus est, qui loquitur heic, non Facialis, vers. 272. Quamquam & in Excerptis ex Trag. & Comic. Græcis, Auctor nescio quare, id Faciali tribuat. J. B.

G R O T I I.

³ Et quia vi ageret] Sic interpretandum quod Theodahatus Gotthus Justiniani legatis dicit. C. 3.

ad Vit. Soph.

11. §.

• Off. II.

23.

f Liv.

XXXVII.

c. 49. vii.

supra §. 3.

g Idem l.

iv. c. 58.

h Livius,

x, 12.

i Thuc. l.

II. c. 67.

k App. de

bello III.

L. VI. pag.

760.

l Lib. vi.

de exp. Cy-

vi. c. 3. §. 7.

m Ar. lib.

II. c. 15.

n Livius,

lib. XXXIII.

c. 33.

o Dion.

Halic. VI.

25.

interfectum, narrat Philostratus ^d vita Herodis. Distinctione non dissimili solvit ³³ Cicero ^e quæsitum illud, + an patrem patriæ proditorem filius accusare debeat. Vult enim debere ad avertendum periculum imminens, non autem vitato jam periculo in facti poenam.

V. I. Ea vero, quam dixi, lex, de vi legis non inferenda, intelligenda est + eum obligare, ad quem missa est legatio, + atque ita demum si admittit, + quasi scilicet ab eo tempore ³⁴ tacita pactio intercesserit. + Cæterum denuntiari & potest, & solet, ne mittantur legati; alioqui pro hostibus fore: ut Ætolis ^f a Romanis est denuntiatum, & olim ³⁵ a Romanis & Vejentibus edictum, ni facefferent urbe, duros ³⁶ quod Lars Tolumnius dedisset: & Romanis a ^b Samnitibus, ³⁷ si quod adiissent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros. + Non pertinet ergo hæc lex ad eos, per quorum fines, + non accepta venia, transeunt legati; nam ^t + siquidem ad hostes eorum eunt, aut ab hostibus veniunt, + aut alioqui hostilia moliantur, interfici etiam poterunt, + quod ⁱ Athenienses fecerunt legatis inter Persas, & Spartanos, Illyrii legatis ^k inter ³⁸ Effios, & Romanos: multoque magis ³⁹ vinciri, quod constituit ^l Xenophon in quosdam, + Alexander in eos, ^m qui Thebis, & Lacedæmone ad Darium missi erant, Romani in ⁿ legatos ^u + Philippi ad Annibalem, & ^o Latini in legatos Volscorum.

2. +

cit apud Procopium Gothicorum I. (Cap. 7.)
 σεμνὸν μὲν τὸ χρέμα τῶν πρέσβων ἢ ἄλλως ἐνρι-
 μὸν καθίσταται εἰς πάντας ἀνθρώπους. τὰτο δὲ τὸ γέ-
 ρας εἰς τὸδε οἱ πρέσβεις ἐν σφίσιν αὐτοῖς διασώξουσιν,
 εὐσέτη σφετέρᾳ ἐπιμελία Φυλάξουσι τὸ τῆς πρεσβείας
 ἀξίωμα. κτείνει γὰρ ἀνδρα πρεσβευτὴν ἐνδίκως νομο-
 μίχασιν ἀνθρώποι, ὅταν ἢ εἰς βασιλεία ὑβρίσας Φαι-
 νηται, ἢ γυναικὸς ἄλλω ἔνοικίσης εἰς ἐνὴν ἢ θεῶν.
 Sanctum apud homines legatorum nomen, plenum-
 que honoris. Sed hoc jus legati sibi tantum servant,
 quamdiu sua modesti legationis dignitatem tuerentur.
 Ita cum existimant homines, fas esse vel interficere legatum, si is in principem, ad quem mittitur, sit injuriosus, aut alienum matrimonium violat. Legati vero, cum ostendissent longissime se abesse ab adulterii suspitione, quorum ne exitus quidem sine custode essent, addunt prudenter:
 Τὰς λογὸς δὲ ὅσας ἂν ἐκ τῶ πύλωντ' ἀνθρωπῶς
 εἴπη, ἐκ αὐτὸς τὴν ἐντεῦθεν αἰτίαν, ἦνευ ἐκ ἀγα-
 θοῦ τύχασιν ὄντες, ἐκείτως ἂν λάβοι. ἄλλ' ὁ μὲν
 κτενεύσας εἴροτο δικαίως τὸ ἔγκλημα τῆτο. τῶ δὲ
 πρεσβευτῆ τὸ τὴν ὑπεργίαν ἐκτελέσαι περίεσι μόνον. Si
 legatus ea dixerit, quæ audit a principe, qui ipsum misit, ea si non sint commoda, præstare non ipse debet curam, sed qui eum misit: ipsi quippe nihil aliud concessum est quam ministerio mandato fungi. Vide & Cumenum indicato jam loco anni MDLXXI.

^t Siquidem ad hostes eorum eunt, aut ab hostibus veniunt] Siculi Athenienfium focii legatos Syracusanorum missos ad civitates alias cepere; Thucydides lib. VII. (c. 32.) Sic & Argivi cepere legatos Athenis a factione paucorum missos,

& Argos perduxere. Idem Thucydides libro VIII. (c. 86.) Legatos Ætolorum ad Romanos interceptere, & pretium eis extorferere Epirotæ; horum unus literis Romanorum liberatus. Polybius in excerptis legationum num. 27. De Gallorum ad Turcam legatis, quos in Pado Hispani cepere, & occiderunt, vide judicia Paruta libro XI. Bizari libro XXI. de Flandriæ civitatum legatis ad Gallum captis a Maximiliano, Crantzium Saxonicozum XII, 33. Laudatur Belisarii clementia, quod Gelimeris legatis in Hispaniam missis, & ab Hispania reverfis Carthaginem, quæ jam facta erat Romanorum, pepercerit. Procopius Vandalicorum I. (c. 24. Secundum exemplum, è Thucydide petiit, non adcuratè refertur. Legati enim per proditorem traditi fuere Argivis à Parralis. J. B.]

^u Philippi ad Annibalem] Vide Appianum in excerptis legationum num. 19.

GRONOVII.

33 Cicero Offic. III.] 23.

34 Tacita pactio] De securitate illius, qui missus est.

35 A Romanis Vejentibus] Immo a Vejenti fenatu legatis Romanis. Liv. 4, 58.

36 Quod Lars Tolumnius] Qui legatos Romanos ad se missos interfecerat.

37 Si quod concilium] Publicum aliquem conventum.

38 Effios] Iffeos ab insula Issa Illyrico objecte.

39 Vinciri] Custodiæ dari. Justin. 2, 15.

G R O

2. + Tale si nihil sit, & male tractentur legati, x + non illud jus gentium, de quo agimus, + sed amicitia, & dignitas aut ejus, qui misit, aut ejus, ad quem eunt, violata censebitur. Justinus p de Philippo posteriore Macedonum rege: Legatum deinde ad Annibalem jungenda societatis gratia cum epistolis mittit: qui comprehensus, & ad senatum (Romanum) perductus incolumis dimissus est, non in honorem regis, + sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur. p Lib. XXI. c. 4.

VI. Cæterum, admissa legatio y etiam 40 apud hostes, + tanto magis 41 apud inimicos, + præsidium habet juris gentium. Caduceatoribus in bello pacem esse, dixit q Diodorus Siculus. Lacedæmonii, qui Persarum feciales interfecerant, r eo dicuntur οὐχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, confidisse omnium hominum jura. Si quis legatum hostium pulset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati, inquit s Pomponius. Et Tacitus hoc jus, de quo agimus, vocat t hostium jus, & sacra legationis, & + fas gentium. Cicero prima Verrina: " Nonne legati inter hostes incolumes esse debent? Seneca de ira: * Violavit legationes rupto gentium jure. Livio y cædes ruptura jus gentium, scelus, causa nefanda, cædes impia z dicitur in historia legatorum, quos Fidenates occiderant. Et alibi: " Legatis in periculum adductis ne belli quidem jura relicta erant. Curtius: b Caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit, quos Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum. + Merito fane: + nam & in bello plurima incidunt negotia, quæ nisi per legatos transigi non possunt, + & ipsa pax vix est ut aliter coëat. q Lib. v. Cap. 75. r Herodot. VII, 137. s L. ult. D. de legation. t Ann. I. c. 42. u Cap. 33. x Lib. III. c. 2. y Lib. IV. c. 17. z Ibid. c. 32. a Lib. XXI. c. 33. b Lib. IV. c. 2.

VII. Solet & illud quæri, + an jure talionis interfici, aut male tractari legatus possit ab eo veniens, qui tale quid patriverit. Et sunt quidem + ultionis talis exempla in historiis satis multa: sed nimirum + historiæ non tantum quæ juste, sed & quæ inique, iracunde, impotenter facta sunt, memorant. + Jus gentium non tantum mittentis cavet dignitati, + sed & ejus, qui mittitur, securitati: + quare 42 cum hoc quoque tacite contrahitur. + Huic ergo fit injuria, + etiamsi si ei, qui misit, nulla fiat. Non igitur magnanime tantum, sed & ex jure gentium Scipio, c qui postquam legati Romanorum a Carthaginensibus male essent habiti, ductis ad se Carthaginensium legatis, & quid fieri deberet interrogatus respondit, z + nihil tale, c App. de bello Pun. p. 19. Ed. H. Sicrb.

G R O T I I.

G R O N O V I I.

x Non illud jus gentium, de quo agimus] Aliud sit si quis extra fines suos insidias ponat legatis alienis; eo enim jus gentium violaretur. Et hoc continetur in Thessalorum oratione contra Philippum, apud Livium, (XXXIX. 25.)

y Etiam apud hostes] Vide loca modo producta ad §. I. Donatus ad illud Eunuchi: CONVENIRE ET COLLOQUI. Sic pronunciantur est, ut quasi dicat: liceat per te, miles, quod etiam inter hostes, & in bello licet. (In Act. III. Scen. 2. vers. 14.)

40 Apud hostes] Inter quos bellum declaratum est.

41 Apud inimicos] Inter quos siue bello simultas est.

42 Cum hoc quoque tacite] Quoties admittitur legatus, perinde est, ac si fides ipsi quoque detur, fore ut salvus sit, atque incolumis.

43 Etiam si ei, qui misit] Violando nempe legatum ejus, qui nostrum ante violavit.

G R O T I I.

z Nihil tale, quale factum esset a Carthaginensibus]

dLib. XXX. ta'e, quale factum esset a Carthaginienfibus. Addit Livius ^d, dixiffe eum,
^{e. 25.} + nihil se facturum institutis populi Romani indignum. Valerius Maximus
e Lib. VI. consulis Romanis + in facto simili, ^e sed antiquiore, hanc tribuit vocem :
^{e. 6. n. 2.} *Isto te metu, Hanno, fides civitatis nostra liberat.* Nam tunc quoque Cornelio
 Afinae, contra jus legationis, + injectæ a Pœnis catenæ fuerant.

+ VIII. J. + Comites quoque, & ⁴⁴ + vasa legatorum ⁴⁵ sui generis san-
 ctimoniam habent, unde in antiquo ⁴⁶ fecialium carmine ^f erat: *Rex, fa-*
^{f Livius,} *cifne me tu regnum mantium populi Romani Quiritium?* ⁴⁷ *vasa, comitesque meos?*
^{1, 24.}

Et lege Julia ^g de vi publica teneri pronuntiantur non modo qui legatos, sed
^{g. L. lege} & qui comites eorum injuria affecerunt. + Sed hæc ^a sancta sunt accessorie,
^{Jul. 7. D.} & proinde ¹⁸ quatenus legato videtur. Itaque si quid comites gravius deli-
^{ad l. Jul.} querint, + postulari a legato poterit ut eos dedat. ^b + Vi enim abstrahendi
^{de vi publ.} non sunt: quod cum factum esset ab ^b Achæis in Lacedæmonios quosdam, qui
^{h Paul.} cum legatis Romanis erant, (ff) + vociferati sunt Romani, jus gentium lædi;
^{libro VII.} quò referri etiam potest + Sallustii judicium de Bomilcare, quo ⁱ supra usi
^{seu Achaic.} fumus. Quod si dedere eos nolit legatus, + eadem scilicet facienda erunt, ⁴⁹
^{c. 14. pag.} quæ modo de legato diximus.
^{556. Ed.}
^{Kuhn.}
^{i §. 4. n. 4.}

2. Ipse autem legatus an jurisdictionem habeat in familiam suam, & ^c + an
 jus asyli in domo sua pro quibusvis eò confugientibus, (gg) + ex concessione
 pendet ejus, apud quem agit. + Istud enim juris gentium non est.

+ IX. Bona quoque legati mobilia, + & quæ proinde habentur personæ
 accessio, + pignoris causa, + aut ad solutionem debiti + capi non posse,
 nec ⁵⁰ per judiciorum ordinem, nec, quod quidam volunt, ⁵¹ + manu reg-
 ia, verius est; + nam omnis coactio abesse a legato debet, tam quæ res.
 ei

sibus] *Diodorus Siculus* in excerptis Peirescianis:
 Σκισίων ἐν ἐφ' αὐτῶν ἀπέστειν δ' τοῖς καρθηνοῖσις ἐν-
 καλῶσιν. *Dixit Scipio, non esse id faciendum,*
quod ipsi in Carthaginienfibus accusarent. (Pag.
 290.) & Romani ipsi legatos, jam comperto Car-
 thaginiensium facto, dimiserunt. Vide *Appianum*.
 Constantius Titianum a Magnentio ad se missum
 remisit, quanquam Philippum a Constantio mis-
 sum ad se retinebat Magnentius. *Zosimus* libro II.
 (Cap. 49. Ed. Cellar.) Vide & historias apud
Cromerum libris XIX. & XXI. & *Parutam*, de
 legatis Venetis in itinere in Galliam retentis,
 lib. VII.

a *Sancta sunt accessorie, & proinde quatenus le-
 gato videtur*] Vide *Fraxini Caneii* epistolas, pa-
 ginis 75. & 279.

b *Vi enim abstrahendi non sunt*] *Serranus Hen-
 rico* IV. [Aut potius Auctor Supplementi, eodem
 loco, quem indicavimus, in §. 4. Not. q. J. B.]

c *An jus asyli in domo*] Distingui ferme hac
 in re solent crimina. Vide *Parutam* libro X. ubi
 rex Gallie hanc ob causam iratus pacatur. Vide
 eundem libro IX.

G R O N O V I I.

44 *Vasa legatorum*] Supellex, sarcinæ.

45 *Sui generis sanctimoniam*] Non tantam,
 quantam legati, aliquam tamen.

46 *Fecialium carmine*] Verbis solemnibus.

47 *Vasa, comitesque meos*] Facine sarcinas, &
 comites meos, sarcinas, & comites nuntii pu-
 blici, & propterea eodem jure immunitatis, &
 securitatis gaudentes, quo me, ut arripi, detine-
 rique nullo prætextu queant.

48 *Quatenus legato videtur*] Quatenus ea san-
 cta, & jus suum participantia velit, adeo ut vasa
 possit obligare, aut alienare, comites ad pœnam
 tradere.

49 *Quæ modo de legato*] Ut querela deferatur
 ad mittentem.

50 *Per judiciorum ordinem*] Ordinarios judices.

51 *Manu regia*] Vi superioris domini.

(ff) Exemplum istud malè refertur, & apta-
 tur. Consule locum *Pausanias*, quem in orâ libri
 distinctius indicavimus. J. B.

(gg) Vide Celeberrimi THOMASII Dissen-
 tationem *De jure asyli, Legatorum ædibus com-
 petente*, quæ inter Lipsiensis XVI. numero est.
 J. B.

G R O -

ei necessarias, quam quæ personam tangit, + quo plena ei sit securitas. Si quid ergo debiti contraxit, + &, ut fit, ⁵² res soli eo loco nullas possideat, ipse compellendus erit amice, + & si detrectet, is, qui misit, ita ut ad postremum + usurpentur ⁵³ ea, quæ adversus debitores extra territorium positos usurpari solent.

X. 1. + Nec metuendum est quod quidam putant, ne si id juris sit, nemo inveniatur, qui cum legato contrahere velit. Nam & regibus, + qui cogi nequeunt, non desunt creditores; & apud quosdam populos moris fuisse, docet ⁵⁴ Nicolaus Damascenus, + ut de contractibus, ⁵⁴ qui in creditum iissent, jus nullum redderetur, + non magis, scilicet, quam adversus in-
gratos: Ita ut cogerentur homines, + aut pariter implere contractum, + aut contenti esse nuda fide debitoris. Et optat hunc rerum statum ^d + Seneca: *Utinam quidem persuadere possimus, ut pecunias creditas tantum a volentibus acciperent: utinam nulla stipulatio emtorem venditori obligaret: nec pacta, conventaque, impressis signis custodirentur. Fides potius illa servaret, & æquum colens animus.* Perlis quoque, Appianus ait ¹, displicuisse: ^e τὸ κίχραῖσθαι ὡς ἀπατηλὸν τε καὶ Φιλοψεύδης, + pecuniam creditam sumere, ut quæ res fraudibus, & mendaciis esset obnoxia.

^h Excerpt.
Peiresc. p.
722. d. Stob.
Serm. 44.

¹ Croll. 1.
p. 382. Ed.
H. Steph.
m. Var.
Hist. Lib.
⁴ c. 1.
ⁿ Lib. 15.
p. 709.

2. De Indis idem narrat ^m Ælianus: cui consentit Strabo his verbis: ⁿ Δίκην δὲ μὴ εἶναι πλὴν Φόνε καὶ ὕβρεως. οὐκ ἐπ' αὐτῆ γὰρ τὸ μὴ παθεῖν ταῦτα. Ἰὰ δ' ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐπ' αὐτῶ ἐκάστω ὡς τε ἀνέχεσθαι δεῖ, εἴαν τις παραβῆ τὴν πίσιν. ἀλλὰ καὶ προσέχειν ὅτω πισευτέον, καὶ μὴ δικῶν πληρῆν τὴν πόλιν. *Judicia non esse nisi de cæde, & injuria: quia homo prestare non possit ne in ea incidat: at contractus in cujusque esse potestate: ideo ⁵⁵ ferendum si quis fidem violet: & ante videndum cui quisque credat, non autem litibus implendam civitatem.* A Charonda quoque constitutum fuit, ^o + ne quis actionem haberet, qui ⁵⁶ de pretio habuisset fidem: quod & ^p Platoni placuit. Notatum & ^f Aristoteli: *παρ' ἐνίοις δὲ τῶτων οὐκ εἰσὶ δίκαι, ἀλλ' ὀιονται δεῖν ἐργεῖν κατὰ πίσιν συναλλάξαντας* apud quosdam de his rebus judicia non sunt: + existimant enim, homines contentos esse debere fide, quam sunt secuti. Et alibi: ^q ἐνιαχῆ τ' εἰσὶν νόμοι, τῶν ἐκασίῶν συμβολαίων δίκαι μὴ εἶναι, ὡς δεόν ᾧ ἐπίστευσε διαλυθῆναι πρὸς τῶτων κατὰ κερ εἰκονώησεν. *Est ubi leges de (hh) credito jus reddi vetant, quasi*

^o Stob. de
leg. Tit. 44.
^p Ethic.
Nic. VIII.
15.

^q Ibid.
IX. 1.

privatiæ

G R O T I U S

^d Seneca] De Beneficiis III, 15.

^e τὸ κίχραῖσθαι] τὸ ἀφείδειν καὶ pro eodem dixit Herodotus Clio, (seu Lib. I. c. 138.)

^f Platoni] VIII. de Legibus, (pag. 849, 850. Tom. II. Ed. H. Steph.)

G R O N O V I I.

⁵² Res soli] Immobiles, prædia, fundos, domos, villas.

⁵³ Ea, quæ adversus] Dentur repressalia.

⁵⁴ Qui in creditum iissent] Quibus mutuum Tom, III.

factum esset, nulla daretur actio creditori. ¹ 2. D. de reb. cred. & res in creditum abire. l. 5. de tributor. act. l. 3. ad Scutum Macedon.

⁵⁵ Ferendum si quis] Non puniendum lege, cum satis sit punitus amisso pudore.

⁵⁶ De pretio habuisset fidem] De pecunia accipienda pro re vendita credidisset emtoris promissioni.

(hh) Vertendum erat, de contractibus voluntariis, ut Græca sonant. Ceteroquin vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM nostrum, De Jure Nat. & Gent. Lib. V. Cap. 2. §. 3. Not. I. J. B.

D d

G R O

privatim tantum cum eo agendum sit, cum quo quis contraxit, & cujus fidem secutus est. + Quæ contra hanc sententiam adferuntur ex jure Romano, non ad nostros legatos, + sed ad provinciales, aut municipales pertinent.

+ XI. Bellorum, quæ ob male habitos legatos suscepta sunt, plenæ sunt & profanæ historiæ. Exstat & ^h in sacris libris memoria belli, quod eo nomine David ^r gessit adversus Ammonitas. Nec aliam causam justiore existimat Cicero ^s adversus Mithridatem.

^r a Sam.
X.
^s Pro Leg.
Man. c. 5.

G R O T I I.

g Profanæ historiæ] Romani ob id bellum susceperunt in Senonas. Appianus excerpto legationum 4. & 10. In Illyrios, & Ligures. Polybius excerpto legationum 125. & 134. In Iffios. Dion, exc. legationum. 11. In Corinthios. Livius libro III. Epitom. In Tarentinos. Dionysius Halicar-

nassensis excerpto legationum 4. (p. 709, 710. Ed. Oxon.) Francorum, & Germanorum exempla habes apud Aimoinum libro III, cap. LXI. & LXXXVIII & Wihikindum libro II.

h In sacris libris] Vide Chrysostomum ad Stagirium libro III. (Tom. VI. pag. 129. Ed. Etou. Savil.)

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

I N .

HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XVIII.

§. I.

HACTENUS ea memoravimus, quæ *in jure naturæ nobis debentur*] „ Nimirum, „ ex promissis, Cap. 11. & seq. & ex maleficio, Cap. 17, vel ut Romani JCti loquuntur, ex contractu, & delicto.

Paucis demittantur additis de gentium jure voluntario, quatenus ab eo erat aliquid juri naturæ additum] „ Auctor enim supponit, „ existere jus aliquod gentium voluntarium, „ quod juri naturæ aliquid additum fuisse, „ fingit. Ita enim *jure gentium* inæqualitatem, quæ infra dimidiam veri pretii est, pro æqualitate haberi, statuit, cum *jure naturæ* quælibet inæqualitas in pretio corrigi debeat. L. 2. c. 12. §. 26. n. 1. L. 3. c. 19. §. 6. Porro *jure naturæ*, ait, statutum esse, ut fides etiam prædoni servari debeat; *jure autem gentium* placuisse, quæ adversus prædones etiam vitiosè committuntur, dissimulare. L. 3. c. 19. §. 5. L. 3. c. 4. §. 18. n. 6. Conf. *Diss. prævii*,

„ IV. §. 26. n. 4. Quæ suis locis refutavimus. „ Quas ipsum per se *jus gentium illud*, quod voluntarium diximus, induxit] „ Quo „ modo inducere jus gentium obligationes „ potuit, cum tale jus inter gentes nunquam sit constitutum? Uti probavimus in „ *Diss. prævii*. IV. §. 29. seq. & supra L. 1. c. 1. §. 14.

Quo in genere præcipuum est caput de jure legationum] Jus legatorum, & sanctitas, ac inviolabilitas eorum, non est ex *jure gentium voluntario*, sed ex ipso *jure naturæ*. Jure naturali enim si inter duas gentes pro defensione juris bellum exaruit, id bellum finiri, & componi debet, vel quod læsus credat sibi satisfactum jam esse, vel quod cedere velit, vel denique quod lædens paratus sit satisfacere; nam his casibus cessat injuria, ob quam solum bellum natura licitum est. At nihil horum fieri potest nisi per legatos; mitti autem legati non possent si ab ho-

ste ut hostes haberi, adeoque occidi, vel alio modo lædi possent: ex mediū igitur necessitate apparet, ipso jure naturæ vetitum esse, legatos pro hostibus habere.

Sacra legationum, Sanctimoniamque legatorum] „ De Sanctimonia legatorum varia „ loca collegit *Term. in not. b. Conf. Liv.* „ *l. 1. c. 14. lib. 2. c. 4. l. 4. c. 32. l. 5. c. 4.* „ *l. 8. c. 5. l. 30. c. 25. Cie. 1. in* „ *Verr. 33. Justin. 21. 2. §. 34. 1. Hero-* „ *dian. 6. 4. §. 7. 7. Quintil. decl. 12. Ap-* „ *pian. Punic. 19. §. 53. Arrian. 3. p. 220.* „ *Nepos in Pelopid. 5. Thuan. 38. p. 759.* „ *Busbeq. ep. 3. p. 187.* Hanc legem omnium „ sanctissimam ait *Dion. Halic. l. 2. c. 53.* „ *Joseph. in Ant. jud. l. 15.* Hinc legatum „ violare nefarium vocatur facinus, *Appian.* „ *de bell. pun. 29.* & violatio omnis humani „ juris apud *Tac. an. 1. 14.*

Jus gentium illis debitum, jus divinum, humanumque] Ex his ipsis formulis apparet, jus legationum non demum ex jure gentium voluntario, sed ex ipso jure gentium primævo originem trahere. Sanctum enim inter gentes dicitur quod inviolabile, & sanctione quadam naturæ hominum injuriis exemptum est. Hinc parentes, magistratus, &c. nobis sancti dicuntur, adeoque eodem modo legati.

Itaque hoc violare non injustum tantum esse] „ Dixi enim, legatos necessarios esse ad com- „ ponenda bella, quæ nec debent, nec „ possunt esse perpetua. Sane, injuria est „ si quis altero ad satisfaciendum parato vi „ uti pergat. Quid ergo magis impium est, „ quam legatos occidere pro pace loquentes? „ *Sed §. impium*] „ B. Parens peculiari dif- „ fertatione sanctimoniam, & inviolabilita- „ tem legatorum ex juris naturæ principiis „ demonstravit, eamque inscripsit *de legato* „ *sancto, non impuni.* Sanctimoniam autem „ illam in *cap. 1. §. 2. seq.* hoc modo probat.

SANCTIMONIA ab eo, quod sanctum est, dicitur: sanctum autem est quicquid ita præ cæteris venerabile, & charum est, ut ejus violatio vel non facile metuat, vel insigniori pena vindicetur. Equidem nulla lex violari potest, eoque sensu omne jus sanctum est, vid. præfat. h. Disp. §. 1; & inde in genere leges ista, quæ penam in violatores statuunt, specialiter sanctiones appellantur: L. 9. §. 3. ff. de Rer. div. L. 41. ff. de Pœn. verum, hic gradus insignior sanctitudinis eo denotatur; quo sensu accipiendum est quod in l. 8. princ. ff. de Rer. div. dicitur, sanctum esse quod ab injuria hominum defensum, at-

que munitum est: scil. insigniore pena; mos enim additur ibi exemplum pena capitalis. Sic & Augusti nomen, quod Octavio Cæsari tributum est, idem quod sanctum, maxime venerabile, seu εἰσαζών, significat. Quod Dion docet d. lib. 50. Augusta dicuntur, quæ sanctissima, & veneratione dignissima sunt: ideoque Augustum Græci εἰσαζών interpretati sunt, quasi maxime venerabilem.

Nam & eminentior ista sanctimonia in suos iterum dispescitur gradus, & quædam præ aliis sacrosancta habentur. De his Cicero pro Cornel. Balb. circa med. Sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset: deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione, & consecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur. His legibus igitur violator sacer fit cum omni familia, pecuniaque sua; prout ex Festo refert Briffon. de verb. sign. voc. sancta. Ita legibus Romanis sacrosancti fuere tribuni plebis, Cic. pro P. Rosc. post med. Liv. lib. 9. cap. 8. in fin. & cap. 9. Val. Max. lib. 4. cap. 1. n. 3. adeo ut nec hostibus dedi, nec alias ullo modo violari potuerint; Liv. d. c. 8. in fin. sed qui vel verbulo eos violasset, sacer fieret, & absque alio judicio quoque occidi ab iis posset. Dion. Cass. Hist. lib. 53. Tribunitia potestas facit ut sacrosancti sint, ita ut qui quocunque facto, & vel verbo eos læsisse visus fuisset, eum ut sacrum, seu piaculo obnoxium, etiam indicta causa interficere licuerit.

Ex his omnibus apparet, omnem sanctitatis rationem in eo consistere, quod violari nullatenus debeat. Unde sanctum esse, & violari, tanquam contraria invicem opponuntur; & sanctum dicitur, quod violari non debet. Cicero pro Arch. prope fin. Sit igitur sanctum apud vos nomen, quod nulla unquam Barbaria violavit. Et pro M. Fonteji. circa med. His quicquam sanctum, & religiosum videri potest, qui ne religionem quidem colere possunt, nisi eam ipsam prius scelere violarint. Gell. Noct. Att. 17. c. 2. Tanta SANCTITUDO fani est, ut nunquam quisquam violare sit ausus. Cæsar de bell. Gall. lib. 6. c. 5. de Germanis: Hospites violare fas non putant, SANCTOSQUE habent. Cicero Orat. II. in Catil. cap. 8. An in vastatione omnium tuas possessiones SACROSANCTAS futuras, putas? Cum Dux Albanorum Metius sædus cum Romanis sanctissime initum fœdissimam prodicione violasset, indeque bello victus atrocissimo supplicio a Tullo Rege Romano de-

stinatus esset, Doce, inquit ei Rex, humanum genus ea sancta credere, quæ a te violata sunt. Liv. lib. 1. c. 28. Pariter cum Appianus Claudius Virginia pudicitiam juxta, ac libertatem invasisset, eaque de causa a plebe foro pulsus esset, plebs vero urbe in sacrum montem secederet, liberi, & conjuges rogaverunt, Cuiam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia, nec libertas sancta esset. Liv. lib. 3. cap. 25.

Pariter omnibus Legatis commune est quod sunt sancti, & inviolabiles; sed ii maxime, qui pacis, aut fœderis, aliusve negotii publici causa specialiter, & cum characteribus, ut ajunt, missi sunt. Alii enim sunt talium negotiorum causa, quæ per privatos quoque expediri possunt, adeoque tanquam meri negotiorum gestores, vel procuratores, vulgo agentem: neque hi semper mittuntur, sed negotia hujusmodi committi sapientius iis solent, qui in loco commorantur, sub nomine Agentium.

Cæterum, tota hæc questio proprie ad eos Legatos pertinet, qui ad hostes mittuntur, & proinde jure hostium haberi, ac violari possunt: nam qui ad amicos mittuntur, jure communi perinde, ut privati quoque homines tuti sunt, nec hoc singulari gentium jure, ac privilegio, ne ladi queant, opus habent. Hi igitur majori quidem cum dignitate, ac privati ibi vivunt; at jus securitatis ipsi cum omnibus aliis commune est: ea enim beneficio pacis omnibus perinde debetur.

In genere igitur legati, etiam ad hostes missi, inter omnes gentes, etiam barbaras, sancti sunt, seu inviolabiles; nec in id cumulabimus quæ passim frequentissime occurrunt auctoritates; cum & nemini id dubium, & plane decisum sit in l. fin. ff. de Legation. Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse exiltimatur; quia sancti habentur legati. Et mox: Itaque eum, qui legatum pulsasset, L. Mutius dedi hostibus, quorum erant Legati, solitus est respondere. Eamque in rem auctorum testimonia longo ordine recenset Grotius de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 18. §. 1. & in not. ad d. §. 1. Quibus addi potest Jul. Cæsar. l. 3. de Bell. Gall. cap. 2. Diohyf. Halic. Antiq. Rom. 5. cap. 53. ubi invehitur in Tarquinius, quod sacrosancta obfidum, & legatorum Romanorum corpora violare conati essent.

Verum, ex quo jure sit illud jus Legatorum, ne ab hostibus ladi possint, disquiritur. Et Grotius d. c. 18. §. 1. id tribuit juri gentium voluntario, quod secundarium vulgo vocant.

Atqui parum præsidii habituri sunt Legati ab eo jure, quo liberi populi, & summi principes non obligantur: atque ita frustra Legati apud hujusmodi Principes ad hujus juris auctoritatem provocarent. Cum enim illi neminem in terris superiorem, sed solum Deum recognoscant, non possunt humanarum gentium leges eos tenere, nec adeo gentes, quæ superiores non sunt, jus ipsis dare, vel dicere. Quia summi Principes hujus secundarii gentium juris capita in suis terris mutare, iisque, uti aliis jurebus positivis, ut vocant, derogare possunt, & derogant quotidie in illis articulis, de quibus in tot. tit. Inst. de Rer. div. agitur.

Itaque ab alterius augustioris juris reverentia petenda est Legatorum inter hostes securitas; ab eo, nimirum, quod ab ipsa natura, ejusque auctore sancitum est. Dissidentibus namque bello populis cuique parti natura permissum est, oblata satisfactione bellum finire; ergo & eadem natura lege cum securitate Legatos mittere, sine quibus offerri satisfactio nequit. Quin hoc ipso, dum offertur satisfactio, desinit injuria, desinit hostis, & bellum, quod justum non est, nisi ad reparationem injuriæ geratur. Belli autem jure cessante cessat lœdendi licentia, & jus hostis in Legatum pacis causa missum. Et licet forte non illico de conditionibus pacis conveniant, tamen dum in suspensio est transactio, suspendi interim quoque jus belli in Legatum de transactione agentem necesse est; nam alias adhuc omnis componenda pacis ratio tolleretur, si hic ipse tractatus non esset in tuto: semper vero ea ratio, sine qua id, quod natura concessum, vel constitutum est, expediri nequit, a natura & ipsa sit necesse est. Optime Legati Romani ad Cosroem Regem Persarum: Si, inquit, certantes nunquam convenirent, infinitum omnino bellum esset; id vero si finem habiturum non est, eo occupatos de statu hominum, ac naturæ, dejicere aptum est. Procop. lib. 2. de Bell. Perf. Nam & directo equidem ad humana societatis destructionem pertinet, eam rebus humanis imponi necessitatem, ut cum dissensio aliqua inter duos populos oritur, nunquam debellatum videri possit, nisi cum interneccione alterius, vel utriusque partis. Atque ita veteres quoque divino juri id adscribere; uti Cicero Orat. de Harusp. resp. circa med. Jus Legatorum, ait, cum hominum præsidio munitum, tum etiam NB. divino jure esse vallatum.

Hinc Romani ipsos Deos immortales hujus san-

sanctissima legis sua, & violatorum Legatorum vindices acerrimos esse crediderunt. Vid. Arum. Discurs. Acad. 29. concl. 12. Kirchner de Legat. lib. 2. c. 1. n. 52. *Qua fiducia erectus Cossus Tribunus militum, conspecto Larte Tolunio Rege Vejentum, Romanos, quorum Legati occisi ejus jussu fuerant, in pralio acriter urgente, Hiccine, inquit, est ruptor foederis humani, violatorque Gentium juris? jam ego hanc maculatam victimam (si modo sancti quicquam in terris esse Dii volunt) Legatorum manibus dabo. Nec sefellit eventus, sed caso Rege altera a Romulo opima spolia Jovi Feretrio tulit.* Liv. lib. 4. cap. 19. & 20. *Nec aliam ob causam eversas esse Aethenas, quam quia se impiaverant nece Legatorum Persicorum, creditum tunc fuisse, apparet ex Herodoto Lib. 7. n. 185. Ita plerumque videmus inauspicato pralii exitu, stragibus, excidiis, litatum fuisse legatorum manibus. Haud levi indicio, ab ipso Deo, cui adeo res ea cura est, sancitam esse, & tot tristissimis eventibus sanciri securitatem legatorum. Uti ex hac causa Thebani ab Alexandro Magno, Curt. Lib. 4. cap. 2. Veneti a Casare, Caes. de Bell. Gall. Lib. 3. cap. 3. Animonita, & Syri a Davide, 2. Sam. 10 & 11. Arabes ab Herode, Joseph. Antiq. Lib. 15. c. 7, & 8. Alexandri Severi exercitus a Persis, Herodian. lib. 6. cap. 4. Sueones oppresso Resone Legato Danico, a Gotrico, seu Gotbrefredo Rege Danica, videli, & casti sunt. Sax. Gramm. Hist. Dan. lib. 8. in fin. Etsi Loccenius Histor. Suec. lib. 2. in princ. Sueones variata facti specie defendat; qui deinde addit, non esse consentaneum, adeo juris Gentium, & naturae vel oblitos, vel negligentes fuisse Suedos, ut Legatum ex solo contentu per insidias trucidarent. Sed & alia passim tristissimi exitus exempla. Conf. Plut. in Pelop. c. pen. & ult. & Corn. Nep. in Pelop. c. 5. Et vix ulla occurrunt, quibus a violatorum partibus steterit pralii ex hac causa initi victoria. Juri igitur Gentium primavo tribuimus merito Legatorum sanctimoniam; atque ideo summos quoque Principes ea lege teneri, metuendamque ipsis esse ejus violata vindictam, ultricesque divas, asserimus.*

A D §. II.

1. *QUAECUNQUE est hoc jus gentium]*
 ,, Immo est ipsum jus naturae.

Quos mittunt qui summi imperii sunt compotes inter se] Legatus ergo est persona publica, quae mittitur a libero populo ad liberum populum, ad negotium aliquod reipublicae curandum. *Alius est legatus, qui ad amicos, socios, & confederatos mittitur, qui jure naturae communitur, quo omnes homines ab invicem tuti sunt; nedum illi, qui principis personam representant: alius, qui ad hostes mittitur, qui jure naturae communi tutus non est, sed ex speciali demum privilegio juris naturalis, quod ex medii necessitate fluit; quia pax sine legatis componi nequit.* Vid. *Auctor des memoires touchant les Ambassadeurs. p. 68.*

Sed jure civili reguntur] ,, Hi enim nudi ,, sunt mandatarii a subditis missi, & ipsi ,, subditi, eoque ex jure civili aestimandi, ,, tot. tit. ff. de Legatis. Legati, quos subditi ,, extranei mittunt, iidem non gaudent hac ,, sanctimonia, quia jus belli non habent, ,, adeoque nec jus legatorum; sed tuti sunt ,, jure naturae communi.

Externo, non civi] ,, Hinc Senatus Parisiensis Feccialem Gallum admittere noluit, ,, quod supremarum potestatum sit inter se ,, fecciales mittere, & accipere; & tum addit: *si nos iis inferis, aut annumeras, ,, gloriam inlebitam merito aspernamur, sola fide, & decore obsequii contenti.* Priol. *Hist. Gall. L. 3. p. 160.*

Qui autem externi habendi sint] ,, Externi ,, sunt omnes, qui summam potestatem non ,, habent, sive cives nostri, sive externi sint.

Qui ergo impari iunguntur foedere] Nam inaequali foedere juncti non desinunt esse summam potestates. Conf. *L. 1. c. 3. §. 21. n. 1. & L. 2. c. 15. §. 7.*

Immo & hi, qui ex parte subditi sunt] Atque hinc status imperii Romano Germanici habent jus legatorum, quia certo respectu summam potestatem habent. Vid. *Jus publ. nostrum c. 23. §. 23.*

At reges, qui bello solenni victi, regnoque exuti sunt] ,, Secus si non bello publico, ,, sed a subditis orta rebellionem expulsi sunt; ,, tunc enim jus regni retinent. Exempla vidimus supra *L. 1. c. 4. §. 15.* Ministri Angliae distinxere, an jure sint expulsi, an iniuria, *Camd. in vit. Elis. p. 2. p. 208.* & illo casu cessare jus legandi, dixere.

Cum aliis regni bonis, &c.] ,, Nam per ,, ultimam victoriam omne eorum jus imperii tollitur. Vid. *l. 3. c. 8. per tot.* Exem-

„ plium est in Cræso devicto. Secus si bellum
 „ finitum non est; non autem est finitum
 „ quamdiu ejectus spem habet recuperandi:
 „ hinc Carolum II. exulem legatos misisse,
 „ vidimus supra L. 1. c. 4. §. p. Cæterum,
 „ vicinos non peccare sequendo possessio-
 „ nem, demonstravimus *ibidem*; ubi exem-
 „ pla recensuimus legatorum ad usurpatores
 „ missorum.

„ *Ideo Persei a se victi, &c.*] „ Perseus
 „ enim jam in potestate populi Romani erat.
 „ *Vid. Gron. b.*

3 „ *In bellis vero civilibus necessitas interdum*
 „ *locum huic juri facit*] Immo cum neutra pars
 „ habeat summam potestatem, sed totus po-
 „ pulus, neutra quoque legatos mittere potest.
 „ Hinc Cæsar noluit ad Pompejum legatos mit-
 „ tere, sed voce præconis e longinquo scruta-
 „ tus est, an velit nuncium accipere, & secu-
 „ ritate promissa demum misit: at cum nec hic
 „ tutus fuerit, Cæsar non de violata sanctimo-
 „ nia juris gentium, sed de perfidia questus est.
 „ *Cæs. bell. civ. l. 3. c.*

Additio.

„ In præmissis exemplo potiores fuere par-
 „ tes ejus, quem Senatus approbavit; at-
 „ que ex hoc capite Pompejus sibi majesta-
 „ tem vindicabat: *Lucan. 5. pr.* & hæc
 „ ratio fuit, cur Cæsar privatus, & a Sena-
 „ tu damnatus, legatos mittere ad Pompe-
 „ jum ausus non fuerit.

„ *Ut dubium sit, ab utra parte*] „ Non
 „ autem est dubium si alter Senatus auctori-
 „ tate arma cepit.

„ *De regni successione duo decertant*] „ Immo
 „ duæ tunc sunt summæ potestates, inter
 „ quas jus belli omnino obtinet. *Vid. supr.*
 „ *l. 2. c. 7. §. 17.* Exempla autem Galbæ,
 „ Vitellii &c. ad bella civilia pertinent.

„ *Gens una pro tempore quasi duas gentes ha-*
 „ *betur*] „ Revera, & naturaliter una gens
 „ est, unum imperium, & una summa po-
 „ testas: at quia hæc pluribus in solidum
 „ competere potest, hi inter se dissentientes
 „ nullum jus nisi belli habent; adeoque
 „ utrinque jus legationum competit.

„ *Ita Flavianos accusat Tacitus*] „ Simile
 „ quid de Opimio refert *Gron. b.* At utrum-
 „ que factum merito improbat: nam Vitel-
 „ lius a Senatu confirmatus fuit, *Suet. in*
 „ *Vitell. c. 9.* & legati auctoritate Senatus ad
 „ pacem faciendam mittebantur, *ibid. c. 16,*
 „ unde merito legatorum jura cum ipsis ob-
 „ servari debuissent. Ubi tamen notandum;

„ factum hoc non Ducis, sed insolentis mul-
 „ titudinis fuisse; Dux enim præsidio dato
 „ eos defendit, *Tac. d. l.* Factum Opimii
 „ improbandum est non ideo, quod Flaccus
 „ legatos mittere potuerit; rebellis enim
 „ fuit, & Opimius auctoritate Senatus ar-
 „ ma contra eum sumit, *Flor. L. 3. c. 15:*
 „ *sed quod filius hic immunis esset paterno-*
 „ *rum delictorum;* quæ sunt verba Velleji
 „ Paterculi *d. L. 2. c. 7.* adeoque ipse pro
 „ crimine patris puniri non potuit.

„ *Privata, & Latrones, qui civitatem non*
 „ *faciunt, jure gentium niti non possunt*] Nam
 „ cum his bellum non est, adeoque nec hos-
 „ tium loco haberi possunt: uti late proba-
 „ vimus supra L. 1. c. 1. §. 1. Unde hi jure
 „ imperii puniuntur.

„ *Hostium more ageret*] „ i. e. Jure belli
 „ uteretur: quod saltem inter summæ po-
 „ testates obtinet.

„ *Nanciscuntur fide data*] „ Tunc legatis
 „ competit securitas, non speciali illo jure
 „ naturæ, sed ex pacto.

„ *Fugitivi in saltu Pyrenæo*] „ Exemplum
 „ latronum admissorum per legatos refert
 „ *Curt. L. 7. c. 6.*

A D §. I I I.

„ *Quæ ad jus gentium refert*] „ Utrum-
 „ que sequitur ex jure naturæ

„ *Prius, ut admittantur*] Recte Auctor ait;
 „ legatum admitti præcisè non teneri: nam
 „ Princeps etiam amicos potest submovere ab
 „ ingressu territorii, solo transitu excepto; ne-
 „ dum hostem. At aliud est 1. si in contume-
 „ liam fiat ejus, qui mittit; tunc enim hæc
 „ nova injuria est, quæ bello vindicari potest:
 „ sed & 2. si pacem offerat legatus, rejici ne-
 „ quit, quia sine ejusmodi admissione bellum
 „ componi non posset: denique, & 3. si sine
 „ justa causa rejiciuntur, queri de injuria pos-
 „ sunt. Hinc merito questus est Mauritius Ele-
 „ ctor, quod legati exterorum contra morem
 „ Imperii dimittantur. *Sleid. L. 24. p. 755.* Et
 „ Hanno in Annibale improbat, quod socio-
 „ rum legatos, qui de injuria focii illata que-
 „ rebantur, in castra non admisit. *Liv. L. 21.*
 „ *c. 10.* Et scelere impiatos vocat, qui cadu-
 „ ceatores ad tollenda cadavera missos non ad-
 „ miserunt, & mittendis internecionem mina-
 „ bantur. *Polyb. L. 1. c. 81. Conf. Liv. L. 2.*
 „ *c. 39. L. 24. c. 33. l. 10. c. 10.*

Jus gentium sustulit] „ Quod vetat legatum sine causa rejici.

Non enim omnes admitti precipit jus gentium] „ Quia occupato territorio quosvis „ alios inde arcere, salvo cæterum jure transitus, possumus; cur non & hostes?

Sed vetat sine causa rejici] „ Non ergo rejici possunt qui ad satisfaciendum mittuntur, vel ad petendam satisfactionem, vel ad tollendos mortuos.

Quod ab hoste armato veniret] „ Qui non tam pacis causa mittebatur, quam ut expeririatur, num quid jam humiliter sentirent Athenienses, cum in itinere viderent exercitum Spartavorum. Thucyd. l. 2. p. 64.

Persei adversus Romanos bellum molientis legatos non admisere Achæi] „ Potuisset enim „ suspecta inde Romanis fieri Achæorum fides. Sane, hanc rationem non admittendi fuisse, patet ex Livio l. 41. c. 35. ibi: „ dataque opera est ab iis, qui offensum apud Romanos timebant, ne admitterentur.

Polybius] „ Alia exempla sunt apud Liv. l. 2. pr. §. c. 39. l. 9. c. 4. l. 22. c. 58. l. 25. c. 7. l. 30. c. 23. §. 26. p. 1005. l. 51. p. 1050. §. l. 54. p. 1115. l. 55. p. 21. Cosrões Persæ rejecit legatos apud

Evagr. 5. 14. Fridericus Daniæ rex noluit legatos Pontificis recipere, quia non veniebant pacis causa, utpote cum bellum cum Friderico non esset; amicitiam autem specialem cum inimico communi protestantium nolebat. Thuan. l. 28. p. 571. Sed

& in Anglia lege antiqua cautum erat, ne Pontificis nuntii (nisi prius venia impetrata) ingrederentur, juramento etiam præstito ne quid in Anglia molirentur, quod fraudi sit regi, aut regni libertati. Camd.

p. 1. p. 59. §. 146. Justa quoque causa est si constet, conditiones a legatis offerendas acceptari non posse: ita cum deliberaretur, num Jugurthæ legati recipi deberent, Senatus decrevit, ni regnum, ipsumque deditum venissent, ut in diebus proximis

10. Italia excederent. Sallust. Jug. c. 28. Alia exempla vide apud Wikel. *L' Ambassadeur* l. 1. Sect. 3. Rex Scotiæ, cujus mater ab Elisabetha erat capitis damnata, non admisit hujus legatum, qui non satisfaciendi, sed excusandi causa missus erat: Camd. l. 3. p. 502. Non rejiciuntur legati si extra urbem, aut castra saltem, recipiuntur; uti exempla sunt apud Liv.

L. 24. c. 33. §. L. 3. c. 25.

Qui ad eos vocabatur] „ De quo vide pro leg. §. 3. Vitam ejus describit Stanzelus Hist. Pbil. p. 3. c. 2. p. 257.

Audire Lyfimachus noluit] „ Immo audit, & admisit; sed quod impio ore quadam effutisset, cavere eum voluit, ne in posterum ad eum accedat: sed merito reponbat Theodorus: Cavebo quamdiu Ptolemaeus non miserit. Laërt. Lib. 2. n. 102.

Idemque aliis evenit peculiaris odii causa] „ Qui forte in injuriam, & contemptum alterius mittuntur: uti si rebelles mittuntur. Vid. Thuan. L. 36. post pr. Appian. de bell. Mitbr. n. 176. Aliquando tamen ob

potentiam mittentis recipi debent: ita Laurentius Medicæus recepit legatum a Bajazethe missum, Bernardo dictum, qui fratrem Laurentii Julium occidit, & vitam ipsius Laurentii insidiatus est. Auctor des

Memoires touchant les Ambassadeurs p. 51. notanter addit: Laurent ne laisse pas d'avoir toute la consideration que l'on peut avoir pour un Ministre public, non obstant qu'il sût né sujet de la Republique de Florence. Il faut demeurer d'accord, que Bajazeth en usa un peu à la Turquie, qu'un Prince Chretien ne l'auvoit voulu faire,

§. que peut-être Laurent n'auvoit pas eu le même respect pour un autre Prince.

„ Rationem hujus juris exposuit B. Parens in *Disput. de Legato sancto*, non impuni; Cap. fin. §. 14. Non enim permissum esse ulli Principum, ait, illos legatos mittere, ac ire jubere ad Principes, qui jure legitimi magistratus eos perduellionis reos judicarent, aut alia ex causa in exilium pepulerunt; eo ipso enim qui mittit legitimi magistratus auctoritati detrahit, gravissimamque injuriam infert: idque exemplo

Cardinalis Poli probat. Perseus civem præscriptum, & a Gentio Rege Illyriæ legatione missum punivit. Alber. Gent. l. 2. c. 10. Zoucha 24. 19.

Tertium] „ Urbis causa rejiciendi est ex eo, ob quod mittitur.

Merito suspecta erat Ezechia] „ Immo hic non rejecit legatos, sed saltem extra urbem eorum desideria excepit; quod passim factum legimus, Liv. 2. 39. §. l. 24. 33. & pro arbitrio ejus, ad quem legati mittuntur, fieri potest.

Aut non ex dignitate conveniens] „ Romani noluere hostem armatum, quamdiu in Italia esset, audire: de quo more in præcedentibus quædam diximus.

Aut

Aut temporibus] „ Uti si forte focii suspicari inde fidem possent ; quod Achæorum exemplo constat. *Liv. 31. 35.* Græcorum duces sub Cyro militantes non admittere volebant legatos Persarum, quod militum animos corrumpere, & ad defendendum instigare. *Xenoph. 3. p. 329.*
Perseo ne Romam mitteret] „ Dixi jam, in arbitrio Principis esse, quo loco velit legationem recipere, & per quem conditiones ab iis proponendas excipere velit.
Et Jugurtha legatis edictum] „ Quia conditiones, quas proponere in commissis erat, non sufficiebant. Senatus enim decrevit, regnum, ipsumque Jugurtham deedi debere. *Sallust. Jug. c. 28.*
Intra decem dies Italia excederent] „ Exemplum Caroli V. huc non pertinet : Nam 1. legati non excedere finibus, sed intra fines manere jussi sunt. 2. Deduci eo jussit non animo lædendi, vel carceri includendi, sed ut suos legatos apud Gallos in tuto constitueret, quia desperata pace bellum indictum erat. Atque hanc posteriorem rationem disertis verbis affert *Guicciard. alleg. loc. p. m. 679.*
Legationes assidue] „ Nam in his ratio illa necessitatis cessat ; neque enim hic de pace concilianda, aut bello componendo agitur : idque hodie quoque fieri posse, certum est, nec alter quasi injuria sibi fiat, queri, nedum causam belli inde desumere potest, sed solo jure talionis uti, & vicissim alterius legatos repudiare potest.
Docet mos antiquum, cui illa ignorata]
 Hinc *Wikefort des Ambassadeurs p. 2. p. 193.* ait : *Il n'y a pas encore deux cent ans que les Princes font resider leurs Ministres plusieurs années de suite, & qu'ils entretiennent un commerce dans les Cours étrangères, tant pour la conservation de la bonne correspondance entre les Princes, que pour y tenir des espions, qui observent leurs actions.*

A D §. I V.

GRAVIS, & in curiis Principum frequenter agitata quaestio est, an legati ex delicto suo forum fortiantur, vel ex contractu suo conveniri possint coram Principe, ad quem missi sunt ? Quatuor Auctor hic refert opiniones : *alii* in genere quaestionem affirmant ; ac

legatos ex omni delicto, & contractu, in foro delicti, vel contractus conveniri posse, aiunt : *alii* in genere id negant, cum quibus sentit Auctor : *alii* tunc demum forum fortiri in loco delicti, statuunt, si aliquid contra statum publicum regni commississent : *alii* putant, extraneos reges consulendos esse.

Agitata fuit hæc quaestio 1. in legato Mariae Reginae Scotiae : 2. in legato Hispano Mendoza : 3. in legato Lusitico : 4. nuper in legato Suecico. Nos primam amplectimur opinionem, legatos ob delicta puniri, & ex contractu suo conveniri posse coram Principe, ad quem missi sunt. Nam 1. in genere fundata est jurisdictio summæ potestatis in toto territorio, in omnes res, & in omnes personas, quæ eo continentur ; quæ regula tamdiu in legatis obtinet, donec appareant excepti. At 2. talis exceptio adeo in legatis non apparet, ut nec ipsi reges si in alieno territorio commorantur, exempti sint ab ejus jurisdictione. Sane, in territorio una tantum est summa potestas ; si autem rex extraneus alieno territorio non subesset, duæ forent summæ potestates in eodem territorio. Accedit 3. quod natura inviolabilitatis in eo consistat, ut jus hostium cessaret, adeoque ut vis ipsis inferri non possit : restituitur saltem id, quod pace rupta, & bello extinctum erat, nimirum, ne violetur, i. e. ne vis ipsi fiat, non vero ut executio justitiæ impediatur ; nam id bello non erat extinctum. Sane, natura non vult succurrere criminibus, & delinquentibus, sed officio sancti legati fungentibus securitatem dare. Princeps 4. tenetur subditis jus dicere, reparare damna ipsis illata, & punire delicta, quibus societas, & securitas publica turbatur : cessaret autem hoc officium si legatis alios impune lædere liceret, & si jus eos puniendi non competeret. Certum 5. est, jus delinquendi legatis non competere, & securitatem iis tantum competere intuitu officii, cujus pars non est delinquere. Optime Justinus legatis suis Bizantinis rescripsit : *Tamdiu jus non violandi legatos servandum esse, quoad ipsi jus legationis, honestatemque servarent.* Extra hoc officium, adeoque in delictis, legatus ille privatus est, quia id mandatum non est, nec mandari potest. Idque confirmatur exemplo Tribunorum plebis, qui sacrosancti sunt quamdiu ut Tribuni se gerunt. Unde sæpe eos criminis reos factos esse, legimus. *Liv. 1. 9. c. 8. & 9. Val. Max. 5. c. 1. n. 7. & 1. 4. c. 7. n. 3. Cic. Catil. II. c. 8. Plut. in Graccho c. 29. Sed & 6. tota ratio*

ratio inviolabilitatis hic cessat, quæ nititur necessitate illa, quod alias pax coire nunquam possit, nisi nuncii hostiles securi essent ab injuria: at potest pax conciliari etsi delinquentes puniantur. 7. Legati non possunt plus in bello obtinere, quam in tempore pacis; non plus apud hostes, quam apud amicos. Nulla autem ratio est, quæ eximat tempore pacis extraneos legitimæ jurisdictioni; ergo minus in bello: adeoque hoc jus puniendi non est ex jure belli, sed ex jure communi pacis. Immo 8. contradictoria sunt, legatum sanctum esse, & eum delinquere impune posse: inviolabilitas ex delicto nasci non potest, neo sanctimonia tribui delicto. Atque hæc 9. communis fuit veterum sententia. Legatus Justiniani ad Gothorum regem adulterii accusatus litem contestatus est, de foro autem non exceperit. *Procop. bell. Goth. l. 1. Spartzæ legati causam suam egerunt, & absoluti sunt, apud Xenoph. rer. Græc. l. 1. c. 5. De legato Reginae Scotiæ, qui tumultum excitabat, ita consuluerunt Jcti Angliæ apud Camd. ad an. 1571. Cum Mendoza Hispaniæ legatus proditoris reus accusaretur, conclusum antiqua severitate, igne, & ferro persequendum. Camd. ad an. 1584. Et licet Regina utroque casu pepercerit legatis, id ex humanitate, vel saltem politicis rationibus factum est. Sane, Cromwellius judicio statuto legatum Lusitanum capite plecti jussit, d. 22. Nov. 1653; qua occasione integrum tractatum scripsit Zouchæus de foro competente legatorum. Denique, & 10. Doctores plerumque ita statuunt. Vid. Arumæ. disc. 29. tb. 12. Et ad A. B. c. x. q. 7. Kirchner de legat. l. 2. c. 1. n. 116. ubi exempla refert. Conf. Serran. in Francisco 1. ad an. 1553.*

Additio.

„ Legatos ob delictum puniri ab eo, ad quem missi sunt, non posse, cum Grotio statuunt Kulpis. de legat. stat. imp. Et in Colleg. Grot. p. 170. Strauch. dissert. jur. publ. 171. 8. Iunckb. in disp. de legat. tb. 146. Colleg. jur. Arg. tit. de legatis. tb. 6. Fœrsten. de Suprem. c. 6. Vitriar. Inst. l. N. l. 2. c. 18. Zouchæus de foro competente legati delinquentis. Stephanus Cassius in diatriba de jure Et judice legatorum. At cum B. Parente puniri legatum delinquentem posse, defendunt Cammerich Von der Unverletzlichkeit der gesandten. §. 14. Et 27. Huber. J. Civ. l. 2. §. 4. §. 21. seq. „ Minus recte quidam distinguunt inter

Tom. III.

„ crimina majora, vel minorâ, ut ex iis saltem puniri possit legatus non ex his. Thob. mas de jur. div. l. 3. c. 9. §. 56. Majora autem esse, dicunt, quæ contra jus gentium, non quæ contra jus civile committuntur. Perez. C. de legat. n. 6. Grot. b. Alii per majora crimina intelligunt ea, quæ contra statum committuntur. Vid. Cammerich. d. l. §. 15. seq. Ioh. Presbeut. de Legat. stat. §. 95. Le parfait Ambassadeur. tom. 1. §. 45. f. 120. Atque hoc referunt exempla Brugmanni legati Holsatici ad Perlas, qui plura delicta privata commisit impune, &c. Verum, eadem utrobique ratio est, & sanctimonia nec ratione delictorum minorum competit.

„ Vera igitur omnino est sententia B. Parentis, inprimis ex ea ratione, quod uti legati persona sancta, & inviolabilis esse debet ei, ad quem mittitur, ita vicissim, & magis, hujus persona sancta esse debet legato: & summa iniquitas foret si legatus principem, ad quem missus est, impune lædere posset, princeps legatum fontem jure non posset. Ineptissimum esset, vindictam committere mittenti, qui forte conscius criminis in se ipsum animadvertere deberet. Sane, legatus Francisci L. de Merveilles Mediolani capite plexus est. Jean de Serre in Franc. l. ad an. 1553. Legatus Poloniæ ob adulterium punitus est, apud Kirchner. l. 2. c. 1. n. 116. Thessali Pelopidam in vincula conjecerunt. Plus. in Pelop. c. 48. Antonius legatum cum Cleopatra impudenter ludentem punivit.

„ At inter gentes res hæc ex politicis magis rationibus decidi solet: si Principi majus malum, & forte bellum, utut injuria, inde metuendum esset: si forte commercia interrumperentur: si talionem in suæ reipublicæ legatos alter minaretur: vel si singularem erga mittentem foveat amicitiam, &c. Justitiæ mittentis committi solent criminis & inquisitio, & pœna. Atque huc pertinent omnia, quæ in contrarium allegari solent, exempla: Sane, Romani legatos Tarquinii, rebellionem molientes, urbe exire jufferunt, pœnam autem ab iis non sumserunt. Atque ex eadem ratione nuper Angliæ Rex legatum Suediæ feditionem moventem carceri tradidit, at impunem dimisit.

„ Quæstionem hanc gravissimam more suo
E e „ solide

„ solide pertractavit B. Parens in *Disp. De legato sancto, non impari: cap. 2. § 3.*
 „ Verba ejus hæc sunt.

Hæc questio inprimis ratione delictorum, & pœnarum, recentioribus seculis acerrime agitata fuit; adeo ut illi sententia, quod legati in loco, ubi degunt, forum sortiantur, quæ apud veteres extra controversiam fuit, prolixius tractatus nostra memoria oppositus sit sub titulo: Memoires touchant les Ambassadeurs & les Ministres publics, par L. M. P. avec des reflexions faites sur eux, &c. In quam varias vero sententias iocrint auctores, pluribus referunt Grotius de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 18. §. 4. Zouchæus tract. de Leg. delinq. jud. c. 11. 12. 13. Perez. C. de Legat. n. 11. &c.

In hac vero questione inprimis discernendum est id, quod generositatis, humanitatis, aut prudentia; & id, quod juris est. Generosi, ac magnanimi Principis indicium est, si is legatum, qui faciem sui Principis veluti imago quædam ejus refert, cum ipse eum punire possit, ad Principem, ac Dominum ejus remittit, atque ita in causa vindicta jure, ac potestate sua cedit: & eo magis laudandum est hoc consilium, quod eo Principes ad mutua humanitatum officia, cultumque provocantur; magisque adeo animi moderatione, quam jure, & armis certant. Sed & prudentia quoque id est sapissime, si potentissimi hostis, causamque invadendi circumspicientis, legatus sit, ut vindictam potius dissimulet, vel ad dominum legati rejiciat, quam Republicam in discrimen adducat. Atque ita plurima sunt exempla Regum, ac Principum, qui legatos a publicis, atrocibusque delictis impunes dimiserunt ad eorum Principem; ut Elisabetha Regina Angliæ, &c. Zouch. d. tract. cap. 5. Arum. ad Aur. Bull. disc. 1. th. 21. Inde vero nullatenus efficitur, eos ad dimittendos hos legatos jure obligatos fuisse. Vid. cap. seq.

De jure vero Gentium, primario, inquam, ejusque ratione si queratur, existimamus omnino, legatos non esse exemptos a jurisdictione, ac potestate ejus principis, ad quem missi sunt; adeoque si ibi vel delinquant, vel contrabunt, ibi ceu in loco delicti, vel contractus, forum eos nancisci, nec hinc jus illud Gentium, & legatorum sanctimoniam pertinere posse. Quod & inprimis de delictis paulo plerius nunc ostendemus.

Primum igitur pro certo, indubitatoque tenendum, quod jure natura summa cujus-

que territorii potestas se extendat ad omnia, quæ sunt, & quæ fiunt in eo territorio.

Constat enim, summam illam, & absolutam humani generis potestatem in hanc terram, vixde nihil, quod non excedit modum humanum, exceptum est, non numero hominum, sed terrarum finibus in plures civitates ita divisam esse, ut non certis hominum capitibus, sed unice territorii regionibus definiatur, nec aliter defini possit. Hæc igitur summa civitatis potestas tantundem intra ejus fines valet, ac totius humani generis in universam terram: quin nihil aliud illa est, quam ipsa illa humani generis summa potestas in plures civitates distincta, & cujusque civitatis finibus circumscripta.

Hæc igitur naturali ratione hoc plane eviduum est pro summa civitatis potestate, quod, ut loquuntur, fundata indubie sit intentio ejus in omnia, quæ territorio continentur, eoque & in legatos, nisi hos alio jure naturali inde exemptos, ex adverso probetur. Non ergo probandum nunc est, legatos quoque subesse potestati ejus territorii, ubi legationis causa morantur; (idenim in ipsa certissima ratione naturali satis fundatum est) sed e contrario legatorum exemptio probanda venit, & quidem ex jure Gentium primario, qua solo summi Principes obligantur.

Ad hujus autem rei probationem nihil aliud affertur, quam illa Legatorum sanctimonia hæcenus exposita; ex qua tamen nihil minus sequitur, quam exemptio a jurisdictione loci, ubi sunt. Nam & Tribuni plebis, alique Romæ Magistratus, sed & sacerdotes fuere sancti; nec tamen ideo exempti imperio: nec quicquam commune habet sanctimonia rei, & exemptio a summa potestate.

Nec sancti dicuntur qui a juris executione immunes sunt, sed qui ab injuriis defensi, l. 8. princ. ff. de Ret. div. Et præstat iis hæc sanctimonia præsidium contra injurias, non contra jus: neque enim sanctimonia delictis tribui, neque ex delicto jus sacrosanctum, ex impuro sacrum nasci potest.

Sed nec Jus Gentium hoc agit ut Legatis facinorum licentia detur, verum, ne aliis in ipsos; ut sanctitate sua securi sint, non ut impunes: quæ adeo invicem pugnant, ut impunitatem scelerum facere non sit sanctimonia, sed summa profanitas.

Idem ostenditur ex eo, quod sanctum idem sit, ac inviolabile, sup. c. 2. §. 4. Violat autem qui injuriam, & contra jus facit, non qui

quæ jus ipsum, pœnamque eo debitam exequitur. Juris enim executio nullam injuriam habet, l. 13. §. 1. ff. de Injur. Et qui criminis aliquem postulat, Et condemnat, quin Et qui exequitur, lege agit, l. 2. l. 6. ff. de Orig. jur. Liv. lib. 26. c. 16. Licet viro forti virgas adde, & in eum primum lege age: dire-cto autem, Et quam maxime pugnant, lege agere, Et jus violare; legis actio, Et ejus violatio. Violare a vi, Et violentia dicitur, uti Græcis βιάζω ἀπὸ τῆς βίας; unde βίαιος violentum significat. Igitur Jus Gentium dum tantum violari legatos prohibet, vim injustam, injurias, ac violentias a capitibus eorum amittitur, non autem juris executiones, pœnasque lege debitas impedit.

Neque vero sanctissimi hujus juris, ejusque auctoritatis Dei mens, atque sententia fuit, sceleribus patrocinari, præsidium dare machinandi in Principem, Et Rempublicam, laedendi, ac violandi cives, eorumque conjuges, liberos, Et c. denique ita inviolabiles Legatos præstare, ut omnia ipsi violare possint, sublato in terris illis pœna metu, Et nemini permissio in eos judicio, quam ipsi partis læsæ hosti.

Sed Et tota ratio, qua constitutum est jure natura hoc munimentum legatis, de quo c. 1. h. Diss. in universum penitus cessat in delictis: neque enim paci faciendæ, fœderibus pangendis, aliisque negotiis interventu legatorum gerendis, quicquam officit quod ipsi impune delinquere nequeant; uti officeret si hostium loco essent. Nam hic metus, ne ut hostes hostilia patiantur, excluderet omnem comineandi facultatem; non vero metus delicta baud impune ferendi: flagitia enim evitare eorum arbitrii est; vim hostilem, non est, nisi lege natura illa sancte prohibita sit. Igitur cessante in delictis univoer saliter hujus Juris Gentium ratione, jus ipsum plane cessat, per vulg.

Et cum hac securitas in bello, Et inter hostes legatis ut singulare beneficium jure natura datum sit, constat, beneficia delinquentibus non dari: ea enim est natura beneficiorum, ut pro meritis dentur; Et proinde cum eis pugnat, deberi delinquentibus. L. 2. §. 3. ff. ad ScT. Vellej. Beneficii ergo hujus ratio in eo est, ut de publica salute tractantes tuti, non ut delinquentes impunes sint.

Sed nec plus legatis ex hoc singulari jure Gentium in bello inter hostes tribui potest, quam jure communi in pace inter amicos ipsis competit. Atqui in pace, Et inter amicos, nihil jure natura specialiter de legatis constitutum apparet, nec constitui aliquid necesse fuit, cum

jure communi omnes homines, privati quoque tunc tuti, Et inviolabiles sint; legatis vero eodem jure ipsa, que iis coheret, dignitas, susceptive muneris ratio, absque speciali privilegio natura, uti aliis in dignitate constitutis, pro ejus modo securitatem majorem, magisque inviolabilem præstet. Quod igitur legatis in pace apud amicos non conceditur, multo minus iis in bello apud hostes deberi potest: hæc enim natura lege id ipsum agitur, ut legatis inter hostes jura pacis restituantur, uti arguit Cicero Orat. 3. in Verr. ubi ait, tam venerabile, Et sanctum esse legatorum nomen, ut non modo inter sociorum jura, sed & inter hostium tela incolome verferetur. Ergo iis tantum incolumitas, Et securitas eadem in bello competit, ac inter socios, Et amicos in pace; non vero impunitas, que ne quidem in pace.

Porro jus puniendi delicta, ac flagitia, non est proprium vel bello, vel paci, sed utrique temporis commune. At hoc jus Gentium singulare, quo de legatorum sanctimonia agitur, bellis specialiter prospexit, ne effrenis illa laedendi hostis licentia, que rupto armis societatis vinculo invaluit, ad legatos extendatur. De aliis vero, que bello, pacisque communia sunt, singulare aliquid in personis legatorum natura legibus constitutum esse, ostendi nequit.

Qui vero fieret, ut Principis summa potestas, cui ante adventum legati nihil in territorio ejus exemptum fuit, imminui posset ingressu extranei, cui nihil in eo juris est. Qua item ratione illa lex, que legatos non nisi ad pacem, sederaque faciendæ sanctos fecit, ad flagitiorum licentiam pertinere potest? Delinquendo enim nec intra mandati fines, nec legatus est.

Quin ipsi Principes, quos legati repræsentant, si extra suum in alieno territorio morantur, non effugiunt plane auctoritatem territorii, in quo sunt, (et si irreverenter Princeps territorii tanti hospitis majestatem haberet, sua detraberet) nedum legati. Quod vero Albericus Gentilis, Et Zouchus d. tract. cap. 4. plus tribuunt legato, quam ipsi Principi mittenti, imagini, ac umbra, quam corpori, eo nihil plane absurdius videri potest; cum legatus nihil juris, dignitatis, sanctimoniamque habeat, nisi a concessione sui Principis.

Neque vero potest in eodem territorio nisi una esse summa potestas, sive uni persona, sive pluribus inherens. Igitur Rex, qui in alieno territorio moratur, vel ibi est ut Rex cum summa potestate, vel ut privatus. Non illud, quia præter summam ejus territorii potestatem alia adhuc in eo esset summa potestas; que se-

cum pugnant, hoc magis, quod naturali ratione civitates, earumque summas potestates, finibus territorii conclusas esse, ostensum sit. Supr. §. 4. h. Cap. & Diss. Qua vero Zouchaeus d. cap. 4. de Proconsule, qui urbe egressus ea, quae voluntaria jurisdictionis sunt, statim exercere potest, prolixè disserit, nihil equidem huc faciunt; praterquam enim quod juris illa civilis capita sunt, & Proconsul hac jura intra fines Imperii, & ejus nomine peregerit, ex eo quoque, quod tantum in causis voluntaria jurisdictionis, & soli Proconsuli, non aliis permissa fuerint, singulariter ita arbitrio legum civilium statuta ea esse, facile apparet.

Neque unquam de eo apud veteres dubitatum fuisse, ullibi invenitur. Equidem cum Theodabatus Gotthorum Rex increpationibus legatorum Justiniani offensus in faciem is diceret: Tamdiu legatos dignitatem suam retinere, quoad ipsi suae legationis officia observarent: at si Regem contumelia affecerint, vel adulterium commiserint, occidi posse; Legatus nihil excepti ratione fori, sed negavit, legatis per custodias, quibus septi sint, relinqui peccandi occasionem, apud Procop. de Bell. Goth. lib. 1. fol. m. 15.

Et legati Atheniensium cum a Lacedaemoniis quasi conscii invasionis, quam Spodrius fecerat, comprehensi in vincula conjicerentur, nihil conquesti sunt de privilegio legatorum, sed de causa ipsa responderunt, & se omnium ignaros esse testati, atque ita dimissi sunt. Xenoph. Rer. Graecar. lib. 5. fol. m. 388. Et frustra est quod Zouchaeus ait, videri eos non ad Lacedaemonios, sed ad alios ablegatos fuisse: nam nec quidquam hujus ibi dicitur, & apud Lacedaemonios commorati sunt; & licet id ita esset, si tamen in loco, ubi transfuerunt, conveniri possint, cum ubique apud amicos aequè sancti sint, (vid. infr. cap. 4. h. Diss.) nedum apud hostes poterunt, de quo supra. Denique non modo custodia detenti, sed in vincula conjecti dicuntur.

Ita Lampfaceni, cum Verres Legatus Romanorum primarii civis filiam ad stuprum vi abducere tentaret, concione habita consenserunt, sibi jus esse legati capiendi, ac puniendi, nec Romanos id improbaturus esse. Ita enim refert Cicero l. Verrin. cap. 33, conclusum ab omnibus fuisse: Non esse metuendum, si legati nefarium scelus Lampfaceni ultri vi, manuque essent, ne Senatus, Populusque R. in eam civitatem animadvertendum putaret; quod si hoc jure Legati P. R. in socios, na-

tionisque exteras uterentur, ut pudicitiam liberorum servare ab eorum libidine tutam non liceret, quidvis esse pepeti fatius, quam in tanta vi, atque acerbitate versari. Adeo vero id non improbarunt Romani, ut Cicero de hoc quoque crimine Verrem deinde accusaverit, & Lampfacenos, qui precibus Romanorum civium victi eum dimiserant, publice depradicaerit.

Maximis quoque studiis agitata est lis illa in Anglia, ubi Scotorum Regina legatus Rossensis Episcopus in Reginam Elisabetham impie machinatus, rebelliumque nefariis consiliis immixtus, indeque interrogatus, etsi satis impudenter contenderet, rationes non alteri, quam suo Principi reddendas esse, Cambd. Hist. Elis. part. 2. an. 1571. pag. 217. tanens captus, & in insulam Eliam devehctus est: tum vero Consilio Jctorum publice habito, ac re perpensa, ex eorum sententia ei, acriter ante objurgato, responsum est: Non amplius eum pro Legato agnoscendum, sed ut pernicioso meritum male multandum esset. Inde in arce Londinensi arctissime custoditus adeo iudicium Regina subiit, ut ad articulos quoque, & omnia, quae rogatus fuit, responderet. Cambden. d. loc. p. 220. 221. 222. Ut frustra omnino hic sint effugia Zouchaei dict. tract. cap. 7.

Idem Zouchaeus fatetur, Hispani Legatum in Anglia Episcopum Aquilanum, eo quod Italium, qui in alterum bombardulam dispoferat, in ades ipsum fugientem clam emisisset, domo conclusum, & interrogationibus subditum, atque adeo iudicio subiectum fuisse, d. cap. 7.

Id quoque Bernardino Mendoza, uti antea Despeso, utrique Hispania Regis Legato in Anglia accidit, qui ejusdem flagitii postulati re deprehensa regno exire jussi sunt, Cambden. d. tract. part. 3. ad an. 1584. p. 404; ut appareret, iudicio eos subiectos, sed poena merita atrocitatem pro temporum rationibus remissam fuisse. Quod & Cambdenus de Mendoza adit: Eum sacrosancto legationis jure ad prodicionem abusum, antiqua severitate igne, & ferro (ut multis visum) persequendum fuisse. Unde miratur, quod hic homo, post tantam Regina clementiam fremens, furonsque quasi violato legationis jure in Galliam pervenerit: quasi vero Legatus proditor Majestatis sanctior sit in alieno, quam ipsa sacratissima, & Dei vicaria Majestas in suo; & ille plus juris in alieno habeat ad violandam ipsam.

Ma

Majestatem, quam hæc in suo ad se tuendam, proditiouemque persequendam.

Quamquam vero ea res male habuerit Philippum Hispanie Regem, idem tamen & ipse probavit in Legato Veneto, ad cujus domum cum quidam profugeret, ac Marchallus capiendi ejus causa domum Legati ingressus, at a satellitibus male tractatus esset, Præpositi justitia, præsentem Legato, in aliam domum interrim transire coactio, delinquentes apprehensos alios capitibus, alios fustigatione, alios ad tritremes damnarunt; & ipse Rex Hispania Philippus literas ad Principes Christianos dedit: se nolle Legatos suos immunitate muneris justitia sanctiores esse, quin legibus Regni conveniri, & damnari possint, si quando facinus ab officio, aut mandato sibi imposito alienum commississent.

Equidem Zouchaus nitrum in modum fortinet, ut hujus exempli vim effugiat; indeque gratis fingit, non Legati satellites, sed hospitis famulos tantum condemnatos fuisse: & quod Rex permisit aliis Regibus vindictam in Legatos suos ibi delinquentes, id non factum esse quasi agnovisset jus Gentium, sed arbitraria cessione juris sui, &c. ea quidem satis vana videntur. Nam auctor ille, quem cap. 6. allegat Maerjellar, expresse refert, per familiam Legati vim factam fuisse; nec alter auctor, in quem incidisse se adeo gaudet cap. 7, id negat, sed e contrario ait, fenestras famulis vim ministrantibus oppletas fuisse. Nec vero credibile est, hospitem Legati tantam manuum famulorum abuisse, quorum alii ad mortis, alii ad fustigationis alii ad tritremis penam damnati dicuntur. At vero omnes, qui deliquerant, excepto solo Legato, prehenso, damnatosque fuisse, idem tradidit. Gratis igitur fingit Zouchaus, nullam e famulis Legati inter eos fuisse. Equidem contrarietatem quoque apparet ex allegatis literis Philippi, qua de Legato, qui facinus admisit, & ideo judicium pati cogitur, ad Principes scripta, idemque de suis Legatis permisit: quam inepte, si neque Legatus, nec famulus Legati tale quid passissent? Quis vero crederet, tantum Regem tam tenere jus suum adeo eminens (ne Legati ipsius alibi puniti ob delictam possent) sine causa repudiasset, & se, suosque Legatos in tanto deteriore præ ceteris Regibus (qui id non remisissent) conditionem abjecisse, quinimo circularibus literis, nemino petente, & tunc nulla esset causa, (uti nulla est si nihil velis Legatus, vel in ministris ejus statutum

fuit) hanc tanti juris profusionem significasse? Certum itaque est, Regem literis his facti hujus, ne alii id calumniarentur, justitiam ex jure Gentium defendere, atque ut apparet, hanc vere ejus sententiam esse, paria in suis Legatos delinquentes permittere voluisse.

Sed & Henricus IV. Galliarum Rex in Legati Hispanici Ministrum, qui Secretarium Regis ad proditiouem oppidi corrumpere conatus fuerat; judicium exercuit, eumque carceri inclusit, & Legatum Hispanicum eo nomine conquerentem masculè refellit. Et frivolum est quod reponitur, non in Legatum, sed ejus ministrum, nec in hunc graviorem penam statutam fuisse: nam Legati comites æque, ac Legatum, sanctos esse, constat; nec quaritur, quam penam, (qua arbitrio judicis vel insignitur, vel remittitur) sed an judicium pati cogantur.

Nec illud evitari potest, quod ex Warscevicio affert Kirchnerus (de Legat. lib. 2. cap. 1. n. 116.) de Legato, qui ob adulteria & condemnatus, & ultimo supplicio affectus fuit, sive a Lusitanis, ut Warscevicus refert, sive a Tunetensibus, ut Zouchaus ex Hotomanno conjicit, dict. tract. cap. 7. in fin.

Ipse Paulus IV. Papa cum Vegam Legatum Regis Hispania in carcerem misisset, eoque nomine Dux Albanus querelam moveret, respondit: Vegam fines mandati egressum, & muneris sui oblitum esse, quippe feditionum, machinationum, consiliorum, clam in S. S. & se initorum participem; ob id jus illud inviolabile, quod ad defensionem obtendat, culpa sua amisisse, ut meruerit sic habitum esse, & nunc etiam haberi, &c. Thuan. lib. 17. ad ann. 1556. p. m. 791.

Quibus in cumulum accedit, nec parum momenti affert, sapientissimorum Germania Principum Johannis Frederici Electoris Saxonia, & Philippi Landgraviæ Hassia auctoritas, & testimonium, qui scripto publice edito ad Henricum Ducem Brunsvicensis Ann. 1539. ita rescripserunt: Haben aber solche Legaten in Zeit ihrer Legation etwas verwurcket, betrugliche Sachen gebraucht oder gehandelt, so man sie ohne Unterscheidt angegriffen, gefänglich angehalten, ihre Briefe erbrochen, und zu Zeiten gestraft, apud Arum. ad Aur. Bull. disc. 1. th. 21. p. 40.

Alia exempla, auctoritatesque videri possunt apud Arum. d. thel. 21. & de Jur. publ. Disc. 14. quæst. 16. & Disc. 29. Concl. 12. Kirchner. de Legat. lib. 2. cap. 1. num. 107.

& seqq. Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 6. in fin. Zouch. dict. tract. c. 6. §. 12. Perez. C. de Legatione n. 11. Quamquam non omnia, qua allegant, exempla rei, qua intenditur, probanda satis conveniant. Quo & pertinet factum Pauli IV. Papæ, prout Thuanus d. lib. 17. pag. 790. id refert: nam Regis Hispania Legatum, qui nihil deliquerat, ideo carceri inclusisse dicitur, quod cum bellum inter ipsum, & Regem ortum esset, Dux belli Hispanicus in ipsum duceret. Unde Thuanus, Legatum, ait, nulla juris Gentium habitatione in carcerem conjici jussit; ex quo non prius dimissus est, quam pax anno sequenti convenit.

Adversus doctrinam tam evidentem, ac certam, & tot juris naturalis momentis gentiumque auctoritatibus subnixam, qua afferri solent, mirum equidem est, quam satisficant, & languent. Grotius, qui tract. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 18. §. 4. causam hanc totam ad Jus Gentium voluntarium refert, & proinde unice quousque Gentes consenserint spectandum esse, putat, (quod refutatum est cap. 1. h. Diss.) in id duo maxime laudat judicia, Livii, & Sallustii. Livius lib. 2. c. 4. refert, Legatos Tarquiniorum conspirasse cum adolescentibus nobilibus Romæ, & adolescentibus in vincula conjectos, de Legatis paulo ad dubitatum fuisse; tum quid decreverint Consules de Legatis, ita addit: Quamquam visi sunt commississe ut hostium loco essent, Jus tamen Gentium valuit.

Verum ille locus magis adversatur. haud obscure Grotio, & qui eum sequuntur. Duo enim sunt decreti hujus membra: in priore refertur, quid de jure visum fuerit consulibus, seu, quid senserint jure fieri potuisse; scilicet. Visi sunt commississe, ut hostium loco essent; adeoque iis Jus gentium non prodesse: in altero vero, quod tamen Jus Gentium, remisso eo jure in hostes, quo uti potuissent, valuerit. Agitur mitiore via ultro usi sunt Consules, & Jus Gentium, quod alias legatis competit, in hunc quoque casum, quo ut hostes haberi, damnarique jure potuissent, extendi, ac vultere placuit. Atque hac ergo est vera loci hujus sententia, quod legati rigido jure amiserint quidem Jus Gentium, sed nihilominus tamen id ipsum indultum fuerit. Nam quod Consulibus visum fuerit; Legatos subesse judicio populi Romani, vel inde quoque patet, quia absque hesitatione profecti dicuntur ad eos comprehendendos, Liv. d. c. 4; quod fieri non potuisset si eventi eorum jurisdictioni fuissent.

Ita & alterius loci, qui est Sallustii de Bell. Jug. cap. 35. sententia plane invertitur ab iis, qui dissentiunt. Jugurtha Rex Romanam venerat, & una Bomilcar comes ejus; adeoque hic proprie nec legatus, nec legati comes fuit, sed fide publica, adeoque data securitate adiit Romanam; quod perinde est: nihil enim refert, jure Gentium, an pacto publico detur alicui securitas. Hic Bomilcar instinctu Jugurthæ obruncaverat Massivam Masinissa nepotem; quaesitumque, an non obstante securitate publice data in eum statui potuerit; & ait Sallustius: Fit reus magis ex æquo, & bono, quam ex jure Gentium Bomilcar. Ergo constat, reum esse factum; non potuisset autem reus fieri Roma, nisi foris ibi competens fuisset. Quin factus est reus ex æquo, & bono; non igitur contra Jus Gentium. Certum ergo est, non hanc esse sententiam, Bomilcarem non potuisse Jure Gentium reum fieri; sed contra non tantum potuisse reum fieri, sed & in vincula conjici, graviusque in eum, factulo jam judicio, pro rei atrocitate statui. Hoc autem, quod Jure Gentium fieri poterat, factum non est, sed mitius cum eo actum, & dies tantum dicta: ceterum ipse nec vinculus, nec comprehensus fuit; qua res deinde quoque viam ipsi aufugiendi fecit.

Hoc ergo voluit Sallustius, Bomilcarem reum factum fuisse non juxta rigorem Juris Gentium, sed mitius, & magis ex æquo, & bono. Hæc enim verba juri opposita significant rigidi juris mitigationem, Græcis ἐπιεικῆς, ut in L. 17. de Injust. rupt. irr. Licet subtilitas juris refragari videtur, attamen voluntas ex æquo, & bono tuebitur. Et in l. 16. ff. de Cond. & dem. dicitur: In his possunt res ex æquo, & bono interpretationem capere; ea vero, quæ ex testamento orientur, necesse est secundum scripti juris rationem expediri. Add. l. 8. C. de Judic. & Cicer. lib. 7. ad Attic. ep. 7. Inde natum, aequi, bonique facere, consulere, &c. id est, in mitiorem, clementioremque partem facere. Idem Cicero late in Orat. pro A. Cæcin. circa fin. Tum, ait, ad istam orationem decurrunt, cum se in causâ putant, habere æquum, & bonum, quod defendant; si contra verbis, & literis, & ut dici solet, summo jure contenditur, solent isti iniquitati & boni, & æqui nomen, dignitatemque opponere: tum vociferantur, ex bono, & æquo, non ex callido, verutoque jure rem judicari oportere. *Intelligitur ergo his verbis ratio mitior, juri duriori opposita.*

Quin ex hoc ipso exemplo evidentissime sententia,

rentia, quam defendimus, confirmatur. Refert enim Sallustius d. 1. Jugurtham hunc reum, ne supplicium de eo sumeretur, clam dimisisse in Numidiam. Atque adeo non tantum actu reus factus fuit ille; sed & agnovit Jugurtha, supplicium de eo Roma, non obstante data securitate, sumi potuisse.

Cetera, quae adducit Grotius d. 1. ipse conjecturas esse, ait, ex quibus colligere intendit, placuisse Gentibus ut legati videantur extra territorium esse. Verum in genere primum notandum, nec ex conjecturis jus natura oriri, sed id probandum esse: nec etsi probaretur, Gentibus ita placuisse, exinde obligarentur summi Principes, qui non tenentur placitis Gentium, sed solo jure natura. Nec esset id jus natura, sed jus Gentium saltem secundarium, de quo hic non queritur. Vid. supr. h. Diff. cap. 1. Denique nec ex singulis, quae adducit, quicquam inferri potest, ut jam apparebit.

Primum enim ait, Privilegia ita intelligenda, ut aliquid tribuant ultra jus commune. Quod si legati ab injusta tantum vi tuti essent, nihil in eo magni esset, nihil præcipui. Resp. 1. Hoc equidem insignis, satisque eximium est, quod legati, qui hostes sunt, & ab hostium partibus veniunt, & qui proinde jure belli ut hostes haberi, occidi, spoliari, ledique possent, non modo aequi tuti sint, ac amici, sed & apud hostes ipsos sancti, & inviolabiles. Tanta itaque, tamque eximia hujus privilegii vis est, ut juri belli non modo deroget, sed illud quoque in uniuersum in personis legatorum aboleat, atque cum inviolabili sanctimonia commutet; cum alias hæc duo invicem contraria fuerint, hostem, & sanctum esse: ut apud Virgil, *Aeneid.* lib. 3. vers. 406.

Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.

2. Sed nec id adeo efflagitamus, ut jus legatorum pro privilegio habeatur; cum sufficiat, jure natura communi Legatorum securitati, non flagitiis cautum esse.

Deinde ait: Securitas Legatorum utilitati, quæ ex poena est, præponderat: nam poena haberi potest per eum, qui misit; qui si punire nolit, bello exigi ab ipso potest: nec bello nos eximet legati poena, si factum ejus probet qui misit. Resp. 1. Securitatem legatorum nihil decedit etsi impune delinquere non audent, ut probatum cap. 2. Nec 2. natura

jure queritur, quid parti alteri utile, sed quid justum sit. 3. Mirum vero si quis collata securitate legati cum securitate Principis, ac Reipublicæ, illam huic præferre baud erubuerit, & magis prospectum vellet persona legati, quam toti civitati, ejusque Principi, apud quem degit. Quid enim non metuendum Principi ab hostis ministro, qui legati jure prope domesticus est; animo, quem hostilem retinet, hostis; impunitatis fiducia ferax, & tumidus? Quid non ausurus est legatus in Principem, ac Rempublicam hostilem, cui occasio, & impunitas audaciam accendunt, & spes promovende Principis sui gratia animum, studiumque machinandi, grassandique acutent? Hoc exempla Legatorum in Regiam Angliæ Elizabetham conspirantium docuerunt; quam ipsa quotidie prope in discrimen vita, Regni que adducta, ipsique quotidie, in propriis prope Laribus; cum tot periculis de omnibus fortunis dimicandam fuerit: uti ex Camdeno expressum est, uberiusque videri potest. Cui igitur utilius est prospici, Principi, totique Reipublicæ, ut tuti, an persona legati, ut impunis sit? Denique 4. quis probes consilium Grotii, bello potius poenam a Principe, quæ legatum non punit, exigere; quia si is factum probes, poena Legati bello nos non sit exemptura? Id enim negari plane nequit, satius utique esse, poenam jure imperii a legato, quam bello a Principe adversario cum summo discrimine Reipublicæ exigere. Quod si hic vindictane bello moliat, injuria molitur, quæ alteri jus puniendi auferre nequit; expectandusque est, ceteris paribus, belli eventus mala causa dignus.

Perro addit Grotius: Parte altera valde in lubrico locatur salus Legatorum, si actuum suorum rationem alii reddere debeant, quam a quo mittuntur; nam cum plerumque diversa, sæpe & adversa sint utriusque partis consilia, vix est ut non semper aliquid in Legatum dici possit, quod criminis accipiat speciem. Resp. Uti idem prope est cum precedente argumento, ita eadem responsio. Magis utique in lubrico locatur salus Principis, & totius Reipublicæ, si in ejus quasi sinu Legatus hostis impune delinquere, machinari in rempublicam, &c. potest. Quid igitur potius Legati persona, an reipublica? Ceterum, nec saluti Legatorum insidias lex natura, sed flagitiis poenas statuit: nec videndum, quid utile; sed quid justum sit, queritur. Sed nec in lubrico locatur salus Legatorum, si jure agunt,

agunt. Quin et si in eos quid ita statnatur, id per injuriam fiet, quæ fieri posset siue jus puniendi sit Principi, siue non sit. Si igitur salus Legati in lubrico est apud Principem, ad quem mittitur, id non est ex jure puniendi, sed ex injuria. In eo vero maxime fallitur Grotius, quod ait: semper aliquid in legatum dici posset, quod criminis accipiat speciem. Potest enim Legatus causam Principis sui apud eum, ad quem mittitur, palam omni studio, & contentione agere; quod in speciem criminis verti neutiquam potest: at vero clam machinando in Principem, vel alios ledendo, omnino delinquit; neque id speciem delicti habet, sed verum omnino delictum est.

Quod præterea Grotius d. l. concedit, non modo Legatum juberi posse ut e territorio abeat, sed & si necesse sit, capi, & interrogari, eo agnoscit, Legatum subiectum esse Jurisdictioni Principis, ad quem mittitur: alioquin enim si exemptus esset ei Jurisdictioni, nec capi, nec interrogari posset; quippe qui sunt actus Juridici, & Jurisdictionis.

Afferuntur quoque plurima exempla eorum, qui Legatos delinquentes remisere ad Principem suam; de quibus Zouch. d. tract. cap. 5. Verum, ex talibus exemplis nihil concluditur: ex eo enim, quod plurimi Principes dimiserint Legatos delinquentes, non sequitur, quod jure ad id obligati fuerint, vel obligatos se crediderint, cum vel ex gratia, ac clementia, vel ex animi magnitudine, & generositate, vel pro Republica sua, temporumque rationibus ita egisse potuerunt. Non enim magni Principes semper attendunt, quid facere jure possint, sed & quid consultius sit sibi, ac Reipublice sue, quid generosius, quid decentius, &c. At ex eo, quod populi, ac Principes in Legatorum delicta inquisiverunt, & animadverterunt, sequitur, id jure natura sibi licitum, permissumque fuisse. Itaque ex his affirmati-ve, ut loquantur schola, inferri potest; ex illis negative non potest.

Est igitur hoc præsertim seculo Principes, ac Populi Europæ via, vel rarissime in Legatos si quid admiserint, statuere, sed vel illud dissimulare, vel Principi ipsorum denunciare solent; non tamen inde concludi potest, quod jure non possint in eos statuere: sed quod vel id præsertim rerum statui non conducere, vel quod generosius id esse, existiment, ita agere; vel denique si id juris esse velint, non esse hoc nisi jus Gentium secundarium, quod summos Principes, qui non nisi Deum superiorem agnoscunt, non obligat, ut supra dictum.

De Legatorum personis] ,, An hæc ex delictis conveniri possint? nam quod violari, i. e. vis injusta eis inferri non possit, certum est.

Deinde de comitibus eorum, ac bonis] ,, De quibus infra §. 8. & seq. agemus.

Vim dicitur assat injustam a Legatorum corporibus arceri] ,, Quam sententiam post B. Parentem etiam nos defendimus.

Consent enim, privilegia ex jure communis interpretanda] ,, Ita ut non dentur delinquentibus: quod verum omnino esse, rationibus natura demonstratum est.

Sed ita demum si jus gentium ab eo laesum sit] ,, Perez. C. de legat. n. 10. Immo jure naturæ eadem ratio est in delictis civilibus; nam cum legatus sub jurisdictione illius territorii sit, omnes ejus actus quoque subsumt legibus illius territorii: quanquam Principes non soleant minima ejusmodi curare in exterorum legatis.

Nam in jure gentium jus naturæ includitur] ,, Immo jus gentium est ipsum jus naturæ; nec aliud jus gentium, quod non sit simul jus naturæ, datur.

Ita ut ex omnibus delictis puniri jam Legatus possit] ,, Quia violans jus gentium ipsius jus naturæ violat.

Nisi quæ ex mero jure civili] ,, Immo & ex his puniri potest. Vid. notam ab hæc retro tertiam.

Restringunt hoc] ,, Quod scilicet ex omnibus delictis juris gentium puniri possit.

Quæ contra statum republicæ, aut dignitatem ejus] ,, Non ergo quæ contra privatos fiunt; quo pertinent homicidia, adulteria, &c.

Quod ipsum sunt qui periculosum putant] ,, Adeoque tutius esse, ajunt, hanc quoque causam committere mittenti. At nos non quærimus, quid tutum, sed quid justum sit; & diximus, omnia legati delicta iudicio ejus, ad quem mittitur, subesse.

Et querelas exponendas ei, qui misit] ,, At hic plerumque confors, quin Auctor criminis esse solet: vix enim legatus conspire absque præcitu mittentis contra eum, ad quem mittitur, solet.

Consultendos reges] ,, At hi iudicium in neutrum habent; adeoque effectum ejusmodi consultatio nullum habet.

Quod prudentis est] ,, Quæ jus non efficit.

Quia jus hoc non ut jus naturale ex certis rationibus certo oritur, sed ex voluntate gentium

§. c.] „ Immo jus non violandi legatos
 „ ex ipso jure naturæ sequi, probavimus;
 „ sed eo non contineri facultatem delinquen-
 „ di, ex eodem naturæ jure demonstravimus.

*Potuerunt autem gentes aut omnino cave-
 re, §. c.]* „ Adeoque omnia a consensu,
 „ voluntate, & arbitrio gentium dependere,
 „ putat. At sapius jam dictum est, tale jus
 „ gentium non dari: adeoque jura legato-
 „ rum exinde modum accipere non possunt.
Nam §. hinc] „ Sensus est, pro jure pu-
 „ niendi delinquentes militare rationem,
 „ quod nemo impune delinquere debeat.

Et inde utilitas Legationum] „ Pro immu-
 „ nitate a pœnis militare rationem, quod
 „ sub eo prætextu nullus legatus securitatem
 „ in alieno territorio haberet.

*Spectandum ergo quousque gentes consense-
 rint]* „ Frustra id spectaretur, cum 1. talis
 „ consensus universalis non detur; nunquam
 „ enim gentes omnes inter se convenerunt.

2. Sed & si moratiores quædam ita conve-
 „ nerunt, id valebit ex pacto, adeoque ha-
 „ ctenus ex ipso jure naturæ. At 3. id tum
 „ ad alios, quam inter quos ita convenit,
 „ extendi non potest; neque enim pacifcen-
 „ tes aliis gentibus jus hoc obtrudere pos-
 „ sunt. Sane, 4. res hæc innumeris difficul-
 „ tibus subjecta esset; quis enim probare
 „ poterit, gentes ita convenisse? Pacta ex-
 „ pressa non existant; adeoque ex factis id
 „ dijudicandum esset: facta autem urinque
 „ afferri solent, & possunt. Præterea negari
 „ nequit, facta illa ex humanitate, & pru-
 „ dentia regulis, illo tempore admittenda esse,
 „ non ex obligatione ulla, &c.

Quod ex solis exemplis evinci non potest]
 „ Immo ex exemplis punitorum legatorum
 „ evinci potest, jure id fieri potuisse, cum
 „ rationem juris naturæ pro se habeant. Ex-
 „ empla autem remissorum legatorum nihil
 „ probant, quia ex humanitate, & rationi-
 „ bus politicis id factum esse potest.

*Existant enim satis multa in utramque par-
 tem]* „ Vidimus enim, aliquando legatos de-
 „ linquentes punitos, aliquando dimissos
 „ fuisse.

*Recurrendum igitur tum ad sapientum ju-
 dicia]* „ Ex his enim jus gentium secunda-
 „ rium probari, dixit Auctor proleg. §. 46.
 „ §. L. 1. c. 1. §. 14. At sapientes illi,
 „ eorumque consensus, jus obtrudere gen-
 „ tibus nequeunt. Accedit, quod judicia sa-
 „ pientum admodum differant.

Tum ad conjecturas] „ Conjecturæ nullam
 „ Rom. III.

„ jus probant, nedum jus gentium volun-
 „ tarium; quale plane non existit.

Judicia duo habeo] „ Utrumque contra-
 „ rium esse Auctori, demonstratum est supra
 „ a B. Par.

*Quasquam visi sunt commisisse ut hostium
 loco essent]* „ Adeoque de jure naturæ, &
 „ quod jure occidi potuerint, dubium non
 „ erat: sed eo non obstante utile pro præ-
 „ senti rerum statu visum fuit, securitatem
 „ juris gentium ipsis indulgere; valuit igitur
 „ privilegium juris naturæ, & gentium ex
 „ mera humanitate.

Jus gentium extendi] „ Immo jus gentium
 „ voluntarium non extenditur, sed ipsum
 „ jus naturæ: hujus juris privilegium indul-
 „ tum immeritis fuit ex mera ratione pru-
 „ dentia.

Sed recte a majori] „ Quod nimirum in
 „ comites legati jus gentium statuit, id ma-
 „ gis in ipso legato obtinere debet.

Fit reus magis ex æquo, & bono] Verum
 „ hujus effati sensum explicavimus in *Disp. de*
 „ *legato sancto, non impuni cap. §. 3.*

Additio.

„ Verus horum verborum sensus hic est:
 „ Bomilcarem potuisse reum fieri *jure gen-*
 „ „ tium; adeoque puniri *jure natura*, po-
 „ „ tuisse ob cædem Massivæ; at magis obti-
 „ „ nuisse ut mitius cum eo ageretur: nam nec
 „ „ victus, nec comprehensus, sed saltem dies
 „ „ ei dictus, eoque aufugiendi tempus datum
 „ „ fuit. Hic igitur *reus factus est magis ex æquo,*
 „ „ *& bono* (noluer enim Romani suo jure
 „ „ uti) *quam ex jure gentium*, quod permittit
 „ „ in reos tales animadvertere.

*Bonum, & æquum, i. e. merum jus na-
 tura]* „ Immo bonum, & æquum opponi-
 „ „ tur rigori juris gentium, seu naturæ. *Vid.*
 „ „ *supr. c. 16. §. II. ibique not.*

Pœnas exigi, ubi reperitur qui deliquit]
 „ Fatetur ergo Auctor, jure naturæ legatum
 „ delinquentem puniri posse, at id jure gen-
 „ tium voluntario mutatum esse. Cum vero
 „ tale jus Gentium voluntarium non existat,
 „ certum est, solum jus naturæ in legatis
 „ obtinere.

At jus gentium legator, §. c. excipit] „ Hoc
 „ verum non esse, modo diximus.

Et qui his similes fide publica veniunt]
 „ Exemplum, quod Sallustius proposuit,
 „ loquitur de Jugurtha, qui non fuit lega-
 „ tus, sed rex, qui causæ suæ dicendæ
 „ causa Romam fide publica venerat. *Vid.*
 „ *supr.*

ff

Contra

Contra jus est gentium] „ Immo non est ;
 „ nam tale jus gentium non existere, sæpius
 „ dictum est

Quo vetari multa solent, qua jus natura
 permittit] „ Late hoc refutavimus supra l. 1.
 „ c. 1. §. 14. Conf. Dissert. proœm. IV.
 „ §. 15.

4 Conjectura quoque] Auctor enim suppo-
 suit supra n. 2. in fin. si exempla dubia sunt,
 recurrendum esse ad sapientum judicia, &
 ad conjecturas.

Verius enim est, privilegia ita intelligenda,
 ut tribuant aliquid ultra jus commune]
 „ Privilegium enim est quasi priva lex, i. e.
 „ lex singularis, adeoque quæ derogat juri
 „ communi.

Quod si legati ab injusta tantum vi tuti es-
 sent, nihil in eo magni esset] Immo magni
 hoc est, quod cum communi naturæ jure ut
 hostes (nam de ejusmodi legatis agimus)
 violari, & occidi possint, etiam inter hostes
 sancti, eoque tuti ex speciali naturæ privi-
 legio sint.

Quod securitas Legatorum utilitati, qua
 ex pena est, preponderat &c.] Immo utilius
 est prospicere securitati reipublicæ, & prin-
 cipis, quam legato delinquenti. Vid. supr.

Nam pena haberi potest per eum, qui lega-
 tum misit] Idem dici de omnibus extraneis in
 territorio degentibus posset. Id saltem quæ-
 ritur, an mittenti legatum jus puniendi in
 alieno territorio competat ? Hoc negamus ;
 injuria enim facta est Principi, ad quem mit-
 titur, vel ejus subdito : testes sunt in eodem
 territorio, &c. adeoque ineptum esset, de-
 mere huic principi potestatem cognoscendi de
 tali injuria, eamque concedere extraneo,
 cum facultate evocandi testes, &c. Accedit,
 quod in iis delictis, quæ statum concernunt,
 ipse mittens plerumque complex delicti sit,
 adeoque ei judicium committi non possit.

Volentem] „ i. e. Qui promittit, se pœ-
 nam a suo legato sumpturum.

Tanquam criminis approbatore] „ Dixi-
 mus, jus puniendi omnino domino terri-
 torii competere, adeoque jure naturæ his
 ambagibus opus non esse.

Satis vnum plesti] „ Hæc non est ratio
 juris, sed æquitatis, & prudentiæ.

Legati pena bello nos non eximet] „ At
 „ tunc injuria est penes eum, qui bellum
 „ movet, quam Deus, bellorum arbiter,
 „ & judex, vindicaturus erit. Vid. supr.

Parte vero altera valde in lubrico locatur
 salus Legatorum] „ Si legatus agit id, quod

„ iustum est, non erit in lubrico posita ejus
 „ securitas.

Vix est ut non semper aliquid in legatum
 dici possit] „ Sed tunc injuria est a parte ejus,
 „ qui crimina legato imputat, ubi non sunt ;
 „ & ideo bello petendus, quia injuriam fe-
 „ cit subdito mittentis Vid. supr.

Et quanquam quadam sunt ita manifesta,
 &c.] „ i. e. Quanquam certo de crimine
 „ commissio constet.

Sufficit tamen ad æquitatem, & utilitatem
 legis universalis periculum uniuersale] „ At
 „ 1. verum non est, talem legem uniuersa-
 „ lem, qua legati delinquentes puniri a
 „ domino territorii prohibentur, existere.
 „ 2. Negamus, periculum uniuersale esse si
 „ puniretur. 3. Puniens suo jure utitur ; &
 „ ob metum injuriæ accipiendæ jus suum re-
 „ mittere nemo tenetur.

Placuisse gentibus, ut communis mos &c. pa-
 teretur exceptionem in legatis] „ Fabula hæc
 „ est. Gentes nunquam convenerunt, nec
 „ commune tale placitum statuerunt ; nedum
 „ id uniuersale erit : sed si de tali pacto con-
 „ stat, id inter illas saltem obtinebit gentes,
 „ inter quas vel verbis, vel factis reiteratis
 „ de tali placito constat.

Ut qui sicut fictione quadam habentur
 pro personis mittentium] „ Immo repræsen-
 „ tativa illa qualitas non ex fictione est ; sed
 „ ex ipsa naturali ratione sequitur. Quod ita
 „ probat B. Parens in diss. de repræsent. leg.
 „ qual. §. 5. seq.

PRETER illud, (scil. quod legati sint
 inuolabiles) duo adhuc spectantur in legatis :
 scil. 1. vis, & auctoritas tractandi, & nego-
 tiandi nomine mittentis, quam ex mandato,
 quo ipsi id committitur, habet : 2. dignitas
 quadam, qua repræsentat ipsum principem
 mittentem, quam consequitur tali caractere
 a mittente sibi concesso. Hæc duo scite conjun-
 xit Cicero Orat. 50. seu Philip. 8. ubi Legato
 P. R. tribuit auctoritatem Reip. & faciem se-
 natus ; ita enim de C. Popilio P. R. legato lo-
 quitur : Senatus faciem secum attulerat,
 auctoritatem Reipubl. Per faciem enim intel-
 legit illam imaginem, seu qualitatem repræ-
 sentatiuam, qua legati referunt personam, &
 faciem quasi mittentis, qui tunc erat Sena-
 tus, quippe qui vice populi consulebat Reipu-
 blicæ, & Legatos mittebat : per auctoritatem
 autem intelligit ipsam potestatem agendi nomi-
 ne totius populi, seu Reip. Rom. Eodem fere
 modo Tacitus illa duo conjungit lib. 1. hist.
 ubi de Legatis Galba, inter quos debebat esse
 Piso

Piso, ait: Quod Legati auctoritatem senatus, Piso dignationem Cæsaris referre debuerit; a Senatu enim missi, & mandatis instructi videbantur: Piso autem ideo additus, ut ipsius Imperatoris personam referret.

Primum illud, mandatum scilicet idem omnibus nunciis publicis commune est, sine quo nemo quicquam in publicis agere potest: etsi enim in privatis negotiorum gestores admittuntur sine mandato, publicis tamen nemini sua sponte immiscere se permittitur. Solent autem illa mandata hodie vulgo instructiones dici; de quibus nunc non agimus.

Alterum autem, scilicet repræsentativa illa qualitas, quam nunc solam tractamus, non omnibus nunciis competit, sed iis tantum, qui sub hoc charactere in specie mittuntur. Etsi enim alii quoque sint nuntii publici, qui honestiore sunt conditione, ac loco, (prout scilicet digniore titulo, atque officio mittuntur, cum officiis publicis honestioribus alia quoque dignitas annexa esse solet) non tamen facile ad id fastigii evehuntur, ut principem, ejusve dignitatem repræsentent.

Hæc igitur repræsentatio non est ipsa dignitas Principis, sed ejus quedam imago, & umbra, qua Legatus non sit Princeps, sed aliquam principis ideam, ac formam refert. Neque proinde dignitas Legati par est dignitati Principali, sed ita ei similis, ut imago rei, idea veritati, umbra corpori: ex qua ratione jura, & dignitas Legatorum facile restringi, & a jure, ac ordine verorum principum secerri possunt.

Nam I. non valet illa repræsentatio, quando Legatus concurrat, seu comparatur cum alio vero Principe, hic enim nisi domino Legati inferior sit, Legato tamen præfertur, cum imago, & veluti umbra rei non sit potior ipsa re, fictio veritate. Quam rationem, seu naturam, allegat quoque Jctus in l. 23. princ. lib. & posthum. indeque conclusis, ficiunt, qui a patre emancipatur iterum arrogatur, potius tamen pro naturali habendum; addita ratione: ne imagine veritas nature adumbratur; licet alias adoptio idem valeat, quod generatio. Sic bona fidei possessor habetur pro domino, l. 146. R. I. & perinde rem vindicat; tot. tit. dict. Publ. in rem act. at verus tamen dominus si concurrat cum possessore, unctivo præfertur, opposita exceptione justii domini, l. pen. dict. tit. Jus ex presumptionibus, & conjecturis sapius inducitur, ac si vere esset; & eadem est vis taciti, & ex-

pressi: si tamen collidant conjectura, & rei evidentia, tacitum, & expressum, omnino potior est evidentia, & expressio. l. 25. §. 1. Legat. 3. l. 137. §. 2. in fin. V. O. Eodem modo Legatus, tanquam imaginarius, & fictivus Princeps, dignitatem veri quidem Principis refert; at huic, si concurrat, omnino ratione quoque naturali concedit.

Cum igitur non concurrant Legatus, & Princeps, quando in diversis sunt collegiis, Legatus in superiore collegio locum retinebit, si Princeps ipsius membrum sit illius collegii, licet in inferiore collegio fiat veri princeps: non enim hoc casu persona collegiorum, sed collegia, & corpora conferuntur, & quæque persona ratione sui tantum collegii, aut consessus, priorem, vel inferiorem locum obtinet, non vero ratione alterius, in quo nullum locum, adeoque nec priorem, nec deteriore habet; qui in omnibus Imperii constitutionibus perpetuus est subscriptionum ordo, cujus vigore 1. Electores, 2. horum Legati, 3. Principes Ecclesiastici, 4. horum Legati, 5. Principes seculares, 6. horum Legati, & sic deinceps collocantur, ut semper legati veris dignitatibus in eodem collegio cedant, in alio inferiorem autem præcedant. Unde quoties more receptum, ut in processu publico singulorum tantum ordines, seu membra inter se conferantur, Legatus si cum Principe concurrat, ejusdem duntaxat ordinis honestiore latere, non autem ipso ordine Principi cedit.

Falluntur igitur omnino Pascalius, Zouchæus, aliique, qui legatos alteras, seu geminas Principum personas ita esse, statuant, ut idem omnino, qui Principi, honor iis debeatur: excepto saltem principe, ad quem missa est legatio, quippe qui in proprio territorio potior sit; & aliud specialiter moribus Germanorum saltem invaluisset. Hæc & sententia, & argumentatio multa peccat, ut partim ex jam tradita ipsius repræsentationis natura patet.

II. Ex eadem repræsentationis figura sequitur, quod hæc legatorum dignitas tantum obtineat, quatenus, & quamdiu Principem repræsentant: nimirum, in negotio ipsis commisso; quo peracto, licet adhuc subsistant in eodem loco, desinit dignitas repræsentativa, etsi inviolabilitatis jus nonnumquam cesset: quippe quo contrahitur, ut toto itinere, & donec reversi fuerint, securitate ista, qua alias sine effectu esset, gaudeant. Durante autem negotiatione omnia legatorum jura, & ipsa quo-

que dignitas representatio, non in actibus modo ad legationis negotium pertinentibus, sed aliis quoque, observanda sunt, quippe que legatis toto illo tempore sine interruptione coherent. Suntque hæc fere quotidiana.

III. Sequitur inde, quod legati non possint sibi arrogare ea, que vel sua natura, vel moribus, & jure gentium ipsis personis verorum Principum sunt propria, & quasi reservata. Ita legati non utuntur titulis ipsorum Regum, ac Principum; v. g. invictissimi, serenissimi &c; neque ornatu eorum proprio, aliisque vero Principi reservatis insignibus: unde nec mensa, qua in solemnibus Curii Imperatoris cuique Electorum parata est, Legatis assidere licet, per Aur. Bull. tit. 24. §. Quandoquocumque.

Hanc qualitatem, seu dignitatem representativam tantum concedere possunt illi, qui habent veram: quia is demum alii potestatem aliquam committere potest, qui ipse eam jure proprio, non alieno beneficio, habet: per. l. 5. Jurisd. l. 5. Off. ejus, cui mand. text. eleg. in c. 1. de Ordin. in 6. Id enim aliis demum concedere possumus, quod nostrum, non quod alienum est; & ille demum alii quid committit, qui ipse negotii dominus est, l. 1. l. 33. §. 3. l. 67. & pass. ff. Procurat.

Unde efficitur, quod legati aliis hanc qualitatem concedere non possint, qui eam non suo, sed vicario jure habent, quo alium representant, per §. præced. Neque legatus per alium representari potest, quia imago non est imaginis, sed rei, nec fictio fictionis, aut umbra umbrae, sed corporis, scilicet, ipsius Principis, cujus dignitatem legatus alii committere nequit. Delegatus quidem Principis subdelegare potest; tot. tit. pass. X. de Off. deleg. sed id inde est, quia negotium delegati, quod est jurisdictio, non est ita proprium Principi, quin alii quoque ejus sint capaces, & committere aliis quoque possint.

Aliud statuendum de tutoribus, & curatoribus Principum: quippe qui domini loco sunt, neque alicujus negotii, sed universi territorii, ejusque jurium regalium, inter quæ est jus mittendi legatos, administrationem gerunt; adeoque eadem qualitate, qua domini legatos mittere possunt: uti quotidie fit.

Committi vero hanc qualitatem omnibus posse, nihil videtur impedire si absolute de jure mittentis queratur; cum in potestate Principis sit, dignitates, cui velit, conferre: & mendicos quoque legatos egisse, & Ludovicum XL.

Galliarum Regem tonsorem suum legatum ad Aurelianensem, & Galeacium Mediolani Ducem obscurum hominem ad Regem Galliam misisse, Cominus refert; & occurrunt hujus rei exempla passim alia. Convenientius tamen est, si imprimis rationes politicas spectes, ut persona respondeat numeri injunctio, tum ratione generis, tum ratione doctrinae, & rerum experientia: nec desunt exempla eorum legatorum, qui propter obscuritatem non admissi sunt; & tonsor ille, quem antea diximus, legatus Regis Galliarum, ab eis, ad quos mittebatur, fere trucidatus fuit: cum ad contentum ejus, cui legatio mittitur, pertinere videatur si nimis viles, & obscuro mittuntur.

Eo autem sine illa representatio inventa videtur, ut negotia majori auctoritate, & efficacia explicare, & facilius in presentiam Principis, ac colloquendi familiaritatem admitti possint legati; quibus auctoritas, & dignitas, faciliem cum ipso Principe consuetudinem conciliat.

Effectus ejus sunt, ut iidem, qui Principi, honores Legato exhibeantur, juxta proportionem, & limites, quos antea monstravimus. In quibus spectandum tum officium ipsius Legati, tum Principis, ad quem mittitur. Ipse Legatus non tantum potest, sed & tenetur ordinem dignitatis domini sui religiosissime servare, cum nihil ipse possit de Majestate, ac juribus domini sui remittere.

Unde Arsaces Rex Persarum legatum suum Orobazum, quod Sylla, ad quem missus fuit, loco cessisset, reversum capite percussit: trahi enim id quodammodo ad crimen vulgare violatae Majestatis potest si quis, imprimis legatus, dignitatem Principis sui ita profanet, eique in loco, ubi de ipsius præjudicio agitur, detrahat, arg. l. 4. §. ult. l. 6. ff. Ad l. Jul. Maj. Princeps vero, ad quem mittitur legatus, honores solitos, de quibus nihil nunc dicimus, ei denegare non potest: unde sæpius iis non exhibitis legati re infecta discesserunt.

Senatus faciem secum attulerat] „ Sensum „ hujus locutionis modo exposuimus.

Ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium] „ Quid non, quæso, ex „ ejusmodi fictionibus inferri posset? Sane, „ rex ipse in alieno territorio degens subje- „ ctus est legibus ejus territorii, neque hic „ extra territorium esse fingitur; nedum „ igitur

igitur id de ejus legato dici potest. Sed & contrariatur sibi ipsi Auctor; si enim fictione quadam extra territorium constituitur, nullus actus jurisdictionis in eum exerceri potest: at ipse Auctor asserit, capi eum, interrogari, scripta examinari, & ut e territorio decedat, juberi posse, si necessitas id exigat. *Vid. n. seq.*

Unde § civili jure populi] „ Immo tenentur, quia territorii jurisdictio fundata est est in omnes, qui in territorio sunt: idque experientia quotidiana docet; nam & accisas solvere, & visitationibus res suas subjicere tenentur: etsi verum sit, in levioribus, & ubi de iure Principis non agitur, id negligi solere.

Aut dissimulandum erit] „ Quod in levioribus quoque fieri solet.

Aut e finibus jubendus excedere legatus] Adeoque agnoscat Auctor, posito quoque ficto illo jure Gentium, legatum subjectum esse jurisdictioni territorii, quia alias nec juberi posset ut e finibus excedat.

Polybius] „ Similia exempla sunt apud Thucyd. l. 2. De Legatis Campanorum vide Liv. 23. c. 6. De legato Hispaniæ Fuenfaldagnio, Priol. de Reb. Gall. l. 12. p. 502. Legimus tamen, aliquando legatos noluisse excedere, nisi prius mandatum id a mittente esset: exemplum vidimus supra n. 2. in Theodoro Arheo. Addatur Wickesfort. p. 1. p. 37.

Quod Tarentini victi sub Romanis esse ceperunt] „ Tarentini victi quidem, at non subditi Romanis fuerunt; nam libertatem ipsis datam esse, ait Liv. l. 15. epit. Unde & legatum Romæ habebant. Liv. l. 25. c. 7. Sane, ipse Auctor passim inculcavit, foedus inæquale non minuere summam potestatem. Hoc ergo exemplum probat diserte, legatos delinquentes puniri posse.

Remittendus erit legatus ad eum, qui misit] „ Diximus jam, jus puniendi omnino competere ei, ad quem legatus mittitur, adeoque necessitatem remittendi legatum nullam esse.

Humana jura omnia ita esse comparata, ut non obligent in summa necessitate] „ At ibidem notavimus, necessitatem jus nec dare, nec mutare.

De hoc quoque præcepto sanctimonie] „ Auctor, qui jure gentium voluntario non animadverti in legatos delinquentes posse, statuit, excipit casum necessitatis, ad

eum effectum, ut tunc capi, & retineri possit legatus. At si jure gentium plane non subjacent jurisdictioni territorii, & immunitatem ab omni delicto habent, nec capi, nec retineri, nedum interrogari possent. Quin cum semper talis necessitas allegari posset, hoc periculum universale sufficeret ad æquitatem legis, uti Auctor supra n. 3. statuit.

Id apex necessitatis non est in sumptione pœna] „ Immo summa hic subest necessitas, ut alii deterreantur metu pœnæ. Sed & diximus, 1. necessitatem nec constituere, nec minuere jus naturæ; nedum jus gentium, quod plane non agnosimus. Diximus 2. si legatus jure Gentium a jurisdictione territorii exemptus est, nec ex necessitate actus jurisdictionis in eum exerceri, eoque nec capi, nec interrogari posset. Sed & 3. si necessitas tale jus tribueret, etiam pœna ab ipso sumi posset, quia interrogatio sine effectu esset, nisi metu pœnæ ad veritatem dicendam cogi posset.

Quam § aliis in casibus tolli jure gentium, infra apparebit, cum de solemnibus belli effectibus agemus] „ Ex hypothesi Auctoris is, qui interficit hostem ultra delicti modum, injuriam ei infert: & qui rapit res hostiles ultra debiti quantitatem, jure naturæ furtum committit. L. 3. c. 1. §. 2. c. 11. §. 2. c. 3. §. 5. c. 13. §. 1. c. 14. §. 2. c. 15. §. 1. c. 12. §. 1. At jure gentium voluntario, observatis certis solemnibus, pœnam hanc, ait, sublatam esse, adeo ut nec ut homicida, nec ut fur puniri possit. L. 3. c. 4. §. 3. l. 3. c. 6. §. 2. Quanquam ex hoc jure non jus, sed saltem impunitatem oriri, putet. L. 3. c. 2. §. 1. c. 3. §. 1. c. 4. §. 1. 2. 3. §. 4. c. 5. §. 1. c. 6. §. 1. §. 2. c. 7. §. 1. §. 2. c. 10. §. 1. c. 13. §. 1. Novum hoc systema Grotii exposuimus in Dissert. præm. VIII. 48. §. 63. seq. illudque refutavimus ibid. §. 168.

Multo minus in loco, tempore, ac modo sumenda pœna] „ Sensus est, quod necessitas non exigat, ut in sordidiori loco custodiatur, ut in æternum retineatur, & ut publice pœna ab eo sumatur.

Sed in præcautione gravis mali, præsertim publici] „ I. e. ad sui defensionem; l. 3. c. 2. §. 10.

Si alia nulla est ratio, § retineri, § interrogari legati poterunt] „ Diximus, 1. hinc inferri necessario, legatum subesse jurisdictioni territorii; alias nec hi actus fieri

possent. 2. Diximus, interrogationem plane non esse necessitatis, quia legatus si respondere derectat, puniri ex hypothesi Auctoris non posset: adeoque hæc interrogatio sine effectu esset. Verius igitur 3. est, jure naturæ, quod quemvis in alieno territorio existentem ejus jurisdictioni subjicit, legatum delinquentem puniri omnino posse. *Legatos deprehenderunt*] „ Diximus in notis ad h. §. n. 2, publice judicatum fuisse, eos hostium loco haberi potuisse; at ob politicas rationes privilegia juris gentium etiam immeritis indulta fuisse.

Literarum inprimis habita cura] „ Ut status conspirationis, nec non complices inde cognosci possint: idque in Hispaniæ legato factum legimus apud Cambd. l. 1. p. 60. Idem in Anglia contra legatum Suevicum observatum fuisse, constat. Atque hic est actus jurisdictionis; adeoque ei subest legatus delinquens.

Quod si vim armatam intenderit legatus, sane occidi poteris] „ Immo in genere hoc verum esse, dixi, quoties delictum aliquod committit, quod poenam capitis meretur. *Non per modum paræ*] „ i. e. Non vi jurisdictionis, quam nullam in legatos esse, statuit.

Naturæ defensionis] „ Quæ vim vi repellere, & vitam defendere jubet. At præterea legatum puniri ex omni delicto posse, probavimus.

Sic Fabios, &c. Galli occidere potuerunt] „ Quia ad quos missi fuerant de pace legati, adversus eos sine auctoritate publica sumtis armis pugnaverunt. *liv. 5. 36.* Ideo a Gallis accusati, *ibid.* & tanquam legatione violenter functi a Cajo Martio Tribuno plebis damanati sunt. *Liv. l. 6. pr. Vid. Gron. & Tsem in not. b.*

Ni fecialis dextram a vi temperet] „ Indicans, vim vi repellere, etiam contra legatum licere.

An patrem patriæ proditorem filius accusare debeat] Male 1. dubitatur, an filius patrem, vitato periculo proditionis reum accusare debeat? cum vinculum, quo patriæ obligatur, longe fortius sit eo, quo patri tenetur. 2. Male Auctor id jus deducit ex capite necessitatis.

Additio.

Jure naturæ filius patrem perduellem accusare tenetur; nam defendere filii rempublicam debent etiam contra patrem, adeo ut quoadquid imminet periculum, filius peccare

dere patrem perduellem possit. *Cic. d. l. 35. ff. Relig.* Cujus rei exemplum refert *Goth. ad d. l. 35.* In fratribus de Falkenstein, qui olim tale quid in patrem suam designarunt. Accusare autem tenentur etiam vitato periculo: *l. 5. C. Leg. Jul. Maj.* tum quia non constare potest filio num vitatum sit; tum quia interest reipublicæ; conatum quoque puniri, si aliquatenus in actum est deductus. Nititur autem hæc lex illa æquitate naturali, quæ majorem longe rationem habet patriæ, quam parenturæ. *Vid. Justin. 41. 5. Vopiscus c. 6. Cic. l. 1. de republ. apud Nonium & 1. in Catil. Sallust. in 1. Catil. Plato l. 5. de LL. & in Critone &c. Conf. Manni. ad Cic. l. 1. de off. c. 45.*

A D §. V.

Eum obligare, ad quem missa est] „ Non ergo alios, ad quos missa non est, & quorum forte fines tangit; *de quo mox.*

Atque ita demum si admisis] „ Nam repudiare eam ex justa causa potest. *Vid. §. 3.*

Quasi scilicet ex eo tempore tacita pactio intercesserit] „ Immo nec ante admissionem vis legatis, qui pacis causa mittuntur, inferri potest, sed remitti salvi, & incolumes debent.

Ceterum, denunciari & potest, & solet, ne mittantur legati] „ Immo denunciari id jure non potest: si enim legati plenariam offerunt satisfactionem, rejici non possunt; necum talem satisfactionem offerentes violari poterunt. *Vid. §. 3.*

Non pertinet ergo hæc lex ad eos, per quorum fines, &c. transeunt legati] „ Quia ex hypothesi Auctoris, lex de vi legatis non inferenda obligat saltem eos, ad quos missa est legatio, atque ita demum si admissa est. *Vid. pr. b. §.*

Non accepta ventis] Accepta enim ventis ex pacto tuti sunt.

Siquidem ad hostes eorum eunt, aut ad hostibus veniunt] „ Grotius non satis distinguit casus: *vel* enim loquitur de casu, ubi legatus principis pacati per nostros fines transit; *vel* ubi legatus principis, cum quo bellum nobis est, transit. Priori casu semper jure communiti totus apud nos est legatus, sive ad hostes nostros eat, sive ab hostibus nostris veniat: adeoque hoc casu verum non est, legatum capi, vel inter-

fici

fici posse, nisi ex contractu, vel ex delicto debeat; nam his casibus etiam legatus ad nos missus reus sit. *Posteriori* casu legatus capi, & occidi potest, etiamsi ad pacatus nobis mittatur, vel a pacatis veniat, intra fines enim nostræ civitatis hostis est, causam hostis sequitur, & defendit, adeoque hostis loco haberi potest. Conf. *B. Par. disput. de legato sancto c. 4. §. 10. seq. Aut alioqui hostilia moliantur*] „ Quia tunc hostis partes sequuntur. Hinc jam constat, comitem Dumontium, Legatum a Gallis ad rempublicam Polonicam missum, jure captum fuisse occupata a Russis urbe Dantisco: cum enim respublica in partes iverit, ac quæque pars proprium sibi elegerit regem, nec superior iudex fuerit, armis lis hæc decidi debuit. Jus belli igitur inter duas has partes obtinuit; qui proinde unius partes secuti sunt, in eos alteri parti jus belli competiit: at legatus ille partes Stanislai secutus est, opera, & consilio ei adstitit, pecunias ad animandos cives erogavit, &c. adeoque jure pro hoste haberi potuit. *Vid. §. præced.*

Quod Athenienses fecerit legatis inter Persas, & Spartanos] „ Legati enim Spartanorum a Regis Thraciæ Sitalcis filio, cum fines Thraciæ egressi essent, capti, & Atheniensibus dediti sunt, qui eos Athenis interfecerunt: *Thucyd. l. 2. p. m. §. 5.* At bene notandum, jure talionis id fecisse Athenienses, quia Lacedæmonii ante legatos Athenienses, quos circa Peloponnesum oneratis navibus cursum tenentes nacti sunt, trucidarant. *Ibid.*

Alexander in eos] „ *Apud Arrian. l. 2. p. m. 123.* Ita Alexander excisa Tyro percipit legatis Atheniensium: sed quia suspicabatur, hostilia quædam machinatos esse, ipsis Atheniensibus bellum denunciavit. *Curt. l. 4. c. 4.*

Philippi ad Annibalem] „ *Optimum visum est, captivos, comitesque eorum Romam ad Senatum, aut ad Consules, ubicunque essent, quam primum deportare.* Liv. 23. 24.

Tale si nihil sit] „ i. e. Si neque ad hostes eorum eunt, nec ab hostibus veniunt; nec alioqui hostilia moliantur.

Non illud jus gentium, de quo agimus] „ Nam jus illud gentium ex sententia Auctoris saltem obligat eum, ad quem missa est legatio. *Vid. pr. b. §.*

Sed amicitia, & dignitas aut ejus, qui

missi, aut ejus, ad quem eunt, violata censetur] „ Rectius, jus transitus, quod natura humano generi competit, violatum censetur.

Sed ne dubium adhuc, indubitatus hostis reddatur] „ Potuisset pro hoste haberi hic legatus, quia hostilia moliebatur; at ex politicis rationibus dimissus est.

A D §. VI,

Tanto magis apud inimicos] „ Hostes dicuntur, inter quos bellum declaratum est; inimici, inter quos non est, etsi si multas quædam inter eos intercedat.

Præsidium habet juris gentium] „ Ex admisione, adeoque ex tacito pacto, uti Auctor putat §. *præced. n. 1.* Nos tales legatos ex jure singulari naturæ tutos esse, diximus.

Fas gentium] „ Per fas autem indigitatur jus naturæ.

Merito sane] „ Rationes, cur legatio ab hoste missa jure gentium tuta sit, exposuimus supra §. 1.

Nam & in bello plerumque incidunt negotia] „ v. g. Si induciæ faciendæ, si contra jus belli quædam a privatis committuntur, & ideo satisfactio petitur; uti si armis illicitis pugnatur, &c.

Et ipsa pax vix est ut aliter cogat] „ Ex mediis igitur necessitate legati tuti esse debent. *Vid. §. 1.*

A D §. VII,

An jure talionis interfici, aut male tractari legatus possit] Negat hoc Grotius. No questionem hanc examinavimus in *Disp. de legato sancto c. 4. §. 12. & seq.* verbis sequentibus.

An ceptis magis questio est, an si legatus noster ab eo, ad quem missus est, violatur, hujus legatus ex lege talionis iterum violari possit? Negat hoc Grotius d. cap. 18. §. 7. *Est sane, perquam durum videtur, innocentem legatum luere furias principis in legatum contra jus gentium savientis; semperque generosiores principes, ac belli duces, abominati sunt talionem, uti notissimo Scipionis exemplo, aliisque in d. §. 7. ostenditur.*

Verum enim vero, est ea jure quoque natura

re fors subditorum, ut teneantur prestare factum principis, ejusque iudicium sequi: obligantur ergo ex ejus facto, quasi ex proprio. Cum Senatus Carthaginensis Regulum fortissimum Romanorum ducem bello captum per varios cruciatus occidisset; (Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. §. 14. Polyen. Stratag. l. 8. cap. 12.) Romani deinde nobilissimos Pænorum bello vicissim captos liberis Reguli exco-riandos, necandosque tradiderunt: ita insontes atrocissimis cruciatibus seviritiam proceduram pendere coacti sunt. Hac ratione igitur legati quoque præduram hanc talionis legem, si pars læsa ea uti velit, jure quoque subire compellentur: idque non exemplis modo, sed perpetuo gentium, ipsorumque legatorum iudicio apparet. Ita cum Pæni legatum Romanorum male traxissent, Amilcar Pænus novit legatus Romam ire, metu talionis; Hannibal autem ideo suscepit, quia magnitudinem animi in Senatu Romano perspectam habuit. Valer. Max. lib. 6. cap. 6. §. 2. Alii deinde legati Pænorum audito scelere in legatos Romanos a suis admisso ne dubitandum quidem præstabant, in se Romanos ultionem sumpturos esse, Polyb. lib. 5. Hist. 4; ubi hic ipse Auctor deinde sentit, potuisse hoc Romanos jure facere. Themistocles veritus ne ipse legatus a Spartanis ob consilium Athenis muris cingendi civibus suis datum male haberetur, monuit Athenienses, ut legatos Spartanorum quasi pignus retinerent, si quid in ipsum forte molirentur; & in Senatu Spartanorum ipse professus est, legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos, si quid de se crudelius statuerent. Justin. l. 2. c. 13. Aliud exemplum talionis est apud Josephum, Antiq. lib. 14. cap. 7. §. 8. & Herodotum lib. 7. cap. 185. Quo tamen talionis jure tunc indubie abstinendum videtur, cum princeps manifesta injustitia, ultra fines notioris potestatis sue, legatos alterius male habuit, ipsiusque legati plane innocentes sint: talis enim factum non tenentur prestare, aut probare.

Ceterum, hoc jus gentium non possunt sibi arrogare perduelles, alique ob flagitia sua passi, & ejus, si legati ad locum illum, unde excedere coacti sunt, veniant. Non enim illo jure permissum est ulli principum, illos legatos mittere, atque ire subere ad principes, qui jure legitimi magistratus eos perduellionis reos judicaverunt, aut alia ex causa in exilium pepulerunt: eo ipso enim is, qui mittit, legitimi magistratus auctoritati detra-

bit, gravissimamque injuriam infert; nec proinde qui mittitur ullo legati jure frui, sed ut hostis, ac perduellis haberi potest. Et cum Principes extraneum deinquentem punire possint, supr. cap. 2. nedum perduellem subditum suum. Ita cum Reginaldus Polus Cardinalis ab Henrico VIII. Angliæ Rege perduellionis damnatus, a Papa deinde ad Mariam Angliæ Reginam legatus mitteretur, etsi illa Poli studiosissima esset, adeo ut deinde publice inter illam, & maritum ejus Philippum Regem Hispaniæ medius iret, non tamen admittit eum ante in Regnum voluit, quam proscriptionis damnatio publica auctoritate remissa fuisset. Quis antea cum Polus ad Regem Galitiæ a Papa missus esset, Henricus VIII. eum sibi a Rege dedi petiit: prout late rem exponit Gratianus de Calib. Illustr. rubr. de Reginaldo Polo pag. 209.

Ultionis talis exempla] Sic Athenienses interfecere Spartanorum legatos, eorumque corpora in fossas dejecerunt, quia Spartanum idem fecere legatis Atheniensium. Thucyd. l. 2. p. m. 85.

Historia non tantum, quæ jure, sed & quæ iniurie, &c.] Atque hinc jus gentium, voluntarium ex historiis non simpliciter inferri, dixit in proleg. §. 40. & l. 1. c. 1. §. 14. Jus gentium non tantum mittentis cavet dignitati] Utpote quæ læditur violato eo, qui repræsentat ejus personam.

Sed & ejus, qui mittitur, securitati] At delinit hæc securitas in injuriam facit legatus; facere autem videtur cum mittens injuriam infert, cujus factum subditi, eoque & legati præstant: de quo plenius infra l. 3. c. 2.

Neque obstat, talionis poenam saltem obtinere in persona, quæ injuriam facit. Resp. exceptio est in personis publicis, quarum factum etiam præstant subditi, dum illarum iudicium sequuntur.

Quare cum hoc quodque tacite contrahitur] Nam cum eo, qui mittit, tacitum pactum intercedere, dixit supra §. 5. n. 1. Neutrum verum est. Sane, inviolabilitas non ex tacito contractu, sed ex ipso jure naturæ inferitur. Sed & si tale pactum intercessisset, id non impedit quo minus talio, ob novam injuriam a mittente illatam, in ejus legatum statui possit: dum enim legatus injuriam illam probat, & defendit, ipse reus fit intuitu principis, ad quem missus est; adeoque privilegium juris gentium cessat. Hæc

Huc ergo fit injuria] „ Immo non fit : nam securitas ei non datur contra injuriam ; „ quam etsi princeps committat , suam tamen „ facit sequendo principis judicium.

Nihil tale , quale factum esset a Carthaginensibus] „ Exempla ab Auctore b. allata non „ probant , Romanos talionem in legatos „ statuere jure non potuisse : sed eos ex rationibus politicis , vel ex humanitate , „ jure usos non esse.

Nihil se facturum institutis populi Romani indignum] „ Adeoque cum institutis populi „ Romani pugnabat , talionem exercere in „ legatos.

In facto simili] Ubi Amilcar Romam ire noluit , quod legatus Romanorum Cornelius Afina male Carthagine habitus fuerit ; cum igitur Hanno ad colloquium veniret , & Tribunus militum minaretur , idem illi Romæ occidere posse , Consules eum tacere jusserunt , addentes : *Isto te metu , Hanno , fides civitatis nostra liberat. Val. Max. l. 6. c. 6.*

Injecta a Panis catena fuerant] „ Flor. l. 2. c. 2.

A D §. VIII.

QUAM hæcenus legatis asseruimus inter hostes quoque securitatem sacrosanctam , & inviolabilem , eadem comites quoque , & famulos eorum , quin vasa , & farcinas contineri , dubium esse nequit. Eadem enim necessitatis ratio ipsos , ipsorumque farcinas perinde defendit , ac legatos : quippe non magis legati sine comitibus , ac farcinis iter facere , & ea , quæ gravissimi muneris sui sunt , obire possunt , quam pax , & fœdera absque legatorum interventu fieri. Quod cum omnium quoque gentium suffragiis comprobatum sit , nec in disceptationem publicam veniat , exempla , & auctoritates in id afferre , profus supervacaneum est. Vid. *Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. c. 18. §. 8. & 9. & ibi interp.*

Etsi autem negandum non sit , majoris sanctimoniz , ac venerationis gradu legatos ipsos , quam ministros eorum habendos esse , perperam tamen inde differentiam fori infert *Zouch. d. tract. cap. ult.* ubi legatum non posse in loco delicti conveniri ; ministros , & comites posse , tradit. Cum enim omnes sancti sint , & inviolabiles , & sanctimoniz tantum gradu in loco legationis distinguantur , id saltem inde sequitur , quod mitius

Tom. III.

puniendi sunt ministrorum , quam legatorum violatores. Sed quid inde ad forum ipsum ? Ad pœnas violentantium legatos id pertinet , non ad forum legatorum , & comitum delinquentium. Si sanctimonia legatos foro delicti eximit , eadem & comites ipsorum eidem foro subtrahet. Et si pœnam personis sanctis ob delictum infligi violatio est , non magis comites , quam legati , jure gentium violari possunt ; si non est , (uti non esse , demonstratum est *supra*) in utrosque pœna perinde statui potest , quia jure gentium sola violatio eorum interdicta est. Vid. *disp. nostram de legato sancto c. 4. §. 1. seq.*

Comites quoque] „ Quia & persona , & dignitas legati salva esse debet ; dignitas „ autem in comitatu quoque consistit. Atque „ id edicto publico d. 29. Mart. an. 1651. „ apud Belgas statutum esse , docet *Tesm. b.* „ Add. *Auctor des Memoires touchant les* „ *Ambassadeurs p. 5. & p. 328. Wikesfort* „ *des Ambassadeurs p. 1. p. 358. & in R.* „ *bello de legat. ejusque ministris l. 1. sect. 28.* „ p. 610.

Et vasa legatorum] „ Nam hæc quoque „ ad sustinendam legati dignitatem pertinent. „ Sed hæc sancta sunt accessorie , & quatenus „ legato videtur] „ Adeoque si legatus dimittit „ famulum , cessat illa sanctimonia : & si „ vasa vendit , in iis obtinet jus commune. „ *Postulari a Legato poterit ut eos dedat*] „ Id „ humanitatis est , non juris.

Vi enim abstrahendi non sunt] Jure naturæ uti jus cognoscendi de delictis legati competit domino territorii , ita & magis jus puniendi comites. Processus naturalis est , ut legitime citetur reus ; si non comparet , vi quoque abstrahi potest ; etsi moribus ex humanitate requiri soleant legati , ut dedant.

Vociferati sunt Romani , Jus gentium laedi] Qui Romani ? commilitones rei : at non videmus , populum Romanum id fecisse.

Sallustii judicium] „ At contrarium exinde de probari , vidimus.

Eadem , scilicet , facienda erunt , qua modo de legato diximus] „ Ut scilicet vel dis- „ simulandum sit delictum , aut e finibus „ excedere jubendus legatus , §. 4. n. 4 ; „ in summa tamen necessitate capiendus , & „ interrogandus sit , §. 4. n. 5 : & si vim armatam intentet , jure necessariæ defensionis occidendus , *ibid. n. 7.* At omnibus his „ ambagibus opus non esse , jam vidimus.

G g

Ea

2 *Ex concessione pendet ejus, apud quem agit*] Recte Auctor statuit, jure gentium jurisdictionem legato non competere, quia est privatus; neque enim ipse mittens eam in alieno territorio habet, adeoque eam legato tribuere nequit.

An jus asyli in domo sua] Jus Asyli non competit legato in domo sua, 1. quia privilegium legatorum tantum in eo consistit, ut ipsi cum familia tuti sint, non ut & alios, qui ad familiam non pertinent, sanctos faciat. 2. Asylum non est nisi ex lege, & privilegio superioris; legatus autem superioritatem nullam in alieno territorio, adeoque nec jus privilegia concedendi habet. Sed & 3. Asylum locum demum habet in factis, quæ sine proposito procedunt, non vero in delictis; idque apud Romanos indubium est. Tacitus ait, neminem in Capitolium, aliave urbis templa perferre, ut eo subsidio ad flagitia utatur. *Annal.* 3. c. 36. Unde Dio ait: *Romani nulli Deo tribuerunt, ut criminis causa ad ejus aram confugere liceret*: Conf. *Heig. p. 2. q. 24. n. 55. & infra c. 21. §. 5.* Sane, 4. legatus ipse impunis non est a poena; nedum aliis impunitatem præstare potest. Hinc 5. Veneti ex ædibus legati Galli proditores bannitos vi eximerunt. *Heig. d. l. n. 29. Pascal. de legat. c. 76. Zouch. de legat. 2. 4. 21.* Celerem, & rigorosam executionem in nobilem Hispanum domesticum legati Hispani vide apud *Leti in vita Philippi II. p. 2. l. 10.* Eaque 6. communis est sententia *Wikef. de P. Ambassadeur p. 1. p. 328. Perez. tit. C. de Legat. n. 10.* Hinc in omnibus fere conventibus, ubi de tractanda pace agitur, cognitio de famulorum delictis judici ordinario loci concedi solet: idque Monasterii, & Nimwegii factum esse, tradit *Wikef. de legato, & ejus functione l. 1. S. 28. & Tefm. b.*

Istud enim juris gentium non est] „ Jus „ gentium enim securitatem legatis, & comitibus eorum præstat, quæ salva est, etsi „ extraneis delinquentibus asylum denegetur.

A D §. I X.

Q UÆRITUR, an legati ex contractu suo conveniri, ac executio in eos fieri possit? Equidem jure naturæ legatos subesse jurisdictioni territorii, ubi degunt, vidimus supra *lib. 1. c. 3. §. 5. n. 7.* Atque hinc tam ex delicto, quam ex debito ibi conveniri posse, probavimus supra §. 8, quo

lectorem remittimus. At alia quæstio est, an legati ratione eorum, quæ alibi, vel in loco quidem legationis, sed ante legationem contraxerunt, ibi conveniri possint; an vero jus revocandi domum habeant? Equidem cum jure civili beneficium hoc datum sit legatis, ne ratione eorum, quæ alibi, vel in loco quidem legationis, sed ante legationem contraxerunt, ibi conveniri possint, sed jus domum revocandi habeant, *l. 2. §. 3. seq. l. 23. de jud.* dubitari potest, jurisne civilis, ac positivi id sit, an juris gentium. Equidem si rationem juris gentium inspicimus, indistincte legatos ex contractibus suis in loco legationis, quoad ibi degunt, conveniri posse, dicendum est. Quicumque enim intra fines territorii, eoque ipso sub ejus potestate existunt, in eos naturali ratione jus dici a magistratu loci, ubi sunt, adeoque ex omnibus causis ibi rei fieri possunt: uti pluribus exposui in *Disput. de Fundata in territor. pot. tit. 4. §. 11. seq.* & ejus juris vestigia hodie inter gentes apparent in jure arretorum, quo ubicunque reperiuntur personæ, & res sibi possunt. *Peck. de jur. sistent. c. 2.* Quare & legati, quos juribus loci illius non esse exemptos, docuimus *cap. 2. ut ex delictis*, ita & ex contractibus suis, aliisque causis legitimis ibi conveniri poterunt, cum jus gentium ipsis tantum securitatem a vi hostili, non autem immunitatem ab executione juris præstet, ut pariter probatum dedimus *d. cap. 2.* Non differunt ergo legati in causis juris gentium ratione fori ab aliis, qui sub potestate territorii sunt. Idque inde confirmatur, quia jure civili jus revocandi domum, tanquam singulare beneficium civile, & tanquam privilegium legatis concessum est: *dd. II. inde enim colligitur jure gentium communi, id fecus esse. Vid. Disput. nostram de legato sancto c. 4. §. 4.*

Et qua proinde habentur persona accessio] „ Mobilia personam sequi, & ossibus, ac „ personis inharere, communiter traditur. „ *Vid. Stryk. de Success. ab intest. Diss. I. c. 4. §. 3. ibique late Dd. Carpzov. p. 3. c. 12. def. 14. & Resp. 38. & 39.* Atque „ ex eo capite in successione rerum mobilium „ forum domicilii defuncti inspicere, putant, „ *ibid.* Sed ratio illa fallit: mobilia non sunt „ accessio personæ, non magis, quam immobilia; neque ulla conjunctionis ratio hic „ subest. Unde alibi demonstravi, forum „ domicilii ex plane alia ratione in mobilibus „ inspicere; non quia mobilia sunt accessio personæ „ sonæ

§, font, sed quia in loco domicilii sita videntur : persona enim defuncti ibi consistit, iisque rebus ibi utitur. *Uit. Jus meum controv. Tit. de jurisdic. quast. 25. Pignoris causa*],, Per impositionem arresti. *Aut ad solutionem debiti*],, Per venditionem publicam.
 Capi non posse],, Contrarium jam demonstravimus.
 Manu regia],, Ex decreto Principis.
 Nam omnis coactio abesse a legato debet] Injuria cogi non potest ; at jure potest.
 Quo plena ei sit securitas],, Hæc nunquam dari debet nisi contra injuriam, & ne lædatur ; non autem læditur qui ex facto suo illicito patitur.
 Et, ut fit, res soli eo loco nullas possideat],, Nam si possidet, executio fit in res illas, quæ indubie jurisdictioni territorii subsunt.
 Et si detrectet, is, qui misit],, Huic in alieno territorio, actusque ibi gestos, nulla competit jurisdictione.
 Usurpentur ea, quæ adversus debitores extra territorium posita usurpari solent],, Ex sententia enim Auctoris legati fictione quadam constituuntur quasi extra territorium.
 Vid. supra §. 4. n. 5. Contra debitores autem extraneos, quorum magistratus denegat justitiam, locum habet jus repressaliarum. *Uit. l. 3. c. 2. §. 4.* At ejusmodi ambagibus opus non esse, jam vidimus.

A D §. X.

x Nec metuendum est] Ob hunc metum legatorum bona capi non possunt pignori, sed ex aliis rationibus, quas late supra §. I. exposuimus.

Qui cogi nequeunt],, Subditus enim cum principe suo contrahens, cogere eum ad præstanda promissa nequit.

Ut de contractibus, qui in creditum iis sent, jus nullum redderetur],, Nam traditione demum contractus fieri voluerunt.
 Vid. supr. l. 2. c. 12. §. 15. n. 1. Sed & jure Romano ex nudo pacto actio non datur. Sic apud Judæos ex pacto usurarum nullum jus agendi oriebatur.

Non magis, scilicet, quam adversus ingratos],, Adversus ingratos natura actionem non competere, videbimus infra c. 22. §. 16. & c. 25. §. 3. *Add. c. 20. §. 20.*

Aut pariter implere contractum],, Si scilicet ex alio contractu alteri visissimum aliquid deberent.

Aut contenti esse nuda fide debitoris] Quia sibi imputare debent, quod bona fide debitoris contenti fuerint.

Seneca],, Seneca optat, ut contractus in creditum eant citra stipulationem, & remotis cautionibus ; adeoque pacta vult impleri non ob cautelas adjectas, sed ex sola fide.

Pecuniam creditam sumere],, Usuras apud plures gentes illicitas fuisse, supra l. 2. c. 12. §. 20. vidimus.

Ne quis actionem haberet, qui de pretio habuisset fidem],, Idque in his quoque oris, edictis publicis tum ratione studiosorum, tum ratione militum cautum est.

Existimant enim, homines contentos esse debere fide, quam sunt secuti],, Adeoque imputare sibi debent, quod non præsentem pecunia vendiderint.

Quæ contra hanc sententiam adferuntur ex jure Romano],, Quo legati ex debito conveniri possunt.

Sed ad provinciales],, Quos Imperatores in provincias mittebant, & proconsulibus jungebant : de quibus *tot. tit. ff. & C. de legatis.*

A D §. XI.

QUÆRITUR, an legatorum violatio sit justa belli causa ? Affirmatur si injuria illis fit, (non ergo si vel ob delictum puniuntur, vel ob debita arrestantur) injuria enim fit principi mittenti, cujus reparationem armis petere potest. Exempla Auctor recenset b. Ita Genuenses ob legatos violatos classe regnum Cypri invadunt, & Petrinum regem cogunt, ut quotannis 40. m. promitteret. *Platina in Gregor. XI. Romani Corinthum ideo excindunt. Liv. l. 52. epit.* Belli Achaici femina referuntur, quod legati populi Romani ab Achaicis pulsati sunt. *Liv. l. 51. epit.* Teuca Illyriorum regina legatum Romanorum alterum occidere in itinere jussit ; ideo bellum contra eam decretum est. *Polyb. l. 2. c. 2. & 3.* Cæsar ideo Venedis bellum intulit. *Cæs. de bell. Gall. l. 2. c. 2. §. 4.* De pœna legatos violantium sequentia addit B Parens in *disp. de legato Jamet. non imp. c. f. §. f.*

Jure communi notum est, eos hostibus dedi,
 I. fin. ff. de legation. Quod satis grave est,
 ipsius hostis irati, partisque lesse iudicio, libi-
 dini, atque arbitrio poenam committere, etsi
 extent varia deditorum exempla. Valer. Max.
 lib. 6. c. 6. §. 3. & §. 5. Dion. Halicarn. An-
 tiq. lib. 2. c. 53. Ajal. de jur. bell. lib. 1.
 c. 9. n. 2. Bodin. de republ. lib. 2. c. 6. in
 fin. Verum, jure gentium non tenetur Prin-
 cept violatorem hosti dedere, cum ipsius sit le-
 gitimum forum; atque adeo ipse poenam ar-
 bitraria severitate statuere potest. At cogita-
 bit, non modo violati juris gentium, sed & ne-
 glecta in violatores poena vindicem acerrimum
 esse Deum ejus juris latorem; vel exemplo ur-
 bis Roma, quae cum in legatos suos juris gen-
 tium violatores non animadvertisset, ante a Gal-
 lis, qui lesi erant, diruta, ac destructa est,
 quam sentiret eos hostes esse. Hinc cum Camil-
 lus exul apud Ardeam eo audito, senesceret
 indignando, mirandoque, ubi illi viri essent,
 qui fecum Vejos, Faliscosque cepissent, &c.
 Liv. 1. 5. c. 43. deinde agnoscit, ideo id con-
 stituisse Romanis, quia gentium jus a legatis
 eorum violatum, & ab ipsis, cum vindicari
 deberet, eadem negligentia Deorum præter-
 missum fuerat. Liv. dict. lib. 5. c. 51.

Superfunt adhuc quæstiones quædam circa
 legatos.

Quær. I. Quinam legati mitti possint? Resp.
 dependet hoc ab arbitrio mittentis, modo na-
 turæ defectus non sit impedimento. Ita legati
 juribus nihil derogatur, etsi quis foeminas,
 vel clericos, vel vilis conditionis, aut nego-
 tiorum imperitos mittat: nam & omnium ho-
 rum generum legatos nostra quoque memoria
 missos esse, constat; & Ludovici XI. legatus
 tonsor fuit. Vid. disp. nostra de legato sancto
 c. 4. §. 8. Alia quæstio est, quid magis deco-
 rum, congruum, & e republica videatur:
 quod ipsum quoque a principis iudicio pendet,
 an satis decorum, aut e re sit, virilia, & pu-
 blica negotia foeminis, secularia, & civilia
 clericis, gravissima tonsoribus, & momenta
 reipublicæ imperitis committere. Principi
 enim liberum est eligere, per quos negotia sua
 explicari velit; neque minus ideo illi, qui
 ab eo ita missi sunt, juribus, ac beneficiis
 legatorum utuntur. Ibid. §. 9.

Aditio.

„ Sabinæ foeminae pacem cum Romanis
 „ conciliarunt. Idem fecit Coriolani mater,
 „ & uxor. Porthsmutia nostro ævo legati
 „ partes obiit inter Galliar, & Angliæ reges.

„ Ita Judæos, immo cæcos, ac surdos mis-
 „ sos, legimus apud Kirch. de Legat.
 „ lib. 2. c. 1.

Quær. 2. An illi, qui speculandi causa
 sub specie legationis mittuntur, jure gentium
 gaudere possint? nam ipse Scipio Africanus
 suscepit legationem ad Antiochum speculandæ
 causa, apud Appian. de Bell. Syr. Quod pau-
 cis ita decidimus. Cum in hostem dolo æque,
 ac vi uti licitum sit, potest quidem hostis
 specie quoque legationis decipere hostem;
 quanquam Romani veteres non adeo hunc
 morem in hostem probaverint, apud Liv.
 l. 42. c. 47. Sed cum hic actus hostilis tamen
 sit, poterit si detectus, & deprehensus ille
 animus speculandi fuerit, perinde, ac si vi
 usus fuisset, pro hoste haberi; definit enim
 hoc facto esse legatus, quia id est extra fines
 mandati, quod exhibuit. Exemplum memo-
 rabile de Stephano rege Poloniae, & legatis
 Moscorum est apud Thuanum Hist. lib. 73.

Quær. 3. An si legatus negotii contrahen-
 di causa missus fines mandati excedat, prin-
 cept teneatur ex contractu legati? Affirma-
 tur, quia mittens legatum per litteras, quas
 vocant credentiales, promittit, se omnia ra-
 tihabiturum quicquid legatus in tali negotio-
 rum genere fecerit. Si ergo legatus ille man-
 datum suum excedit, valet contractus, &
 mittens regressum contra legatum excedentem
 habet. Vid. sup. c. 11. §. 12.

Quær. 4. An pluribus legatis missis, &
 uno impedito, aut mortuo, reliqui negotium
 expedire possint? Sane, Justiniani legatus
 ad Chosroem Persarum regem missus, altero
 Constantino ægotante noluit perficere iter:
 contra Diæus Rhodiorum ad Romanos legatus
 mortuo socio iter continuavit. Posterius fa-
 ctum probat Pascal de legatis cap. 31. At prin-
 cipi rationi magis consentaneum est: 1. quia non
 uni, sed duobus negotium commissum est,
 adeoque unius facultas est restricta. 2. Non-
 dum constat, an is, ad quem legatus mit-
 titur, cum uno solo acturus sit; adeoque tu-
 tius est rem renunciare mittenti, novaque
 mandata expetere. Sed & 3. dubium est, an
 mittens velit negotium per unum expediri;
 adeoque legatus ex dubia voluntate mittentis
 jus agendi sibi solus arrogare nequit.

Quær. 5. Quando finiatur securitas legati?
 Resp. 1°. Quamdiu in hostili territorio est,
 quia non esset tutus si ante excessum ex illo
 territorio violari posset. Neque dici potest;
 peracto negotio officium cessare: nam pote-
 stas quidem agendi cessat, at non ejus digni-
 tas;

ta, nedum securitas illa, sine qua negotium peragi non potest. 2°. Si desinit esse legatus; uti si mittens eum dimittat. 3°. Si ipse renunciat re integra, Quintil. decl. 366. 4°. Si injuriam committit; de quo sup. §. 4. Non vero s. morte; nam corpus quoque mortui violari nequit.

Additio.

„ *Quar.* 6. An jura, privilegia, & prærogativa, quæ personis ejusmodi publicis, vulgo tribui solent, ut jurisdictio in domesticos, signa reverentiæ, v. g. *dasz die Wache das Gewehr präsentiren musz*, nec non honores per ceremoniale (quod vocant) ejusmodi personis destinati, denegari legato possint? Equidem in singulis fere curiis legatis varia privilegia, pro variis legatorum gradibus, tribui solent. Qui proinde legatum certi ordinis admittit, ei quoque honores gradui illi annexo tribuere tenetur, tum ex tacito pacto, quia qui vult antecedens (i. e. qui recipit legatum cum caractere, cui usus com-

„ munitis, vel curia illa, ad quam legatus mittitur, certa privilegia tribuit) vult etiam consequens: tum quia injuria esset, uni negare privilegia, quæ omnibus ejusdem dignitatis principibus tribuuntur. Idque extra omne dubium est si ipse, qui denegat, eodem privilegio apud eum, cui denegat, utitur. Aliud igitur dicendum si Princeps, qui talem prærogativam præterdit, ipse eam denegat aliis: tunc jure talionis merito excluditur ejus legatus ab ejusmodi privilegiis.

„ Hujusmodi privilegia, quæ legati longo usu obtinuerunt, mutari quidem generali lege principis possunt; nullum enim jus lege naturæ legatis, & qui eos mittunt, quæsitum est: at non temere, nec tumultuarie id fieri debet. Si tamen ob abusum mutare princeps velit, reliquis principibus quoque liberum est, vel tollere privilegia legatis in suo territorio concessa, vel plane non mittere legatum: at causa belli iusta inde non erit.

C A P U T XIX.

De jure sepulturæ.

I. Ex eodem jure gentium nasci jus humani mortui.

II. Unde ortum?

III. Deberi & hostibus.

IV. An & insigniter facinorosis?

V. An & his, qui se interfecerint?

VI. Quæ alia ex jure gentium debeantur.

L I. + **E**X jure gentium, (aa) quod ex voluntate ortum habet, debetur & corporum mortuorum sepultura. Dion * Chrysostronus + inter mores, sive ἔθη, quæ τοῖς ἐγγράφοις, id est, scripto juri, opponit, + post legatorum jura commemorat *μη κωλύειν τὰς νεκρὰς θάπτειν*, non prohibere quominus sepeliantur mortui. Et b Seneca pater inter jura non scripta, + sed omnibus scriptis certiora, ponit, + humum porrigere cadaveri. + Naturæ id jus

a Περὶ ἔθους. Orat. 76. pag. 649. C.
b Libro I. contr. I.

GRONOVII.

I Humum porrigere] Erat hæc superstitio veterum, non præterite cadaver in via stratum, nisi gleba terræ iniecta, vel lapide. Horat. I.

Od. 28. Petronius cap. 74. tractaticia humanitate lapidare.

(aa) Jus istud Sepulture à Lege Naturali quoque oritur. Vide quæ diximus ad PUFENDORF, De Jure Nat. & Gent. Lib. II. Cap. 3. §. 23. Not. 9. ultimæ Editionis. J. B.

e Jud.
Bell. Lib.
IV. Cap. 6.
§. 3. Ed.
Hufon.
d Epist.
ult. edit.
491.
e Lib. XII.
c. 64.
f Lib.
XIII. c. 30.
g Vers.
378.
h Panathen.
Tom. I. P.
202. B.
i Pharf.
VII. 801.
k Theb.
XII. 642.
l Ann. VI.
c. 19.
m Orat.
fimebr. seu
XXXI. c. 3.
n Bello
Gild. vers.
397.
o Nov.
LIII.
p d. loco
q Vers. 563.

ius appellant Hebræi Philo, ac^c Josephus; & Φύσεως Θεσμός, Isidorus^d Pelusiotæ: + ut solere sub naturæ nomine comprehendi mores communes naturali rationi consentaneos, + alibi diximus. Apud Ælianum est: ^e τῆς Φύσεως τῆς κοινῆς ἀπειτήσης τὸν μηκέτι ζῶντα κατακρύψαι: cum mortuum condi ipsa imperet communis natura. Idem alibi: ^f τὰ κοινὰ καὶ ἴσα πᾶσιν ἀνθρώποις vocat γῆν καὶ ταφὴν, terram, ac sepulturam hominibus cunctis communia, ^g ex equo debita. ^a Leges hominum, νόμος βροτῶν dixit Euripides & Supplicibus, κοινὸν νόμον^b Aristides, Lucanusⁱ hominum ritus, terrarum leges, & mundi federa^k Papinius, fortis humanæ commercium^l Tacitus, spem communem orator^m Lysias. Qui impedit, hominem exuereⁿ Claudio dicitur; + naturæ dedecus facere, Leoni^o Imperatori: τὴν ὀσίαν ὑβρίζειν, + fas violare^p Isidoro Pelusiotæ.

2. Et quia veteres jura hæc + hominibus bene moratis communia, + quo sanctiora videntur, ad Deos referebant auctores, + ut legationis, ita & hoc jus Diis adscribi, passim videmus. Itaque in dicta tragœdia^q Supplicibus^h νόμον δαιμόνων Deorum legem dictam invenies, & apud Sophoclem Antigone Creonti, qui Polnicem humari vetuerat, ita respondit (vers. 460, ^g seqq.)

*Decreta quippe hæc nec supremus Jupiter,
Nec fas Deorum Manium dictaverat,
Queis alia jura debet humanum genus,
Nec id valere credidi jussus tuos,
Ut jura non conscripta, sed nutu Deum
Concessa, sempiterna, mortalis satem
Violare posses, non enim nuper vigent,
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent.
Nonne ergo forti corde, seposito metu
Mortalis ira, par Deus magnis fuit
Me gerere morem?*

r Pana-
thenaico, p.
268. Ed. H.
Steph.

3. Isocrates^r de bello agens Theseos adversus Creontem ita loquitur: Quis nescit, quis non didicit, vel in² Dionysii ex tragœdiarum auctoribus, quæ Adraſto mala circa Thebas contigerint, cum reducere volens Oedipodis filium, generum autem suam, Argivorum phærimos perdidit, ipsosque³ ductores vidit interemtos: ipse vero cum dedecore superstes, cum inducias ad humanos mortuos obtinere non potuisset, supplex Athenas venit, quam tunc civitatem Theseus regebat, eumque oravit, ne viros tales insepultos jacere pro nihilo duceret, neve pateretur.

G R O T I I.

^a Leges hominum] Φύσεως Θεσμός, naturæ leges. Euf. hist. VIII, (De Martyrib. Palestin. Cap. 9. pag. 425. Edit. Cantabrig. Valef. 1720.)

^b Νόμον δαιμόνων] Sophocles Antigone (vers. 1149.) idem δειῶν νόμος dixit in Antigone. (vers. 462.)

G R O N O V I I.

² Dionysii] Liberalibus, sive Bacchanalibus, quibus agebantur tragœdiæ, immo & inventæ putantur: unde scenici histriones Διονυσιακοὶ τεχνίται. Ælianus 2, 3.

³ Ductores] Amphiarum, Tydea, Hippomedonta, Capanea, Parthenopæum, generum Polynicem.

G R O :

pateretur proculcari antiquum morem, & jus patrium, quo omnes homines inter se utuntur, non quasi ab humana natura condito, sed tamquam imperato a divina potentia: quæ cum ille audiisset, sine mora legationem Thebas decernit. Idem mox ^c Thebanos reprehendit, (bb) quod civitatis suæ decreta legibus divinis antehabuisse: ejusdemque historię & alibi meminit, ^s Panegyrico, Helenæ ^t encomio, Plataica ^u oratione: Herodotus quoque ^x Calliope, Diodorus Siculus historiarum ^y quarto, Xenophon historię Græcæ ^z sexto, & Lysias ^a ea, quæ est in honorem sepulcorum: postremo Aristides in Panathenæico, (cc) qui bellum hoc susceptum, ait, ^b pro communi natura hominum.

4. Et passim apud laudatos auctores videmus, egregia virtutum nomina huic officio tribui. Nam ⁺ humanitatem vocant (dd) ^b Cicero, ^c & ^d Lactantius; humanitatem, ac mansuetudinem ^e Valerius Maximus; misericordiam, ^f & religionem ^g Quintilianus; misericordiam, & humanitatem ^h Seneca; οἰκτον τῆς καινῆς φύσεως miseracionem communis naturæ ⁱ Philo; ⁺ fortis humanæ commercium ^k Tacitus; misericordiam, & pietatem; Ulpianus; ^l Modestinus, memoriam humanæ conditionis; clementiam ^m Capitolinus; ⁿ δικην, sive justitiam ^o Euripides, & Lactantius; opus benignum ^p Prudentius. Contra Donatistas, ^q qui Catholicorum corpora sepeliri vetabant, impietatis accusat ^r Optatus Milevitanus. Apud Papinium, (Theb. XII, 165.)

bello cogendus, & armis

^s In mores, hominemque Creon.

^t Spartianus tales, ait, esse sine humanitatis reverentia: ^u Livius sævitiam vocat ^v ultra humanarum irarum fidem. ^w Homerus dixerat ἀεικέα ἔργα. Eorum,

^x L. 14. §. 7. D. de relig. ^y L. 27. ff. de cond. inst. ^z Capitol. in M. Anton. Philosoph. c. 13. ^a Supplic. vers. 379, 526, 530. Lact. vi, 12. n. 31. ^b Cathe. Hymn. x, 63. ^c Opt. l. vi. ^d Spart. vita Caracallæ, c. 4. ^e Lib. VIII. c. 24.

G R O T I I.

^c Thebanos reprehendit] Pacto, non prælio, obtentum a Thebanis jus sepeliendi, vult Plutarchus Thebo (pag. 14.) At prælio Pausanias Atticis (c. 39.)

^d Lactantius [Cujus & hoc est lib. VI, c. 12. Ultimam illud, & maximum pietatis officium est, peregrinorum, & pauperum sepultura.

^e Homerus dixerat ἀεικέα ἔργα] Idem Iliados Ω Jovem, & Deos Achilli iratos fuisse, dicit, ob male tractatum corpus Hectoris, [vers. 113, & seqq. Locus autem in contextu laudatus est Iliad. XXII, 395. & XXIII, 24. J. B.]

G R O N O V I I.

⁴ Humanitatem] Justinus II. 12. idque eum non amoris, sed HUMANITATIS causâ fecisse.

⁵ In mores, hominemque] Ad mores communi omnium hominum sensu receptos.

⁶ Ultra humanarum irarum] Ad quas credibile non est quemquam hominem iratum procedere.

(bb) Non: sed ut ostendat, quanta esset auctoritas Atheniensium, observat, eos, qui Thebis plurimum poterant, majorem rationem habuisse illorum postulationis, quam Legum ab ipso Numine latarum, de jure sepulture: Τῆς δὲ κυρίας ὄντας Θεῶν ἔγω διαδείσαν, ἄπ' ἐλέσθαι μάλλον αὐτῆς ἰμῶναι τοῖς λόγοις ὑπὸ τῆς πόλεως ἐκπεφθεῖσιν ἢ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τῆς Δαμοονίας κατασθεῖσι. Pag. 269. C. Auctor dum festinans legeret, nec ad seriem orationis attenderet, verba, ὑπὸ τῆς πόλεως, intellexit de Thebis; quum de Athenis agatur. J. B.

(cc) Locus est pag. 204. A. Tom. I. Ed. Paul. Steph. Sed ibi agitur de alio bello, nimirum, de expeditione adversus Amazonas: quod exemplum quum statim subjiçiat illi, de quo Auctor heic, ideo unum, idemque esse putavit; eo facilius, quod ibi est κερταυδα. J. B.]

(dd) Nullibi in Oratione Ciceronis, ad quam remittit margo, reperitur vox humanitatis, juri sepulture adcommoçata. Originem erroris in hoc, &

^s Pag. 52.
^t Pag.

214.

^u Pag.

306.

^x Lib. IX.

c. 27.

^y Cap. 67.

^z Cap. 5.

§. 38. Ed.

Oxon.

^a Cap. 3.

^b Cic.

Orat. pro

Quintio.

^c Lact. l.

vi, inst.

c. 12.

^d Val.

Max. l. v,

c. 1.

^e Quint.

lib. XII,

c. ult. inst.

orat.

^f Sen. de

benef. lib.

v, c. 20.

^g Lib. de

Joseph. p.

530. B.

^h Annal.

vi, 19.

Lib. vi. rum, qui supervacaneam facerent sepulturam, Lactantius impiam vocat sapientiam. Eandem ob causam impius Eteocles Papinio.

II. I. Quæ primum causa moris hujus introducendi fuerit, ut corpora humo tegerentur, sive condita prius, ut apud Ægyptios, sive cremata, ut apud Græcos plerosque, sive ita uti sunt, quem morem esse antiquissimum, notavit Cicero, & post eum Plinius, de eo non idem omnibus videtur. Nam Moschion existimat, occasionem datam ex gigantea feritate mandendi homines, cujus abolitæ signum sepulturam; ita enim ait:

Stob. Eclog. Phyl. Tit. XI.

Tunc morte raptos imperatum legibus Mandare terra, pulveremve inspargere Necdum sepultis, ne darentur conspici Abominanda signa pastus pristini.

2. Aliis videntur hoc modo homines velut sponte solvisse debitum, quod alioqui vel ab invitis repetit natura. Nam hominis corpus ex terra ortum terræ deberi, non Deus tantum Adamo edixit, sed & Græci, Latinique passim agnoscunt. Cicero ex Euripidis Hypsipyle:

Genes. III. 19. z Tusc. qu. III. 25.

Reddenda terra terra.

Et quod apud Salomonem legimus, pulverem quidem ad terram redire quale fuerat, spiritum autem ad Deum, qui dederat, Euripides hoc ipsum argumentum ex persona Thesei in Supplicibus tractans sic ait (vers. 351, & seqq.)

Jam smite terra mortuos gremio tegi: Res unde quæque sumserat primordium, Eo recipitur: spiritus calo redit, Corpusque terræ: jure nec enim mancipi,

Sed

& aliis locis laudatis, ostendunt Notæ nostræ Gallicæ: harum enim modus non patitur, ut omnia dicamus, præsertim in isto, & præcedenti Capite, quæ omnium maxime talibus ἀβελήσιαις fœtent. J. B.

mine factum laudabile, cujus non vestigium in alio aliquo animantium genere Deus posuerit, ita & in hac re evenit. De Formicis Plinius libro XI, 30. Sepeliuntur inter se viventium sola, præter hominem. At is ipse de Delphinis lib. IX, 8. conspectique jam defunctum portantes, ne laceraretur a balluâ. Et de Apibus Virgilius (Georg. IV. 256.)

GROTII.

f Plinius] Historiæ naturalis VII, 54. ubi & hoc: Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humanus vero, humo contactus.

g Ex terra ortum terra deberi] Job. X, 9. Philo in Flaccum: ἀνθρώποις ἢ φύσιν οὐκ ἰσχυρότερον χωρίον ἀπένευμε γῆν, & μόνον ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντων, ἢ ἢ αὐτῇ καὶ τὴν πρώτων ὑποδέχονται γένεσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς βίης τελευταίαν ἀνάλασιν. Proprium hominibus locum natura terram tribuit, nec vivis tantum, sed & mortuis, ut eadem, quæ primos suscepit natales, suscipiat & ex hac vita exitum. (Pag. 99 L. C.) Attamen sicut nullum est in ho-

Tum corpora luce caventum Exportant testis, & tristia funera ducunt.

Servius: cum exsequiali scilicet pompa.

GRONOVII.

7 Condita] Circumlita unguentis, Kirchm. de Funer. I, 8.

8 Quale fuerat] Vulg. unde erat. LXX. αἷς ἦν.

9 Mancipi] Lucret. 3, 1021. Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

GRO:

*Sed brevis ad ævi tempus usendum datur :
Mox terra repetit ipsa quod nutriverat.*

Lucretius similiter de terra (Lib. V. vers. 1260.)

Omniparens eadem remum est commune sepulchrum.

Cicero de legibus ^b II. ex Xenophonte : *redditur terra corpus , & ita loca-
sum , ac situm quasi operimento matris obducitur.* Plinius quoque ^c scripsit , ^c *Hist.*
terram nos ¹⁰ nascentes excipere , natos alere , semelque editos sustinere fem- ^{Nat. II. 49.}
per , novissime complexam gremio jam a reliqua natura abdicatos , ut ma-
trem operire.

3. Sunt qui resurrectionis spem a primis humani generis parentibus , + hoc
veluti monumento , posteris consignatam putant. Nam & ¹¹ ob reviviscendi
promissum adservanda corpora , + docuisse (ee) Democritum , Plinius testis
est , libro septimo , capite quinquagesimo quinto. + Christiani autem sæpe
morem honeste condendi corpora ad hanc spem referunt. Prudentius : ^d

*Quidnam sibi saxa cavata ,
Quid pulchra volunt monumenta ,
Nisi quod res creditur illis
Non mortua : sed data somno ?*

^d *Hymn.*
X , 53. &
segg.

4. Simplicius est , cum homo cæteris animantibus præstet , + indignum
visum si ejus corpore alia animantia pascerentur : quare inventam sepulturam ,
ut id quantum posset caveretur. Miseratione hominum custodiri corpora ^h ab
incurfu ,

G R O T I I.

¹⁰ *Nascentes excipere*] Ex more , quo recens
natos humi deponere solbant , donec ab agno-
scentibus eos patribus tollerentur. Unde *Stattius*
Epithal. Stellæ : *tellure cadentem Excepi gremio.*
Sueton. Octav. 5. Ner. 6.

¹¹ *Ob reviviscendi promissum*] Quod spem fa-
ceret , promitteretque Democritus , fore , ut mor-
tui aliquando in vitam redirent.

(ee) Non id dixit *Democritus* : sed ecce ver-
ba *PLINII* , quorum sensum mutavit Auctor ,
dum ex memoria citaret , vel festinanter legeret :
*Similis est & de adservandis corporibus hominum ,
ac reviviscendi , promissa Democrito vanitas , qui
non revixit ipse.* Agitur ibi tantum de resurre-
ctione quadam , cujus imaginem sibi finxerat
Philosophus , quamque *Plinius* vocat *adservatio-
nem corporum humanorum.* Auctor vel legit , vel
in mente habuit , quasi verba sic posita essent :
*De adservandis corporibus hominum , OB REVI-
VISCENDI PROMISSA. J. B.*

G R O T I I.

^h *Ab incurfu avium , ferarumque*] Vide vaticani
Tom. III.

nium de Jeroboami posteritate in poenam pecca-
torum ejus , I Regum XIV , II. Et *Tertullianus*
de Resurrectione. De *Ægitho* *Homerus*
Odyssæ I. (vers. 258.)

*Τῶνε οἱ μὲν δεινόντι χυτὴν ἐπὶ γαίῃσι ἔχουσιν ,
Ἄλλ' ἄρα τόρυε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κερδαίνουσι .*

*Ergo nec leviter glebam injecere perempto ,
Illius ut volucres lacerarent ossa , canesque.*

De *Ægitho* loquitur , quem ut adulterum , &
regni inuasorem Argivi insepultum abjecerant ,
[immo abjecturi fuissent si Argivi fuisset. Inspice
locum. J. B.] cujus tamen reliquias humanior
terræ dedit *Orestes* , ut mox dicitur. *Menelaus*
de *Ajace* in *Sophocle* , (*Ajac.* vers. 1083.)

*Ἄλλ' ἀμφὶ χλωρῶν λάμαδον ἐκβεβημένῳ
Ὅρισι φορβὴν παραδίους γυνίτεται .*

*Sed ille arenæ jactus in palentibus ,
Gratum marinæ pabulum alitibus dabit.*

Sed hoc quoque ibi prohibet *Ulysses* , prudentiam
exemplar. *Sophocles* *Antigone* in ipsius *Antigones*
laudem , (vers. 711 , & seqq.)

H h

^h *Hæc*

Decl. VI. p. 95. Ed. Ob- sct. f. Cap. 55.

incurfu avium, ferarumque, dixit Quintilianus. Apud Ciceronem de Inventionione primo: f a feris vexatus, communi honore in morte caruit. Et apud Virgilium legimus (Æn. X, 557, & seqq:)

non te optima mater
Condēt humo, patriove onerabit membra sepulchro:
Alitibus linguere feris.

g Jer. XXII, 19. i Reg. XXI, 19. h Lib. VI. c. 12. i De Tob. a. 1.

Et Deus invisibilibus sibi regibus minatur apud prophetas, futurum, ut asini sepulturam habeant, ut canes eorum sanguinem lingant. Nec aliud in sepultura considerat Lactantius cum ait: Non enim patiemur, figuram, & figmentum Dei, feris, ac volucribus in pradam jacere; & Ambrosius, cujus hæc verba sunt: Nihil hoc officio præstantius, ei conferre, qui jam tibi non potest reddere: vindicare a volatilibus, vindicare a bestiis consortem naturam.

5. + Sed etsi tales abessent injuriæ, proteri tamen, ac lancinari corpus humanum, alienum merito videtur ab istius naturæ dignitate. Unde non abest illud in Sopatri controversiis: ότι το θάπτειν καλόν, και ότι τοιούτων η φύσις εξευρε τοις σώμασιν, ίνα μη διαλυόμενα μετὰ θάνατον γυμνά, καθάπερ αισχύνηται. τὸ το τῆ φύσει καλόν, τὸ το Φιλάνθρωπον. τὸ το τοις ὅλοις δοκεί, είτε θεοί είτε τινες ἥρωες ταύτην μετὰ θάνατον τοις ἀνθρώποις τῆν τιμὴν κατεσησαντο. επειδαν και οὐκ εὐλογον τὰ τῆς φύσεως ἀπόρρητα μετὰ τῆν τελευταίην ἀπασι δείκνυσθαι, γῆ κρύπτειν τὸν ἀνθρώπον γενομικαμεν ἀνωθεν, ίνα τῶ καλύπτεσθαι μνηματι ἐλάτθανε τὸ σῶμα διαλυόμενον. Honestum esse humare mortuos, & ab ipsa natura quasi concessum corporibus, ne velut probro afficiantur post mortem si nuda diffuant. [hoc nativum esse honestum, hoc humanum.] placere id omnibus, siue Dei fuerint, siue semidei, qui hunc functis vita corporibus honorem induserunt. Quia enim a ratione alienum est, natura humana arcana post mortem omnibus conspicua exponi, morem inde ab antiquo accepimus humana corpora sepeliendi, ut monumento condita clam, & procul a conspectu tabescant. Quo & illud pertinet Gregorii Nysseni in epistola ad Letoium: ως μη αναδειχθῆνας τῶ ἡλίῳ τὴν ἀσχημο-

* Ητις τὸν αὐτῆς ἀπὸ ἀδελφοῦ ἐν φοναίς Πιπλίῳτ' ἀδαπίον, μηδ' ὑπ' ὠμῶσιν κινῶν Εἶας ὀλέσθαι, μηδ' ὑπ' οἰωνῶν τινῶν

Illa obstitum cruore germanum suum
Non insepultum sicut alitibus feris,
Canibusque fieri pabulam mordacibus.

Appianus civilium 1. de interfectis jussu Marii: ταφῆν τε εἶναι ἐξῆν ἐπενεγκῆν εἰς εἶδνα τῶν ἀναστρεμμένων, ἀλλ' οἰωνοὶ καὶ κίνες ἀνδρας τοιούσδε διασπῶσαντο. Nec cuiquam licebat, quenquam interfectorum sepelire, sed viros tam egregios lacerabant aves, & canes, (pag. 394. Ed. Steph.) Ammianus Marcellinus principio libri XVII. de Juliano: Sollicitusque ne diræ volucres consumerent corpora peremtorum, sine discretione sanctos humani mandavit, (Cap. 1.)

i Τὴν ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως] Simili modo Agathias dicit, moris esse τὰ αισχυνητὰ τῶν ἀδίκων ἐπικαλύπτειν. Obtegere proteriti pudorem (Lib. V. Cap. 6.) Ita quam nihil natura finis, apparet in ortu, & interitu. Quod ut significarent Sapientes Hebræi, vetuere, ne plebejæ, aut summe fortunæ qui essent, aliusmodi fasciis involverentur, aut modo nati, aut mortui.

GRONOVII.

12 Communi honore] Qui omnibus habetur mortuis.

13 Ei conferre] Beneficium dare.

14 Naturæ humanæ arcana] Illud secretum quantum vilibus elementis constat, quod tam speciosum in vivo corpore apparet.

ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως, ne soli ostendatur id, quod dedecori est humana natura.

6. Hinc est quod officium sepeliendi + non tam ¹⁵ homini, id est, personæ, quam ^k + humanitati, id est naturæ humanæ, præstari dicitur: unde + publicam hanc humanitatem dixerunt ^k Seneca, & ^l Quintilianus; tralatitiam ^m Petronius. Cui consequens est, ut + nec inimicis, nec hostibus in-

^k De be-
nef. lib. V.
c. 20.
^l Quint.
Decl. VI.
in Satyric.
G. 117.

(ff) Ulyssis pro humando Ajace, ubi hoc inter cætera :

*Menelae, post tot dicta sapienter, cave
Injuriosus sis in hominem mortuum.*

Rationem reddit Euripides Antigone : "

*Mors iurgiorum finis est mortalibus:
Num majus aliud quid potest leto dari ?*

ⁿ Fræ-
gment.
vers. 29;
40.

Idem Supplicibus (vers. 528, 529.)

*Fecere vobis siquid Argivi male,
Cecidere; in hostes ista vindicta est satis.*

Et Virgilius (Æn. XI, 104.)

Nullum cum victis certamen, & æthere cassis.

Quam sententiam citans scriptor ad Herennium addit: (gg) *Nam quod ma-*

lorum est extremum, accidit illis jam. Papinius : °

^o Theod.
XII, 579.

bellavimus; esto :

Sed cecidere odia, & tristes mors obruit iras.

Et eandem causam reddit + Optatus Milevitanus : *Si inter viventes fuerat cer-*

tamen, odia vestra vel mors aliena compescat; jam tacet cum quo ante litigabas.
III. I. ¹⁺ Quare & hostibus publicis deberi sepulturam, omnes sentiunt.
Bellii

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^k Humanitati, id est, natura humana præstari dicitur] Servius ad XI. Æneidos: *Sepultura enim beneficium generaliter debetur universis, (ad vers. 106.)*

^l Quare & hostibus publicis deberi sepulturam, omnes sentiunt] Philo in Flaccum: ἢ ὄν δὲ καὶ τὰς νεκρούς ἐν τῷ πολέμῳ τῶν ἐχθρῶν ταύτης ἀξίους, οἱ μὲν ἐκισμῆς καὶ φιλόφρονες τοῖς οἰοῦσιν διαπαύσας, οἱ δὲ τὴν ἐχθρὰν καὶ πρὸς τὰς νεκρὰς ἀποτίνοντες, ὑπόσπονδα τὰ σώματα δίδόντες ὑπὲρ τῆ μὴ τῆς τελευταίας χάριτος ἀμοιβῆσαι τῶν νομιζομένων. Etiam qui in bello occubuerunt, eos homines solent ad sepulturam dare; illi quidem, quibus bonitatis, & humanitatis plus est, suapte impendio; alii vero, qui odia & in mortuos extendunt, sub pactis dantes corpora, ne careant eorum, quæ mos imperat honore ultimo, (pag. 974. A. Ed. Paris.)

¹⁵ Homini, id est, persona] Defuncto exhiberi, non propter ipsum, sed propter reverentiam communis naturæ, ob causam humani generis communem.

(ff) Non Ulyssis, sed Chori, vers. 1110, & seqq. J. B.

(gg) Nullibi in libris ad Herennium hoc reperitur. Habet Auctor ex ALBERICO GENTILI, De Jure Belli, Lib. II. Cap. 24. pag. 459. Edit. Hanov. ubi locus plenius adfertur, tamquam ex III. Rhet. ad Herem. qui liber, ut ipse postea observat, pag. 531. non est Ciceronis, si Virgiliana habet. Post primam Editionem, casu incidi in fontem erroris. Scriptor Neapolitanus, Ant. Sebastian. Minturnus, Lib. III. De Poëta, pag. 207. Ed. Venet. 1559. adlato Vir-

H h 2

giii

p Pag. 63.
 q In Flacc.
 p. 974. A.
 r Annal.
 I. 22.
 s Orat. de
 consuetud.
 p. 649. C.
 t Pbarsf.
 VII. 301.
 u II. n. 5.
 v Pag.
 647. D.
 y Axiom.
 V. Hijh.
 XII. 27.
 z Diad.
 Sic. XVII,
 40.
 a Livius,
 XXII. 7.
 b Ibid.
 c Idem,
 XXV. 17.
 d De B.
 Punt. XV.
 389.
 e Vid.
 Max. V.
 I. 2.
 f App.
 Alia. P.
 250.
 g Vid.
 Plutarch.
 in ejus
 Vit. pag.
 396. A.

Belli hoc jus κοινὸν ἐν τοῖς πολέμοις vocat p⁺ Appianus, belli commercia φ
 Philo. Tacitus : * Ne hostes quidem sepulturam invident. Dio Chrysofomus
 servari hoc jus, ait, etiam ἐν τοῖς πολέμοις, apud hostes; addit : καὶ εἰς
 ἐσχάτην ἐχθρὰν προέλθωσι etiam si ad summum odia processerint. De eadem
 re agens Lucanus hominum ritus in hoste servandos, dixit. Sopater idem,
 qui supra : τίς πόλεμος ταύτης τῆς τιμῆς τῶ ἀνθρώπων γένε ἐπέ-
 ρησε, τίς ἐχθρὰ μνησικακήσασα πρὸς τὰ πλημμελήματα παραβῆναι τὸν
 Θεομὸν τοῦτον ἐπέσχετο ; Quod bellum hoc ultimo honore humanum prius
 genus ? qua inimicitia eousque extendit malefactorum memoriam, ut hanc legem
 violare audeat ? Is, quem dixi, Dio Chrysofomus oratione de lege : διὰ
 τῆτον τῆς ἀποθανόντας εὐδεῖς ἐτι κρίνει πολέμους, εὐδὲ τὴν ἐχθρὰν κατ
 τὴν ὕβριν εἰς τὰ σώματα αὐτῶν ἐπιδείκνυται propter hanc mortuos nemo
 hostes judicat; neque ira, & contumelia in eorum corpora extenditur.

2. m + Et passim existant exempla. Sic Hercules suos hostes, Alexan-
 der victos ad Issum, Hannibal C. Flaminium, P. b Emiliam, Tiberium
 c Gracchum, n Marcellum, Romanos quæsit ad sepulturam. Credas, inquit
 Silius d Italicus, 10 Sidoniam recidisse ducem. Idem Hannoni a Romanis
 præstitum, Mithridati a f Pompejo, a s Demetrio multis, Archelao regi
 ab b Antonio. In Græcorum adversus Persas militantium juramento erat s
 Socios (hh) omnes sepeliam : bello victor etiam barbaros : & passim in historiis
 legas impetratam νεκρῶν ἀναίρεσιν, o facultatem tollendi mortuos. Apud Pausa-
 nam in Atticis exemplum est : τῆς δὲ Μήδους Ἀθηναῖοι μὲν θάψαι λέ-
 γουσιν, ὡς πάντως ὅσιν ἀνθρώποις νεκρὸν γῆ κρύψαι Medos Athenienses a
 se sepultos ajunt, quia qualemcumque mortuum terra condi fas sit.

3. Quare Hebræorum veterum interpretatione Pontifex Maximus, * cum
 17 + alioqui rei ulli funebri interesse vetaretur, repertum tamen hominem p
 infepul-

b Idem, Vit. Ant. p. 917. B. ; Lib. I. c. 32. & Levit. XXI, n. & seqq.

glli versu, statim de suo subjicit : Quippe qui-
 bus tum accidit, quod malorum omnium extremum
 est. Hæc quid legisset, ipse Italus, Alberic. Gen-
 silis, & memoriter laudavit, & ex vetusto Au-
 ctore Libh. ad Hercaniam sibi animo retenta pu-
 tavit, ita ut etiam verba quædam paululum im-
 mutaverit. Eiusmodi lepidâ, ut ita dicam, πα-
 ροράματα, plura forte deprehenderemus, si sem-
 per indagari, aut sese offerre possent loca, ubi
 cubile est citationum per manus ab uno libro in
 alium propagatarum. J. B.

o Facultatem tollendi mortuos] Vide infra lib.
 III, c. XX. §. 45.
 p Infepulturn sepelire etiam jubebatur] Idem ex
 jure pontificio Romano Servius notat (ad Enoid.
 VI, 176.)

GRONOVII.

16 Sidoniam] Aliquem de Pasis, aut sociis,
 non Romanum hostem.
 17 Alioqui rei funebri] Levit. XI, I. & II.
 qui mos etiam transit ad Romanos, Tacit. I,
 annal. 62.

GROTII.

m. Et passim existant exempla] Josephus in lo-
 quibus : διασποράσασα δὲ ἢ ἐν πολέμοις Sepeliantur
 s. mortui [hostes. Ant. Jud. IV, 8. §. 24. Edidit
 Hudson.] Agamemnon Trojanos sepeliv Ἰλιάδος Η.
 (vers. 396, & seqq.) Antigonus Pyrrhium apud
 Plutarchum, (pag. 406.) Vide eundem in vita
 Thesei, (pag. 14. A.)

n Marcellum] Plutarchus. Marcello, (pag.
 376. Adde CICEBONE M. De Senect. c. 20.)

(hh) Habet hos Auctor procul dubio e DIO-
 DORO SICULO: sed dum pravam interpun-
 ctionem sequitur, festinanter legendo, sensum
 plane alienum nobis offert. Ea verba Græca :
 Ἀλλὰ τῆς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμα-
 χῶν πάντας θάψαι ἢ κρατήσας τῶ πολέμου τῶν
 βαρβάρων, εὐδαίμων τῶν ἀγωνισαμένων πόλεων ἀνά-
 στατον ποιῆσαι. &c. Id est : Sed socios in prælio mor-
 tuos omnes sepeliam ; ubi vero bello Barbaros vi-
 cisse.

insepultum sepelire etiam jubebatur. Christiani vero tanti fecerunt sepulturam, ¹ ut ejus causa, sicut ⁺ ad pauperes alendos, aut ad captivos redimendos, vasa ecclesiæ etiam ¹⁸ initiata constari, aut ⁺ vendi licite, existimaverint.

4. ⁺ Sunt quidem & exempla in contrarium, sed communi judicio damnata.

Hunc oro q¹⁹ defende furorem :

est apud Virgilium (*Æn. X, 905.*)

hominemque cruentus

Escuit, & tenuem casis invidit arenam.

Apud ² Claudianum. Diodorus Siculus : ² τὸ πολεμεῖν τῶν ὁμοφύλων τοῖς θεοθηκόσι. *θηριώδες. ferinum est, bellum gerere cum mortuis, qui ejusdem natura fuerint.*

IV. 1. ⁺ De insigniter tamen facinorosis video esse dubitandi causas. Lex divina, Hebræis data, ut omnis virtutis, ita & humanitatis magistra, illos ipsos, qui suspensi patibulo erant (quod ⁺ valde ignominiosum censebatur. Num. XXV, 4. Deut. XXI, 23. 2 Sam. XXI, 13.) ⁺ eodem die sepeliri jubet. Hinc ² Josephus tantam Judæis, ait, esse curam sepulturæ, ut eos etiam, quorum corpora ad publicum supplicium damnata sunt, ante solis occalum tollant, & humo mandent : & alii Hebræorum interpretes addunt, ⁺ exhibitam hanc reverentiam divinæ imagini, ad quam homo sit conditus.

² Egisthum, qui ²⁰ adulterium cæde regis cumulaverat, & regis interfecti filio Oreste humo mandatum, Homerus memorat Odysseæ ⁴ tertio. Sed & apud Romanos Ulpianus ⁷ corpora eorum, qui capitis damnantur, cognatis, ait, neganda non esse : imo & quibuslibet petentibus danda, censuit ³ Paulus jurisconsultus. Et Diocletianus, ac Maximianus Imperatores ita responderunt : ⁺ *obnoxios criminum digno supplicio affectos ⁺ sepultura tradi, non vetamus.*

2. Legimus quidem in historiis exempla eorum, ⁺ qui insepulti abjecti sunt, ⁺ frequentiora civilibus, quam externis bellis : & hodie videmus, quorundam damnatorum corpora ⁺ diu in publico conspectu relinqui : ⁺ qui tamen mos an laudandus sit, disputant non politici tantum, ⁺ sed & theologi.

3. Contra, laudatos videmus qui sepeliri jusserunt corpora eorum, qui id ipsum aliis non permiserant, ut Pausaniam Lacedæmoniorum regem, qui in-

citatus

cero, nullam urbium devicturam vastabo &c. Lib. XI. Cap. 29. pag. 258. Ed. H. Steph. Vides ibi de Sepultura hostium nequaquam agi. J. B.

Ed. Hudson.) Adde Quintilianum declamatione quarta, (Cap. 9. Ed. Burman.)

G R O N O V I L

G R O T I I

q¹⁹ *Defende furorem*] Interpretatur Servius, *Inimicorum iram, & post fata seivire cupientem.*

1 *Sepultura tradi non vetamus*] Hujus Romanorum moris mentio est apud *Philonem* contra Flaccum, (pag. 977. A.)

3 *Qui insepulti abjecti sunt*] Id ἀταφία ὑβρίσιν τὸν νεκρὸν dixit *Josephus* in morte Judæorum regis Alexandri, (Ant. Jud. l. XIII. c. XV. §. 4.

18 *Initiata*] Consecrata, dedicata, & jam usus sacris imbrata.

19 *Defende*] Arore, prohibe, ut : *Solstitium petori defendite.*

20 *Adulterium cæde*] Agamemnonem patruelern, & Mycænarum, vel Argivorum regem occiderat, quum uxorem ejus Clytemnestram pellacisset ad adulterium.

H h 3

G R O :

citatus ab Æginetis ut Perfarum factum ²¹ in Leonidem simili facto ulcisceretur, consilium ut se, ac Græco nomine indignum rejecit. Apud Papinium Theus ²² Creontem sic alloquitur (*Theb.* XII, 780 :)

vade atra daturus

Supplicia, extremique tamen secure sepulcri.

^x *Jos.*
Ant. XIII,
c. 16. &
Gorionid.
^y *Lib.* III.
c. 8. §. 5.
Ed. Husf.
de Bel.
Jud. Hegef.
libro III,
c. 17.
^z *Gel.* I.
XV. c. 10.
Plut. de
mul. virt.
T. II. pag.
249.
^a *Plinius*
I. XXXVI.
c. 15.
^b *Plutarch.*
Ag. &
Cleom. vit.
p. 823.
^c *Nic.* V,
15.
^d *Pag.* 332.
^e *Orat.*
LXIV. pag.
592. D.

Alexandrum quoque Jannæum regem, * qui in mortuos populares valde contumeliosus fuerat, sepelierunt Pharisæi. Quod si Deus interdum sepulturæ jactura quosdam punit, + fecit hoc suo jure supra leges constitutus. Et quod Goliathi caput David servavit ostentui, + factum scilicet in alienigenam, Dei contemtorem, + & sub ea lege, quæ proximi nomen ad solos Hebræos porrigebat.

V. I. Unum tamen notatu non indignum, de sepeliendis mortuis regulam apud ipsos Hebræos habuisse exceptionem (ii) eorum, + qui ipsi sibi mortem consciverant; quod Josephus ^y nos docet. Nec id mirum, + cum in hos aliud supplicium constitui non possit, qui mortem pro supplicio non habent. Sic ^z + Milesiæ virgines a voluntaria morte absteritæ, & ^t plebs olim Romana, quanquam improbante ^a Plinio. ²³ Sic & ²⁴ Cleomenis corpus, qui se interfecerat, ^b Ptolemæus suspendi jussit. Et ^u passim receptum, ait Aristoteles ^c, ut ignominia aliqua afficiantur qui sibi mortem consciverunt: ubi Andronicus ^d Rhodius id exponens ait, sepultura eorum corpora prohiberi; quod inter alia Demonassæ Cypri Reginæ scita laudat Dion ^e Chrysostomus. Neque huic mori obstat quod Homerus, Æschylus, Sophocles, Moschio, & alii monent, ^f + nihil sentire mortuos: quare nec damno, nec pudore affici. + Satis enim est, id, quod mortuis accidit, a vivis metui, ut hoc pacto a peccato retrahantur.

2. Optime

G R O T I I.

^t *Plebs olim Romana*] *Servius* ad 12. *Æneidos*: Sane, sciendum, quod cautum fuerat in Pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam finisset, insepultus abjiceretur. Unde merito ait, INFORMIS LETHI, quasi mortis infamissime. Ergo cum nihil sit hac morte deformius, Poëtam etiam pro Reginæ dignitate, dixisse, accipiamus. *Cassius* autem *Hemina* ait, *Tarquinius Superbum*, cum cloacæ facere populum coëgisset, & ob hanc injuriam multi se suspendio necarent, jussisse corpora eorum cruci affigi. Tunc primum turpe habitum est, mortem sibi consciscere, (ad vers. 603.)

^u *Passim receptum*] *Athenis* *Æschinus* tempore ejus, qui se interfecisset, manus scorsim a corpore sepeliebatur. *Æschines* in *Ctesiphontem*, (p. 309. E.) Adde *Hegesippum* lib. III. cap. 17.

G R O N O V I I.

²¹ *In Leonidem*] Ad *Thermopylas* summa cum gloria mortui cadaver capite abscisso in crucem sustulit *Xerxes*. *Herod.* lib. 9. c. 77, 78.

²² *Creontem*] Qui *Argivos* victos, & caesos in obsidione *Thebarum*, sepultura prohibebat.

²³ *Sic*] *Nempe* minando, cadavera fore insepulta, si quæ sibi manus attulisset.

²⁴ *Cleomenis corpus*] At non id ideo factum, quod in se levisset, verum, ex odio, quod *Rex Spartanus* exsul, & se non dumitti videns, conspirationem contra *Philopatora* fecerat, & seditionem coëptaverat.

(ii) Exceptio illa hoc tantum efficiebat, ut cadavera eorum, qui sibi ipsi mortem consciverant, usque ad *Solis* occasum manerent insepulta. Ita disertè *JOSEPHUS*, loco in orâ libri indicato: Τὸς γὰρ ἀνελόντας ἑαυτὰς, παρὰ μὲν ἡμῶν, μέχρις ἡλίου δόσεως ἀτάφως κρύπτεν ἔκριναν, καὶ τοὶ καὶ πολεμίας θύλακας θύματον ἠγάμενοι &c. *HEGESIPPUS* autem loquitur de moribus, & legibus aliorum Populorum: *Hæc non solum moribus hominum, sed etiam legibus, interdictione accipimus: namque alii insepultos projici jubent eos, qui se in ferrum dejecerunt..... alii dextram manum abscindunt defunctis, &c.* Hoc ultimum genus pœnæ receptum erat *Athenis*, ut *Auctor* ipse observat mox, *Nota u. J. B.*

G. R. O.

2. Optime enim ²⁵ + Platonici contra Stoicos, & si qui alii servitutis, & ²⁶ morbi fugam, immo & spem gloriae pro justa causa mortis voluntariae admittebant, sentiunt retinendum animum in custodia corporis, + nec injussu ejus, a quo ille nobis est datus, ex hac vita demigrandum; quam in rem + multa videre est apud Plotinum, Olympiodorum, & Macrobius ad Somnium Scipionis. (kk) Hanc sententiam secutus Brutus olim Catonis factum, quod imitatus postea est, * damnaverat, εως εχ' οσιον εδ' ανδρος εργον υποχωρειν τω δαιμονι, και μη δεχεσθαι το συμπίπτον αδεως. αλλ υποδιδρασκειν quippe nec rium censens, nec virile, cedere fortune, & imminuentia adversa, quae ferenda fortiter erant, subterfugere. Et Megasthenes ^b notabat, ab Indorum sapientibus reprehensum ²⁷ Calani factum; neque enim eorum placitis probari + talem exitum hominum vitae impatientium. Nec aliena Persarum, ut videtur, sententia, quorum rex Darius apud Curtium, ⁱ alieno scelere, quam meo, mori malo.

^a Plutarch. Vit. Brut. p. 1002. E.

^b Strab. XV. p. 713.

ⁱ Lib. v. c. 12.

3. Ideo Hebraei mori vocabant απολυεσθαι, id est, + dimitti, ut videre est non tantum Luc. II, 29. sed & in Graeca versione, Gen. XV, 2. & Num. XX. in fine; quod genus loquendi & Graecis usitatum. Themistius de anima: απολυεσθαι τον αποθνήσκοντα, και την τελευταην απολυσην καλουν eum, qui moritur, ajunt, dimitti, & mortem dimissionem vocant. Apud Plutarchum * in consolatione legimus hoc sensu: εως αν ο θεος αυτος απολυση ημας donec Deus ipse nos dimittat.

^a Pag. 108. C. Tom. II. Ed. Wech.

4. ² Nonnulli tamen Hebraeorum de lege se non interficiendi unam causam excipiunt, tanquam ²⁸ ευλογον εξαγωγην, + si quis videat se deinceps vi-

durum

G R O T I J.

* *Damnaverat*] Et Philosophorum non pauci extra Stoicos. Seneca epist. LXX. Invenies etiam profectos sapientiam, qui vitam afferendam vitae suae negent, & nefas judicent, ipsum interventorem sui fieri. Expectandum esse exitum, quem natura decrevit. Procopius Gothicorum IV. βίαια καταστροφή αχρηστος η ανοικη προσητης, το δε εις θάνατον θρησεος, ανόητον τότε δρασηεις πρόχημα εις ευπρεπεις τοις γε σωφροσιν ειςαι ονοει. η τοι η τωτο εκλογικεσθαι χρη, μη τι δοχητε εις το θειον αγνωμονειν, &c. Volentis vitae exitus res inutilis, & plena insipientis impetus; & illa in mortem ferens aulacit, consilio cum careat, prudentibus judicatur immerito sibi fortitudinis nomen usurpare. Tum vero & illud cogitandum, ne in Deum sitis ingrati. (Hist. Misc. Cap. 12.)

+ *Talem exitum hominum vitae impatientium*] Adem Arabibus visum, non minus, quam Indis, & Persis, ex Jobo sileas III, 21.

² *Nonnulli tamen Hebraeorum*] Variasse Hebraeorum super hac questione sententias, cognoscas ex Josepho, ubi (De Bell. Jud. 1, 11. p. 732. de morte Phaelis, & de deliberatione Herodis (Ant. Jud. XVII. 9. p. 99. B.) agitur. Judaei ad Petronium, Philone recitante: θανατωσόμεθα το ισον αιμα επικατασφάξαντες ημ-

τας. αποθανόντων το επιταγμα γενέσθω. Μέμψαισ αν εοι θεος ημας, αμλοτειων σοχαζουμένης, η της προς τον αυτακροτορα ευλαβειας, η της προς τας καθωσισωμενες νομης αποδοχης γενησεται δι τωτο ειαν υποκωσωμεν αβιωτα βια κατασφροσιναντες miscebinus inter nos sanguinem, morte sponte sumta nos tum mortuis ista imperentur. Ne Deus quidem nos culpet in dno intentos, ut & Imperatorem revereamur, & sacras leges custodiamus. Id autem ita demum efficere dabitur, si abeamus hinc contenta vita minime vituli. (De Legat. ad Cajum, pag. 1026. B. C.)

G R O N O V I J.

²⁵ *Platonici contra Stoicos*] Seneca 3. de Ira, 13. ²⁶ *Morbi*] Corn. Nepos in Attici vita. Plinius I. epistol. 12. Seneca epist. 77.

²⁷ *Calani*] Gymnosophista, qui praesente Alexandro, & exercitu ejus, ut ostenderet contemptum doloris, & mortis, vivus ultro in rogo se cremandum praestitit. Aelianus var. 2, 14. 5. 6.

²⁸ *Ευλογον εξαγωγην*] Ευλόγητον Laudabilem excessum, vel educationem.

(kk) Confer PUFENDORFIUM nostrum, De Jure Nat. & Gent. Lib. II. c. 4. §. 19. J. B.

1 Bell.
Jud. Lib.
III. C.
VIII. §. 5.
Ed. Hudf.

m 1 Sa-
muel.
XXXI, 4.

n 2 Mac-
cab. XIV.
37.
o Lib. I.
de Civit.
Dei c. 26.
Epist. 61.
ad Dulc. §
I. 11, c. 23.
contra se-
cundam
Gaud.
epist.
p Diod.
lib. XVI.
c. 35.

cturum in probrum ipsius Dei. Nam ⁺ quia non nobis, sed Deo in vitam nostram jus esse, statuunt, (ut recte ¹ Josephus suos edocet) existimant, ²⁹ præsumtam Dei voluntatem solam esse, quæ mortis anticipandæ consilium absolvat. ⁺ Atque huc referunt Samsonis exemplum, qui in suo corpore veram religionem videbat esse derisui, & ⁺ Saulis, qui gladio incubuit, ne a Dei, suisque hostibus illuderetur; ⁺ nam hunc ³⁰ respuisse volunt postquam Samuelis umbra mortem ipsi prædixerat, ^m quam gnarus sibi imminere si pugnaret, prælium pro patria, & Dei lege non detrectavit, æternam inde laudem meritis Davidis etiam præconio: a quo & ii, qui Saulem cum honore sepelierant, recte facti testimonium retulerunt. Tertium est exemplum ⁺ Razis Hierosolymitani fenatoris in historia ⁿ Maccabaica. Sed & in Christiana historia exempla legimus similia eorum, qui mortem sibi intulerunt, ^a ⁺ ne tormentis adacti Christi religionem ejurarent, ⁺ & virginum, quæ ^b ne pudicitiam amitterent in flumen se jecerunt, quas & ⁺ in martyrum censum Ecclesia retulit. Sed de his tamen ^c ⁺ quid ^o Augustinus sentiat, videre est operæ pretium.

§. Alteram quoque exceptionem apud Græcos obtinuisse video, quam Locri opponebant Phocensibus, ^p ὅτι παρὰ πᾶσι τοῖς Ἑλλήσι κανὸς νόμος ἐστὶν ἀτάφως ρίπτεσθαι τὰς ἱεροσύλας: communem Græciæ omnibus morem esse, ⁺ ut sacrilegi insepulti abjiciantur. Sic & Dion Prusæensis ^p Rhodiaca ³¹ τὰς ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίχθας, ait, sepultura orbari. Idem Athenis ^d in proditores constitu-

G R O T I I.

a Ne tormentis adacti Christi religionem ejurarent] Vide Eusebium. (Hist. Eccl. Lib. VIII. Cap. 12.)

b Ne pudicitiam amitterent] Narrat Cicero, nobilissimas virgines se in puteos abjecisse, & morte voluntaria nefarium turpitudinem depulisse, oratione de provinciis consularibus, (Cap. 3.) Tale est & quod de Milesis virginibus memorat Hieronymus adversus Jovinianum, (Lib. I. pag. 48. Tom. II. Ed. Basl.) & epigramma vetus Anthologiae lib. III. 29. tit. de juvenibus, incipiens ἀχόμει' ὃ Μίλωντι. Narrant & Judæi, feminam in navi ad stuprum expetitam, cum a marito quæsisset, an & mari merfa corpora essent resurrectura, isque id affirmasset, jecisse se in mare. Christianarum autem mulierum plurima sane habemus exempla. Feminarum Antiochenarum sub Diocletiano: Sophroniæ sub Maxentio, in Martyrologiis, Zonara, (Lib. XII. Cap. 33.) Sexto Aurelio. Alias Antiochenas sub Chosroë addit Procopius Perficorum II. (Cap. 8.) Laudat virgines, quæ morte pudorem servarant, Ambrosius (de Virginib. Lib. III. pag. 97. Edis. Paris. 1569.) Hieronymus in commentariis ad finem capitis primi Jonæ: Unde & in persecuti-
onibus non licet mihi propria perire manu, absque eo, ubi cultitas periclitatur. [Vide quæ diximus in Libro Gallico De doctrina Morali Patrum Eccl. Cap. XV. §. 7, & seqq. J. B.]

c Quid Augustinus sentiat] Cui addere licet Cypriostomum in Gal. I, 4. (Tom. III. p. 714.)

& Conoilium Aurelianense III. Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interemti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse. Et tamen is ipse Augustinus lib. I, de Civitate Dei c. 16: At per hoc & quæ se occiderunt ne quicquam hujusmodi paterentur, quis humanus affectus eum nollet ignoscere? Capitulare autem Francicum libro VI, 70. De eo, qui semetipsum occidit, aut laqueo se suspendit, consideratum est, ut si quis compatiens velit elemosynam dare, tribuat, & orationes in psalmodiis faciat: oblationibus tamen, & missis ipsi careant: quia incomprehensibilia sunt judicia Dei, & profunditatem consilii ejus nemo potest investigare. Vide & ibidem VII, 344.

d In proditores] At Nicetas libro III. vitæ Alexii fratris Isaacii, (Cap. 7.) cum narrasset mortem Johannis Comneni Crassi, qui per seditionem imperium affectaverat, sic loquitur: μετὰ δὲ τὸ σῶμα ἐκείθεν ἀρθεῖν, καὶ ἐν ὄρνιτι βορρὰ παρατίθεται ὃ ἐν θηρίοις μὲν καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων ἀπασιν ἰδάναι. Post corpus inde ablatum, canibus, & avibus esca ponitur: quod ab humanitate alienum, ac pene ferinum omnibus videbatur.

G R O N O V I I.

29 Præsumtam Dei] Si quis intelligat certis, & non fallentibus indicibus, Deum velle, ut vita renuntiet.

30 Respuisse] Vera poenitentia peccatorum veniam a Deo obtinuisse.

31 Τὰς ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίχθας] Impios, & profanos.

tum, narrat Plutarchus ⁊ Antiphonte. Sed ut ad institutum me recipiam, ^{q Pag. 318. C.} + ob negatam sepulturam bellum iuste suscipi, censuerunt veteres consensu magno: ut + ex illa Thefei historia apparet, quam tractant Euripides dicta ^{r Tom. II. p. 834. A.} tragoedia Supplicibus, & Isocrates eo, quem adduximus, loco.

VI. + Sunt & alia quædam, + quæ ex jure gentium voluntario debentur, ^{s Supra §. I. n. 3.} ut + longo tempore possessa, + successiones ab intestato, + & quæ ex contractu quantumvis inæquali veniunt. + Nam hæc omnia quanquam ex jure naturæ ortum aliquatenus habeant, + accipiunt tamen ex humana lege firmitatem quandam, + sive adversus conjecturæ incerta, + sive adversus exceptiones quasdam, quas alioqui ratio naturalis videtur suggerere: + ut supra obiter a nobis de jure naturæ agentibus ostensum est.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
I N
HUGONIS GROTTII

L I B. I. C A P. XIX.

§. I.

EX jure gentium, quod ex voluntate ortum habet, debetur [§] corporum mortuorum sepultura] Immo sepeliendi necessitas non est ex jure Gentium voluntario, sed ex ipso jure naturæ: 1. quia humanæ naturæ inest dignitas præcipua, & veneratio ab eo, quod Creatoris sui imaginem, & quasi speciem gerat in anima, cujus domicilium, & organum est corpus; ejusque memoria, & ratio durat post mortem. Nihil autem indignius, adeoque magis isti dignitati corporis humani contrarium est, quam proteri illud publice, & conculcari pedibus hominum, bestiarum, curribus, &c. laniari avium, ferarumque pastu, expositum esse cœli, omniumque injuriis, & mutari in pastum, ac corpus feræ, idque inspicere. Sed & 2. in præcedentibus demonstratum est, pudorem quandam naturalem inesse membris genitalibus, eaque communium gentium consensu pro turpibus haberi;

Tom. III.

indeque inter ferocissimas quoque gentes tegi: huic pudori naturali repugnat, obscœna hæc membra omnium exponere oculis. Cum igitur 3. id tribuatur honori, & venerationi divinæ, sanctimonix, ac dignitati naturæ humanæ, ac denique pudori naturali, & contra Deum, & contra genus humanum peccari videtur cum homo sepultura privatur; indeque non est jus hominis mortui, sed omnium commune, quia dignitas communis læditur, quin ipse Deus. Atque hæc ratio est, cur sepultura officium, & negotium humanitatis dicatur in *L. 14. §. 7. Religios.* Quibus adde loca ab Auctore *b. §.* & Tesmaro *ibidem* allegata. Idque 4. confirmatur consensu omnium fere gentium. In Lucullo improbatur, quod cadavera militum, qui infeliciter cum Mithridate pugnaverant, inhumata reliquisset; & laudatur Pompejus, qui id postea executus est. *Plut. in Pomp. c. 63.* Cleopatra arguitur,

I i

guitur, quod nec templa, nec sepulchra, nec asyla violare dubitaverit; idque pro sacrilegio habet Josephus *Antiq. Jud. l. 15. c. 4.* Palinuri inhumati umbra apparuit Æneæ apud inferos, conquesta corpus inhumatum jacere. *Virg. Æneid. 6.* Elpenor apud Homerum XI. petit humari, ne Deo indignatio fieret. Athenienses, cum eorum duces magna victoria adepti occisos insepultos reliquissent, eos capitis damnaverunt, & bona eorum publicarunt. *Diod. Sic. l. 13. c. 100. & 101.* Antigone cum periculo vitæ fratrem sepelivit, quem Creon tyrannus sepeliri prohibuit. *Sophocl. in Antig.* Richterius plurimis exemplis probat, violata, & aperta sepulchra secutam esse fortunæ mutationem. *Axiom. Pol. 313.*

Equidem hic non præcisè intelligimus sepulturam, qua corpus mortuum terra tegitur, sed omnem modum, quo impeditur illa injuria; adeoque si igne quoque comburitur (quem modum Persæ injungebant Pœnis apud Justinum *Lib. 19. c. 1. & Diog. Laërt. l. 1. pr.*) Idem quoque est si corpora conduntur, & condita asservantur certo loco: uti apud Ægyptios. Modus omnium maxime conveniens est, ut terræ mandetur corpus, quia corpus ad suam originem redit; quanquam negari non possit, per concremationem idem fieri.

Additio.

Quæstio ab Auctore hic proposita eò redit, an homo necessario sepeliri debeat, & an hæc necessitas ex jure naturæ oriatur? Sane, quam plurimi sunt, qui necessitatem sepulturæ ex ipsa naturali ratione deducunt: in quorum numero sunt Philo, Josephus, Chrysostomus, Ælianus, Papinianus, Claudianus, Leo Imperator, Sophocles, &c. apud Grot. *b. §. 1.* Atque hinc tanquam impios damnant eos, qui hoc officium humanitatis negligunt. Quin & bello sæpius hanc injuriam vindicatum esse, legimus *d. §. 1. §. 3. & §. 6.* Alii necessitatem illam non juri naturæ, sed juri gentium voluntario tribuunt. *Vid. Grotius b. §. 1.* Est enim debitum hoc ex jure naturæ ortum habere, asserat, tamen quia conjecturis incertis nititur, aut ratio naturalis quasdam in contrarium rationes suggerit, ex humana demum lege firmitatem accepisse, ait *d. §. 6.* Originis hujus juris gentium varias allegare solent causas. Morem enim hunc quidam ortum, putant, ex gigantea feritate mandendi ho-

mines. *Vid. Grot. §. 2. b. n. 1.* Alii rei surrectionis spem a primis humani generis parentibus hoc veluti monumento posteris consignatam, putant, *d. §. 2. n. 3.* Alii ob præstantiam hominis id factum esse, statuunt, ut ob memoriam domicilii animæ, & rationis, custodiantur corpora ab incurfu avium, ferarumque; namque indignum esse, putant, hominis corpore alia animalia nutrirī, *d. §. 2. n. 4.* & alienum ab humanæ naturæ dignitate videri, corpus illud proteri, ac lanari, *d. §. 2. n. 5.* Conf. *Lactant. l. 6. Inst. c. 12.* Alii votum defunctorum allegant: nimirum, cordibus hominum desiderium inditum esse, ne illæ ipsæ exuviæ, quas deponunt, exponantur omnium oculis; viventes autem studium hoc hominum promovere debere. *Hoffman. Disp. de cæmeter. pag. 6. seq.* Alii putant, non defunctorum, sed viventium causa inventam esse sepulturam, ut nimirum corpora visu, & odore foedata atroveantur, imprimis cum certum sit, putrefactionem cadaverum exitiosas generare exhalationes, *dist. disp. pag. 6. seq.* Alii sunt, qui homines velut sponte solviffe debitum, ajunt, quod alioqui vel ab invitis natura repetit; cum ea sit conditio hominum, ut in terram redire debeant. *Grot. b. §. 2. n. 2.* Sed nec desunt, qui memoriam suorum conservandi studium occasionem huic mori dedisse, ajunt. Denique nuditati turpitudinem naturalem inesse, ajunt alii; adeoque eam conspectui omnium exponere, projiciendo cadavera, pro turpi habent.

Si dicendum quod res est, sepulturam nec jure naturali, nec jure gentium voluntario præceptam esse, puto. Non enim ex JURE NATURÆ sepulturæ necessitas inferri potest; 1. quia ea neglecta nemini fit injuria: non mortuo, quia omnia ejus jura morte pereunt; nec viventibus, quia nullum jus eis in corpus defuncti competit. Sane, 2. finis naturæ est ut corpus exanimatum iterum in pulverem redigatur: hic finis obtinetur etiamsi corpus terra non tegatur. *Vid. Lact. l. 6. Inst. c. 12. Minus. Fel. in Oslav. p. m. 11.* Atque hinc 3. plures sunt gentes, quæ vel comedere mortuos, vel publice exponere solent. *Justin. l. 19. c. 1. Casar in dialog. 2. inter. 109. Rhodigin. l. 18. c. 30. Quenstedt de sepult. vet. c. 15. & 17. Justin. l. 19. c. 1.*

„ Eaque 4. est doctrina plurimorum philo-
 „ sopherum. Conf. Suet. in Vesp. c. 19. Sall.
 „ in Catil. c. 51. Lucanus 7. v. 818. canit :

Capit omnia tellus
 Quae genuit ; calo tegitur qui non habet urnam.

„ Sane, Diogenes, & Demosthenes sepul-
 „ turam pro re necessaria non habuerunt, te-
 „ ste Stobæo, & Luciano apud Goth. ad
 „ l. 28. ff. Religios.

„ Neque obstat, 1. debitum videri naturæ,
 „ ut terræ reddatur quod a terra defumtum
 „ est ; unde pro præcepto, non pro præ-
 „ dictione rei futuræ sumi solet, quod Deus
 „ Adamo edixit, hominis corpus ex terra or-
 „ tum terræ deberi. Grot. d. §. 2. n. 2. Resp.
 „ Effatum divinum saltem indigitat, corpus
 „ humanum ex terra defumtum iterum in ter-
 „ ram conversum iri : at hic naturæ finis
 „ etiam citra sepulturam obtineri potest.

„ Obstat 2. Auctoritas Græcorum, & Ro-
 „ manorum, quin mos fere omnium gen-
 „ tium. At bene notandum est, Romanos,
 „ & Græcos, ex falso religionis principio se-
 „ pulturam ad jus naturæ retulisse. Illi enim
 „ supponunt, animas a corpore separatas
 „ non cum ipso corpore mori, sed supersti-
 „ tes manere. Gutber. de jure manium l. 1.
 „ c. 27. Propert. l. 4. eleg. 7. pr.

Sunt aliquid manes ; letibum non omnia finit :
 Lucidaque evictos effugit umbra rogos.

„ Has animas vocant manes, a *mani* ;
 „ vel *manum*, quod bonum significat ; vel
 „ quod per omnia *manare* credantur, vid.
 „ Festus, voce, *manes* ; vel a *manendo*,
 „ quod superstites maneant. Hos manes au-
 „ tem Deos esse crediderunt. Fest. d. l. Apul.
 „ de Deo Socratis. Gutber. d. l. 1. c. 27. §
 „ l. 2. c. 9. Unde formula : *Dii manibus*.

„ Obambulare autem, credebant, manes
 „ illos circa corpus defunctorum ; immo tu-
 „ tores illorum corporum esse, fingeant. To-
 „ masinus de donariis veterum c. 23. §
 „ c. 37. Gutber. d. l. 2. c. 36. Unde nec
 „ quiescere, putabant, illos manes, nec
 „ ab inferis recipi, nisi sepulto corpore.
 „ Gutber. de jur. man. l. 2. c. 10. 16. § 17.
 „ Quintil. declam. 10. Augustin. de Civ. Dei
 „ l. 1. c. 12. Valentinianus legum novel. tit.
 „ 5. Term. ad Grot. l. 2. c. 19. §. 2. lit. y.
 „ Æneas postquam ad undas Acherontis
 „ pervenit, ingentem vidit animarum con-
 „ cursum stabant orantes primi transmittere
 „ cursum, Charon alios accipit, alios arceat

„ arena. Miratus Æneas causam hujus rei ex
 „ conductrice percontabatur ; illa ita respon-
 „ det : (Virgil. Æneid. VI. 325. seqq.)

Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataque
 turba est ;

Portitor ille, Charon : hi, quos vehit unda, sepulti.
 Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluentia
 Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.

„ Sed & porro cum Palinuri manes ibidem
 „ oberrantes invenisset, rogabatur a Palinu-
 „ ro ut terram ipsi injiceret, aut secum per
 „ undas tollat ; ubi rationem addit : (v. 371.)

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

„ Hinc Auctor dialogi, qui *Palimurus* in-
 „ scribitur, tradit, Charontem insepultos
 „ ultra Acherontem fluvium minime trajice-
 „ re. Goth. ad l. 28. ff. Religios. Denique
 „ insepultos ab aliarum animarum consortio
 „ repellit, Patroclus indicat apud Homerum
 „ Illiad. ψ.

„ Atque ex hac ratione 1°. manes saluta-
 „ bantur a viatoribus, ut bene ipsis sit, ut
 „ bene quiescant, &c. & manes gratias red-
 „ dere, credebant. Gutb. de jure man. l. 2.
 „ c. 13. 2°. Inferiæ manibus dabantur. Gutb.
 „ l. 2. c. 11. cœnæque in rogo parabantur. Id.
 „ l. 1. c. 25. 3°. Superstites amici nihil solen-
 „ nius habebant, quam manes defuncti votis
 „ prosequi, ut defunctis inferos Deos pacatio-
 „ res redderent. Tomasini. de don. vet. c. 23. §
 „ 37. Gutber. l. 2. c. 36. 4°. Persuadebant
 „ sibi, violantes hos manes infomniis tor-
 „ queri, Gutber. l. 2. c. 16. indeque expiari
 „ eos necesse esse, id. l. 2. c. 14. quod in
 „ fervorum quoque manibus observabant. Id.
 „ l. 2. c. 36. Maxime autem, credebant,
 „ hostium occisorum manes expiandos esse,
 „ quod quiescere ante non possent. d. l. 2. c. 14.
 „ His ita positis mirum jam non est, Ro-
 „ manos æque, ac Græcos, sepulturam ne-
 „ cessitatis esse, duxisse, non corporis ipsius
 „ intuitu, sed ut manes quiescere possint ;
 „ adeoque ne dii manes vindictam a supersti-
 „ tibus fumerent. Erat igitur religionis pars,
 „ Deos manes colere. Hinc decretum Creon-
 „ tis, qui Polenicen sepeliri prohibuit, con-
 „ tra jus Deorum manium emanasse, ait So-
 „ phocles in Antigone. Plinius, postquam of-
 „ sa hominis, cujus spectrum domum infesta-
 „ bat, effossa, & publice sepulta, ac rite
 „ condita fuisse, narravit, addit, *Domum*
 „ postea rite conditis manibus eo caruisse.
 „ L. 1. ep. 27.

„ Hinc quoque constat ratio , 1. cur jura
 „ sepulturæ ad jus pontificium pertinuerint ;
 „ 2. cur sepulchra divini juris dicantur , &
 „ ad res religiosas referantur ; *L. 6. §. 2. ff.*
 „ *Per div. §. 7. Inst. Eod. cur. 3. fervi quo-*
 „ *que , qui omnium jurium incapaces erant ,*
 „ *sepeliri debuerint , & cur locus per illatio-*
 „ *nem fervi mortui religiosus factus fuerit.*
 „ *L. 2. ff. de Religios.*
 „ Quod vero gentes fere omnes mortuos
 „ sepelire soleant , id non ex ratione qua-
 „ dam morali , sed politica ortum esse , mox
 „ demonstrabo.
 „ *Obstat 3. Maledictionis divinæ signum*
 „ *esse , carere sepultura. Elian. l. 6. Var.*
 „ *c. 12. Sane , in ipsa sacra historia Deus*
 „ *eam minatur regibus tyrannis. Grot. L. 2.*
 „ *c. 9. §. 4. Immo lex etiam de cæsis hosti-*
 „ *bus sepeliendis existat apud Josephum ado.*
 „ *Appion. L. 4. c. 8. Resp. Inde non sequi-*
 „ *tur , jus hoc naturali jure corporibus homi-*
 „ *num deberi : nam ea quoque , quæ mori-*
 „ *bus populi pro debito habentur , in pœ-*
 „ *nam auferri possunt.*
 „ Verior igitur est opinio , sepeliendi offi-
 „ cium ex rationibus mere politicis introdu-
 „ ctum , & plerarumque gentium legibus ci-
 „ vilibus munitum esse ; quo spectant omnes
 „ illæ causæ occasionales , quas supra recen-
 „ suimus : quæ rationes cum pleræque in
 „ omnium hominum sensum cadant , mirum
 „ non est , omnes gentes demortuos sepul-
 „ turæ tradidisse. Movent igitur hæ causæ ,
 „ sed nullam necessitatem imponunt. Unde
 „ etiam humanitati , misericordiz , &c. tri-
 „ bui solet sepulturæ officium.
 „ Cum igitur moribus populorum pro tur-
 „ pi habeatur , corpora visu , & odore fe-
 „ data conspectui omnium , nec non injuriis
 „ tempestatum , ac ferarum exponi ; merito
 „ poenæ loco haberi debet , si corpori mor-
 „ tuo ob delicta a vivo commissa hæc turpi-
 „ tudinis nota infigitur. Exempla vide apud
 „ *Quintil. declam. 274. Et declam. 4. Adda-*
 „ *tur Sophoctes in Ajace v. 5. 1080. Et in*
 „ *Antigon. v. 27. Læmbrid. in Commodo*
 „ *c. 20. Liv. l. 24. c. 21. Et L. 29. c. 9.*
 „ *Corn. Nep. in Themistocle c. 10. Et in*
 „ *Phocion. in fin. Tbuam. l. 17. p. m. 343.*
 „ Sed nec ex JURE GENTIUM
 „ VOLUNTARIE sepeliendi jus dedu-
 „ ci potest , quia tale jus non existit. *Vid.*
 „ *sub rubr. ab hinc tertia.*

X *Inter mores] , Mores aliquando pro ipso*

„ jure naturæ sumi , alibi demonstravimus.
 „ *Vide Dissert. proœm. XI. §. 39. Et supr.*
 „ *l. 1. c. 3. §. 10. Mores ideo vocari , dixi-*
 „ *mus , quia jus illud inter gentes observa-*
 „ *tur citra scripturam.*
 „ *Post legatorum jura] , Philosophi veteres*
 „ *deduxere jura legatorum , & sepulturæ ,*
 „ *ex eodem fonte : quod concedi nequit ,*
 „ *quia jura legatorum ex jure naturæ origi-*
 „ *nem ducunt , jus sepulturæ ex legibus ci-*
 „ *vitatum.*
 „ *Sed omnibus scriptis certiora] , Hæc de-*
 „ *scriptio non pertinet ad jus gentium volun-*
 „ *tarium , utpote quod incertissimum , im-*
 „ *mo nullum est ; sed ad jus naturæ.*
 „ *Natura id jus] , Non ergo ex jure gen-*
 „ *tium voluntario jus sepeliendi oritur.*
 „ *Ut solere sub natura nomine comprehendendi*
 „ *mores communes , Et c.] , Aliquando enim*
 „ *confundi hæc jura , Grotius passim mo-*
 „ *nuit. Vid. Diss. proœm. IV. §. 8. At mores*
 „ *ipsum jus naturæ designare , jam vidimus.*
 „ *Alibi] , Vid. l. 2. c. 20. §. 41. Conf.*
 „ *l. 2. c. 5. §. 12.*
 „ *Natura dedecus facere] , Tarquinio super-*
 „ *bo nomen facta indiderunt , quod focerum*
 „ *gener sepultura prohibuit. Liv. 1. 49. Su-*
 „ *perbum autem vocari , gravissimum erat*
 „ *contumeliæ genus. Sen. Hers. fur. v. 385.*
 „ *Term. b.*
 „ *Fas violare] , Fas est ipsum jus naturæ.*
 „ *Vide L. 3. c. 4. §. 2. n. 3. ac Dissert. pro-*
 „ *œm. XII. §. 39.*
 „ *Hominibus bene moratis communia] , A-*
 „ *puud quasdam enim gentes minus moratas*
 „ *non sepeliuntur homines.*
 „ *Quo sanctiora viderentur , ad Deos refere-*
 „ *bant Auctores] , Legislatores enim Genti-*
 „ *lium ut concilient legibus suis auctorita-*
 „ *tem , Deos earum auctores facere solebant.*
 „ *Conf. Flor. l. 1. 2. Just. l. 3. c. 3. Atque*
 „ *huc quoque referunt legem sepulturæ.*
 „ *Ut legationis] , Immo sanctitatem legato-*
 „ *rum a natura esse , capite præcedenti pro-*
 „ *bavimus.*
 „ *Pro communi natura hominum] , Quasi*
 „ *ea violata esset.*
 „ *Humanitatem] , Non quatenus pro per-*
 „ *fectione sumitur , sed pro officio humani-*
 „ *tatis , pro jure humano generi debito.*
 „ *Et religionem] , Partem enim religionis*
 „ *fuisse , probavimus.*
 „ *Sortis humana] , I. e. conditionis humanæ.*
 „ *Qui catholicorum sorzora] , Idem exem-*
 „ *plum*

„ plura sequuntur Catholici pontificii, qui
 „ protestantium corpora in locis ad id destina-
 „ tis sepeliri vetant.

„ tabant. *Vide Dissert. proæm. I. §. 19. seq.*
Spiritum autem ad Deum, qui dederat]
 „ Unde apparet, verum non esse, Solomo-
 „ nem de immortalitate animæ dubitasse:
 „ uti quidam nugantur.

A D §. II.

2 QUAERITUR primum causa moris hujus introdu-
 cendi fuerit] Immo non moribus demum gen-
 tium id introductum est, sed ex ipsa naturæ
 ratione. Dixi enim, totum hominem animal
 sanctum esse propter animam, adeoque &
 corpus ut ejus pars, & animæ domicilium.
 Dixi, in cadavere humano manere memoriam,
 ac dignitatem hominis, adeoque & sancti-
 moniam quandam: eoque summam injuriam
 esse, id non sepeliri, sed projici injuriis cœ-
 li, hominum, ferarum, &c. quin exponi
 membra, quæ natura voluit velari. Ea & na-
 tura, & judicio gentium horrorem, & abo-
 minationem habent, unde natura sit injuria
 humanitati. L. 14. §. 7. ff. Relig.

Additio.

„ Nostram de sepultura sententiam modo
 „ explicavimus.

„ *Ut corpora humo tegantur]*, Auctor cau-
 „ sas affert, quæ gentes humanas moverunt
 „ ut humarent mortuorum corpora: 1. ut
 „ aboleatur feritas illa gigantea, ubi homi-
 „ nes corpora mortuorum devorabant: 2. ut
 „ præstent officium, quod ipsa natura exi-
 „ git, scilicet, ut reddatur terræ: 3. ad
 „ spem resurrectionis: 4. ne a bestiis devo-
 „ rentur: quibus quidam 5. addunt fœto-
 „ rem, qui facile aërem inficere potest; ex
 „ quo capite etiam majorum animalium cor-
 „ pora condi solent. *Vid. Tesm. b. lit. b.*
 „ *Cremata, ut apud Græcos]*, Carthagi-
 „ nensibus Darius Persarum rex id prohibuit.

„ *Justin. l. 19. c. 1.*
 „ *Sive ita uti sunt]*, I. e. nec condita, nec
 „ cremata.

„ *Ex gigantea feritate mandendi homines]*
 „ Talem giganteam feritatem universalem
 „ nunquam fuisse, omnium minime eam in
 „ vescenda carne mortuorum constitisse,
 „ alibi demonstravimus.

2 Quod aliqui vel ab invitis repetit natura]
 „ Nam tandem mortui corpus in cineres redi-
 „ gitur, etsi non sepeliatur; adeoque ho-
 „ mines saltem præveniunt naturam.

„ *Sed & Græci, Latinique]*, Inprimis eo-
 „ rum philosophorum, qui UNIVERSUM
 „ esse Deum, & hominem universi portio-
 „ nem statuebant; hi enim mortuo homine
 „ partem universi redintegrari cum toto, pu-

„ *Hoc veluti monumento]*, Totum corpus
 „ custodiri, ideo vilum fuit, ne mancum
 „ refurgat.

„ *Docuisse Democritum]*, De vita, & do-
 „ ctrina Democriti *vid. Stanlej. hist. vet. phi-*
 „ *losoph. pag. 885.*

„ *Christiani autem]*, Quasi Deus eadem po-
 „ tentia, qua corpora reviviscere voluit, non
 „ possit idem operari in corporibus non con-
 „ ditis.

„ *Indignum visum si ejus corpore alia ani-*
 „ *mantia pascerentur]*, Inde non sequitur,
 „ peccare contra jus naturæ, qui id non im-
 „ pediunt.

„ *Sed etsi tales abessent injuria]*, i. e. Etsi
 „ alia animantia corpore mortui non pascere-
 „ rentur.

„ *Ab istius natura dignitate]*, Cum corpus
 „ illud fuerit domicilium animæ rationalis.

„ *Non tam homini, id est, personæ]*, De
 „ functo enim exhiberi non potest, quia
 „ omnis sensus expers est, omniaque ejus
 „ jura expirant morte.

„ *Humanitati, i. e. naturæ humanæ presta-*
 „ *ri dicitur]*, Conf. loca ab Auctore supra
 „ §. I. n. f. allegata.

„ *Publicam]*, I. e. communem omnibus
 „ hominibus.

„ *Nec inimicis, nec hostibus]*, Mortuus
 „ enim desinit esse inimicus, & hostis. Ac-
 „ cedit, quod jus hoc sit non mortuorum,
 „ sed manium, qui superfuites esse finguntur.
 „ *Optatus Milevitanus]*, Lib. 6. Conf. *supr.*
 „ n. 4.

A D §. III.

QUAERITUR & hostibus publicis deberi sepultu-
 ram, omnes sentiunt] Nam nec hostibus jus
 natura quæsitum auferri potest. Diximus au-
 tem, jus sepulturæ esse jus humanitatis, eo-
 que & hostium. Accedit, quod denegatio-
 ne sepulturæ hostium vires nec minuantur,
 nec nostræ augeantur, adeoque ad solam
 vindictam spectet, eoque illicita sit. *Vid.*
l. 3. c. 4. seq.

Additio.

„ Sepulturæ necessitatem non esse a nata-
 „ ra, probavimus supra §. I.

„ *Appianus]*, *Bell. Pun. m. 63.* Immo

- „ num. 48. pag. 63. Ed. H. Steph. 1592. D.)
 „ § bello Mitbr. n. 250. (num. 159. pag.
 „ 250. ejusd. Edit. ibi : Πομπήσις δ' εἰσὶν τὸ
 „ σώμα τῆς Μιδραδάτης χωρηγίαν ἔδωκε, καὶ θά-
 „ ψον βασιλείῳ τάφῳ τοῖς θεραπευτήσιν αὐτοῦ
 „ προσέταξε, καὶ ἐν Σιώνῃ τοῖς βασιλείοις ἐνθάδου
 „ τάφοις ἀγάμενος αὐτὸν τῆς μεγαληγίας, ὡς
 „ τῶν κατ' αὐτὸν βασιλέων ἄριστον. D.)
 2 „ *Et passim exstant exempla*] „ Philippus bel-
 „ lo consumptorum corpora sepulturæ tradi-
 „ dit, reliquiasque funerum ut ad sepul-
 „ chra majorum deferrent, ultro hortatus.
 „ *Just. l. 9. c. 4. idem l. 6. c. 6. Sen.*
 „ *Thyest. v. 10. 24. Marcel. 17. 1. Thuan.*
 „ *36. p. 727. Curt. 5. 13. Liv. 22. 7. § 25.*
 „ *17. Coquei ad August. de Civ. Dei c. 13.*
 3 „ *Alioqui rei nulli funebri*] „ *Vid. Gron. b.*
 „ *Adde Gellium l. 10. c. 15. qui de Flamine*
 „ *diali loquitur: mortuum quanquam attin-*
 „ *git funus, tamen exequi non est religio.*
 „ *Ad pauperes alendos, aut ad captivos re-*
 „ *dimendos, § c.*] „ *Vid. Socrat. 7. 21. §*
 „ *Sozom. 4. 27. § 8. 12. Nov. 7. c. 8.*
 „ *Vendi licite existimaverint*] „ *Quod retu-*
 „ *lit Pontifex in c. Aurum. q. 2. c. 12.*
 4 „ *Sunt quidem exempla in contrarium*] „ A-
 „ *pud Joseph. Bell. Jud. l. 5. c. 2.*

A D §. I V.

- 1 „ *De insigniter facinorosis*] Jure naturæ uti
 quodlibet jus hominis, ita hoc quoque in pœ-
 nam auferri, & corpus mortuum vel ad ana-
 tomen concedi, vel furcæ affigi potest, inpri-
 mis si exemplo aliis esse debet. Totum ergo
 hoc ad definitionem pœnæ spectat, eoque est
 juris civilis. Unde & hoc civile est, quod ho-
 nesta aliquando sepultura in pœnam auferri
 soleat.
 „ *Valde ignominiosum*] „ Maledicti enim
 „ erant suspensi.
 „ *Eodem die sepeliri jubet*] „ Fuit enim hæc
 „ lex typus futuræ sepulturæ Servatoris. *Vid.*
 „ *Gal. 3. v. 13.*
 „ *Exhibitam hanc reverentiam divina imagi-*
 „ *ni*] „ Adeoque lex hæc videtur moralis, &
 „ perpetua, (cum habeat moralem causam, &
 „ & perpetuam) eoque immutabilis. Resp.
 „ etiam jus morale in pœnam auferri potest.
 „ Sed & legem hanc mere ceremonialem
 „ fuisse, probat Osiander *in not. ad b. §.*
 2 „ *Frequentiora civilibus*] „ Ubi omnia vi,
 „ non jure agi solent.
 „ *Diu in publico conspectu relinqui*] „ Ut ni-
 „ mirum aliis exemplo sint; quæ est secunda-
 „ ria pœnarum ratio.

- Sed § Theologi*] „ *Vid. Osiander in not. b. §.*
Fecit hoc suo jure supra leges constitutus.] 3
 „ Sensus est, quod Deus etsi voluerit ut ho-
 „ mines inter se obligentur, sibi ipsi tamen
 „ legem hanc non dixerit; sed arbitrium sibi
 „ in vitam, corpus, bonaque hominum re-
 „ servaverit. *Vid. sup. l. 1. c. 1. §. 10. n. 6.*
 „ *Exempla autem abjectorum corporum in*
 „ *facris vide Jos. 10. v. 27. 1. Reg. 17. 4.*
 „ *Reg. 4. § 24.*
 „ *Factum scilicet in alienigenam, Dei con-*
 „ *temptorem*] „ *Et in terrorem hostium, scili-*
 „ *cet, Jebusæorum, qui adhuc arcem te-*
 „ *nebant, vid. Osiand. b. adeoque ex utilitate*
 „ *publica.*
 „ *Et sub ea lege, qua proximi nomen ad so-*
 „ *los Hebræos porrigebat*] *At verius est, Da-*
 „ *videm id fecisse in terrorem hostium, adeo-*
 „ *que licite.*

A D §. V.

„ *Qui ipsi sibi mortem consciverant*] Auto-
 cheiria est verum homicidium; nec enim in-
 terest, an quis alium, an se interficiat,
 quia nec jus in se habet magis, quam in alium.
 In pœnam igitur sepultura his auferri potest,
 tum quia alia in defunctum pœna statui ne-
 quit, tum ut eo exemplo alii a simili facino-
 re deterreantur: de quo late egimus supra
 l. 2. c. 1. §. 8. § 9.

Definit vero Autocheiria 1^o. si majus inde
 bonum oriturum est; ut si quis ad defensionem
 patriæ, si ad servandum principem, ad
 salutem humani generis, mortem appetit:
 2^o. si æque periturus est, vel majori dolore, &
 infamia; quo pertinet factum Raziæ, 2. *Mac.*
XIV. 3^o. Pro conservando jure, quod abs-
 que internecone sui servari nequit; ut pro
 pudicitia, honore, &c. *Vid. l. 2. c. 1. §. 7.*

Exempla legum, quibus insepulti abjicie-
 bantur illi, qui sibi manus inferebant, vide
 apud *Quintil. decl. 4. § 335.* & late apud
Auctorem b. §.

Additio.

- „ Quæritur, an pœnam mereantur illi,
 „ qui mortem sibi ipsi consciverunt? Affirma-
 „ tur: ejusque rationes late exposuit B. Pa-
 „ rens supra *L. 2. c. 1. §. 8.*
 „ Equidem mirum est, plerasque gentes,
 „ autocheiriam non tantum pro licita habe-
 „ re, sed & plurimos sapientissimorum phi-
 „ losophorum ipsos in corpus suum sævisse.
 „ Stoïcos acerrime autocheiriam defendisse,

late demonstravit Lipsius in *Manud. ad philof. Stoic.* 22; quos solidissimis rationibus refutat *dissert.* 23; quanquam ipse in *epist.* 22. *cent.* 2. eam non improbare videatur. Exempla Cleanthis, Chryssippi, Zenonis, Empedoclis, Democriti, mortem sibi inferentium, exhibet *Lactant. de falsa sap.* c. 18. Indorum philosophi summæ sibi gloriæ duxere, publice mori. *Plut. in vit. Alex. M.* Quo pertinet exemplum Calani, & Zamari; quorum prius recenset *Ælianus Var. II.* 41. V. 6. posterius *Dio Hist.* l. 54. p. 527.

Relationes, & itineraria Indica fidem faciunt, autocheiriam aquid Indos, & Americæ populos partem religionis esse; ibi enim uxores, & servi sibi ipsis mortem inferunt, in funere mariti, vel heri. Gentiles coram idolo ventrem sibi cultro aperiant, &c. *Vid. le voyage de Loubere, t. 1.* p. 384.

Sed & exempla Lucretii, Titi Pompeii Attici, Cleombroti, Catonis, exstant apud *Aug. de civ. Dei* l. 7. c. 22. *Senec. ep. XIII.* De Bruto, Peregrino, Demonaxe, *vid. Plutarchum in vit. Brut.* p. 1002. *Lucianum*, aliosque apud *Goshofr.* ad L. 3. §. 6. ff. de bon. eor.

Mirum denique, inter Christianos quoque inveniri, qui crimen hoc defendunt, quo pertinet Donnius, &c. *Vid. añ. erud. Lips. Mens. Maj.* 1701. p. 234.

Causam hujus opinionis nullam aliam fuisse, puto, quam dogma de transmigra-
tione animarum; ex ea enim doctrina inferri potest, hominem, qui ob perpetuos dolores, vel alias ob causas tædio vitæ captus finem vitæ suæ imponit, suo bono consulere, quia sperat, animam mox in aliud robustius corpus transituram, & feliciorum conditionem obtenturam esse. Hanc enim rationem allegare solent ipsi gentiles, & præcipue Indiæ philosophi; ita enim Xaverio rem explicat sacerdos Japonensis, apud *P. Bouchet.* p. 98. *Les hommes, à proprement parler, ne meurent point: l'ame se dégage seulement du corps où elle étoit enfermée; & tandis que ce corps pourrit dans la terre, elle en cherche un autre frais, & vigoureux, où nous renaissions tantôt avec le sexe le plus noble, tantôt avec le sexe imparfait.* Servi in insula Barbadam commorantes præcipitare mortem solent ob spem redeundi post mortem in patriam. *Hist. des Isles des Barbades pag.* 86.

Injuri autem admodum sunt in legislatores Romanos qui asserunt, eos autocheiriam licitam statuisse. Contrarium diserte traditur in L. 13. ff. ad Leg. Aquil. ubi asseritur, neminem esse membrorum suorum dominum. Neque contrarium ex eo probatur, quod bona illorum, qui tædio vitæ, vel impatientia doloris, vel ob filii obitum, sibi mortem consciverunt, publicari non debeant: L. 3. §. 4. & 6. ff. de bon. eor. L. 34. ff. de test. mil. l. 6. §. 7. *injust. testam.* nam hoc ideo merito statutum est, quia publicatio bonorum magis poena esset intuitu successorum, quibus sine eorum culpa bona auferrentur. Sane, hodie omnes publicationes bonorum, paucis criminibus exceptis, sublatae sunt, O. Cr. art. 135. quis vero inde concludet, omnia illa crimina hodie licita esse? Alia igitur quaestio est, an autocheiriam licita sit? quod adeo non statuerunt JCTi Romani, ut potius passim id apud eos improbetur: alia, an bona eorum publicentur? hoc negant JCTi, & merito, quia magis successores, punirentur.

Equidem allegari in contrarium solet L. 9. §. 7. ff. de pecul. ubi diserte traditur, servum naturaliter in corpus suum sævire posse. At alibi diximus, quaestionem ibi proponi, an dominus damnum a peculio servi deducere possit, si ipse in corpus suum sævit. Respondet JCTus, deducere eum in præjudicium creditorum id non posse; additque rationem, quia *servo naturaliter in corpus suum sævire licet.* Naturaliter igitur, i. e. juxta facultatem mere naturalem, id servo licet, non jure. Nam ea, quæ facti sunt, servus retinet, adeoque & facultatem illam naturalem in corpus suum faciendi. Cum ergo hoc factum servus sibi reservaverit, illudque per naturam in domini potestatem transferre non potuerit, necessario inde sequitur, dominum damnum, quod ex illo facto procedit, ex peculio servi, in præjudicium reliquorum creditorum servi, deducere non posse: jus enim domini non impedit, quo minus de facto sævire in corpus suum possit. Sensum hujus legis latius explicavi in Jure meo controverfo *Tit. de Pecul. quest.* 14.

Insto: Servus est in patrimonio domini, adeoque dum se occidit, bonis ejus aliquid decedere videtur, i. e. damnum ei facto servi datur. Resp. Servus, qui facultate naturali utitur, non intelligitur damnum

dare

„ dare, et si conditio alterius inde deterior
„ fiat. *Arg. l. 24. §. f. ff. Damn. infr.*

¹ *Cum in hos aliud supplicium constitui non
possit*] „ Vera ratio est, ut alii inde deter-
„ reantur.

Milesia virgines] „ *Vid. sup. L. 2. c. 1. §. 8.*
Nihil sentire mortuos] „ Nec mortuorum
„ causa poena hæc statuta est, sed vivorum,
„ ut illi deterreantur.

Satis enim est] „ Nam secundaria poenæ
„ ratio est exemplum. *Cap. seq. §. 9.*

² *Platonici contra Stoicos*] „ Late id probat
*Lipius in Manud. ad Stoic. phil. l. 3. dif-
sert. 22. §. 23.*

Nec injussu ejus] „ Nam homo non sibi,
„ nec sui causa est creatus, sed in gloriam sui
„ Creatoris: injussu igitur hujus stationem
„ deserere nequit.

Multa videre est] „ Quæ late cumulavit
Lipius d. dissert. 23.

³ *Dimitti*] „ Scilicet, ab eo qui, Auctor vi-
„ tæ est: at non dimittitur qui vitæ suæ vim
„ infert.

⁴ *Si quis videat, deinceps se victurum in pro-
brum Dei*] „ Immo nunquam in opprobrium
„ Dei vivit, qui innocens infamiam patitur;
„ adeoque hæc ratio non sufficit, neque eo
„ referri exempla allegata possunt.

*Quia non nobis, sed Deo in vitam nostram
jus esse*] „ Hoc thema passim tractat Auctor.
„ *Vid. l. 2, c. 21, §. 11, n. 2, §. 14, n. 1,*
„ *L. 3, c. 11, §. 6. §. L. 2, c. 20, §. 43,*
„ *n. 2, L. 1, c. 3, §. 3, n. 1.*

Atque hæc referunt Samsonis exemplum]
Justitia hujus facti non in eo consistit quod
Samson in probrum Dei victurus fuisset; sed
quod obeundo mortem & patriæ prodesset, &
ulcisceretur inimicos. Fecit ergo Samson quod
Decii, quod Scævola, &c. fecerunt, & quod
omnes milites, qui in hostium tela ruunt,
iisque se, suamque vitam exponunt, dum pa-
triam defendunt. *Ad. Judic. 16. 30.*

Saulis] Hoc factum ideo licitum erat,
quia majori dolore, ac infamia periturus erat.
Nam hæc respiciisse volunt] „ Alii negant
„ ex *1. Paral. 11, v. 12, §. 13. Tesm. b.*
„ Quicquid sit, factum hoc ex alio capite
„ defenditur.

Razis] Hic æque periturus erat, adeoque
licite prævenit. Accedit, quod exemplum hoc
defumum sit ex Apocrypho. *2. Macc. 14. f.*

Ne tormentis Adacti Christi religionem ejurarent] „ Adeoque æque, quin gravius pe-
rituri fuissent, si ejurassent.

Et virginum] Merito laudanda est virgo,

quæ se puram, integramque tuetur morte:
uti enim alium, ita & se occidere potest, si
aliter tueri se nequit. Nec obstat, quod ne-
mo sit membrorum dominus. Resp. Hactenus
est dominus, ut illud conservare possit etiam
a fœditatibus.

Atque hac ratione factum Lucretiæ proba-
ri posset, si violationem prævenisset: at vio-
latione peracta, & re patrata, difficilior
decisio videtur.

Additio.

„ Si dicendum quod res est, ante patra-
„ tum crimen arma sese interficiendi deficie-
„ bant, re patrata vivere absque infamiæ nota
„ non poterat. Vix fidem inventura fuisset si
„ allegasset, se vi, metuque infamiæ a Sex-
„ to violatam fuisse: ad famæ igitur defensio-
„ nem se ipsam interfecit.

In martyrurum censuram] „ De Pelagia vide
Ambros. l. 3. de Virgin. Euseb. 8. 24. de
„ nobili quadam Vidua Antiochiæ *Cedren.*
„ *f. 210. n. 1. Niceph. l. 7. c. 21. Tesm. b.*
Quid Augustinus sentiat] „ Verba Augusti-
„ ni hæc sunt: *de his nihil temere audeo ju-
dicare; utrum enim ecclesia aliquibus fide*
„ *dignis testimoniis, ut eorum memoriam sic*
„ *honoret, divina persuaserit auctoritas,*
„ *nescio, & fieri potest ut ita sit.* *Conf. Au-*
„ *gustin. de Civ. Dei. l. 19, 26, §. 27. §.*
„ *c. 9. caus. 23. q. 5.*

Ut sacrilegi] „ In poenam jura naturæ au-
„ ferri posse, nedum jus sepulturæ, dixi-
„ mus supra.

Ob negatam sepulturam bellum juste suscipi
§c.] Hoc necessario infertur ex illo princi-
pio, quod sepultura sit jus humanitatis, quo
violato cuique genti jus sit injuriam vindi-
candi.

Ex illa Thebei Historia] „ Thebani indu-
„ cias ad humanos mortuos concedere no-
„ luerunt.

A D §. VI.

SUNT § alia quedam] „ Præter secu-
„ ritatem, quæ jurè Gentium Legatis debe-
„ tur, *vid. cap. 18;* & præter sepulturam,
„ quæ mortuis debetur. *Vid. sup. §. 1. seq.*
Quæ ex jure gentium voluntario debentur]
„ Adeoque non ex jure naturæ, sive sociali,
„ sive laxiori; sed ex placito gentium. At
„ diximus, tale placitum non existere.
Longo tempore possessa] „ Auctor enim su-
„ pra dixit, jure gentium voluntario indu-
„ ctam esse hanc legem, ut possessio memo-
„ riam

riam excedens non interrupta, nec provocatione ad arbitrum interpellata, dominium transferret. *L. 2, c. 4, § 9.* At ibidem demonstravi, præscriptionem immemoriam nec jure naturæ, nec jure illo ficto gentium cognitam esse.

Successiones ab intestato], Grotius jure naturæ liberis deberi successionem parentum, statuit; idque ex jure alendi deducit, *L. 2, c. 7, § 3, & § 8.* At omnes reliquas successioneum species officio quidem congruere, ait; at non esse necessarias, *d. c. 7, § 3, & § 11, n. 1:* sed jure Gentium demum introductas esse, indeque ex diversis causis voluntatem humanam moventibus variare. *L. 2, c. 7, § 11, n. 1.*

Et quæ ex contractu quantumvis inæquali], Jure naturæ enim ex omni inæqualitate reparandi necessitatem oriri, putat; at jure Gentium exceptum esse casum, si inæqualitas non est magna: & hoc casu inæqualitatem, ubi nec mendacium intercessit, nec ejus, quod dictum oportuit, reticentia, in actionibus exterioribus pro æqualitate haberi. *L. 2, c. 12, § 26.*

Nam hæc omnia quanquam ex jure natura ortum aliquatenus habeant], 10. Præscriptionem enim immemoriam deduxit ex illa præsumptione, quod ille, qui longo tempore rem suam non repetit, eam derelinquere videatur. *d. l. c. 4, § 9. 2º.* Successiones collateralium ex alia præsumptione firmat, quod defunctus, qui cum potuit, voluntatis suæ testationem vivus non edidit, videatur voluisse relinquere bona ei, quem magis amavit. *L. 2, c. 7, § 3. seq. 3º.* Debitum ex inæqualitate leviori etiam ex naturali æquitate posse subsistere, pu-

tat, ob incerta rerum pretia, & ut evitentur controversiæ inexplicabiles inter eos, qui communem judicem non habent. *L. 2, c. 12, § 26, n. 3.*

Verum, hæc gratis finguntur; alibi enim demonstravimus, 1. longi temporis possessionem nullum jus in re aliena tribuere; 2. successiones collateralium jure naturæ incognitas esse: 3. Quod ex contractu inæquali promissum est, deberi ipso jure naturæ, nec demum ex jure Gentium firmitatem accipere.

Accipiunt tamen ex humana lege firmitatem quandam], Ita ut jam lege quoque inducta sit obligatio. *L. 2, c. 4, § 9.* Atque hoc est, quod Auctor alibi dixit, jus gentium aliquid superaddere juri naturæ; quod examinavimus *supra c. 18, § 1.*

Sive adversus conjecturæ incerta], Quibus juxta hypothesin Auctoris nititur & longa possessio, & successio ab intestato; prius late explicavit *d. l. 2, c. 4, § 5, n. f. § 6, & 7. junct. § 9.* posterius in *L. 2, c. 7, § 3, § 9. junct. § 11.* Quæ in allegatis locis satis refutata sunt.

Sive adversus exceptiones quasdam], Quas contra contractum inæqualem ratio naturalis suggerit; in genere enim omnem inæqualitatem in contractibus jure naturæ reparandam esse, statuit *l. 2. c. 12, § 12.* At has exceptiones inæqualitatis jure gentium non attendi, ait, si modica sit inæqualitas, ob incertitudinem pretii: *d. § 26.* adeoque ex hypothesi Auctoris jus Gentium firmat id, quod ex naturali æquitate ortum aliquatenus habet.

Ut supra obiter a nobis de jure natura agentibus], Singula loca modo notavi.

C A P U T XX.

De Poenis.

- I. *Pœna definitio, & origo.*
- II. *Spektare pœnam ad justitiam explettricem, & quomodo.*
- III. *Pœnam certæ personæ naturaliter non deberi; sed exigi pœnam licite, quoad jus naturæ, ab eo, qui pœnia non deliquit.*
- IV. *Pœnam utilitatis alicujus causa exci-*

Tom. III.

- gendam inter homines aliter, quam apud Deum, & quare.*
- V. *Quo sensu ultio naturaliter sit illicita.*
- VI. *Utilitas pœnæ triplex.*
- VII. *Pœna ad utilitatem ejus, qui deliquit: eamque a quolibet exigere naturaliter, cum distinctione tamen:*
- VIII. *Item ad utilitatem ejus, in quem peccatum*

K k

- peccatum est; ubi de ultione licita jure gentium:
- IX. Item ad utilitatem quorumlibet.
- X. Quid lex Evangelica circa hanc materiam constituerit.
- XI. Solvitur argumentum sumtum a Dei misericordia in Evangelio patefacta.
- XII. Et a præcisione penitentia.
- XIII. Rejiciuntur imperfectæ divisiones penarum.
- XIV. Christianis privatis non esse tutum penam exigere, etiam ubi jure gentium id licet:
- XV. Aut sponse ad accusationem proflire.
- XVI. Aut judicia capitalia affectare.
- XVII. Leges humane, quæ interfectionem ad penam permittunt, an judicent, an impunitatem solam, distinctione explicatur.
- XVIII. Actus internos non esse punibiles inter homines:
- XIX. Nec actus externos, quos fragilitas humana nequit vitare:
- XX. Nec actus, quibus societas humana nec directe, nec indirecte leditur: cujus rei causa redditur.
- XXI. Rejicitur sententia statuens, ignoscere nunquam licere.
- XXII. Ostenditur, id licere ante legem penalem:
- XXIII. Non tamen semper:
- XXIV. Etiam post legem penalem.
- XXV. Quæ ad id faciendum probabiles causæ intrinsecæ:
- XXVI. Quæ extrinsecæ.
- XXVII. Refellitur sententia statuens, nullam esse justam causam dispensandi, nisi quæ per modum exceptionis tacite insit legi.
- XXVIII. Pœna taxatio ex merito.
- XXIX. Spectari hic causas impellentes, quæ inter se comparantur.
- XXX. Item causas, quæ a peccando abstrahere debuerant: ubi de gradibus præceptorum decalogi, quæ proximimum tangunt, & alia quedam.
- XXXI. Item aptitudinem peccantis ad utrumque, quæ varie spectatur.
- XXXII. Meritum pœnæ extendi posse ad majus nocumentum, quam quod peccans intulit: & quare.
- XXXIII. Rejicitur sententia de proportionem harmonica in penis.
- XXXIV. Minui penam ex charitate; nisi major charitas obstet.
- XXXV. Facilitas peccandi quomodo ad penam incitet: item consuetudo peccandi quomodo ad penam incitet, aut ab ea retrahat.
- XXXVI. Clementia usus ad penas minuendas.
- XXXVII. Ad superiores locos referuntur quæ Hebræi, & Romani in penis spectari volunt.
- XXXVIII. De bello ad penam.
- XXXIX. An justum sit bellum ob delicta inchoata, distinctione explicatur.
- XL. An reges, & populi bellum recte inferant ob ea, quæ contra jus naturæ sunt, non tamen adversus ipsos, ipsorumve subditos, explicatur, rejecta sententia statuente, naturaliter ad penam exigendam requiri jurisdictionem.
- XLI. Discernendum jus naturæ a moribus civilibus late receptis:
- XLII. Et a jure divino voluntario non omnibus cognito.
- XLIII. In jure naturæ discernenda manifesta a non manifestis.
- XLIV. An ob delicta in Deum bellum suscipi possit.
- XLV. Notitiæ de Deo maxime communes quæ, & quomodo primis decalogi præceptis indicentur.
- XLVI. Qui has primi violant, puniri posse.
- XLVII. Non item alios; quod ostenditur argumento legis Hebrææ.

XLVIII. *Bella jufte non inferri iis, qui Christianam religionem amplecti nolunt:*

XLIX. *Jufte inferri iis, qui Christianos ob folam religionem crudeliter trahant:*

L. *Non etiam his, qui circa legis divinae interpretationem hallucinantur: quod auctoritatibus, & exemplis illustratur.*

LI. *At illis jufte, qui in Deos, quos putant, impii funt.*

† I. ¹ **S**upra cum de caufis, ex quibus bella fufcipiuntur, agere cœpimus, ² facta, diximus, duplici modo confiderari, aut ut reparari poffunt, aut ut puniri. + Priorem partem jam abfolvimus. + Superest posterior, quæ est de pœnis: quæ res eo diligentius tractanda est nobis, + quod origo ejus, & natura minus intellecta multis errationibus caufam dedit. (aa) Est autem pœna generali fignificatu + *Malum paffionis, quod infligitur ob malum actionis.* Nam quanquam pro pœna quibusdam ³ injungi opera quædam folent, ea tamen opera fpectantur tantum qua molefta funt, + atque ideo ad paffiones funt referenda. Quæ vero incommoda patiuntur aliqui ob + morbum contagiofum, aut ⁴ corpus mutilum, aut alias ⁵ impuritates, quales multæ exftant in lege Hebræa, puta arceri coetibus, aut ⁶ functionibus, + proprie pœnæ non funt, quanquam + ob fimilitudinem quandam, & per abufionem, eo vocabulo appellantur.

2. Inter ea vero, quæ + natura ipfa dicitur licita effe, & non injura, eft & hoc, + ut qui male fecit, malum ferat, + quod antiquiffimum, & Rhadamanteum jus vocant philofophi, ut ⁷ alibi diximus. Spectat eodem dictum Plutarchi libro ^a de exilio: τῷ Θεῷ ἐπιταί δίκη τῶν ἀπολιπομένων τῆ θεῖα νόμου τιμωρός, ἢ χρώμεθα πάντες ἀνθρώποι φύσει πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὡς περ πολίτας *juftitia Deum comitatur, ultrix in eos, qui adverfus legem divinam delinquant: qua omnes homines natura utimur + adverfus omnes homines ut cives.* ^a Plato dixit, ^b ἐκεῖνο εἰδείς ἕτε θεῶν ἕτ' ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν ὡς εἰ τῷ γε ἀδικῶντι δοτεῖν δίκην *nec Deorum, nec hominum quifquam hoc dixerit, + injufte agenti non luendam pœnam.* Et ^c Hierax juftitiam ex parte hac tanquam nobiliffima definiebat *τιμωρίας ἀπαίτησιν* παρά τῶν προηδικηκότων, *pœna exactionem ab iis, qui priores læfere, & Hierocles*

^a Page Col. R.

^b In Enchyrid. Tom. I. p. 8. D. Ed. H. Steph. ^c Apud Stob. Sermon. IX.

G R O T I I.

^a Plato] Verba ejus fic pofuit Irenæi interpres libro III, c. XIV. Et Deus quidem, quemadmodum & vetus fermo est, initium, & medietates omnium, qua funt, habens, recte perficit, fecundam naturam circumiens: huic autem femper confequitur juftitia ultrix in eos, qui deficiunt a lege divina. (Cap. 41. vulg. 25. divif. Maffuet.)

G R O N O V I I.

¹ Supra cum de caufis] 2, I. 2.
² Facta] Injurias illatas,

³ Injungi opera] Ut damnatis ad remum, in metallum, in antliam. Suet. Ti. 51. ad follam faciendam. Nor. 31.

⁴ Morbum contagiofum] Ut lepram. Levit. 13.

⁵ Corpus mutilum] Deuter. 23, 1.

⁶ Impuritates] Levit. 15.

⁷ Functionibus] Muneribus, & officiis civilibus, facrisve.

⁸ Alibi] 1, 2. 5.

(aa) In toto ifto capite perpetuo conferendus PUFENDORFIUS De Jure Nat. & Gent. Lib. VIII. c. 3. cum Notis noftris, præfertim alterius Editionis. J. B.

124. Ed. Needham. e De ira Dei 2. 17. rocles ^a ἰατρικὴν πονηρίας, ⁺ malitia medicatricem. ^b Lactantii dictum ^c est : Non exiguo falluntur errore, qui ⁹ censuram sive humanam, sive divinam acerbant, & malitia nomine infamant, putantes, nocentem dici oportere qui nocentes afficit pœna.

3. Quod vero diximus, pœnæ, ⁺ quæ proprie ita nominatur, omnino hoc inesse ⁺ ut delicto reddatur, notatum & Augustino est, *f* qui dixit: omnis pœna, si justa est, peccati pœna est: ⁺ quod ad pœnas etiam, quæ a Deo irrogantur, pertinet; quanquam in illis interdum ob humanam ignorantiam, ut idem scriptor loquitur, ⁺ latet culpa, ubi non latet pœna.

fl. Relect. (See Relectation.) c. 9.

II. I. Sed ⁺ an ad assignatricem, an vero ad expletricem justitiam pœna pertineat, diversi diversum sentiunt. Quidam enim quia ¹⁰ qui plus peccavit, gravior, qui minus, levius puniuntur, & quia ¹¹ pœna quasi a toto parti datur, ⁺ ideo ad assignatricem justitiam pœnas referunt.

Sed quod primum illi ponunt, assignatricem justitiam toties locum habere, ¹² quoties inter terminos plures duobus instituitur æqualitas, ⁺ verum non esse, ¹³ in principio operis hujus ostendimus: deinde quod magis nocentes gravior, minus nocentes levius puniuntur, ⁺ id per consequentiam duntaxat evenit, non quod hoc primo, ac per se spectetur. Nam primo, ac per se spectatur ¹⁴ ⁺ æqualitas inter culpam, & pœnam: de qua

§ 1, Sat. III. 78, 79.

Horatius: *ε*

Cur

G R O T I I.

^b Lactantii dictum est] Convenit huic & illud Belisarii apud Procopium Vandal. I. πρῶτον δ' ἐν τῷ δικαίῳ γένοιο γνάρισμα, ἢ τῶν ἀδικῶς ἀνεγκόρων πῶνῃ. Primum justitiæ documentum erit, pœna exacta de injustis intersectoribus. (Cap. 12.) Adde Agathiam lib. V. ubi de Anatolio. (Cap. 2.)

G R O N O V I I.

⁹ Censuram] Damnationem, vel exactionem supplicii. Αἰρώτης.

¹⁰ Qui plus peccavit, gravior] Non hoc differunt διαμετρικὴ & συναδικτικὴ justitia, quod altera tribuat paria diversis, altera plus, minusve: neque ubi modo plus, modo minus tribuitur, ibi statim respectus est personarum. Sic enim contractus quoque pertinerent ad διαμετρικὴν, quippe pretiosiorum mercem præbenti plus redditur pretii, villiorem minus. Sed hæc est differentia, quod plus, minusve, aliis atque aliis tribuitur per justitiam διαμετρικὴν æstimatis personis, per συναδικτικὴν æstimatis inter se rebus, nullo personarum discrimine.

¹¹ Pœna quasi a toto] Statuunt enim, a justitia præseribi, & regi vel negotium privata personæ cum privata, idque facere τὴν συναδικτικὴν, vel reipublicæ cum singulis, idque esse διαμετρικὴς: quæ fuit sententia Thomæ Aquin. Horneji, Ethic. 3, II. 23.

¹² Quoties inter terminos] Ubi observatur proportio geometrica.

¹³ In principio operis] I, I. 8. ubi contra hoc id satis commode dici, probavimus.

¹⁴ Æqualitas inter culpam] Medium rei, sive proportio arithmetica.

G R O T I I.

^c Æqualitas inter culpam, & pœnam] Seneca de Ira II, 6. Iniquus erit si equaliter transierit inæqualibus. Tacitus annalium III. (cap. 56.) Sin flagitia, & facinora sine modo sunt, suppliciiis, & remediis principis moderatio, majorumque, & vestra exempla temperant, & vana a scelestis, dicta a maleficiis differunt: est locus sententia, per quam neque huic delictum impune sit, & nos clementiæ simul, ac severitatis non peniteat. Ammianus libro XXVIII. c. 1. Oraturi, ne delictis supplicia sint grandiora. Scholiastes ad Horatium, (init Sat. 3. Lib. 1.) Si in minimis peccatis etiam maxime pœna consumuntur, restat ut maxima peccata aut maneant impunita, aut nova supplicia adinveniantur. Lex Wisigothorum libro XII, tit. III. cap. 1. Nam quedam leges sicut culparum habent diversitates, non ita diversitas in se continent (retinent) ultiones, sed permixta scelera transgressorum ad unius permittuntur legis pœnale iudicium. Nec secundum modum culpæ modus est adhibitus pœnæ, cum major, minorque transgressio non unius debeat mulctationis prædampnari supplicio: præsertim cum dominus in lege sua præcipiat: pro mensuræ peccati erit & plagarum modus. Vide infra hoc capite, §. XXVIII. & XXXII. & lib. III, c. XI. §. [In loco TACITI legendum mihi videtur: Sin

————— ———— ———— ———— ———— *Cur non*
Ponderibus modulisque suis ratio utitur, ac res
Ut quæque est ita supplicii delicta coercet?

Et alibi (*Ibid.* vers. 117, 118.)

————— ———— ———— ———— ———— *Adfit*
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

+ Eodem spectat lex divina Deuteron. ^b XXV. + & novella ⁱ Leonis.

^b vers. 2, 3.
ⁱ CV.

2. + Sed nec alterum, quod illi ponunt, magis verum est, + pœnas omnes venire ex toto ad partem, quod ex his, ¹⁵ quæ dicenda sunt, apparebit. Tum vero ostensum a nobis supra ^k est, veram justitiæ assignatricis rationem + nec in tali æqualitate, + nec in processu a toto ad partem proprie consistere, + sed in habenda ¹⁶ ratione ejus aptitudinis, quæ jus stricte dictum in se non contineat, sed ¹⁷ occasionem ei det. Quanquam vero is, qui punitur, aptus, aut dignus esse debet puniri, + non eo tamen id spectat, ut ipsi accedat aliquid, quod assignatrix justitia postulat. Nec tamen qui explettricem justitiam, + quam vulgo commutatricem vocant, in pœnis exerceri volunt, magis se explicant. + Ita enim negotium hoc considerant, quasi nocenti aliquid reddatur, + sicut in contractibus fieri solet. ¹⁸ + Decepit eos vulgaris locutio, qua dicimus, pœnam deberi ei, qui deliquit, quod plane est *ἄξιον*. + nam cui proprie debetur aliquid, is in alterum jus habet. Sed cum deberi alicui pœnam dicimus, nihil volumus aliud, quam + æquum esse ut puniatur.

^k L. I. C. I.
^{§. 8. n. 2.}

3. Verum tamen est, + in pœnis primo, ac per se exerceri explettricem justitiam, + quia scilicet qui punit, ut recte puniat, jus habere debet ad puniendum, quod jus ex delicto nocentis nascitur. Atque hac in re est aliud, + quod ad contractuum naturam accedit: + quia sicut qui vendit, etiam si

nihil

Sin flagitia & facinora, ETSI sine modo sunt &c. alias non constat sensus, quem nec *Freinsheimius* in paraphrasi, nec alii interpretes, satis expediunt: & facile à Librariis omitti potuit particula *est*, propter sequentem *sine*. Quâ de re judicium penes *Criticos* esto. *J. B.*]

sumere, exigere, expetere pœnas, noxius *dare, luere, pendere, solvere* dicuntur. Noxius pœnam reipublicæ debet, ac legibus: hæc *facultas*, hoc *sum* proprie reipublicæ, & legum est: itaque jus in eum habent, qui peccavit, et si non civem. 2, 5. 32. Concessit autem superiùs, *τὸ* suum, & facultatem hoc modo consideratam pertinere ad justitiam *συνδικαστικὴν*, sive τὴν ἐκ συνδικαστικῆς διορθωτικὴν. I, I. 5. & 8. Adde ipsum ad *acta Apost.* 7, 60.

G R O N O V I I.

15 *Quæ dicenda*] Num. 7.

16 *Ratione ejus aptitudinis*] Nodum in seipso quarit: hanc enim ipsam rationem aptitudinis *Aristoteles*, & ejus sectatores explicant per æqualitatem geometricam.

17 *Occasionem ei det*] Dat enim præmia, honores, pecuniam: ex quibus datis jus proprie dictum & ad res, & ad actus proficiscitur.

18 *Decepit eos*] Immo decepit Auctor sese: non enim considerant nocentem, tanquam cui aliquid debeat, & reddatur, sed tanquam qui aliquid debeat, & reddat. Inde *ultor*, vel *vindex*

G R O T I I.

^d *Quod ad contractuum naturam accedit*] Sæpe hoc notat *Servius*, ad IV. *Æneidos*, (*vers.* 695.) *nam qui excedunt delinquendi modum, ipsi sibi pœnam sanciunt*. *Ibidem* (in *vers.* 699.) *dannare est debito liberare, unde DAMNABIS TU QUOQUE VOTIS*. Ad X. *Æneidos*, (*vers.* 32.) *LUANT PECCATA*. *luant*, id est, absolvant. *Dicimus autem* *ἑ* suo pœnam, sed melius est hic

K k 3

nihil peculiariter dicat, obligasse se censetur ad ea omnia, quæ ¹⁹ venditionis sunt naturalia, + ita qui deliquit, sua voluntate se videtur obligasse pœnæ, quia crimen grave non potest non esse punibile, + ita ut qui directe vult peccare, per consequentiam & pœnam mereri voluerit: quo sensu Imperatores cuidam ^lajunt, ^e + ipse te huic pœnæ subdidisti, & qui sceleratum capiunt consilium ^m + sua mente (bb) jam tum puniti, id est, sua voluntate pœnæ meritum contraxisse dicuntur: & ²⁰ Tacito ⁿ mulier, quæ se seruo conjunxisset + in servitutem sui (cc) consensisse dicitur, quia id pœnæ in tales erat constitutum.

1 L. Imperatores
34. D. de jure fisci.
m L. ult. C. ad l. Jul. Maj.
n Ann.
XII. c. 53.
o Cap. 2.

4. Michael Ephesius ad quintum. Nicomachiorum Aristotelis: γέγονε τράπον τινὰ δόσις καὶ λήψις, ὃ ἐστὶ τὸ συναλλάσσειν λαβῶν γὰρ χρήματα ἢ ἄλλο τι κλέψας, δέδωκεν αὐτὸν ἐκείνων εὐθύνας + est hic quodammodo datio, & acceptio, in quibus consistit natura contractuum: nam qui res, aut aliud quid furatus est, pro eo dat pœnas. Idem posterius: ἢ συναλλάγματα οἱ παλαιοὶ ἐκάλεον & μόνον ἀ ἐκόντες συνετίθεντο πρὸς ἀλλήλους ποιεῖν. ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπο τῶν νόμων διαγορευμένα. contractus a veteribus appellabantur non tantum quæ mutuis conventionibus constant, + sed & ²¹ quæ legibus sunt vetita.

p Ad Cap.
4.

III. I. Sed + hujus ²² juris subjectum, id est, cui jus debetur, + per naturam ipsam determinatum non est. Dicitur enim ratio, maleficium posse puniri, non autem quis punire debeat: nisi quod satis indicat natura, + convenientissimum esse ut id fiat ab eo, ²³ qui superior est: + non tamen ut omnino hoc demonstret esse necessarium, + nisi vox superioris eo sumatur sensu,

peccatum. nam peccatum solvitur pœna. qui enim crimini tenetur obnoxius, pœna eum a pristina liberat obligatione: Contra, suo pœnam, non procedit, quasi pœna solvatur. Auctoritas tamen ista confundit licentiam, more quo solet poni vel a sequenti quod præcedit, vel a præcedenti quod sequitur. Idem locutio sacre scripturæ frequens indicat. Nam, ut Tertullianus ait de oratione, (Cap. 7.) Debitum in scripturis delicti figura est, quod perinde judicio debeatur, & ab eo exigatur. Chrysostomus oratione de terræ motu, quæ est tomo V. (Immo Tom. VI. pag. 677. Edit. Savil.) de divite illo agens, qui Lazaro opponitur, & explicans vocem ἀπέλαβες, quæ est in illo Evangelii loco, (Lucæ XVI. 25.) ἐχρεώσθητο αὐτῷ τιμωρίας, ἐχρεώσθητο αὐτῷ ὀδύνας debebantur ipsi pœnæ, debebantur ipsi dolores. Idem II. de penitentia: τὰ ἀμαρτήματα εἰς ὀφειλήματα ἀναγράφεται peccata ad debiti genus referuntur. [Ibi est, ὡς ὀφειλήματα &c. Tom. VI. pag. 771.] Augustinus III. de libero arbitrio: Itaque si non reddat faciendo justitiam, reddet patiendō miseriam: quia in utroque verbum illud debiti sonat. Hoc enim etiam modo dici potuit, quod dictum est: si non reddat faciendo quod debet, reddet patiendō quod debet. (C. 15. §. 44. Ed. Benedictin.)

e Ipse te huic pœnæ subdidisti] Philo sine libri primi de vita Mosis; αὐτοὶ γὰρ τοὶ σπεύδοντες ἀμαρτάνειν, σπεύδετε ἢ πρὸς τιμωρίας peccare dum festinatū, ad pœnas ferendā festinatū. (Pag. 52. D.)

GRONOVII.

19 Venditionis naturalia] De substantia illius contractus.

20 Tacito] 12. annal. 53.

21 Quæ legibus sunt vetita] Hi sunt, qui contractus involuntarii dicuntur Aristoteli συναλλάγματα ἄνόσια, λαβραῖα, βίαια. Interpres Heinsianus lib. 5. cap. 5. ethicor.

22 Juris subjectum] Possessor, persona capax, dominus, exactor. I, §. 17.

23 Qui superior est] Qui potestatem habet in eum, qui peccavit.

(bb) In omnibus Editionibus erat heic suo merito: sed contra lectionem omnium corporis Juris Codicum, quos quidem viderim, & præter mentem etiam Auctoris nostri, qui, dum exponit suā voluntate, manifesto ostendit, se legisse suā mente: quamquam ipse erratum non animadvertit, etiam quum in Editione ann. 1632. adderet voces sequentes jam tum, quæ in primâ Editione defunt. J. B.

(cc) Apud TACITUM, legendum omnino: ut edidit RYCVIUS: Statuiturque, ut ignavo domino ad id prolapsa, in servitute: sin consensisset, pro libertâ haberetur. Vide ibi J. FR. GRONOV. Notam. Sic locus nil ad rem facit. J. B.

fenſu, ut is, qui male egit, eo ipſo ſe ²⁴ quovis alio inferiore cenſetur feciſſe, & quaſi ex hominum cenſu detruſiſſe ^{f +} in cenſum beſtiarum, quæ homini ſubjacent, ⁺ quod a theologis ^q quibuſdam eſt proditum. Democritus: ^r Φύσει τὸ ἀρχεῖν οὐκ ἴσθιον τῶ κρείσσονι, ⁺ natura evenit ut melior ſe-

^q Th. 2, 2.
quaſt. 64.
art. 2. ^{Et}
ibi Cajet.

quiori imperet. Et Ariſtoteles ^s ait, ⁺ deteriora comparata eſſe in uſum meliorum, tam in his, quæ a natura ſunt, quam quæ ab arte.

2. ⁺ Cui conſequens eſt, ut ſaltem ab æque nocente æque nocens ²⁵ puniri non debeat: ⁺ quo Chriſti ſententia pertinet: *qui veſtrum ſine peccato eſt* (tali ſcilicet) *primum lapidem mittat*, Joh. VIII, 7. ⁺ Quod ideo dixit, quia eo ſæculo corruptiſſimi erant Judæorum mores, adeo ut qui ſanctiſſimi videri volebant, in adulteriis, & ſimilibus flagitiis volutarentur, ut videre eſt Rom. II, 22. Idem ergo quod Chriſtus dixerat, dixit & Apoſtolus: ⁺ *quapropter inexcusable eſt, ò homo, quiſquis alium damnas: nam hoc ipſo, quod damnas alterum, te ipſum condemnas, quando eadem facis tu, qui alterum damnas*. Illud Senecæ huc pertinet: ⁺ *non poteſt ullam auctoritatem habere ſententia, ubi qui damnandus eſt damnat*. Et alibi (dd) *faciet nos moderatioſiſſe reſpectus noſtri, 26 ſi conſulerimus nos, & nunquid ^{Et} ipſi aliquid tale commiſimus? Ambroſius ^r apologia Davidis: ⁺ unusquiſque de alio judicaturus de ſe ipſo primum judicet, nec minora in alio errata condemnet, cum ipſe graviora commiſerit.*

^r Apud
Stob. Serm.
47.
^s Politic.
VII. 14.

^r Lib. II.
c. 1.

⁺ IV. I. Altera quaſtio eſt de fine pœnis propoſito. Nam quæ diximus hæcenus, id duntaxat oſtendunt, ⁺ nocentibus injuriam non fieri ſi puniantur. ⁺ Inde vero non ſequitur, omniſino puniendos. Neque id verum eſt: multis enim nocentibus multa ⁺ & Deus, & homines condonant, eoſque nomine laudari ſolent. Celebre eſt Platonis ^r dictum, ²⁷ *ὅ γὰρ ἐπὶ κακῶ δίκη γίνεται ἑδραία* & alibi, ^{x 28} *ὅχ' ἕνεκα τῆ κακουργήσαι δίδεται δίκη*, (*ὅ γὰρ*

^r De legi
L. IX. pag.
254. D.
^x Lib. XI.
p. 934. A.

G R O T I I.

^f In cenſum beſtiarum] Sic & Moſes Maimonides ad Deut. XXXIII.

^g Numquid ^{Et} ipſi tale aliquid commiſimus] Pertinet huc & Ambroſii locus ſermon. XX. in Pfalmm, Beati immaculati, ad verſiculum, *Miſerationes tue domine*, (Serm. XX. c. 4. p. 1593. C.) citatus cauſa III. quaſtione VII. (cap. 4.) item Caſſiodori VI, 21.

G R O N O V I I.

²⁴ Quovis alio inferiore] Agnoſcit hoc Caius Genſ. 4. *ὅς ἐστὶ πᾶς ὁ ἐπιδικῶν με ἀποκτενεῖ με* omnis igitur, qui invenierit me, occidet me.

²⁵ Puniri non debeat] Hinc indignatio M. Cæſarii ad Ciceronem epistol. 14. *Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere? de ſignis, ^{Et} tabulis, de uſu modo, de ære alieno acerrime agere? perſuſum eſt ei, cenſuram lomentum, ^{Et} nitrum eſſe. Errare mihi videtur: nam ſordes eluere vult, venas ſibi omnes, ^{Et} viſcera aperit. Et Velleii de ceſura Pauli & Planci 2, 95. cum alteri vi-*

cenſoris, alteri videri deſſet, Paulus vix poſſet implere cenſuram, Plancus timere deberet, ne quidquam obſistere poſſet adoleſcentibus, aut obſiſcentes audire, quod non agnoſceret ſenex.

²⁶ Si conſulerimus] Interrogaverimus conſcientiam noſtram.

²⁷ ὅ γὰρ] Non enim propter peccatum ſumitur pœna.

²⁸ ὅχ' ἕνεκα] Non ideo, quod peccatum eſt, exigitur ſupplicium (factum enim fieri infectum nequit), ſed propter exemplum, vel tempus futurum.

(dd) Præcedens locus ubinam exiſtet, divina- re nequeo: Auctor enim neque heic, neque in Adnotationibus ad Joann. VIII, 7. ubi ſimiles congeſſit, ullum indicium dat, unde investigari queat. Hic autem legitur *De Ira*, Lib. II. Cap. 28. Sed poſt primam Editionem comperi, priorem locum non eſſe Philoſophi, ſed illius, qui mentitus eſt nomen *Senecæ*, in Libro *De Remediis fortuneſorum*, unde *Excerpta* ſubjecta etiam Editionibus Lipſii, & Gronovii; ubi facile jam eſt invenire hæc verba, quum *Excerpta* brevia ſint J. B.

G R O.

γὰρ τὸ γεγονός ἀγένητον ἔσαι ποτέ) τῷ δὲ εἰς τὸν αὐθις ἕνεκα χρόνον.
 y De Ira, Quod ita vertit y Seneca: nemo prudens punit quia peccatum est, sed ²⁹ ne
 l. 1, c. 16. peccetur. Revocari enim prae terita non possunt: futura prohibentur. Idem alibi: ³⁰
 z Ibid. 11. ne homini quidem nocebitur quia peccavit, sed ne peccet: nec unquam ad prae-
 31. teritum, sed ad futurum poena referetur: ³⁰ non enim irascitur, sed cauet.

a Lib. III. Apud Thucydidem a Diodorus de Mitylenæis ad Athenienses verba faciens:
 c. 44. ἢν τε γὰρ ἀποφῆνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτὰς, ἔ δια τούτο καὶ ἀποκτείναι
 κελεύσω, εἰ μὴ ζυμφέρον· ut maxime illos injuste egisse pronuntiem, + non
 interficiendos censebo, nisi id expediat.

2. Sed hæc in hominibus punientibus vera sunt; nam homo ita homini
 alteri ipsa consanguinitate alligatur, h + ut nocere ei non debeat, + nisi boni
 b Gorgia, alicujus consequendi causa. + In Deo alia res est, ad quem Plato b dictas
 p. 525. B. sententias male extendit. + Dei enim actiones niti possunt ipso summi domi-
 nii jure, + præsertim ubi meritum hominis speciale accedit, + etiamsi finem

c Moses nullum sibi proponant extra ipsas: & ita c Hebræi quidam explicant illud
 Maimoni- des in dire- ctore dubi- tantium
 lib. II, c. 13. & Rab. Imm. ad Prov. XVI, 4. **רעה כל פעל יהיה למענהו ונס רשע ליום**. Ut sensus sit, + res singulas Deus facit propter ipsas, etiam impium
 ad diem malum: id est, etiam tum, cum impium punit, + non alio fine
 hoc facit, quam ³¹ ut puniat. Quamquam, etiamsi + receptiorem sequamur
 interpretationem, + eodem res recidet; ut dicatur Deus fecisse omnia propter
 se, id est, + jure summæ libertatis, & perfectionis, nihil extra se quærens,
 aut respiciens: sicut Deus dicitur + αὐτοφυής, + quia non est natus ex ali-
 quo. Certe poenas quorundam valde perditorum a Deo non ob aliud exigi,

d Deuter. sacra verba testantur, + cum dicunt, d eum voluptatem capere ex ipsorum
 XXVIII, malo, subsannari, atque irrideri impios a Deo. + Tum vero & extremum
 63. Esai. I, judicium, post quod nulla expectatur emendatio, immo & in hac vita poenæ
 24. Prov. quædam ³² inconspicuæ ut obduratio, verum esse, + quod contra Platonem
 1, 26. dicimus, evincunt.

e Thom. 2, 3. + At homo cum hominem sibi natura parem punit, ³³ + aliquid sibi
 2. quæst. debet habere propositum. Et hoc est, quod ajunt e scholastici, + non debere
 108. Silv. in malo cujusquam acquiescere ulciscantis animum. Sed & ante ipsos Plato f
 verb. vin- in Gorgia, eos, qui quemquam morte puniunt, aut exilio, aut multa, non
 dicta. hoc **βελεσθαι ἀπλῶς**, simpliciter velle, + sed boni alicujus causa, ἕνεκα τῷ
 f Pag. ἀγα-
 468. B.

G R O T I I.

h Ut nocere ei non debeat nisi boni alicujus con-
 sequendi causa] Custodorus [aut potius Petrus Ble-
 senfis] de Amicitia: quod si manus una casu aliquo
 forte ledat alteram, illa, quæ laesa est, non reper-
 cutit, nec se erigit in vindictam.

G R O N O V I I.

29 Ne peccetur] Ut alii exemplo poenæ a simi-
 li peccato absterreantur.

30 Non enim irascitur, sed] Judex damnans,

& puniens non iræ obsequitur, sed prudentiæ: neque id potissimum agit, ut ulciscatur, sed ut consulat in reliquum, ne aut qui deliquit, ite-
 rum, aut alius simile quid delinquat.

31 Ut puniat] Puniendo justitiam demonstret, etiamsi ad neminem exemplum pertineat.

32 Inconspicuæ] Quæ non incurrunt in oculos, sed in animis sentiuntur patientium.

33 Aliquid sibi debet habere &c. Non debere in malo] Non id tantum spectare, ut malum habeat noxius, sed potissimum ut propter eum punitum minus sit malorum.

ἀγαθῆς Et i Seneca, ad vindictam veniendum & non quasi dulce sit vindicare, sed quasi utile. Etiam Aristoteles septimi de republica capite XIII. ait, + quædam esse honesta simpliciter, + quædam ob aliquam necessitatem; & posterioris exemplum ponit + in pœnarum exactione.

V. I. Quod ergo a mimo dictum est: b

Leso doloris remedium inimici dolor:

& a i Cicerone, dolorem pœna mitigari, Plutarcho k ex Simonide; 34 Γλυκὸν καὶ ἔσκληρόν ὡσπερ ἀλγῶντι τῷ θυμῷ καὶ φλεγμαίνοντι θεραπεύειν καὶ ἀναπλήρωσιν προσφέρειν: congruit quidem 35 ei naturæ, k quam homo cum bestiis habet communem: est enim ira ut in bestiis, ita in homine ζέσις περικαρδίας αἵματ' δι' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, ut recte definit l Eustratius, i fervor sanguinis circa cor ob appetitum reponendi doloris, qui appetitus + adeo per se caret ratione, ut sæpe feratur in ea, quæ non læserunt, ut in foetus feræ, quæ læsit; m aut in sensu carentia, ut in lapidem, quo ictus est canis. At talis appetitus in se spectatus n non convenit 36 parti rationali, cujus est imperare affectibus; + ac proinde nec juri naturæ, + quia 37 id est dictatum naturæ rationalis, ac socialis, qua talis est. Dictat autem ratio, homini + nihil agendum, quo noceatur homini alteri, + nisi id bonum aliquod habeat propositum. + In solo autem inimici dolore, + ita nude spectato, nullum est bonum + nisi falsum, & 38 imaginarium: ut in 39 divitiis supervacuis, multifque aliis rebus ejusmodi.

2. + Atque hoc sensu ultionem improbant in hominibus non Christiani modo doctores, o + sed & philosophi, ut m Seneca: + Inhumanum verbum est, & quidem pro justo receptum ultio, & a contumelia non differt 40 nisi ordine. 32.

G R O T I I.

i Seneca] Eiusdem est libro eodem de Ira secundo, capite XII. Exsequar, quia oportet, non quia dolet. [Immo Lib. I.]

k Quam homo cum bestiis habet communem] Inde ista Homerica (Iliad. IV. 23. χόλ' δέ μιν ἄγρι' ἤζει. illum fera prenderat ira. Item (Iliad. IX. 625.

* Ἀγριον ἐν τῆδεσσι δίτο μεγαλύτερα θυμόν.

Efferat ipse animum magnum sibi pectore in alto.

Item (Ibid. vers. 432.)

* Ἀλλ' Ἀχιλλεὺ δάμασον θυμόν μίγαν.

Magnum animum sed Achille doma.

l Fervor] Inde σβέσαι χόλον, bilem extingueret, apud Homerum [Iliad. IX. 674.]

m Aut in sensu carentia] Seneca de Ira libro II, c. 26. His irasci quam stultum est, quæ iram nostram nec meruerunt, nec sentiunt. Brasiliiani, feri homines, de ferro, ita ut de homine se vin-

Tom. III.

dicant. [Vide JOANN. LERIUM, Itin. Brafil. p. 163.]

n Non convenit parti rationali, cujus est imperare affectibus] Vide quæ in hanc rem Seneca de Ira libro I, c. 5.

o Sed & Philosophi] Plato Gorgia. Vide de eo Theodoritum libro XX. eurationis.

G R O N O V I I.

34 Γλυκὸν ἔ] Dulce, & non asperum quasi ægroto animo, & inflammato medicinam adhibere satisfactionem.

35 Ei nature] Facultati animi τῷ θυμῷ.

36 Parti rationali] Τῷ λογικῷ ἢ ἡγεμονικῷ.

37 Id est dictatum nature] I, I. 10.

38 Imaginarium] Ut Vitellii, qui se pavisse oculos spectata inimici morte, jactabat. Tacit. 3, hist. 39.

39 Divitiis supervacuis] Caligulæ, qui super immensos aureorum acervos patentissimo diffusos loco nudis pedibus spatiabatur, & toto corpore aliquamdiu volutabatur. Suet. c. 42.

40 Nisi ordine] Quia præcedit contumelia, sequitur ultio.

L I

GRO-

dine. Qui dolorem regerit, tantum excusatus peccat. Immo, si Maximo Tyrio credimus, ὁ τιμωρῶν τῶ προῦπάραξαντ' ἀδικώτερος, iniquior est qui se ulciscitur, eo, qui prior nocuit. Musonius, ὁ id, ait, cogitare, quomodo quis remordeat mordentem, & nocenti noceat, fera est, non hominis. Apud Plutarchum Dion is, ⁴¹ qui sapientiam Platonicam in actus civiles convertit: τὸ ἀντιμωρεῖσθαι τῶ προαδικεῖν νόμῳ δικαιώτερον εἶναι, φύσει γινόμενον ἀπὸ μιᾶς ἀσθενείας ultionem legis arbitrio justiore censeat illata injuria: ⁴² + at si natura spectetur ex eodem animi morbo nasci.

n. Diff. 11.
p. 24, 26.
Ed. Davis.
o Apud
Stobaeum
Serm. 19.
p Vit.
Dion. p:
979. A.

3. + Pugnatur ergo cum natura hominis in hominem agentis, alieno dolore, ⁴³ + qua dolor est, fatiari. Atque adeo + quo hominum quisque minus valet rationis usu, eo ad vindictam est pronior. Juvenalis (Sat. XIII, 180, & seqq.)

At vindicta bonum vita jucundius ipsa.
p Nempe hoc ⁴³ indocti, quorum praecordia nullis
Interdum, aut levibus videas flagrantia causis:
Quantulacunque adeo est occasio, sufficit ira.
Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, ⁴⁴ dulcique ⁴⁵ senex vicinus Hymetto,
Qui partem accepta seva inter vincla cicuta
⁴⁶ Accusatori nollet dare. Plurima felix
Paulatim vitia, atque errores exiit omnes,
Prima docet rectum sapientia: quippe minuti
Semper, & infirmi est animi, exiguique voluptas
Ultio: continuo sic collige, quod vindicta
⁹ Nemo magis gaudet, quam femina.

Lib. vi. Eodem sensu q Lactantius: imperiti, & insipientes siquando accipiunt injuriam; caco,

G R O T I I.

G R O N O V I I.

p Nempe hoc indocti] Seneca de Ira l. 1. 13. At qui iracundissimi infantes, senesque, & aegri sunt, & invalidum omne natura querulum est.
q Nemo magis gaudet, quam femina] Terentius Hecyra (III. 1. 36.)

Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt.
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia.

Ammianus Marcellinus libro XXVII. de ira sic loquitur: hanc esse ulcus animi diuturnum, interdumque perpetuum, prudentes deserviunt, nasci ex mentis mollitie consuetum, id asserentes argumento probabili, quod irasandiores sunt incolumibus languidi, & feminae maribus, & juvenibus senes, & felicitibus aerumosi. (Cap. 7. pag. 536. Ed. Vals. Gron.)

41 Qui sapientiam Platonicam] Quod ait de se, & Catone Cicero: nos philosophiam, qua quibusdam otii esse, ac desidia videtur, in forum, atque in rempublicam, & in ipsam aciem deduximus. 15. familiar. 4. Similiter idem de Demetrio Phalereo, 3, de legib. 6.
42 Qua dolor est] Ita ut nihil aliud in eo queratur, & spectetur, quam dolor.
43 Indocti] Stoicorum sermo, qui doctum dicebant solum sapientem, seu qui secundum virtutem viveret. Ἰδιώτης, Arrian. diss. 3, 19. Ἡ πῶτον διαφασὶ ἰδιώτου κ' φιλοσόφου Seneca 7. de Benef. 17. Duo sunt beneficia: unum, quod dare nisi sapiens sapienti non potest, hoc est, absolutum, & raram beneficium: alterum vulgare, plebejorum, cujus inter nos imperitis commercium est.
44 Dulcique Hymetto] Propter mel celebratum, quod ibi faciebant apes.
45 Senex] Socrates.
46 Accusatori] Anyto, aut Melito.

caco, & *irrationabili furore ducuntur*, & *is, qui sibi nocent*, vicem retribuere conantur.

4 + Liqueat ergo, ab homine hominem non recte puniri tantum puniendi causa; + quæ ergo utilitates rectam faciant pœnam, videamus.

VI. I. + Pertinet autem huc pœnarum partitio, quæ est apud Platonem 47 Gorgia, & Taurum philosophum ad eum locum, cujus verba Gellius recitat libro VI, cap. XIV. nam partitiones istæ ex fine desumptæ sunt, nisi quod cum duos fines Plato posuisset, 48 emendationem, & 49 exemplum,

+ tertium addidit Taurus: 50 *τιμωρίαν*, quam Clemens Alexandrinus definit, *κακῶ ἀνταπόδοσιν εἰς τὰ τῶν τιμωρῶντος συμφέρον ἀναφερομένην* + mali retributionem, quæ ad exigentis utilitatem refertur. Aristoteles, qui + omiſſa pœna exemplari, + hanc solum speciem cum emendatione ponit, adhiberi eam dicit, *τῶ ποιῶντος ἕνεκα ἵνα ἀποπληρωθῆ*, + exigentis causa ut ei satisfiat. 51 Plutarchus quoque eam non omisit, cum dixit: *αἱ ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπισχέσεις ἀδικημάτων, καὶ μάλιστα τοῦ παρηγορεῖν τοὺς πεπονηθότας ἔνεστιν αὐταῖς* quæ factis statim subsequuntur pœna, non modo in posterum inibent delinquendi audaciam, sed & injuria affectos maxime consolantur. Et hæc proprie est, quam idem Aristoteles + refert ad *δικαιοσύνην συναλλακτικὴν*, justitiam,

+ Pædagog. Lib. I, Cap. 8. Ed. Oxon. & Rhet. I, cap. 10.

+ quam ipse *commutatricem* vocat. Et hæc proprie est, quam idem Aristoteles + refert ad *δικαιοσύνην συναλλακτικὴν*, justitiam, + quam ipse *commutatricem* vocat.

+ Ebc. Nic. v. 7, 8.

2. + Sed subtilius ista examinanda sunt. + Dicemus ergo, in pœnis respici + aut utilitatem ejus, qui peccavit, + aut ejus, cujus intererat non peccatum esse, + aut indistincte quorumlibet.

VII. I. Ad horum trium finium + primum + pertinet 52 pœna, quæ philosophis modo *νεθεσία*, modo *κόλασις*, modo *παραίεσις* dicitur, Paulo + Jurisconsulto pœna, + quæ constituitur in emendationem, *σωφρονισμοῦ ἕνεκα* + Platoni, + Plutarcho *ἰατρικὴ ψυχῆς*, animi medicatrix, quæ hoc agit, ut + eum, qui peccavit, reddat meliorem + medendi modo, qui est per contraria. Nam quia omnis actio, præsertim vero 53 deliberata, ac frequens, quandam gignit sui 54 proclivitatem, quæ adulta habitus dicitur, + ideo vitiiis, quamprimum fieri potest, adimenda est 55 illecebra; quod fieri rectius nequit, quam si 5 dolore quodam subsequente saporem amittant dulcedinis.

+ uL. 20. D. De Pœnis. x De Legg. L. XI. p. 933. E. y De fern. Num. vind. p. 550. A. 559. E.

Platonici

GROTII.

1 *Τιμωρίαν*] Tria hæc, *νεθεσίαν*, *τιμωρίαν*, *κόλασιν*, emendationem, satisfactionem, exemplum, etiam *Chrysostomus* ponit in I ad Corinth. XI, 32. (Tom. III. pag. 424, 425. Ed. Savil.)

GRONOVII.

47 *Gorgia*] Pag. 357. (Ed. Wech. et p. 525. A. B. Tom. I. Ed. H. Steph.)

48 *Emendationem*] Ut corrigatur, & melior fiat, qui peccavit.

49 *Exemplum*] Ut alii peccare caveant.

50 *Τιμωρίαν*] Satisfactionem: ut injuria dematur, & in posterum securitas præstetur lædo.

51 *Plutarchus*] *De sera Numinis vindicta*, p. 548. E.

52 *Pœna, quæ philosophis*] Latinis admonitio.

53 *Deliberata, ac frequens*] Quæ fit ex propositis, ex proposito, & desinato, ac sæpius repetitur.

54 *Proclivitatem*] Propensionem, & facilitatem ad eam iterandam.

55 *Illecebra*] Blanda illa Siren, illa suavitas, quæ in peccatum trahit, atque iſſicit.

GROTII.

5 *Dolore quodam subsequente*] *Seneca* de ira I, 5, quemadmodum quedam hastilia detorta, ut corrigantur, adurimus, & adactis curis, non ut frangamus,

z De ba-
ditud.
doctr. Pla-
tonic. pag.
21. Ed.
Elmen-
borst.

a Annal.
11. 54.
b Th. 2, 2.
9. 33. 3.
c Plant.
Trinon. I.
1. 1.

Platonici recitante * Apulejo : *gravius, & acerbius est, omni supplicio si noxio impunitas differatur, nec hominum interim animadversione plectatur.* Apud * Tacitum est : *corruptus simul, & corruptor eger, & flagrans animus haud levioribus remediis restringendus est, quam libidinibus ardescit.*

2. Punctionem, + quæ huic fini infervit, + natura cuius esse licitam, b qui iudicio valeat, + & ejusmodi generis, aut paribus vitiis non teneatur, + ex ea, quæ verbis fit, castigatione apparet.

* Amicum castigare ob meritam noxiam,
10 + Immune est facinus, verum, in aetate utile.

+ In verberibus vero, & aliis, quæ coactionis aliquid continent, discrimen t inter personas, quibus id liceat, aut non liceat, non est factum a natura + (neque enim potuit, + nisi quod * ratio parentibus in liberos ejus juris usurpationem pro affectus necessitudine peculiariter commendat), sed a legibus, + quæ 77 communem illam generis humani propinquitatem, 58 + vitandarum fixarum ergo, 59 + ad proximos affectus restrinxerunt, + ut videre est tum alibi, + tum Codice Justiniano, + titulo de emendatione propinquorum : quo & illud pertinet * Xenophontis ad milites : *εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῶν ἐκέλασα τινὰ, ἀξίῳ ὑπέχειν δίχην, βίαν καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδασκαλοὶ παισὶ. καὶ γὰρ ἰατροὶ τέμνεισι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῶν* si quem ut prodessem verberavi, + penam debere me profiteor, qualem parentes filiis, & magistris discipulis. Nam & medici agrotum suo ipsi bono urunt, ac secant. Laetantius libro VI. f. *Jubet Deus ut manus nostras super minores semper habeamus, hoc est, ut peccantes eos assiduè verberibus corrigamus, ne amore inutili, & indulgentia nimia educantur ad malum, & ad vitia nutriantur.*

3. + Hoc vero puniendi genus + ad mortem 60 pertingere non potest, + nisi eo modo, quem 61 reductivum vocant, + quo negationes reducuntur ad rerum oppositarum genera. Nam sicut Christus & dixit, melius quibusdam futurum fuisse, id est, non tam male, + si nati nunquam essent ; ita ingenii insanabilibus melius est, id est, + minus est malum emori, quam vivere, quando certum est vivendo peiores evasuros. De talibus Seneca loquitur,

gamus, sed ut explicemus, elidimus : sic ingentia vitia prava dolore corporis, animique corrigimus. Idem de Ira 11, 27. In his erunt boni magistratus, parentisque, & iudices, quorum castigatio sic accipienda est, quomodo scalpellum, & abscisio, & alia, quæ profutura torquent.

t Inter personas, quibus id liceat] Vide Augustinum enchiridio cap. 72.

GRONOVII.

76 Immune est facinus] Pro quo non penditur vestigal, quod licet facere sine munere, atque munere civili : vel pro quo nemo minis est ; sive multiplicis.

57 Communem illam generis] Quæ omnibus melioribus dabat castigandi fontes facultatem.

58 Vitandarum] Ne lites injuriarum auferantur.

59 Ad proximos affectus] Necessitates, vel necessarios. Sic Claudius in recognitione equitum, juvenem probri plenum, sed quem pater sibi probatissimum affirmabat, sine ignominia dimisit, habere, dicens, censores suum. Suet. 16.

60 Pertingere] Pertinere voluit dicere, id est, extendi, porrigi.

61 Reductivum] Quo quid alicui non directe adest, sed per applicationem, aut interpretationem : ut quum bonum alicui dicitur, quod non nocet, etiam nec magno opere proficit. 1, 1. 10.

GRON

tur, ^b cum ait, + interdum ^{o2} ut pereant, interesse pereuntium. Jamblichus i: καθ'άπερ τῶ ὑποπύω βέλτιον τοῦ καίεσθαι τοῦ διαμένειν, ὅτω καὶ τῶ μοχθηρῶ τοῦ τεθνάναι τοῦ ζῆν quomodo suppurato melius est uri, quam sic manere; + ita improbo mori, quam vivere. Talem vocat ^k Plutarchus ἐτέροις γε πάντως βλαβερόν, αὐτῶ τε βλαβερώτατον, ceteris noxium quidem, ⁺ ac sibi maxime. Et Galenus cum morte puniri homines dixisset, primum ne vivi noceant, deinde ut alii pœnæ metu deterreantur, addit: καὶ τρίτον ἐστὶ καὶ αὐτοῖς ἐκεῖνοις ἀμεινον τεθνάναι, διεφθαρμένοις ὅτω τὴν ψυχὴν ὡς ἀνίατον ἔχειν τὴν κακίαν tertio + ^{o3} *ipsis expedit mori ita corruptis animo, ut ad sanitatem perduci nequeant.*

^b De Tr. Lib. I. c. 5. Vid. & cap. 16. ⁱ Protreptic. c. 2. ^k De sera Num. vind. p. 551. E.

4. Sunt qui hos ipsos esse, putant, quos ⁱ Johannes Apostolus ait, ^u + ad mortem peccare. + Sed quia fallacia sunt ejus rei argumenta, + dicitur ^v ¹¹ Job. 16. ⁺ dicitur ^v ¹¹ Job. 16. ⁺ dicitur ^v ¹¹ Job. 16. ⁺ dicitur ^v ¹¹ Job. 16.

VIII. I. ^x + Utilitas ejus, cujus intererat non peccatum esse, in eo sita est, + ne posthac tale quid patiatur ab eodem, aut ab aliis. Gellius ^m ex Tauro hanc speciem sic describit, *cum dignitas, auctoritasve ejus, in quem est peccatum, tuenda est, + ne pratermissa animadversio contentum ejus pariat, & honorem levet.* Sed quod ^{o3} de auctoritate læsa dicit, + idem ^{o4} de libertate cujusque, aut alio jure læso intelligendum est. Apud ⁿ Tacitum legimus: *consuleres securitati iusta ultione.* Ne qui læsus est, ab eodem malum patiatur, + tribus modis curari potest: + primum si tollatur qui deliquit, deinde + si ^{o5} vires nocendi ei adimantur, postremo + si malo suo dedoceatur delinquere; quod cum emendatione, de qua jam egimus, junctum est. + Ne ab aliis lædatur qui læsus est, punitione non quavis, + sed aperta, atque conspicua, quæ ad exemplum pertinet, obtinetur.

^m Noct. Att. VI. 14. ⁿ Ann. XIV. 61. add. XI. 32.

2. + Ad hos ergo fines, + & intra æqui terminos si dirigatur + vindicatio, etiam privata, si jus nudum naturæ; id est, ^{o6} + abductum a legibus divinis, humanisque, + & ab his, quæ non necessario rei accidunt, respicimus, non est

GROTIJ.

^u Ad mortem peccare] Τὸς ἀνίατος νόσόντας. morbo tentos insanabili hos vocat *Chrysostronus* 2 Corinth. XIII, 9. (Tom. VI. pag. 702.) *Juhenius* secundo libro de Constantio: διπλῶν δὲ ὄντων τῶν αἰματημάτων καὶ τῶν μὲν ἀποφαινότων ἐπιδοῦς ἀμείνες, καὶ ἔ πάντῃ τὴν θεραπεῖαν ἀπεφραγμένων, τῶν δὲ ἀνίατος πλημμυρόντων τῆτοις δὲ οἱ νόμοι θάνατον λῶσιν τῶν κακῶν ἐπέουσαν, οὐ εἰς τὸν ἐκείνων μᾶλλον, εἰς δὲ τὴν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν cum duo sint delictorum genera, alia quidem, quæ spem præbent rerum meliorum, neque curationem penitus repudiant, alia vero hominum insanabiliter peccantium: huic generi legis mortem malorum exitum reperere, non tam ipsorum, quam omnium aliorum bono, (Orat. 11. p. 89. B. Ed. Spantem.)

^x Utilitas ejus, cujus intererat non peccatum esse] Etiam hujus rei in feris imago quædam.

Leo in adultera panem confargit. Plinius historia naturalis VIII, 16.

GRONOVII.

62 *Ut pereant, interesse*] Sic Neroni conjurationem quidam imputabant, tanquam alter illi, nisi morte, succurrere non possent. *Sueton. Ner. 36.*

63 *De auctoritate læsa*] Personarum publicorum.

64 *De libertate*] Privati cujusvis.

65 *Vires nocendi ei adimantur.*] Debilitando, aut vinculis coercendo. *num. 9.*

66 *Abductum a legibus*] Id, quod dicitur *recta ratio* nondum adstricta legibus: præterquam in paucis casibus, ubi ex contingenti mutatur res, ut si parentes, si mentis homo commotæ injuriam iatulerit, si ipse causam dederit non misereando prior.

est illicita : + sive fiat ab ipso, qui læsus est, + sive ab alio, + quando hominem ab homine adjuvari naturæ est consentaneum. Atque hoc sensu admitti potest quod Cicero cum jus naturæ esse dixisset id, quod nobis ⁶⁷ + non opinio, sed innata vis affert, o inter ejus exempla + collocat vindicationem, quam ⁶⁸ gratiæ opponit : ac ne quis ambigeret quantum eo nomine vellet intelligi, vindicationem definit, *per quam vim, ac contumeliam, ⁶⁹ + defendendo, aut + ulciscendo, propulsamus a nobis, ac nostris, qui nobis chari esse debent, + Et per quam peccata punimus.* Mithridates in oratione, quam ex Trogo exscripsit P Justinus : *adversus latronem si nequeant pro salute, + pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere.* Hoc ipsum ⁷⁰ + ἀμύνης νόμον vocat in vita q Arati Plutarchus.

o De Inven. II. c. 22.

p Libro XXXVIII. c. 4. q Pag. 1048. E. r Judic. XV. 3. s Ibid. vers. 11. t Lib. III. c. 56.

u Pag. 437. A. x Bell. Jug. c. 25.

y Orat. pro quatuor vir. Tom. III. p. 259. A. z De Off. I. i. c. 40. a Ep. 29. p. 562. C.

3. y + Hoc naturali jure + defendens se Sampson adversus Palæstinos, + infontem se testatur fore si Palæstinos, qui se malo affecerant, malo vicissim afficeret : Et post peractam ultionem eadem se tuetur ratione, + + dicens, se ipsis fecisse quod ipsi sibi fecissent priores. Platæenses apud Thucydidem : *ορθῶς ἐτιμωρησάμεθα κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπίονα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι* merito eos ulsi sumus, + jure apud omnes recepto, ut hostilia parantem ulcisci liceat. Demosthenes, oratione adversus Aristocratem, u communem, ait, esse legem inter homines, + ut eum, qui nostra vi rapiat, ulcisci nobis fas sit. Et Jugurtha apud Sallustium x cum dixisset, Adherbalem vitæ suæ esse insidiatum, addit, populum Romanum ⁷¹ neque pro bono, neque pro recto facturum, + si ab jure gentium se prohibuerit : id est ⁷² ab ultione. Aristides orator & a poetis, & a legum auctoribus, & a ⁷³ proverbiiis, & ab oratoribus, & omnibus denique hoc, ait, probari *ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας*, + ultionem sumi de his, qui injuriam facere aggressi sunt. Maccabæos laudat z Ambrosius, z + quod etiam sabbato a ulsi sunt innocentium necem fratrum suorum. Idem adversus Judæos incensam a Christianis ⁷⁴ basilicam graviter querentes disputans, sic ait : *Ac certe si jure gentium agerem, dicerem, ⁷⁵ quantas basilicas Judei tempore imperii Juliani incenderint : ubi*

G R O T I I.

y Hoc naturali jure] Φόνον Φόνω λεγόμεναι Romulus de Tatius occiso a Laurentibus, eadem eadem de pensatam, apud Plutarchum, (Vit. Rom. p. 32. C.) Belisarius apud Procopium Vandalicorum 1. φύσει γὰρ πρόσσει τοῖς ἀδικημένοις ἢ πρὸς τοὺς βιαζομένους ἐχθρὰ naturalis enim est læsi hominis in eum, qui vim intulit, inimicitia. (Cap. 16.)

z Ambrosius] Eundem vide oratione contra Symmachum.

a Ultri sunt innocentium necem fratrum suorum] Vide Josephum antiquæ hystoriz XIII, 1. de vindicata Johannis morte.

G R O N O V I I.

67 Non opinio] Qualiscumque persuasio, sed ingenita sententia, & judicium animi.

68 Gratiæ] In qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi voluntas continetur. cap. 53.

69 Defendendo] Arcendo, prohibendo.

70 Ἀμύνης νόμον] Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτι τις πρότερον χαλεπήνη, quo versu Homero (extat cum alibi, tum Id. ω. v. 369.) Claudius sæpe pro tellera utebatur. Sueton. cap. 42.

71 Neque pro bono, neque pro recto] Apud Sallustium est, neque recte, neque pro bono, cap. 22. Cæsar. 5. Gall. 7. nihil hunc se absente pro sano facturum.

72 Ab ultione] Puta jure gentium permiffa.

73 Proverbiiis] Dictis per allegoriam, & sententiis vulgi usu receptis.

74 Basilicam] Qua pro profuecha, vel synagoga utebantur.

75 Quantas basilicas] Quot Christianorum templa, vel ecclesias.

ubi ^b jus gentium vocat, par pari referre. Nec aliter apud Tacitum, ^b Civilis: *egregium pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & sævissimas hujus exercitus voces, quibus ad supplicium petitus + jure gentium pœnas reposco.* ^{c 32.}

4. Sed quia in rebus nostris, & nostrorum, ⁷⁶ + affectu corrumpimur, + ideo simul multæ familiæ ⁷⁷ in unum locum convenerunt, + judices constituti, & his folis data potestas vindicandi læsos, + ademta cæteris, quam natura indulserat, libertate. Lucretius (*Lib. V. vers. 1147, & seqq.*)

*Acrius ex ira quod enim se quisque parabat
Ulcisci, quam nunc concessum est legibus æquis,
Hanc ob rem est homines ⁷⁸ pertasum vi colere ævum.*

Demosthenes ^c in Cononem: *προσάραται ἐν τοῖς νόμοις εἶναι τούτων ἐκάστη τὴν δίκην, μὴ τῇ τοῦ προσυχόντος (ee) ὀριμῇ, μηδὲ βεβλήσει ταῦτα κρινεσθαι placuit, de omnibus his injuriis ^c ex legibus judicium exerceri, non autem* ^{c Pag. 730. A.}

G R O T I I.

^b Jus gentium vocat, par pari referre] Sic & Livius libro 1. cum Laurentes jure gentium agerent, (c. 14.)

G R O N O V I I.

⁷⁶ Affectu corrumpimur] Nimio illarum amore facile ultra fines, terminosque justæ vindicationis provehimur.

⁷⁷ In unum locum convenerunt] In civitatem coierunt.

⁷⁸ Pertasum vi colere] Potius visum legibus, quam armis disceptare. Justin. 43, 4.

(ee) Est apud DEMOSTHENEM, ὀριμῇ, irâ: neque vocem mutare necesse est. J. B.

G R O T I I.

^c Ex legibus judicium exerceri, non autem ex cuiusque impetu, atque arbitrio] Tynlareus adversus Orestem sic declamat in Euripidis Oreste, (vers. 491, & seqq.)

Πρὸς τὸνδ' ἀγὼν τις ἀν σοφίας ἦκει πέρι;
Εἰ τὰ καλὰ πᾶσι φανερά, ἢ τὰ μὴ καλὰ,
Τότε τις ἀνδρῶν γίνετ' ἀσυνετώτερ',
Ὅστις τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέλετο,
Οὐδ' ἠλθεν ἐπὶ τὸν κοινὸν Ἑλλήνων νόμον.
Ἐπεὶ γὰρ ἔξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον
Πληγῆς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα
(Αἰχρίσον ἔργον, εἰ γὰρ αἰνέσω ποτὲ)
Χρῆν αὐτὸν ἐπιθεῖναι μὲν αἵματός τ' ἑαυτοῦ
Ὅστιαν, δίκαιον ἐμβαλεῖν τε δαμῶντων
Ματέρα, τὸ σώφρον τ' ἔλαβεν ἀν τῆς συμφορᾶς,
Καὶ τῶ νόμῳ τ' ἀν εἴχετ', εὐσεβὴς τ' ἀν ἦν.
Νῦν δ' εἰς τὸν αὐτὸν δαίμον ἠλθε μάστιγι,

Κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἠγάμεν,
Αὐτὸς κακίαν ἐγένετο μάστιγα κτανόν.
Ἐρήσομαι δὲ, Μενέλαος, τοσὸν δέ σε.
Εἰ τὸν δ' ἀποκτείνειεν ὁμολοκτενέω γυνή,
Χ' ὁ τῷδε παῖς αὐ' μηδὲρ ἀνταποκτενεῖ,
Κάπιός δ' αὖ κείνη γενόμενος Φόνον Φόνῳ
Λύσει, πέραις δὲ ποῖ κακῶν προβήσεται;

*Hinc me jubes certare de sapientia?
Quæ pulchra quæque facta si cunctis patent,
Isto homine tandem quis fuit dementior,
Qui nec quod æquum est mente pervidit sua,
Nec quod per omnem Græciam leges jubent?
Namque ubi Agamemno spiritum efflarat suum,
Transverberatus a mea nata capit,
(Quod turpe facinus absit ut dicto probem)
Tunc ille rite debuit matrem veam
Peragere cædis e lare ejectam suo.
Ita temperate pertulisset miseriam,
Pœnas petisset jure, servasset piam.
Nunc subit illum, quod prius matrem, pœnam.
Illam malam vocat ille, non injuria:
Sed pejor illa est ipse dum matrem necat.
Menelæi, si permittis hoc te interrogo necat:
Irata si uxor conjugem occidet suum,
Hanc ultor ipse filius tradet neci,
Et rursus illo genitus hanc cadem nova
Cede expiabit, sine quo stabunt mala?*

Quæ postrema plena prudentiæ materiam differentiæ & philosophis, & oratoribus præbuerunt. Maximus Tyrius in dissertatione, an referenda injuria, (Dissertat. II. pag. 22. Ed. Davii.) ei γὰρ ὁ ἀδικηθεὶς ἀμύνεται, αἰ μεταβαίνει τὸ κακὸν ἀπ' ἑαυτοῦ πρὸς ἄλλον, ἢ μεταπηδᾷ ἢ διαδέχεται ἀδικίαν ἀδικίαν. εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ τῷ δικαίῳ τῷ παθόντι συγχωρεῖται ἐπιθεῖναι εἰς τὸν ἀδικήσαντα, ἐπαναχωρεῖ αὐτὸς ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸν αὐτὸν ἢ τιμωρία, τὸ γὰρ δίκαιον ἐπ' ἀμφοῖν ἴσον. ἢ Ζεῦ ἢ εἶον πεπαικώς, ἀδικῶν

^d Declam. *tem ex cuiusque impetu, atque arbitrio.* Quintilianus : ^d ⁷⁹ *injuriæ compensatio non solum juri inimica, sed paci : est enim lex, forum, judex, nisi quem jure* ⁸⁰ *vindicari pudet.* Imperatores Honorius, & Theodosius : ^e *idcirco judiciorum vigor, jurisque publici tutela in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem.* + Rex Theodoricus : ^f *hinc est quod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu.*

XIII.
e L. nulli.
14. C. de
Judæis.
f Cassiod.
lib. IV, ep.
10.

g Vell.
Pat. l. II.
c. 42. &
Plut. in
Cæs. p. 708.

h Apud
Stob. de
Legionu.

i Lib. II.
c. 118.

k Sen. I,
de Clem.
20.

5. + Manet tamen vetus naturalis libertas, primum in locis, ⁸¹ + ubi judicia sunt nulla, + ut in mari. + Quò forte referri potest, quod Cæsar ⁸² Cæsar privatus adhuc piratas, & a quibus captus fuerat, classe tumultuaria persecutus est, ipforumque naves partim fugavit, partim merfit, & cum proconsul negligeret animadvertere in captos piratas, ipse eos in mare reclusus cruci suffixit. + Idem locum habebit in locis desertis, + aut ubi ⁸³ Nomadum more vivitur. ^d Sic apud Umbricos, narrat Nicolaus ^b Damascenus, sibi quemque fuisse ultorem : + quod & apud Moschos hodie impune fit, post tempus aliquod aditi judicis. + Nec aliunde origo ⁸⁴ singularium certaminum, quæ + ante Christianismum ^e Germanicis nationibus usitata, + alicubi necdum fatis defueta sunt. Ideo apud ⁱ Vellejum Paterculum mirantur Germani, cum Romanæ jurisdictionis formam conspicerent, + quod injurias justitia finiret, + quod solita armis discerni jure terminarentur.

6. ⁸⁵ + Lex Hebræa propinquo occisi permittit, ut extra asyli loca homicidam interficiat : recteque notant interpretes Hebræi, ⁸⁶ talionem pro mortuo + manu exigi posse ; + pro se, ut puta in vulnere, non nisi per judicem, + quia scilicet difficilior ^k est moderatio, ubi proprius dolor accedit. Parem morem privatim vindicandæ cædis apud vetustissimos Græcos fuisse, apparet + ex

δικαιοσύνην ἐξ ἀδικημάτων ; ἢ ποῖ βυδιδεῖται τὸ κακόν, ἢ πῶ ἤσεται. Nam si is, qui passus est injuriam, ultionem sumet, transibit malum ab hoc ad illum velut saltu quodam, & injustitiæ injustitia succedet ; quippe si hoc jure posito concedis ei, qui malum pertulit, vindicare in eum, qui fecit, sequitur, ut rursus ab hoc ad illum se referat ultio : est enim justum, par utrique parti. Si id ita est, quid nobis fecisti, Jupiter, justitiam ex injuriis constitutam ? & quo procedet, ubi vero stabit hoc malum ? Aristides oratione de pace : τίς γὰρ τῶν Ἑλλήνων λειψήσεται, εἰ διὰ τὰς προτέρας ἀπολωλοκότας, οἱ μὲν αὐτὸς αἰ τὸ τὸ πείσονται ; quis enim Græcorum erit reliquus, si propter eos, qui jam periere, superstites alii perpetuo idem malum ferent ? (Tom. II. p. 78. C. Ed. P. Steph.) Habet idem Aristides sensum similem, in Leuctrica secunda.

^d Sic apud Umbricos] An Umbros in Italia significatos voluit ? [Vide VALESIUM in Excerpt. Peiresc. pag. 513.] Apud Afrorum multos idem moris fuisse, testis est Leo Afer lib. II. c. de Teuchis, & capite de Teijcuta, & alibi.

^e Germanicis nationibus] Gothos suos corrigens rex Theudericus apud Cassiodorum III, 23. Remove consuetudines abominanter inolitæ ; verbis ibi petius, non armis res tractetur, & 24. Cur. as.

monomachiam recurrit ? quid opus est homini lingua, si causam manus agit armata ? Trachonitis in oriente, νόμος πάντα τρόπον ἐπέχειναι τὰς τῶν οἰκείων φονεῖς mos omnibus modis ultionem sumere de propinquorum homicidiis. (Hoc è Josepho, Antiq. Jud. Lib. XVI. Cap. IX. §. 1. Ed. Haulson.)

GRONOVII.

79 *Injuria compensatio*] Privata vindicta.

80 *Vindicari pudet*] Ne scilicet turpi judicio consuetetur, ut de fratribus loquitur Cicero 9, fam. 25.

81 *Ubi judicia sunt nulla*] I, 3. 2.

82 *Cæsar privatus adhuc*] Videtur legationem liberam habuisse, ut solebant illustres viri, & juvenes Romani peregrinantes : itaque, quod fecit, tanquam legatus pop. Rom. fecit.

83 *Nomadum more*] Sine moribus, sine lege, sine justo imperio. Sallust. Jug. 18.

84 *Singularium certaminum*] Vide *Extrait pour l'antiquité des duels*, dans les *mémoires de Mous. de Bethune* tom. 4. p. 323.

85 *Lex Hebræa*] Numer. 35, 19.

86 *Talionem pro mortuo*] Ob occisum propinquum cuius de homicida pœnam sumere licuisse ; de auctore vulneris, qui sauciatus esset, ipsi nemini.

GRONOVII.

+ ex Theoclymeni verbis, quæ apud Homerum sunt i Odyssæ O. Sed maxime frequentia sunt hujus moris exempla + inter eos, ⁸⁷ qui communem judicem non habent. Hinc *justa bella definiri solent*, ^m + Augustino teste, *quæ ulciscuntur injurias*: & Plato bellicum certamen probat, ⁿ *μέχοις ἔαν οἱ αἰτιοὶ ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναίτιων ἀλγούντων δοῦναι δίκην* donec qui in culpa fuerint, cogantur innocentibus dolore affectis pœnas pendere.

IX. + I. Utilitas indistincte quorumlibet, + qui finis erat tertius, + eandem habet partes, quas illa, quæ ad læsum pertinet. Nam aut hoc agitur, + ne qui uni nocuit, aliis noceat, quod fit + eum tollendo, ⁸⁸ + aut debilitando, sive constringendo ita, ut nocere nequeat, + aut emendando: aut ^f ne alii impunitate illecti aliis quibusvis molesti sint, + quod ex suppliciiis conspicuis obtinetur, quæ Græci παραδείγματα, ⁸⁹ Latini exempla vocant: quæ ideo adhibentur, ^o ut unius pœna metus sit multorum, + ut pœnæ ^p genere deterreri cæteri possint, ut leges loquuntur, *ἵνα ἄλλοι πρόνοιαν ποιῶνται καὶ φοβῶνται*, ut ^q Demosthenes.

2. Hujus quoque juris potestas + naturaliter penes unumquemque est. & Sic Plutarchus ^r virum bonum, ait, a natura ⁹⁰ magistratum designari, & quidem

1 Vers.
272. &
Seqq.
m L. 11. q.
10. Super
Josue.
n De Rep.
Lib. v. p.
471. B.
Tom. II.
Ed. H.
Steph.
o L. 1. c.
ad L. Jul.
de rep.
p L. 7. O.
Ad L. Fab.
de plag.
q Orat. in
Nær. p.
528. B.
r Præcept.
polit. pag.
817. B.

G R O T I I.

^f Ne alii impunitate illecti aliis quibusvis molesti sint] Polybius leones ob hominum appetitum crucifixos vidit, quia cæteri metu pœnæ similis abstergerentur eadem noxa. Plin. lib. VIII. c. 16.

g Sic Plutarchus] Idem Pelopida, (p. 290.) ὁ γὰρ πῶλῳ, ὡς εἶπες, καὶ κυριώτατῳ νόμῳ τῶ σωζέσθαι δεομένῳ τὸν σωζέειν δυνάμενον ἀρχοντα κατὰ φύσιν ἀποδίδουσι. Prima, eademque antiquissima lex eum, qui servare potest, ei, qui salute opus habet, naturaliter magistratum designat. Et Philopœmene: τὰς ἑαυτῆς πολιτείας ἀναλαβὼν ἔτε νόμον, ἔτε χειροτονίαν περιμεινοντας, ἀλλ' ὡς διὰ παντὸς ἀρχοντι τῷ κρείττονι κατὰ φύσιν ἐπομένῳ. Suscepit civis suos, qui neque legum, neque suffragiorum tempus expectaverunt: sed ipsum sequebantur natura lege, quæ semper potiorem vult imperare deterioribus. (Pag. 363. A.) Similia apud eum habes sine vitæ T. Flamini. Scriptor de causis corruptæ eloquentiæ, de oratoribus agens (Cap. 36.) Hi ne privati quidem sine potestate erant, cum ἔσσαν populum, ἔσσαν senatum consilio, ἔσσαν auctoritate regerent. Chrysothomus II ad Corinthios VII. 13. de Mose: καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας δημογῶγός ἦν διὰ τῶν ἔργων. διὸ καὶ σφόδρα ἀνοήτως ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἑβραῖος ἐκείνῳ: τίς σε κατέστησεν ἀρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; τί λέγεις; τὰ ἔργα θεῶς, καὶ περὶ τῆς προσηγορίας ἀμφιβάλλεις, ὥσπερ ἂν εἰ τις ἴδοι τέμνοντα τὸν ἱερὸν ἄριστα, καὶ τῷ πεπονηκότῳ μέλει τῶ σώματι βοηθῶντα, λέγει, τίς σε κατέστησεν ἱερὸν καὶ τέμνειν ἐκέλευσεν; ἢ τέχνη, ἢ βέλτερι, καὶ ἢ νόσῳ; ἢ σὴ ἔτω καὶ τῆτον ἢ ἐπιστήμη τοῦτοιο ἐποίησεν; καὶ γὰρ τέχνη τὸ ἀρχεῖν ἐστίν, ἐκ ἀξίωμα μόνον, καὶ τέχνη τεχνῶν πασῶν ἀνοσίερα. Etiam antequam manu populum educeret, dux erat ipsis factus. Valde igitur stulte Hebræus ille ei dixit: quis te

constituit nobis principem, ac judicem? Quid dicit? facta vides, ἔσσαν de nomine facis controversam; vult si quis medicum videat optime secantem, ac sic opitulantem egro corporis membro; deinde ei dicat, quis te constituit medicum; quis secare præcipit? ars, mi bone vir, ἔσσαν morbus tuus: sic ἔσσαν Moysen sua peritiam talem fecit; nam ἔσσαν imperare non dignitas tantum est, sed ἔσσαν ars, ἔσσαν quidem artium omnium sublimissima. (Tom. III. pag. 631, 632. Ed. Savil.) Tractat idem scriptor hoc ipsum argumentum ad Eph. III. in fine: (Tom. eod. pag. 798.) ἢ ἀδικία ἢ σὴ καὶ ἢ ὠμότης, φησὶν, αὐτῇ με κατέστησεν ἀρχοντα καὶ δικαστὴν tua, inquit, injustitia, tua feritas me constituit principem, ἔσσαν judicem. (PLUTARCHI locus, cujus occasione omnia ista addita sunt, non satis accurate refertur, ut insipienti patebit. Præterea illorum sententia posset videri repugnare principiis Auctoris nostri, ut ostendimus in Gallicis nostris Notis. J. B.)

G R O N O V I I.

⁸⁷ Qui communem judicem] Qui diversarum sunt civitatum, aut aliis, atque aliis magistratibus parent.

⁸⁸ Aut debilitando] Pro quibus dixit nam. & vires nocendi adimendo.

⁸⁹ Latini exempla] Terent. Eun. 5, 6. Uterque exempla in te edent. Plautus Moll. 5, 1. 17. Faciam ego exempla in te. Justin. 18, 7. Statuam in te exemplum. Liv. 29. 27.

⁹⁰ Magistratum designari] Jus quoddam imperandi aliis habere; quo pertinet, quod apud Horatium pueri ludentes, rex eris, ajunt, & recto facies. L. 1, ep. 1.

dem perpetuum: + nam ipsa naturæ lege ei principatum deferri, qui agat iusta. Sic sapientem nunquam esse privatum, Nasticæ exemplo probat: + Tullius; & Lollium⁹¹ non unius anni consulem Horatius vocat: & Euripides Iphigenia in Aulide, (vers. 375.)

Mente qui prudente pollet, + is magistratum gerit.

Quæ tamen in republica intelligenda sunt, ⁹² + quatenus ejus leges id ferunt.

3. + De hoc naturali jure ita loquitur: Democritus: ipsius enim verba quia notabilia sunt adferam. Primum de jure bestias interficiendi sic illi videtur: κατά δὲ ζῴων Φόνος καὶ μὴ Φόνος ὡς ἐχει τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικεῖν ἀθῶν ὁ κτείνων, καὶ πρὸς εὐ ἔς ὄν τοῦτο ἔρδειν μᾶλλον ἢ μὴ. de occidendis, aut non occidendis animantibus ita se res habet: + quæ injuriam faciunt, aut facere volunt, ⁹³ quisquis occiderit, purus est, adeo quidem ut hoc fecisse, quam non fecisse, sit rectius. Et mox: κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα περὶ παντός· ea, quæ injuste nobis nocent, omnino, & omnia fas occidere. Et certe + non improbable est, hoc more vixisse viros probos^h ante diluvium, antequam Deus suam voluntatem de vertendis in hominum alimenta animantibus cæteris prodidisset. Rursus: ἕκως περὶ κινιδέων τε καὶ ἔρπετέων γεγράφαται τῶν πολεμίων, ἔντω καὶ κατ' ἀνθρώπων δοκεῖ μοι χρεῶν εἶναι σκοπεῖν. Quæ vero de vulpibus, & de inimicis serpentibus scripturus, eadem in hominibus faciendâ videntur. Tum vero subjungit: κίξ' ἄλλην καὶ λησὴν πάντα κτείνων τις ἀθῶν ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρία καὶ κελεύων καὶ ψήφω· furem, & latronem qui quocumque modo occiderit, sive ⁹⁴ + manu, sive ⁹⁵ + jussu, sive ⁹⁶ + suffragio, + innocens est. + Ad quos locos respexisse mihi videtur Seneca, ⁹⁷ cum ait: cum cervices noxio præcidi imperabo, eo vultu, animoque ero, ⁹⁸ i quo serpentes, & animalia venenata percutio. Et alibi: ⁹⁹ κενερίπρας

G R O T I I.

^h Ante diluvium] Aliquos & postea moris primævi memores; ita Dicæarchus, & alii, quos testes citat Hieronymus contra Jovinianum, (Tom. II. p. 78. Edit. Basil.)

G R O N O V I I.

⁹¹ Non unius anni consulem] 4. Od. 9. Sic Stoici solum sapientem dicebant esse regem. Horat. 1. sat. 3. dives, qui sapiens est. Et jutor hominis, & solus formosus, & est rex. Seneca Thyeste, V, 341. & seqq.

⁹² Quatenus ejus] Nequis privata auctoritate publicam induat personam, & mereatur in se dici Plautinum Stich. 2, 2. 28. Sine suffragio populi ædilitatem hic quidem gerit.

⁹³ Quisquis occiderit, purus est] Infons. Ovidius lib. 15, 108. Nostrumque potentia letum Cora phora missa neci salva pietate futeimur. Iſocrates Pæanthen. 634. τὸν δὲ πόλεμον ὑπελάμβανον ἀναγκαιότερον μὲν ἢ δικαιοτάτον τὸν μὲν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὴν ἀγριότητα τὴν τῶν θηρίων γενομένην.

⁹⁴ Manu] Exsecutor, listor.

⁹⁵ Jussu] Magistratus.

⁹⁶ Suffragio] Judex.

G R O T I I.

ⁱ Quo serpentes, & animalia venenata percutio] Καθάπερ ἐν ἔχεις ἢ σκορπίους ἢ ὅσα ἰοδόξα, πρὶν δοκεῖν ἢ τρέσσειν ἢ συνόλους ἀρῆσαι, θεασάμενοι μόνον χωρὶς ὑπὲρ βίτης κτείνουμεν, προφυλακτέοιμοι διὰ τὴν ἐνπαράσχον ἐν αὐτοῖς κακίαν, τὸ μὴδὲν παθεῖν τὸν αὐτὸν τρόπον ἢ ἀνθρώπου ἄξιον τιμωρεῖσθαι, ἢ φύσεως ἐπιλαχόντες κλέβειν διὰ τὴν κοινωνίαν· αἰτίαν λογικὴν πηγὴν, ἐπιτίθεισαι πρὸς θνητῶν ἀτιμωσίαν ἀγριότητος μεταβάλλουσαι, ἐν ἧδονῃ ἢ ὠφελείᾳ τρεβνόμενοι τὸ κακῶς ποιῶν ὅπως ἀνδύονται· sicut ergo viperas, & scorpions, & quæ alia veneno nocent, priusquam aut mordcant, aut ullum in nos impetum faciant, statim sine mora occidimus, præcauentes ne quid patiamur mali ab ea, quæ in ipsis est, malignitate; eundem ad modum & homines puniri par est, qui naturam nacti mansuetam, propter fontem rationis, quæ ad societatem trahit, institutis in ferarum sevitiam transeunt, utilitatique, ac voluptati habent nocere quam possunt plurimum. Hac

viperas quidem, & natrices, & si qua morsu, aut ictu nocent, effigeremus, si ut reliqua mansuetificare possemus, aut efficere ne nobis, aliisque periculo essent. * Ergo ne homini quidem nocebimus quia peccavit, sed ne peccet.

4. Sed cum & facti inquisitio sæpe magnam diligentiam, & poenæ æstimatio multum prudentiæ, & æquitatis desideret, + ne dum quisque 27 de se nimium præsumeret, + aliis non credentibus, rixæ orirentur, eo placuit hominum justis 28 communitatibus, + eos deligere, quos optimos, ac prudentissimos putarent, aut fore sperarent. Idem y Democritus: οὐκ ἂν ἐκώ- λυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαστον κατ' ἰδίαν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἕτερον ἐλ- μαίνετο· φθόνῳ γὰρ τᾶσι ἀρχὴν ἀπειργάζετο non prohibuissent utique leges suo quemque arbitrio vivere, nisi alter alterum offensum iisset. Invidia enim seditioni molitur exordium.

y Apud Stob. Serm. 28.

5. Sed + sicut in ultione factum modo z diximus, + ita & in hac ad exemplum punitione + manent vestigia, ac reliquiæ prisca juris, + in iis locis, + atque inter eas personas, quæ certis judiciis non subsunt: + ac præterea in quibusdam casibus exceptis. Sic a Hebræorum moribus Hebræus a Deo, & Dei lege deficiens, aut ducem se ad falsos cultus præbens, k + illico a quovis homine (ff) poterat interfici. 1 29 + Judicium zeli id vocant Hebræi, quod a b Phinea (gg) primo exercitum ajunt, + & inde abiisse in morem. Sic Judæum quendam Græcis se ritibus polluentem occidit c Mathathias. Sic trecenti

z §. 1. n. 57

a Deuter. XIII, 9.

b Num. XXV. c I Maccab. II. 26.

Heze Philo de specialibus legibus II. (pag. 793. A. B.) Claudius Neapolitanus apud Porphyrium lib. I. de non esu animalium: ἐκ ἑστὶ γὰρ ὅστις ἰδὼν ὄφιν ἢ κτῆνη δύναται, ὡς μήτ' αὐτὸς ἀναχθῆναι μήτ' ἀλλῷ ἀπλῶς ἀνθρώπῳ· nemo est qui serpentem sibi conspectum si possit non occidat, ne aut ipse ab eo vulneretur, aut alius. (Pag. 32.) Vide, si vacat, & sequentia. ibidem non multo post: ὄφιν καὶ σκορπίον, καὶ μὴ ἐπίωσιν ἡμῖν, κτείνουεν, ἵνα μὴ ἀλλῷ πρὸς αὐτῶν τὴν κτῆνη γένει τῶν ἀνθρώπων ἀμυνόμενοι serpentem, & scorpionem, etiamsi ab iis non impetamur, occidimus, ne cui noceat alii, & vindictam hanc præstamus humano generi. (Pag. 40. Ed. Lugd. 1620.) Porphyrius ipse libro II. ὡς περὶ γὰρ οἰκειότητι ὄφιν ἡμῖν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς κακοποιούς, καὶ καθάπερ ὑπὸ τῆς πνοῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας φερόμενους πρὸς τὸ βλάπτειν τὸν ἐκτυγχάνοντα, ἀναγκαστὴν ἡγάμεθα δεῖν καὶ κολάζειν πάντας, ἕως καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ ἀδίκια τῆν φύσιν καὶ κακοποιία, πρὸς τε τὸ βλάπτειν ἀμυνόμενα τῆ φύσει τὰς ἐμπειλάζοντας, ἀναγκαστὴν ἵσως προσήκει· sicut enim, quantum societas nobis quædam est cum hominibus malis, etiamsi qui suo ipse ingenio, ac malitia veluti vento vehemente aguntur, ut cuius sine discrimine noceant, tamen eos omnes recte a nobis puniri censemus: ita & mutorum animantium ea, quæ sui natura sunt injusta, & nocere amantia, quæque impetu ingenii sui feruntur in obvii cujusque perniciem, occidere, ratione non caret. (Pag. 159.) Et hoc est quod vult Pythagoras apud Ovidium Metam. XV. Nosstramque potentia lethum Corpora missa neci, salva pietate satemur. (vers. 108, 109.)

k Illico a quovis homine poterat interfici] Adde locum Josephi XII, (6. §. 2. Ed. Huds.) Mosem Maimonidem ad XIII. articulos, & Directoris libro III, c. 41.

1 Judicium zeli] Vide I Maccab. II, 24. 26.

G R O N O V I I.

97 De se nimium præsumeret] Plus justo sibi tribueret, in peritia, vel jure judicandi.
98 Communitatibus] Civitatibus, vel societatibus juris communicandi causa initis.
99 Judicium zeli] Tale judicium in Saxonibus, & Westphalis fertur instituisse Carolus M. Chronicon Colon. vetus pag. CXIV. Eneas Silv. in statu Europæ cap. 29. p. 74. in Germanicis M. Freheri to. secundo. Revius in Daventria ad ann. 773. pag. 13. & ad ann. 1394. p. 89. & ad ann. 1463. p. 114. Veem-schepen dicebantur.

(ff) Non simpliciter, sed postquam accusatus, & damnatus fuerat à Judicibus. Vide PUFENDORFIUM nostrum, De Jure Nat. & Gent. Lib. VIII. Cap. 3. §. 13. & Clarissimum CLERICUM in locum Deuteron. de quo agitur. J. B.

(gg) Respublica Hebræa nondum tunc temporis prorsus constituta erat, quemadmodum fuit postea. Vide eundem Doctissimum Interpretem, quem modo laudavi, in Num. XXV, 7. & Celeberrimi J. F. R. BUDDÆI Dissertationem De Jure Zelotarum in Gente Hebræa, §. 34, & seqq. J. B.

d Aclor.
VII, 57.
e Act.
XXIII, 13.

trecenti alii Judæi a popularibus suis occisi referuntur, libro, + qui vulgo dicitur Maccabæorum tertius. + Nec alio obtentu instituta lapidatio in ^d Stephanum, & conjuratio in ^e Paulum: multaque alia exempla ejuscemodi exstant, & ^m apud Philonem, + & apud Josephum.

6. Tum vero apud multos populos + & dominis in servos, + & parentibus in liberos mansit jus puniendi plenum, etiam ad mortem usque. Sic Spartæ ¹ Ephoris licuit civem occidere extra judicium. Et ex his quidem, quæ diximus, + quale sit circa poenas jus naturæ, + & quousque manserit, intelligi potest.

X. 1. Nunc illud videndum est, + num lex evangelica libertatem illam arctius circumscripserit. Certe, ² ut + alibi diximus, non mirum est, quædam, + quæ natura, & per leges civiles licent, vetari lege divina, + eaque perfectissima, + & præmium promittente ³ natura humana majus: + ad quod consequendum non immerito virtutes requiruntur, + quæ + sola naturæ præcepta + excedant. ⁿ + Castigationes, quæ neque infamiam, neque damnum permanens relinquunt, + & pro ætatis, + aut ⁴ alterius qualitatis ratione sunt necessariæ, + si ab iis fiant, quibus leges humanæ id permittunt, + puta a parentibus, + tutoribus, + dominis, + magistris, + nihil habere, quod cum præceptis evangelicis repugnet, ex ipsa rei natura satis intelligi datur. + Sunt enim hæc remedia animorum non minus innocentia, quam ⁶ pharmaca sensui ingrata.

2. + De ultione aliter sentiendum est. Nam quatenus duntaxat ⁷ animum dolentis exfatiat, + illicitam esse etiam naturaliter, + tantum abest ut Evangelio conveniat, supra ^f ostendimus. + Lex vero Hebræa non modo vetat ⁸ odium asservari in proximum, id est, popularem, Levit. XIX, 17. + sed & communia quædam beneficia talibus inimicis impendi præcipit, Exod. XXIII,

4-5.

G R O T I I.

^m Apud Philonem] Cujus & hoc in libro de sacrificantibus: καλασίον ως δημιον η̄ κεινον̄ ἐχθρόν̄ ὄντα, ὀλίγα φροντισάστας δικαιοσύνην, η̄ τὰς παραινέσεις αὐτῆ διαγγελλέον̄ πᾶσι τοῖς ἐπιθεβίας ἑρασταῖς, ὁ ἀνοπιθέτω τὰς κατ' ἀνδρός ἀνοσίη ἐπιθεβιόντων τιμωρίας, κεινοντες ευαγίς τὸ κατ' αὐτῆ φρονῶν̄ puniendus talis ut hostis publicus omnium, spreta qualicumque cum eo necessitudine, ejusque suasiones vulgandæ omnibus pietatem amantiibus, ut sine mora accurrant undique ad expetendum de viro impio supplicium, firme credentes, sanctam esse rem ejusmodi hominis interficiendi appetitum. (Pag. 855. E.) Et alter locus non minus insignis circa finem de monarchia (lib. 1. p. 818, 819.)

ⁿ Castigationes] Servorum, filiorumque peccata non coercere, peccatum est. Lactantius de Ira Dei c. 18. ubi plura ad hanc rem.

G R O N O V I I.

¹ Ephoris licuit civem] Hoc habet ex Isocratis Panathenæico pag. 644. (271. B. Ed. H. Steph.) Sed de Ilotis loquitur Isocrates, qui tantum non

servorum loco erant, non de civibus. Adde Cragium lib. 2. cap. 4. p. 78. [Non videtur loqui Isocrates de Ilotis, sive Servis publicis: verum de Plebe, quam vocat πλῆθος, δημῶν, περιόικτες, & distinguit ab εικέταις. Plura dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. Sed observari debuisset, quod statim adtendenti patet, exemplum minime aptum esse: quum Ephori essent Magistratus, & quidem potestate maximâ præditi; qui proinde, etiam ubi indictâ causâ aliquem civem occidebant, auctoritate publicâ id agere censebantur. J. B.]

² Ut alibi diximus] 2, t. 10.

³ Natura humana] Vitam recidivam, & æternam post mortem.

⁴ Sola naturæ] Minus permittant, & plus præsent, quam naturæ legibus concessum, aut præceptum est.

⁵ Alterius qualitatis] Personæ, locive.

⁶ Pharmaca sensui] Medicamentum, vel antidotum amarum, aut olens.

⁷ Animum dolentis] Satisfacit cupiditati ulciscendi.

⁸ Odium asservari] Alt.

G R O-

4. §. + Quare proximi nomine ad omnes homines prolato per Evangelium, + patet, a nobis requiri, non modo ne noceamus inimicis, + verum etiam ut beneficiamus; + quod & diserte imperatur Matthæi V, 44. Lex tamen Hebræis + graviores injurias permittebat ulcisci, non manu, + sed adito iudice. + At Christus idem nobis non permittit; + quod apparet ex illa oppositione, *audistis dictum fuisse, oculus pro oculo*: & mox: *ego vero dico vobis. Quamquam enim + quæ sequuntur + de arcenda injuria proprie agunt, & hanc quoque licentiam + aliquatenus saltem restringunt, + multo tamen magis ultionem improbare censenda sunt, + quia veterem permissionem + ut imperfectiori tempore congruentem rejiciunt: οὐκ ἀδίκως τῆς δικαίας ἀμύνης ἕσης, ἀλλὰ κρείττονος τῆς ἀνεξικακίας; non quod iniqua sit justa ultio, sed quod ei præstet patientia, ut est in constitutionibus Clementis lib. VII, cap. XXIII.*

3. Qua de re sic loquitur P¹⁰ Tertullianus: *novam plane patientiam docet Christus, etiam¹¹ vicem injuriæ prohibens permissam¹² a Creatore oculum exigente pro oculo, & dentem pro dente, contra ipse alteram amplius maxillam offerri jubens, & super tunicam pallio quoque cedi. Plane hæc¹³ Christus adjecerit, ut supplementa consentanea disciplina Creatoris. Atque adeo hoc statim¹⁴ renuntiandum est, ¹⁵ an disciplina patientiæ prædicetur penes Creatorem. Sic per Zachariam præcipit, ne unusquisque malitiam fratris sui meminerit, sed nec proximi. Nam & rursus: malitiam, inquit, proximi sui unusquisque ne recogitet. Multo magis patientiam indixit injuriæ, qui indixit oblivionem. Sed & quantum dicit*

§ VII, 10.

G R O T I I.

o Ut imperfectiori tempore congruentem] Oculum pro oculo, quæ, si dici potest, injusorum justitia est. Augustinus in expositione Psalmi CVIII. citatus C. sex differentia 23. 1. Caus. 23. quæst. 3.

p Tertullianus] Adversus Marcionem IV. (Cap. 16.) Idem libro de Patientia: Christus gratiam legi superducentem ampliandæ, adimplendæque legi adjutricem suam patientiam præfecit, quod ea sola ad justitiæ doctrinam retro defuisset. (Cap. 6.) Chrysostomus ad Ephesios cap. IV, 13. διὰ τούτο εἶπεν, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ ἢ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, ἵνα τὰς ἐκείνου ὀφθαλμοὺς, ἢ ἵνα τὰς σὰς ἀντιπαλάσῃ, ἢ ἵνα τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἀπειρήσῃ τὴν βλάβην μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τῶς ἐκείνου διατηρήσῃ σώως. ἀλλ' ὅπως ἔζηταν, τίνος ἕνεκεν συγκεχωρημένης ἀμύνης, ἐνεκαλήντο οἱ τῶν πραγμάτων κερχήμενοι; mox: τὴν ἰσχυρίσκει ὁ θεὸς τοὺς ὑπὸ τὸν ἐπιτηρείας ἰσως συναρπαζοῦσι καὶ ἐπὶ τὴν ἀμύνην ὡς μηχανοί, διὸ λέγει, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ἢ πάλιν, ὁδοὶ μηχανοκλάων εἰς θάνατον. εἰ δὲ εὐδα ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ πρῶτον ἔξην, τοσαύτη κείται τιμωρία τοῖς μηχανοκλάοις, πῶς μάλλον τοῖς καὶ παρέχειν ἑαυτὸς πρὸς τὸ παθεῖν κακῶς κελουθεῖσι; ea de re dicit, oculum pro oculo, ut tamen pro dente, ut illius manus cohibeat, non ut tuas excitet contra; ut non tuæ tantum oculis noxam arceat, sed & illius oculos salvos præstet. Sed quod quærebam hoc erat, cur ultione

permissa culpantur ii, qui ad eam decurrunt? mox: ignoscit Deus iis, quos si forte contumelie sensus abripuit, & ad ultionem tulit impetus; ob id dicit, oculum pro oculo: at alibi: via iracundorum ad mortem, quod si, ubi oculum vice oculi erueret permissum est, tanta est iracundi pena, quanto magis apud eos, qui mala passi præbere se ulterioribus injuriis, jubentur? (Tom. III. pag. 845, 846. Edit. Savil.)

G R O N O V I I.

9 Imperfectiori tempore] Quod fuit sub lege Moſis ante Christum.

10 Tertullianus] Adv. Marc. 4, 16. p. 925.

11 Vicem injuriæ] Juste redditam injuriam pro injuria.

12 A Creatore] Deo Patre in V. T.

13 Christus adjecerit] Vult, Christum non statuisse aliquid novum, & adversum illi sententiæ, sed addidisse, & suppleſſe, quod minus erat expressum, & tamen ei consentiens.

14 Renuntiandum] Explorandum, quærendum: De Cor. 4. His igitur exemplis renudiatum est, posse etiam non scriptam traditionem in observatione defendi.

15 An disciplina patientiæ] An etiam in V. T. Deus pater præcipiat, injuriam ferendam potius, quam vindicandam, ut Christus nihil inconvenientis priori permissioni introduxisse videatur.

dicit, mihi vindictam, & ego vindicabo, proinde patientiam docet ¹⁶ vindicta expectatricem. ¹⁷ In quantum ergo non capit, ut idem videatur & dentem pro dente, oculum pro oculo, in vicem injuria exigere, qui non modo vicem, sed etiam ultionem, etiam recordationem, & recognitionem injuria prohibet, ¹⁸ in tantum aperitur nobis, quomodo oculum pro oculo, & dentem pro dente censuerit, non ¹⁹ ad secundam injuriam talionis permittendam, quam prohibuerat interdicta ultione, sed ²⁰ ad primam coercendam, quam prohibuerat opposita talione, ut unusquisque respiciens licentiam secundae injuria a prima semetipsum contineret. Facilius enim vim comprimi, scit, ²¹ representatione talionis, quam re-promissione ultionis. Utrumque autem constituendum fuit pro natura, & fide hominum, ut qui Deo crederet, ultionem a Deo expectaret: qui minus fideret, leges talionis timeret.

4. Hanc legis ²² voluntatem de intellectu laborantem, dominus & sabbati, & legis, & omnium paternarum dispositionum Christus & revelavit, ²³ & compotem fecit, mandans alterius quoque maxilla obligationem, ut tanto magis vicem injuria extingueret, quam & lex per talionem voluerat impedisse, certe quam ²⁴ prophetia manifeste coercuerat, & memoriam injuria prohibens, & ultionem ad Deum redigens. Ita si quid Christus ²⁵ intulit, non adversario, sed adjutore precepto, non destruxit disciplinas Creatoris. Denique ²⁶ si in ipsam rationem patientiae precipiendae, & quidem tam plenae, atque perfectae consideremus, non consistet ²⁷ si non est Creatoris, qui vindictam repromittit, ²⁸ qui judicem praestat. Alioquin si tantum patientiae pondus non modo non repercipiendi, sed & aliam maxillam praebendi, & non modo non remaledicendi, sed etiam benedicendi, & non modo non retinendi turricam, sed amplius & pallium concedendi is mihi imponit, qui non sit me defensor, ²⁹ in vacuum patientiam praecipit, non exhibens mihi mercedem precepti, patientiae dico fructum, quod est ultio, quam mihi permisisse debuerat si ipse non praestat, aut si mihi non permittebat ipse praestaret, quoniam & discipline interest injuriam vindicari. Metu enim ultionis omnis iniquitas refranatur. ³⁰ Caterum, passim emissa libertate, dominabitur utrumque oculum effossura, & omnem dentem excitatura pra impunitatis securitate.

§. Censet,

GRONOVII.

¹⁶ Vindicta expectatricem] Quae vindictam non sumit ipsa, sed expectat, donec a Deo sumatur.

¹⁷ In quantum ergo non capit, ut idem] Quam certum, & planum est, non posse videri eundem.

¹⁸ In tantum aperitur] Tam certum, & planum fit nobis.

¹⁹ Ad secundam injuriam] Ut per talionem nova injuria inferatur: quae & Seneca sententia est, quum contumeliam ab ultione non, ait, differre nisi ordine.

²⁰ Ad primam coercendam] Ut deterret ab injuria inferenda.

²¹ Representatione talionis] Si statim sequatur praesens, & juxta gravis poena, quam si promittatur futura ultio.

²² Voluntatem de intellectu] Sententiam, de qua poterat ambigi, & disputari.

²³ Compotem fecit] Confirmavit, valere jussit.

²⁴ Prophetia] Zachariae.

²⁵ Intulit, non adversario] Introduxit non

contrario, sed subserviente, ac secundante precepto.

²⁶ Si in ipsam rationem consideremus] Vulgo considerem. Si praestarem patientiam injuria ob hanc rationem, ob quam praecipitur, nempe quod confidere debeo Deum eam ulturum, vana foret spes mea, nisi & Deus una cum patientia praecipit illam rationem, hoc est, nisi ostendit se omnino ultorem fore: quod & fecit in parte, quum concessit judici, oculum pro oculo, dentem pro dente exigere. [Nodum in scirpo quaerit Vir Doctissimus. Vult Tertullianus, nisi Creator esset potentissimus, qui talem praecipit patientiam, non satis caute fore, cur illam quis in se susciperet. J. B.]

²⁷ Si non est Creatoris] Ea scilicet ratio.

²⁸ Qui judicem] Lege, cum judicem praestat.

²⁹ In vacuum] Sine ratione, frustra.

³⁰ Caterum passim] Alioquin effrenis grassaretur iniquitas, & non unum tantummodo, sed utrumque

5. Censet, ut videmus, Tertullianus non modo Christianis ³¹ + postulationem talionis esse vetitam, sed ne Hebræis quidem permissam, + tanquam quæ vitio careret, + sed majoris mali vitandi causa. Quod quin verum sit + de tali postulatione, quæ ex odio venit, non est dubitandum, ut ex superioribus ^b apparet. Nam hanc + improbatam etiam illis, qui inter Hebræos sapientia excelebant, + nec legis verba tantum, sed ³² & propositum intuebantur, ex Philone ⁱ apparet, apud quem Judæi Alexandrini in Flacci Judæorum vexatoris calamitate ita loquuntur: οὐκ ἐφροδόμεθα, ὡ δ' ἐσπῶα, τιμωρίαις ἐχθρῶν, δέδιδαγμένοι πρὸς τῶν ἱερῶν νόμων ἀνδρωποπαθεῖν non delectamur, o domine, ultione de inimico; nam ^q ex sacris legibus didicimus hominum misereri. + Et huc pertinet + quod Christus a nobis indistincte exigit, ut omnibus remittamus, qui in nos deliquerunt. Matth. VI, 14. 15. Id est, ³³ + ob sensum mali nostri malum illis nec ³⁴ procuremus, nec optemus: nam id qui facit, ut cum ^k Claudiano loquar, *ferus est*, ³⁵ + *legumque videtur vindictam præstare sibi*. Quam ob causam Lactantius ^l dictum illud Ciceronis ^m commemorans: *justitiæ primum munus est, ne cui noceat nisi laesit* ⁿ *injuria*, ait, simplicem, veramque sententiam + duorum verborum adjectione corruptam: & ⁿ Ambrosius idem illud Ciceronis dictum + vacare, ait, Evangelii auctoritate.

6. Quid autem de ultione dicemus, non quatenus præteritum respicit, + sed quatenus ³⁶ in futurum cavet? Sane, & hanc condonari vult Christus, primum ^r + si qui nos læsit, testimonia probabilia det pœnitentis animi, + Lucæ XVII, 3. Ephes. IV, 32. Coloss. III, 13. quibus locis de pleniore quadam remissione agitur, id est, quæ etiam in jus veteris amicitie restituat eum, qui peccavit; + unde sequitur, ut nihil ab eo pœnæ nomine exigi debeat. Præterea etiam si absint talis pœnitentie signa, damnum haut nimium grave insuper habendum Christus + præcepto dimittendæ tunicæ docet. Quin & Plato dixit, ^o non referendum malum *εἰ τε θεῖ ἡμᾶς τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν*, etiamsi quid gravius patiendum nobis imminet, qui sensus & apud Maximum Tyrium exstat. Ὑβρεως δίκην, id est, actionem ob acceptam contumeliam aliquam (qualem Christus alapæ nomine indicat) + negabat Mufonius aut se instituturum, aut cuiquam, ut institueret, auctorem fore: + multo enim rectius condonari talia.

7. Quod

utrumque oculum effoderet, nec dentem unum, sed omnes excuteret.

G R O T I I.

^q Ex sacris legibus didicimus hominum misereri] Vide Origenem adversus Celsum. (Lib. VII. pag. 348.)

^r Si qui nos læsit, testimonia probabilia det pœnitentis animi] Vide Mosem Mainonidem citatum ab eruditissimo Constantino libro de damno dato c. VIII. §. VII.

G R O N O V I I.

³¹ Postulationem talionis] Apud judicem, vel magistratum.

³² Et propositum] Mentem, sententiam verbis latius patentem.

³³ Ob sensum mali nostri] Nemini dolorem demus, aut dari velimus ob id tantummodo, quia ille nobis dedit.

³⁴ Procuremus] Comparemus, dari curemus, importemus.

³⁵ Legum vindictam] Quod reipublicæ, & legum causa facere debet, id facere animi causa, vel ob suam voluptatem.

³⁶ In futurum cavet] Ne iterum vel ab alio, vel ab eodem similis injuria fiat.

G R C

^b §. 4. n. 3.
^c §. 5.
ⁱ Pag. 982. D.

^k De Malitiæ conf. vers. 224.
^l L. VI, c. 18.
^m De offic. 1. 7.
ⁿ Offic. 1. 28.

^o In Criton. p. 49. B.

7. Quod si dissimulatio magnum secum periculum ferat, ³⁷ + ea cautione contenti esse debemus, quæ quam minimum noceat. Nam + ne apud Hebræos quidem in usu erat talio, ut p̄ Josephus, & alii Hebræorum doctores notant, sed solebat, qui læsus erat, + ultra impendia a se facta, de quibus seorsim lex existat Exod. XXI, 19. (s̄ hæc enim est ³⁸ simpli restitutio nihil pœnale continens) pro talione t̄ + pecuniariam multam accipere: + quod & Romæ factum, docet apud Gellium q̄ Favorinus. Sic Josephus domini nostri Jesu educator, cum uxorem suam adulterii compertam crederet, u + divortio se liberare maluit, r̄ quam committere ut traduceretur: atque id fecisse dicitur, + quia justus erat, id est, vir probus, ac facilis: ad quem locum (hh) Ambrosius ait, non tantum ab ultionis atrocitate, sed etiam x̄ ab accusationis severitate alienam esse justis personam; sicut & ante Lactantius s̄ dixerat, *neque accusare quemquam crimine capitali justo licebit.* ȳ Justinus t̄ de Christianorum accusatoribus agens: *nolumus, ait, eos puniri, qui in nos calumniantur.* ³⁹ Sufficit illis sua pravitas, & rerum bonarum ignorantia.

8. + Restant pœnæ, quæ non privato, sed publico bono consulunt: + partim tollendo, aut coercendo nocentem ne cui noceat, + partim deterrendo alios severitate exempli, quas non sublatas a Christo, certissimo argumento ⁴⁰ alibi ū probavimus, + quod cum sua daret præcepta, simul testabatur, se nihil legis tollere. + Lex autem Moſis, + quæ in his rebus, + quamdiu stabat respublica, stare debebat, magistratibus rigide imperabat, + ut homicidia, & alia quædam crimina punirent: Exod. XXI, 14. Num. XXXV, 31, & seqq. Deut. XIX, 13. Quod si Christi præcepta consistere potuerunt cum lege Moſis z̄ quatenus supplicia etiam capitalia irrogabat, a + possunt & cum humanis legibus divinam hac in parte imitantibus consistere.

XI. 1. + Sunt qui, ut + contrariam sententiam tueantur, + adferunt summam Dei lenitatem in novo federe, quæ proinde hominibus, etiam magistratibus

G R O T I I.

s̄ *Hæc enim est simpli restitutio nihil pœnale continens*] *Lex Wisigothorum* VI, 4, 3.

t̄ *Pecuniariam multam*] Vide eundem *Constantinum* d. cap. VIII. §. 1.

ū *Divortio se liberare maluit*] *Augustinus* libro II. de Adulterinis conjugiiis: *si autem (quod verius dicitur) non licet homini Christiano adulteram conjugem occidere, sed tantum dimittere.* (Cap. 15.).

x̄ *Ab accusationis severitate*] Vide *Hincmarum* de divortio ad interrogationem V, in fine. c. laicos. *caus.* 2. *quest.* 7. & ibi *Panormitanum.* *Gail.* de Pace publica VIII. 3. Adde c. *Accusasti, de accusationibus*, ita ut est apud *Brocardum.*

ȳ *Justinus*] Eiusdem est: *μὴδὲ μισθὸν ἀμείβεσθαι μὴδὲνα βεβλημένοι, ὡς ὁ κακὸς νομοθέτης ἐκέλευε* ne minimum quidem ulcisci quemquam volentes, ut novus legis conditor præcepit. (*Dialog.* cum Tryphon. pag. 182. *Ed. Syb.*) Adde quæ infra §. XV.

z̄ *Quatenus supplicia etiam capitalia irrogabat*]

Pharisæorum circa pœnas ἐπιτίσεων prædicat *Josephus.* (*Antiq. Jud. Lib. XIII. Cap. XI. §. 6.*) Hinc tot legum ad publicas pœnas pertinentium exceptiones, & illud, ut ubi omnino mors inferenda est, inferatur quam lenissime, quod est in *Talmudæ* titulo *Ketuboth.*

ā *Possunt & cum humanis legibus, divinam hæc in parte imitantibus, consistere*] *Augustinus* questionum evangelicarum libro I, questione X.

G R O N O V I I.

³⁷ *Ea cautione*] Sic in futurum providere, ut ei, qui læserit, quantum fieri potest, pareamus.

³⁸ *Simpli restitutio*] Qua tantummodo exigitur quod nobis abest alterius injuria; nec quid amplius pœnæ nomine poscitur. §. 22. 23. 24. 25. *Instit. de action.*

³⁹ *Sufficit illis*] Satis supplicii est illis.

⁴⁰ *Alibi probavimus*] I, 2. 8.

(hh) Locus est in *Psalms.* 118. *Serm.* 7. *Cap.* 5. pag. 1473. *D. Ed. Paris.* 1569. *J. B.*

G R O

stratibus ut Dei vicariis, sequenda sit: + quod aliquatenus verum esse, non negamus, + sed non tam late patet, quam illi volunt. Nam Dei ingens misericordia in novo federe patefacta + præcipue spectat +¹ peccata contra primævam legem, aut etiam contra legem Mosis commissa ante acceptam Evangelii notitiam, + Actor. XVII, 30. + Rom. II, 25. + Actor. XIII, 38. + Hebr. IX, 15. + Nam quæ postea committuntur, + præsertim si adlit contumacia, comminationem habent ^b + iudicii multo +² severioris, quam illud fuit, quod per Mosen est institutum, + Hebr. II, 2. 3. + X, 29. + Matth. V, 21. 22. 28. + Neque vero in altera tantum vita, sed & in hac ipsa in tales culpas Deus non raro animadvertit. + I Cor. XI, 30. Ac talium facinorum indulgentia non solet impetrari, ^c + nisi ipse homo de se quasi pœnas exegerit, + I Cor. XI, 31. +³ + gravi quodam mœrore, II Cor. II, 7.

2. + Urgent iidem + saltem pœnitentia ductis dandam impunitatem. Sed ut omittam, de vera pœnitentia hominibus + vix esse ut constet, + nec quemquam non impune sua malefacta laturum, si eam quovis modo profiteri sufficiat, + Deus ipse non semper pœnitentia ductis omnem remittit pœnam; quod vel Davidis exemplo apparet. Sicut ergo pœnam legis, id est mortem violentam, aut alioqui immaturam, + remittere potuit Deus, ita ut non levibus malis afficeret eum, qui deliquerat, ^d sic nunc quoque potest pœnam ^{x Synes.} remittere mortis æternæ, + atque interim peccatorem aut morte immatura ^{ep. 44} ipse punire, + aut velle etiam ut sic per magistratum puniatur.

XII. I. Rursum +⁴ alii hoc accusant, quod cum vita simul spatium ad pœnitendum præciditur. Sed sciunt, hujus rei a piis magistratibus summam haberi rationem, nec quemquam ad supplicium rapi, + nisi dato tempore, quo peccata sua agnoscere, ac serio detestari possit; ^e qualem pœnitentiam, +⁵ etiamsi opera morte interclusa non sequantur, + acceptam Deo esse posse, latronis cum Christo crucifixi exemplum probat. + Quod si dicatur, vitam longiorem ad magis feriam resipiscenciam prodesse potuisse, responderi poterit, inveniri interdum, quibus merito dici possit ^f illud Senecæ: *quod unum bo-*

*y L. 1, de
num Ira, c. 16.*

G R O T I I.

^b *Judicii multo severioris, quam illud fuit, quod per Mosen est institutum*] Chrysostomus idem dicit, tum in oratione ad patrem fidelem, tum secunda de jejunio.

^c *Nisi ipse homo de se quasi pœnas exegerit*] Peccator ante veniam desere se debet. Tertullianus de Pœnitentia, (cap. 6.) Ambrosius in Psal. XXXVII. Chrysostomus in I ad Corinthios Hom. XXVIII. & in Mattheum Hom. XLII. Adde I Cor. VII, 9. & 10.

^d *Sic nunc quoque potest pœnam remittere mortis æternæ, atque interim peccatorem aut morte immatura ipse punire*] Hieronymus in cap. 1. in Nahum, qui locus relatus est in c. 6. causæ XXIII. questionem V. Agathias libro V, ex Platone. (Cap. 2.)

^e *Qualem pœnitentiam etiamsi opera morte interclusa non sequantur*] Hieronymus ad Damasum, citatus in c. importuna, 58. de pœnitentia, dist. 1.

Tom. III.

^f *Illud Senecæ*] Cujus & hoc est de Beneficiis VII, 20. *ingeniis talibus vitæ exitus remedium est, optimumque est obire ei, qui ad se nunquam rediturus est. item: eadem manu beneficium omnibus dabo: illi reddam, quando ingenii talibus vitæ exitus remedium est. Ibid.*

G R O N O V I I.

⁴¹ *Peccata contra primævam*] Adamo datam, ab eo propagata in universum genus humanum.

⁴² *Severioris, quam*] Moses enim tantum pœnas, quas mortalis exigere iudex potest, sauxit: Christus & gehennam minatur.

⁴³ *Gravi quodam mœrore*] Vera pœnitentia, quæ adjunctam habet deprecationem, animum sese emendandi, & fidem remissionis per Christum.

⁴⁴ *Alii hoc accusant*] In supplicii per magistratum exactis.

⁴⁵ *Etiamsi opera*] Bona opera, per quæ agnoscatur serium emendationis propositum.

N 4

G R O

^z *Ibid.* c. 15. *nium tibi superest, representabimus mortem: ut & illud ejusdem.* ^z *quo uno modo possunt, desinant mali esse; quod Eusebius philosophus dixerat: 46* ἐπειδὴν ἔχ' οἶον τε ἄλλως καὶ τῆσσι ἐν τῷ τρόπῳ ἀπολυθέντες τὰ ἐνταῦθα δεσμῶ τῆς κακίας πορίσονται Φυγὴν.

2. Hæc ergo, + supra ea, quæ operis initio diximus, responsa funto + illis, qui supplicia aut omnia, aut capitalia, sine ulla exceptione Christianis prohibita volunt, + contra, quam nos Apostolus docet, qui + cum regio officio usum gladii inclusisset ⁴⁷ ut exercitium divinæ ultionis, + alibi orandum, ait, ut reges Christiani fiant, & ⁴⁸ qua reges sunt, innocentibus + sint præsidio: quod, quæ etiam post Evangelium propagatum magnæ partis hominum est improbitas, obtineri non potest, + nisi quorundam morte reprimatur aliorum audacia, quippe cum ne sic quidem inter tot cruces, & supplicia fontium, + satis tuta sit innocentia.

3. Neque tamen abs re erit Christianis rectoribus, saltem ex parte aliqua, + imitandum proponere & exemplum Sabaconis Ægyptii regis, pietatis nomine laudatissimi, a quo capitales pœnas ⁴⁹ in damnationem ad opus mutatas felicissimo successu narrat ^a Diodorus: etiam ad Caucasum gentes quasdam, ait ^b Strabo: μηδένα ἀποκτείνειν τῶν ἑξαμαρτόντων γὰρ μέγιστα nemini mortem irrogasse, quamvis pessima merito. Neque spernendum illud Quintiliani: ^c nemo dubitabit, quin, + si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse interdum conceditur, salvos esse eos magis e republica sit, quam puniri. Notat Balsamo leges Romanas, quæ mortis pœnam irrogabant, ^d a posterioribus Imperatoribus Christianis mutatas plerasque ^e ⁵⁰ in alia supplicia, quæ & acrius damnatis inureretur pœnitentia, & magis ad exemplum proficeret pœna diuturnior.

+ XIII. I. + Ex ea autem, quam nos fecimus, enumeratione finium pœnæ apparet, nonnihil prætervisum a Tauro philosopho, ex quo ita ^d Gellius: Quando igitur aut spes magna est ut is, qui peccavit, ⁵¹ citra pœnam ipse se ultro corrigat,

G R O T I I.

[Exemplum Sabaconis Ægyptii regis] Immo & Romanorum magna ex parte, quorum nemo post legem Porciam mortis, aut verberum supplicio affici potuit, nisi perduellis, aut ab ipso populo damnatus. (De Lege Porcia vide Livium, X. 9.)

^h A posterioribus Imperatoribus Christianis] Vide quæ infra hoc libro cap. XXIV. §. 11. vide apud Nicetam libro 1. (Cap. 4.) juramentum Iacobi Angeli. Idem Johannis Comneni imperium sine morte cuiusquam fuisse, ait. (Ibid. Cap. ult.) Vide de Zenone Malechum (Excerpt. Legat. Hæschel. pag. 76.) & Augustini epistolam CLVIII. & CLIX. ad Marcellinum comitem, citatum c. circumcelliones, 1. causa XXIII. quest. V. & capitulis sequentibus & Chrysostomum adversus Judæos; ubi de Caini pœna.

ⁱ In alia supplicia] Ad operâ maxime. Augustinus epistola CLX; aliqui utili operi integra eo-

rum membra deseruiant. Vide & Nestarii epistolam ad Augustinum, quæ est CCI.

G R O N O V I I.

⁴⁶ ἐπειδὴν ἔχ' οἶον τε] Quando nequeunt aliter, ut vel hoc modo liberati ex istis vinculis malitiæ inveniunt fugam. (Locus est apud Stobæum, Serm. XLVI. J. B.)

⁴⁷ Ut exercitium divinæ] Per quem Deus ultionem, quam sibi reservavit, exerceat.

⁴⁸ Qua reges sunt] Etiam potestatem suam, perque usum gladii.

⁴⁹ In damnationem ad opus] Quam ingentibus aggeribus Ægypti urbes adversus Nili violentiam muniret, omnes, qui capital fecissent, in id opus misit, nemine occiso per carnificem.

⁵⁰ In alia supplicia] In multas, exilia, pœnales operas.

⁵¹ Citra pœnam ipse sese] Ut Casaris milites apud Sueton. cap. 68.

G B O I.

corrigat, aut spes contra nulla est, emendari eum posse, & corrigi, aut jacturam dignitatis, in quam peccatum est, metui non necessarium est, aut non id peccatum est, ⁵² cujus exemplo necessario metu succurrendum sit, tum quicquid ita delictum est, non sane dignum esse imponenda pœna studium visum est. Nam ita loquitur, ⁺ quasi ⁵³ uno fine sublato tollatur pœna, ⁺ cum contra omnes cessare oporteat ut pœnæ locus non sit. ⁺ Deinde illum finem omittit, cum homo inemendabilis vitæ eximitur, ne plura, aut graviora peccet: & quod de jactura dignitatis dixit, ⁺ etiam ad alia damna, quæ metuuntur, extendendum fuit.

2. Melius Seneca cum ^e dixit: *In vindicandis injuriis* ⁺ *hæc tria* ⁵⁴ *lex sequitur* ^{e De Clem. Lib. I. c. 22.} *quanta est, quæ princeps quoque sequi debet,* ^k *ut aut eum, quem punit, emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores cæteri vivant.* Nam hic si per cæteros intelligas, ⁺ non minus qui læsi jam sunt, ⁺ quam qui lædi adhuc possunt, ⁺ plenam habebis partitionem, ⁺ nisi quod ad illud sublatis addendum fuit, ⁵⁵ aut repressis. ⁺ Nam & vincula, & quæcunque est virium deminutio eò pertinet. ⁺ Minus perfecta est illa alio loco ejusdem ^f Senecæ distributio: *Hoc semper in omni animadversione servabit, ut sciat, alteram adhiberi ut emendet malos, alteram, ut tollat.* Illud Quintiliani dictum aliquanto etiam imperfectius: ^g *Omnis pœna non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum.* ^{f L. I. de Ira, c. ult. g Declam. 274.}

⁺ XIV. Ex his, quæ dicta sunt, hæcenus colligi potest, ⁵⁶ quam non tutum sit ⁺ Christiano homini privato, sive sui, sive publici boni causa, ^l pœnam sumere de improbo quoquam, præsertim capitalem, ^m ⁺ quanquam id jure gentium nonnunquam permitti, diximus: unde ⁺ laudandus est mos eorum populorum, apud quos ⁵⁷ navigaturi instruuntur mandatis a publica potestate ad persequendos piratas, si quos in mari repererint: ut data occasione uti possint, ⁺ non quasi ausu suo, sed ut publice jussi.

XV. Cui non diffimile est quod multis in locis receptum est, ⁿ ut ad accusa-

G R O T I I.

^k *Ut aut eum, quem punit, emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat*] Hæc duo etiam *Pbilo* posuit in legatione: *ὅτι ἢ ἡ κόλασις ἢ θάνατος ἢ σωφρονίζει πολλὰς μὲν ἢ τὰς ἀμαρτάνοντας· εἰ δὲ μὴ, πάντως γὰρ τὰς πλησιάζοντας. αἱ γὰρ ἐτέρων τιμωρίαι βελτιῶσι τὰς πολλὰς φόβῳ τὰ μὴ κοροπλήσια πάλιν· πœna sæpe corrigit, & emendat etiam eum, qui peccavit: quod si id non eveniat, certe alios, quorum ad notitiam pervenit; multos enim meliores faciunt aliena supplicia parvis mali formidine, (pag. 992. B.)*

^l *Pœnam sumere de improbo quoquam*] Vide quædam supra posita lib. I, c. III. §. 3.

^m *Quanquam id jure gentium nonnunquam permitti, diximus*] Hoc capite, §. 8.

^a *Ut ad accusationes criminum non admittantur*] *Chrysothomus* de Pœnitentia VIII. Καλὸν μὲν ἔν, ὅπερ εἶπον, ἢ τὰς χρηματικὰς δίκας ἐξάγειν διαλύσει, φιλικαῖς, ἢ πρὸς τῷ τέλει τῆς δίκης κυβερνήσει τοῦ φίλου. ἐγκληματικὰς δὲ μὴ διαλύειν

γένοιτο, ἀλλὰ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγγυμνάζειν optimum itaque, ut dixi, etiam privatas lites antevertere benignis transactionibus, ut amicum dirigas ad id, quod lites sibi propositum habent: publicorum autem judiciorum accusationes non dicam transigendo arumpere, sed nunquam eas incipere. (Tom. VI, pag. 306. Edit. Savil.)

G R O N O V I I.

⁵² *Cujus exemplo necessario*] Quod non verendum est, ne quis imitetur, si non puniatur.

⁵³ *Uno sine sublato*] Ex tribus num. 6. propositis.

⁵⁴ *Lex secuta est*] Legislator respexit.

⁵⁵ *Aut repressis*] Coercitis, ut supersint quidem, sed grassari desinant.

⁵⁶ *Quam non tutum*] Grave, ac periculosum conscientie, atque animæ hominis Christum profecti.

⁵⁷ *Navigaturi*] Privatis impendiis, atque exercitoribus.

cusationes criminum non admittantur ⁵⁸ + quibus id libet, sed ⁵⁹ certi homines, quibus id muneris publica potestate impositum est: ut nihil quisquam faciat ad alienum sanguinem fundendum, + nisi officii necessitate. Huc spectat Eliberinæ Synodi canon: *delator si quis exstiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit, eum ⁶⁰ nec in fine accipere communionem.*

XVI. Sed & illud simul ex ante dictis intelligitur, minime consultum esse homini vere Christiano, ac ne ipsum quidem decere, ⁶¹ + ut ad munera publica, quæ de sanguine judicium habent, sua sponte se ingerat, jusque vitæ, ac necis in cives + sibi tanquam omnium excellentissimo, & Deo cuidam inter homines deferri æquum existimet, ac profiteatur. Nam certe quod ^b Christus monet, periculosum esse de aliis judicare, quia quale judicium in alios ferimus, tale nobis in paribus causis a Deo sit expectandum, + omnino huc etiam pertinet.

+ XVII. 1. Quæstio est non ignobilis, an leges humanæ, quæ interfectionem ⁶¹ quorundam hominum permittunt, intersectoribus ⁶² jus verum præstent etiam apud Deum, + an tantum inter homines impunitatem. + Posterior hoc ⁱ Covarruvixæ, & ^k Fortunio placet; quorum sententia adeo displicet Ferdinando ^l Vasquio, + ut nefandam vocet. Dubium non est, ut alibi quoque diximus, ⁶³ + utrumvis legem facere posse in certis casibus. Utrum autem voluerit, + partim ex verbis legis, partim ex materia intelligendum est. + Nam ⁶⁴ si dolori lex indulget, pœnam humanam tollit, non vitium, ut in marito, qui adulteram uxorem, ^p aut ⁶⁵ adulterum occidit.

2. + Si vero periculum respicit futuri mali ex dilatione pœnæ, + censenda est jus, ac potestatem publicam privato concedere, ita ⁶⁶ ut jam privatus non sit.

Hujus generis est lex illa in Codice Justiniano ^m sub rubrica, quando liceat unicuique sine iudice se vindicare, vel ⁶⁷ + publicam devotionem, ubi cuicum-

G I O T I I.

^o *Ut ad munera publica, quæ de sanguine judicium habent, sua sponte se ingerat*] An sapienti capessenda sit respublica, vide Senecam de otio sapientis.

^p *Aut adulterum occidit*] Vide Augustinum de Civitate Dei citatum c. quicumque, 33. causa XXXIII. quæstione VIII. (Sed non sunt verba Augustini, at partim Hieronymi in Ezechiel. Cap. IX. partim alterius ignoti. J. B.) Et c. inter hæc 6. sequente, causa XXXIII. quæst. II.

G R O N O V I I.

⁵⁸ *Quibus id libet*] Ut olim moris fuit, quum judicia publica dicta sint, quod cuivis e populo executione illorum daretur. §. I. *Instit. de publ. iud.*

⁵⁹ *Certi homines*] Filicales, sive Advocati filii. Et primum instituit Adrianus Aug. *Spartian.* cap. 20.

⁶⁰ *Nec in fine*] Ne moribundum quidem accipere eucharistian, sive corpus, & sanguinem Domini mysticum.

⁶¹ *Quorundam hominum permittunt*] Puta privatis, & nulla potestate publica præditis.

⁶² *Jus verum*] Innocentiam; an excusatos eos apud Deum reddant.

⁶³ *Utrumvis legem*] Aliquando qui ex lege interfecti, Deo inculpatum haberi, aliquando tantum forensibus judiciis solvi.

⁶⁴ *Si dolori lex indulget*] Si vindictæ causa comparata est, si succurrit imbecillitati, atque infirmitati animi humani, qui in tali casu vindictæ ardorem ægre exercet.

⁶⁵ *Adulterum occidit*] L. 24. D. ad l. Jul. de adult. & patre, qui adulterum filix. l. 22. §. 2. ibidem.

⁶⁶ *Ut jam privatus non sit*] Fictioe juris pro ministro publico habeatur.

⁶⁷ *Publicam devotionem*] i. Sacramentum militare adversus latrones, & milites desertores;

^k Mat.
VII. 1.

ⁱ Covarr.
de Matrim.
Pars 2. c. 7.
n. 12.

^k Fort.
tractatu de
ult. sine
legum illat.
II.

^l Vasq. l.
IV, com.
ill. c. 8.

^m Lib. III.
tit. 27.

cuiusque licentia datur supplicio subjugandi milites populatores, hac addita ratione: " + melius enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, & quod serum est punire iudicio, subjugamus edito, ut nullus parcat militi, cui obviare telo oporteat ut latroni. Et lex subsequens de opprimendis desertoribus: cuncti, inquit, ° ad-versus latrones publicos, desertoresque militiae jus sibi, sciant, pro quiete communi exercenda publica ultionem indultum. Hæc & illud pertinet ꝑ Tertulliani: ¶ In reos majestatis, & publicos hostes, omnis homo miles est.

¶ L. 1.

o L. 2.

¶ Apolog. c. 2.

3. Atque in hoc differt ° + jus occidendi exsules, quos bannitos vocant, ° ab istarum legum specie, quod ibi præcedit specialis sententiæ, hic generale edictum, r accedente facti evidentia, vim latæ sententiæ obtinet.

+ XVIII. + Nunc illud videamus, sintne omnes 7° actus vitiosi tales, ut puniri ab hominibus possint. Pro certo habendum est, + non omnes esse tales. Primum enim 71 actus mere interni, + etiamsi casu aliquo, puta per confessionem subsequutam, ad notitiam aliorum perveniant, puniri ab hominibus non possunt, quia, ut alibi ¶ diximus, + naturæ humanæ congruum non est, ut ex actibus mere internis jus, aut obligatio inter homines nascatur. Et hoc sensu accipiendum est quod dicunt 72 leges Romanæ: cogitationis pœnam neminem mereri. Id tamen non obstat quo minus actus interni, s 73 + quatenus in externos influunt, in æstimationem veniant + non sui proprie, + sed actuum externorum, qui inde meriti sui accipiunt qualitatem.

¶ L. 12.
C. IV. §. 3.
& C. VI.
§. 1. 2. 1.

XIX. 1. Secundo, puniri ab hominibus nequeunt + actus 74 inevitabiles naturæ humanæ. Quanquam enim peccatum esse non potest + nisi quod libere fit, ab omni tamen omnino peccato, & semper abstinere, supra humanam est conditionem, + unde cognatum homini esse peccare, inter philosophos Sopater, Hiero-

nam milites proprie devovere se pro Imperatore, atque imperio, censentur, quæ fortis acuit devotio mentes, ut Claudianus canit. Lucanus 3, 311. Accipe devotæ externa in prælia dextras. Sucton. Jul. 67. Justin. 14, 9.

G R O T I I.

¶ In reos majestatis, & publicos hostes, omnis homo miles est.] Azathias lib. IV. (in Orat. Rustici) ε γὰρ στρατιῶν μόνος ἢ τοῖς ἄλλοις δυνατοτάτοις ἔ τῆς εὐνοίας ἰδέει σκοπὸς ἐμφύεσθαι, καὶ προσέχειν, ἀλλὰ παντὶ τῷ βυλομένῳ βατὸν δῖπε καὶ προσήκον τῆς ἐν ἡ τέρατα πολιτείας ὑπεραγγεῖν, καὶ τὸ κοινὴ ἐνεργεῖν εἰς δυνάμιν κερτῶν non solus ducibus, aliove potentiùs innasci solet, atque immorari bene agendi propositum, sed cuique volenti & licet, & honestum est eius, in qua vivit, rei-publicæ malis commoveri, & publicas utilitates pro suis viribus promoveri. (Cap. 2.) Vide quæ supra hoc capite, §. IX.

¶ Accedente facti evidentia.] Quintilianus declamationum CCLX. quædam sunt rei-publicæ læsæ, ad quorum pronuntiationem oculi suscipiunt.

¶ Quatenus in externos influunt.] Ita Sæmus lib. III. Theauri, cap. 6.

G R O N O V I I.

68 Jus occidendi exsules.] Quintil. decl. 305. Exsulem intra fines deprehensum liceat occidere.

69 Differt ab istarum.] Exsulem occidere non licet, nisi proprio de ipsius persona iudicio exsul declaratus, & huic pœnæ subiectus sit: istos ex perpetua, & semel in omnes promulgata constitutione principis, modo constat, desertores, & latrones esse.

70 Actus vitiosus.] Pœnæ objectum, vel subiecta materia.

71 Actus mere interni.] Cogitationes de suscipiendis sceleribus. 2, 4. 3.

72 Leges Romanæ: Cogitationis.] L. 18. D. de pœnis. Rittershus. 7, sacr. lect. 12.

73 Quatenus in externos influunt.] Quatenus præcedunt externos, vel cum eis conjunguntur, æstimentur, non quasi sua natura pœnam iudici debeant, sed quasi qui modificant, gravioresque, aut leviores reddant externos, coque pœnam illorum vel augeant, vel minuant.

74 Inevitabiles naturæ.] Infirmitates communes, quas nemo debet alienas a se putare.

^v In *Am. Carm. Pyth.*
^{p. 192. Ed. Needham.}
^{s II. Controv. 12.}
^{t Lib. III. c. 45.}
^{u De Ira lib. II. c. 31.}
^{x Apud Stob. Sermon. 46.}
^{y Lib. XIII. c. 21.}
^{z Lib. XVII. c. 38.}
^{a Pag. 90. A.}

Hierocles ^r, t Seneca ^s, ^u inter Judæos Philo, inter historicos ^t Thucydides, inter Christianos plurimi prodiderunt. Si puniendus est, inquit ^u Seneca, *ciccutique pravium, maleficumque ingenium est, pœna neminem excipiet.* Sopater ^x vero: *ἕως ἄν τις ὡς ἀναμαρτήτης κολάζῃ, τὸ μέτρον ὑπερβαίνει τῆς κατὰ φύσιν ἐπανορθώσεως.* Si quis homines puniat tanquam qui ab omni peccato vacare possint, mensuram excedit ejus, quæ secundum naturam est, correctionis. Quod ^x Diodorus ^y Siculo vocat συναδικεῖν τὴν κοινὴν ἀνθρώπων ἀσθένειαν, iniquum esse adversus communem hominum imbecillitatem: alibi, ^z τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνεσθαι, oblivisci infirmitatis ejus, quæ communis est humano generi. ⁺ Is, quem dixi, Sopater, dissimulanda, ait, *τὰ μικρὰ καὶ συνήθη τῶν ἀμαρτημάτων, supra minores, & quasi quotidianas.*

2. Immo dubitari potest, ⁺ an hæc recte, & proprie (ii) peccata dicantur, ⁺ cum ⁷⁵ libertatem, quam in specie habere videntur, in sua generalitate considerata, non habeant. Plutarchus ^a Solone: *δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατόν γραφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βέλεται χρησίμως ὀλίγως, ἀλλὰ μὴ πολλὰς ἀχρήσως κολάζειν* oportet, legem scribi secundum id, quod obtineri potest, si quis velit ⁷⁶ paucos utiliter, non multos inutiliter punire. Sunt & quædam non humanæ simpliciter naturæ, ⁺ sed ⁷⁷ huic & nunc inevitabilia, ^y ⁺ ob ⁷⁸ corporis concretionem in animum transeuntem, ⁺ aut adultam consuetudinem, ⁺ quæ tamen puniri solet non tam in sese, quam ^z ob culpam præcedentem, quia aut neglecta sunt remedia, aut ultro attracti in animum morbi.

XX.

GROTII.

^{t Seneca}] Ejusdem est eodem (lib. I.) de Ira, cap. 14. Nemo invenitur, qui se possit absolvere. Capite 9. dixerat, (immo Lib. II.) inter cætera mortalitatis incommoda, & hæc est caligo mentium, nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor. Postea cap. 27. quis iste est, qui se profitetur omnibus legibus innocentem? & libro III., cap. 26. omnes mali sumus. De clementia I., 6. Peccavimus omnes: alii gravia, alii leviora, alii ex destinate, alii forte impulsivi, aut aliena nequitia ablati: alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus, & innocentiam inviti, ac renitentes perdidimus. Non delinquimus tantum, sed usque ad extremum ævi delinquemus. Etiam si quis tam bene purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit, ac fillere, ad innocentiam tamen peccando pervenit. Procopius Gothicorum III. (Cap. XI.) in oratione Belisarii: τὸ μὲν ἐν μὲν ὅπως οὐδὲν ἀμαρτάνειν ἔτε ἀνθρώπινον ἢ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἕω' nihil plene delinquere neque hominis est, neque id rerum fort natura. Adde Basilium Imperatorem cap. 50. (Parænetic. ad Leonem Filium.)

^{u Inter Judæos Philo}] De Mose libro III. p. 675. c. addi potest Abensdras ad Jobum V, 7. & Rabbinius *Israël* c. 8.

^{x Diodorus Siculo}] Idem in fragmentis: *μη σικοφανεῖν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν* non

oportet per calumniam traducere infirmitatem humane nature. (E Lib. XXVI. Eclog. I.)

^{y Ob corporis concretionem in animum transeuntem}] Seneca de Ira libro II, cap. 18. morum varietates mixtura elementorum facit, & proinde in aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicujus elementi major vis abundavit. Alibi hæc ea vocat, quæ attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura. Epistola XI.

^{z Ob culpam præcedentem}] Vide c. inebriaverunt. 9. causa XV. quæst. I.

GRONOVII.

^{75 Libertatem, quam}] Etsi fiant sponte, si singulos easus respicias, tamen si universum genus consideres, agnoscas facile quamdam necessitatem, per quam suos quisque manes patimur.

^{76 Paucos utiliter}] Ut serviant exemplo pœnæ ad alios deterrendos.

^{77 Huic & nunc}] Certis personis, certisque temporibus.

^{78 Corporis concretionem}] Temperamentum præcipuorum quatuor humorum, sanguinis, bilis, pituitæ, melancholicæ: unde medicorum dictum: mores animi sequuntur temperamentum corporis.

(ii) Merito hoc rejicit, & confutat PUFENDORFIUS, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. I. Cap. 5. §. 8. J. B.

GRON

XX. 1. Tertio, puniendæ non sunt peccata, ⁷⁹ quæ nec directe, nec indirecte spectant + ad societatem humanam, + aut ad hominem alterum. + Ratio est, quia nulla est causa cur non talia peccata relinquuntur Deo puniendæ, + qui & ad ea noscenda est sapientissimus, + & ad expendenda æquissimus, + & ad vindicanda potentissimus. Quare ab hominibus punitio talis + institueretur plane sine utilitate, ac proinde mendose. + Excipiendæ hinc sunt pœnæ emendatorix, quæ causam habent, ut qui peccavit melior fiat, etiam si forte id aliorum non interfit. + Puniendi quoque non sunt actus oppositi virtutibus ⁸⁰ + quarum natura coactionem omnem repudiat, in quo genere sunt misericordia, + liberalitas, gratiæ relatio.

2. Tractat hanc quæstionem ^b Seneca, + an ingrati vitium impunitum esse debeat; & ⁸¹ cur non debeat, adfert multa, sed hoc præcipuum, ^c quod & ad alia similia extendi potest: *cum res honestissima sit referre gratiam: + desinit honesta esse* ⁸² *si necessaria est*, id est, honestatis gradum excellentem amittit, quod sequentia indicant: *non enim magis laudabit quisquam gratum hominem, quam eum, qui depositum reddidit, aut quod debebat* ⁸³ *citra iudicium solvit.* Mox: *non est gloriosa res gratum esse*, ^a ⁸⁴ *nisi tutum est, ingratiun fuisse.* Aptari ad hujus generis vitia potest illud Senecæ patris in controversiis: ^b *ego reum* ⁸⁵ *non laudari desidero, sed absolvi.*

+ XXI. Sequitur, illud tractemus, an ignoscere, + aut veniam dare liceat interdum. ^c + Negant enim Stoici, ut videre est in fragmento apud Stobæum, titulo de magistratu, in oratione Tullii pro Murena, & in fine librorum Senecæ de clementia, sed levi argumento. ^d + *Venia*, ajunt, *debita pœna remissa est: sapiens autem, quod facere debet, facit.* + Hic fraus latet in illa voce *debita*. Nam si intelligas, eum, qui peccavit, pœnam + debere, id est, sine injuria

G R O T I I.

^a *Nisi tutum est, ingratiun fuisse*] Idem Seneca de Beneficiis I, c. 1. *Ita denum turpe est non reddere (beneficia nempe) si & licet. Pater Seneca controversiarum V, 34. Dicis mihi, hoc facere non oportet; huic rei estimatio immensa est, itaque nulla vindicta est. Augustinus lib. II, c. 83. contra Petilianum: sic igitur quod adversus vos leges constituta sunt, non eis bene facere cogimini, sed male facere prohibemini. (§. 184. Edit. Benedictin. ubi legitur: Si quæ igitur adversus &c. Sed & locus non videtur recte huc aptari. J.B.)*

^b *Ego reum non laudari desidero, sed absolvi*] Est hoc V, contr. 33. simile libro IV. controversia 25. *Non speramus, ut probet (Flaminium Iudex), sed ut dimittat. Et in Excerptis VI. 8. Mulum in terest objurges, an punias. Sunt enim quædam, ut Cimon ait Plutarchus: ἡ δαιμόνια καὶ ἄλλοι ἀρετῆς τινος, ἢ κακίας πομπήματα deliquia magis virtutis alicujus, quam ex vitio criminæ, (pag. 480. A.)*

^c *Negant enim Stoici*] Contra eos bene Diadorus Siculus in fragmentis, (E. Lib. XXI. E-log. 8.) *συγγνώμη τιμωρίας ἀιγερωτέρη* venia me-

lior pœnæ exactione. Pro Christianis sententiam dicit Cyprianus epistola LII. *alia est philosophorum, & Stoicorum ratio, qui dicunt, omnia peccata paria esse, & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Christianos autem, & philosophos, plurimum distat. (Ep. LV. pag. 107. Edit. Fell. Bremens.)*

G R O N O V I I.

⁷⁹ *Quæ nec directe*] Quibus nemo latur, aut quæ puniri nemini interest.

⁸⁰ *Quarum coactionem*] Necessè est enim, ut sponte fiat, & ἐκ προαιρέσεως, quod virtutis nomen obtineat.

⁸¹ *Cur non debeat*] Intellige, puniri.

⁸² *Si necessaria*] Si ad eam legibus, & metu adigimur.

⁸³ *Citra iudicium*] Non coactus in foro sententia judicis.

⁸⁴ *Nisi tutum est*] Liberum ab animadversione magistratus.

⁸⁵ *Non laudari desidero*] Non magnum, & eximium, sed infontem apparere.

G R O -

injuria puniri posse, ⁸⁶ + jam non sequetur, si quis non puniat, facere quod facere non debet. Si vero ita accipias, + debitam esse poenam a sapiente, id est, omnino oportuisse exigi, + dicemus, id non semper accidere, ac propterea hoc sensu poenam posse esse + non debitam, sed licitam tantum. Atque id verum esse potest tum ante legem poenalem, tum post eam positam.

XXII. I. + Ante legem poenalem constitutam + dubium tamen non est quin poenæ locus esse possit, + quia naturaliter, qui deliquit, in eo statu est, ut puniri licite possit: sed ^d non ideo sequitur, debere eam exigi: + quia ⁸⁷ hoc pendet ex connexionione finium, ob quos poena instituta est, cum ipsa poena. + Quare si fines illi per se ⁸⁸ morali æstimatione necessarii non sint, + aut alii fines ex opposito occurrant non minus utiles, aut necessarii, + aut fines poenæ propositi alia via obtineri possint, jam apparet, nihil esse quod ad poenam exigendam præcise obliget. Sit + primi exemplum + in ⁸⁹ peccato paucissimis cognito, cujus proinde + publica traductio non necessaria sit, aut damnosa etiam: quò illud pertinet Ciceronis ^e de Zeuxi quodam: *Ad ductum in judicium fortasse dimitti non oportuerit: ⁹⁰ + conquiri vero ad judicium necesse non fuit.* + Secundi in eo, + qui bene ⁹¹ merita aut sua, aut parentum repensari digna culpæ opponit: nam, ut ait ^f Seneca, (kk) *beneficium superveniens injuriam apparere non patitur.* + Tertii in eo, + qui verbis emendatus est, aut læso verbis satisfecit, ut ad eos fines poena jam opus non sit.

^e Ad Q.
fr. Ep. 1,
2. c. 2.

^f De Be-
nef. VI. 6.

^g Sap.
XX, 19.

^h Apud
Stobæum,
Serm. 46.

2. + Et hæc pars una est clementiæ a poena liberans: + quam respiciens ^g Hebræus sapiens dixit: *δεῖ τὸν δίκαιον εἶναι φιλόφρωνον justum decet clementia.* Nam quia poena omnis, præcipue gravior, aliquid habet, quod ⁹² per se spectatum + non quidem justitiæ, sed charitati repugnet, + facile patitur ratio ea abstineri, nisi major, ac justior ⁹³ charitas quasi irrefragabiliter obstet. Appositus est ad hanc rem Sopatri locus ^h, cum ait: *τὸ περὶ τὰ συναλλάγματα τῆς δίκης ἐπανορθωτικὸν ἐκφεύγει παντελῶς τὸ τῶν χαρίτων γένος. τὸ δ' ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι κείμενον οὐκ ἀναίνεται τὸ πρᾶον καὶ φιλόφρωνον τῶν χαρίτων πρόσωπον justitia pars illa, + qua contractus*
ad

G R O T I I.

^d Non ideo sequitur, debere eam exigi] *Julianus de Eusebia: εὐδὲ γὰρ εἰ σφόδρα ἐπιγίδεισιν τινὲς εἰσι πάθειν κακῶς ἢ κολλάζεσθαι, τῶντες ἐκ παντὸς ἀπολλέσθαι χρεῶν non enim, si qui sunt meriti male tractari, puniri que, hos perire utique necesse est.* (Orat. III. p. 115. B. Ed. Spanhem.)

G R O N O V I I.

⁸⁶ Jam non sequetur] Potest enim quisvis debitum sibi remittere, ac condonare.

⁸⁷ Hoc pendet ex] Utrum omnino exigenda poena sit, an non, constituendum est pro consideratione certa, vel dubia finium, qui n. 6. expressi sunt, punitionis ex ipsa poena.

⁸⁸ Morali æstimatione] *Judicio prudentis, & boni viri.*

⁸⁹ Peccato paucis cognito] In quo plus prodest ignorantia vitii, quam cognitio virtutis. *Justin.* 2, 2.

⁹⁰ Conquiri necesse non] Ut Trajanus constituit de Christianis. *Plin.* 10. ep. 98.

⁹¹ Merita culpæ opponit] Ut Horatius in pericidii sororis. *Flor.* 1, 3. Adde Cicer. in Vatin. 6.

⁹² Per se spectatum] Citra commodum inde proveniens ad rempublicam, aut securitatem privatorum.

⁹³ Charitas] Erga probos, quos, periculum est, ne lædat maleficus, si priora scelera ei sunt impunita.

(kk) Sed in Mss. & optimis Editionibus ita locus sese habet: *Sic beneficium superveniens INJURIA apparere non patitur.* Quod planè alium sensum exhibet: & ne quidem secundum lectionem vitiosam verba ad rem facerent. *J. B.*

G R O

ad equalitatem reducit, + omnino respuit omne gratia genus: + at ea pars, quæ circa delicta occupatur, non recusat suavem, & blandam gratiarum faciem. Cujus sensus partem priorem sic expresse: Cicero: *Via juris ejusmodi est quibusdam in rebus, + ut nihil sit loci gratiæ: + posteriorem sic Dion Prusæensis oratione* ^{i Ad Q. fr. 1, 2. c. 3.} *ad Alexandrinos: χρησῶν ἡγεμόνῳ, συγγνώμη* ^{h Pag. 366. C. Ed. Moræ. l Apud Gellium, l. 3.} *boni præsidis est, ignoscere. Favorino: ἡ καλαρμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τῆτο ἐστὶν ἀφεισις ἀκριβοῦς ἐν δέοντι* ^{ea, quæ dicitur clementia apud homines, est tempestiva relaxatio de summo jure.}

XXIII. Possunt autem tria hæc occurrere, + aut ut pœna omnino sit exigenda, ^e ut in pessimi exempli sceleribus; aut ut omnino non exigenda, + ut si bonum publicum omitti eam exigat; + aut ut liceat utrumvis: quo pertinet quod ^m ait Seneca, + clementiam liberum habere arbitrium. + Parcit tunc, inquit Stoici, sapiens, non ignoscit. + Quasi vero nobis non liceat ⁹⁴ cum vulgo loquendi domino ignoscere vocare, quod parcere illi vocant. Nimirum & hic, & alibi, ut Cicero, Galenus, atque alii notarunt, magna pars Stoicarum disputationum ^f circa voces consumitur; + quod philosopho apprime cavendum est. Nam ut verissime dixit scriptor ⁿ ad Herennium: *viciosum est controversiam intendere propter nominum mutationem: quod Aristoteles dixerat,* ^o *εὐλαβεῖσθαι τὸ πρὸς τὸ ὄνομα διαλέγεσθαι.* ^{n Lib. 11. c. 28. o Topic. I. 14. (17.)}

XXIV. I. + Major esse difficultas videtur post legem pœnalem, quia legis auctor ⁹⁵ aliquo modo legibus suis obligatur; sed hoc ⁹⁶ diximus verum esse ⁹⁷ + quatenus auctor legis ⁹⁸ ut pars civitatis spectatur, non qua civitatis ipsius personam, atque auctoritatem sustinet. + Nam qua talis est, + potest legem etiam totam tollere, + quia legis humanæ natura est, ⁹⁹ ut a voluntate humana pendeat, + non in origine tantum, + sed & in duratione. Non debet tamen legis auctor legem tollere, + nisi probabili de causa, + peccaturus alioqui in regulas ¹⁰⁰ justitiæ gubernatricis.

2. Sicut autem totam legem tollere potest, + ita ¹⁰⁰ & vinculum ejus circa personam, aut factum singulare; manente de cætero lege, + Dei ipsius exemplo, qui Lactantio ^p teste, *legem cum poneret, non utique admisit sibi omnem potesta-* ^{p De Ira Dei, c. 19.}

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^e *Ut in pessimi exempli sceleribus*] Josephus: *πατροκτονία κοινὸν ἀδίκημα ἢ τῆς φύσεως ἢ τῆ βίης, ἢ ὁ μὴ κολάζων ἀδικεῖ τὴν φύσιν* *parricidium, & naturam, & vitam humanam violat, ita ut quis id non puniat, & ipse in naturam peccet.* [Antiq. Jud. XVII. §. 5. Ed. Hudf.]

^f *Circa voces consumitur*] Extra usum, ut ait Scholiastes Horatii. *Augustinus* contra academicos: *turpe disputantibus, in verborum questione immorari, cum certamen nullum de rebus remanserit.* [Cap. 11.]

^g *Quatenus auctor legis ut pars civitatis spectatur*] Vide quæ supra in textu, & notis hoc libro c. IV, §. 12.

⁹⁴ *Cum vulgo loquendi*] Ufu, quem pœnes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

⁹⁵ *Aliquo modo legibus*] Ut non possit de illarum severitate semel statuta remittere.

⁹⁶ *Diximus, verum esse*] 2, 4. 12.

⁹⁷ *Ut pars civitatis*] Non qua dominus est legis, sed qua & ipse, & leges subjiciuntur legi majori, quæ est, *salus reipublicæ summa lex esto.*

⁹⁸ *Ut a voluntate*] Ut non tantum liberum latori summa potestate prædito, ferre legem, vel non ferre, sed etiam abrogare, aut servare.

⁹⁹ *Justitiæ gubernatricis*] Architectonicæ 1, 3. 6. quæ ratio status.

¹⁰⁰ *Et vinculum ejus*] Ei derogare, vel obrogare, personam, aut casum singularem, excipiendo.

De
Clem. l. 1.
a. 5.

potestatem, + sed habet ignoscendi licentiam. ^h Imperatori, inquit Augustinus; licet revocare sententiam, & reum mortis absolvere, & ipsi ignoscere; causam explicat, + quia non est subiectus legibus qui habet in potestate leges ferre. Seneca 9 Neronem hoc vult cogitare: Occidere contra legem nemo non potest: + servare nemo prater me.

3. Sed hoc quoque faciendum non est, + nisi causa subfit probabilis: quæ autem sint causæ probabiles, + quanquam non potest præcise definiri, tenendum tamen est, + majores esse debere post legem, quam quæ ante legem spectabantur, + quia legis auctoritas, quam servari utile est, ad causas puniendi accessit.

XXV. + Causæ autem liberandi aliquem a pœna legis solent esse ¹ aut intrinsecæ, aut extrinsecæ. + Intrinseca, cum ² si non injusta, dura tamen est pœna ad factum comparata.

XXVI. Extrinseca, + ex merito aliquo, + aut alia re commendante: aut + etiam spe magna in posterum: quod causæ genus tunc maxime sufficiet, + si ratio legis saltem particulariter cesset in facto, de quo agitur. Nam quamquam ad sustinendam legis efficaciam + satis est ³ ratio universalis sine repugnantia contrariæ rationis, ¹ tamen cessatio rationis, etiam quæ particularis est, + efficit ut lex facilius, & minore cum damno auctoritatis solvi possit. Id autem maxime + usu venit in iis delictis, quæ per ignorantiam, + quamvis culpa omni non carentem, + aut per animi infirmitatem superabilem quidem, sed + difficulter superabilem, committuntur: + ad quæ Christianus hominum rector maxime respicere debet, ut Deum imitetur, qui in veteri quidem federe + multa talia hostiis quibusdam expiari voluit. Levit. IV. & V. at in novo federe verbis, & exemplis testatus est, + se ad talia respicientibus condonanda esse facilem. Lucæ XXIII, 34. Hebr. IV, 15. V, 2. I Timoth. I, 13. Et quidem illis Christi apud Lucam verbis, *condona illis, Pater,*

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^h Imperatori licet revocare sententiam] Symmachus lib. X. epist. 63. Alia enim est conditio magistratum, quorum corruptæ videntur esse sententiæ si sint legibus mitiores: alia divorum principum potestatem, quos decet acrimoniam severi juris inflectere. Idem discrimen inter regem, & iudicem est apud Themistium, oratione V. [Or. XVIII. pag. 227, 228. Ed. Harduin.] Locus, qui tamquam ex Augustino adfertur, non est illius Patris, quamquam multies sub ipsius nomine laudatus, & à multis Auctoribus; sed illius, qui *Quæstiones Vet. & N. Testamenti* scripsit, Quæst. De Fato 115. Appendic. Tom. III. Opp. Aug. Ed. Benedictin.

¹ Tamen cessatio rationis, etiam quæ particularis est, efficit ut lex facilius, & minore cum damno auctoritatis solvi possit] Multa ad hanc rem utilia congestit Gratianus causa I. quæstione VII.

¹ Aut intrinsecæ, aut extrinsecæ] Implicite ipsi negotio, aut exterius accedentes.

² Si non injusta, dura tamen] Factum, quod per interpretationem ad hanc legem trahitur, quodque etiam ad eam pertinet, non est atrocissimis ejus generis: ut Thrasea clementiam fuisse in crimine Antistii apud Tacitum 14. ann. 48.

³ Ratio universalis] Ut in Horatii cæle fororis. Ratio universalis legis de homicidio est securitas privatorum a privatis, & privatæ vindictæ improbatio: ea sufficiebat ad condemnandum Horatium. Sed ratio specialis est, ne quis ob temerariam rixam, aut speratum commodum, hominem perimat: hæc causa cessabat in Horatio; dolebat enim reipublicæ vicem, cujus hostis hungebatur, neque de hereditate cogitare tum quidem illi vacabat.

⁴ Difficulter superabilem] Quippe non nisi per magnos viros, qui affectus domuerunt, & in potestate habent.

G R O.

Pater, quia nesciunt quid faciant, ^k adductum Theodosium + ut Antiochenis ignosceret, notat Johannes Chrysoftomus.

XXVII. Atque hinc apparet, quam male ^r Ferdinandus Vasquius dixerit, ^{r Lib. I. c. 46.} iustam causam dispensandi, id est lege solvendi, + esse eam tantum, de qua legis auctor consultus dixisset, extra mentem suam esse, eam observari. + Non distinguit enim ^s inter *ἐπιείκειαν*, quæ legem interpretatur, + & inter relaxationem. Unde & alibi Thomam, & Sotum reprehendit, ^{s Lib. I. c. 26. § c. 46.} quod dicant, ⁶ + legem obligare etiamsi causa particulariter cesset; + quasi legem esse ⁷ putassent solam scripturam, quod illis nunquam in mentem venit. Tantum vero abest ut omnis legis relaxatio, + quæ sæpe libere & dari, & omitti potest, + referenda sit ad *ἐπιείκειαν* proprie dictam: ne illa quidem relaxatio, + quæ aut ⁸ ex charitate, + aut ex ⁹ iustitia rectrice debetur, + eò referri potest. + Aliud enim est legem aut probabili, aut etiam urgente causa tollere, aliud declarare factum ab initio mente legis non fuisse comprehensum. + De tollendis pœnis vidimus; + de taxatione earum videamus.

+ XXVIII. Ex + supra dictis apparet, in pœnis + duo spectari, id, ob quod, & cuius ergo. + Ob quod, est meritum; + cuius ergo, est utilitas ex pœna. ¹ + Puniendus nemo est ultra meritum, quò ea pertinent, quæ ex Horatio jam ante ² protulimus; & ^u Ciceronis illud, *est pœna modus sicut rerum reliquarum*, + ³ *quedam mediocritas*. Ideo pœnam ¹⁰ + æstimationis nomine appellat ^x Papinianus. Et Aristides Leuctrica ^y secunda humanæ naturæ conveniens esse, ait, ut in quoque crimine sit aliquid, ¹¹ + ultra quod vindicta procedere non debet. Demosthenes vero, in epistola pro Lycurgi liberis, ^z æqualitatem in pœna non ita nude spectandam, ait, ut in ponderibus, & mensuris, + sed expenso proposito, ac voto ejus, qui deliquit. ¹² + Intra meriti vero modum magis, aut minus peccata puniuntur, pro utilitate.

XXIX. I. + In merito examinanda veniunt ^m causa, quæ impulit, + causa, ^{z Pag. 114. B.} quæ

G R O T I I .

^k *Adductum Theodosium*] Historiam vide apud *Zonaram*. (Lib. XIII. Cap. 18. Confer quæ Auctor adfert infra, Cap. XXIV. hujus Libri, §. 3. num. 1. in Not.)

¹ *Puniendus nemo est ultra meritum*] Bene hac de re differunt Mediolanenses in oratione, quæ apud *Guicciardinum* est libro XVII. (pag. 387, & seqq.) Confer quæ hoc capite habuimus §. 11. & quæ habituri sumus libro III, cap. XI. §. 1.

G R O N O V I I .

⁵ *Inter ἐπιείκειαν*] Æquitatem, quæ semper inest legi, & quam necessario sequi iudex debet, & indulgentiam, quæ contra legem aliquid largitur, & ad quam iudex non obligatur.

⁶ *Legem obligare*] Factum puniri posse, quamvis nullum sit periculum rei, ob quam factum illud prohibitum est; ut in Mauro Veneto.

⁷ *Putassent solam scripturam*] Quasi hac sen-

tentia statuatur, verba legis obligare sine ratione, quæ anima legis est. Male: sufficit enim ratio universalis, quæ ipsam occasionem, vel metum talis periculi auferre voluit, non periculum tantum.

⁸ *Ex charitate*] Christiano, & benigno iudicio, ac sensu de proximo.

⁹ *Iustitia rectrice*] Ratione status, ut in *Hanno* apud *Justin.* XI, 4.

¹⁰ *Æstimationis*] Quod in ea observetur medium inter nimium, & parum.

¹¹ *Ultra quod vindicta*] In quo terminetur, quodque sibi transcendendum non putet.

¹² *Intra meriti modum*] Ita ut supplicii gravitas non excedat magnitudinem delicti, ut merito poena respondeat.

G R O T I I .

^m *Causa, quæ impulit*] Chrysoftomus X. de status: *ὁ γὰρ δὴ πᾶν ἀμάρτημα τὴν αὐτὴν ὀφθαλμοῦ ἀλλὰ τὰ εὐκατέφωτα μέλλοντα ἡμῶν ἐπαύει*
 O O A T H

quæ retrahere debuit, + & personæ ¹³ idoneitas ad utrumque. + Vix quisquam ¹⁴ gratis malus est, aut si quem malitia + propter seipsam delectat, is ¹⁵ ultra modum humanum processit. Pars maxima ad peccandum + ducuntur affectibus; ^a ἡ ἐπιθυμία συλλαβῆσα τίκει ἀμαρτίαν appetitus concipiens parit peccatum. Appetitus nomine jam ¹⁶ & + declinandi mali impetum comprehendendo, + qui maxime est naturalis, ideoque inter appetitus honestissimus; + unde quæ mortis, carceris, doloris, + aut summæ egestatis vitandæ causa injuste fiunt, maxime excusabilia videri solent.

2. Et huc illud Demosthenis ^b pertinet: *æquum est, his, qui, cum divites sint, mali sunt, magis irasci, quam his, quos egestas impellit: nam apud humanitate utentes iudices + necessitas aliquid adfert venia, cum si qui in rerum affluentia iniusti sunt, nihil habeant pretexti probabilis.* Sic Acarnanas excusat Polybius ^c quod, + impendentis periculi respectu (II), federis cum Græcis in Ætolos initi leges non impleverunt. Aristoteles: ^d ἐκασίῳ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας ἢ μὲν γὰρ δι' ἡδονὴν, ἢ δὲ διὰ λύπην. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίσησι, καὶ φθείρει τὴν τῶν ἐχόντων φύσιν. ἢ δὲ ἡδονὴν ἔδεν τοιοῦτον ποιεῖ, μᾶλλον δὲ ἐκασίον magis voluntaria est incontinentia, quam timiditas: nam illa voluptatis ergo, hæc propter dolorem. ^e Dolor autem hominem quasi extra se rapit, natura exitium adferens: voluptas nihil tale, ^o ideo plus habet voluntarii. In eundem sensum insignis est ^f locus apud Porphyrium, ¹⁷ de non

^g Pag. 297. Ed. Lagd. 1620.

esu animalium libro tertio. ^e
3. + Cæteri appetitus ad bonum aliquod tendunt, aut verum, aut ¹⁸ imaginabile. + Vera bona + extra virtutes, & earum actiones, + quæ ad peccatum non ducunt (ἀνταπολαβῆσαι γὰρ αἱ ἀρεταί, (mm) + consentiunt enim virtutes

τὴν τιμωρίαν. non enim omnis culpa eandem penam meretur, sed graviorem illa, quæ facile corrigi potuit. (Tom. VI. pag. 331.) Et in secunda oratione, cum obscurum sit vetus testamentum, hinc probat, calumniatorem pejorem esse hortatore, fure, homicida: (Tom. VI. pag. 667. Ed. Suetil.)
n Dolor autem hominem quasi extra se rapit] Vide egregiam comparisonem furis, & adulteri, Proverbiorum VI; 30. & seqq.

o Ideo plus habet voluntarii] Philo ad decalogum: πάντα μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς πάθη χαλεπὰ, κινῶντα καὶ σείοντα αὐτὴν παρὰ φύσιν, καὶ ὑγιαίνειν ἐκ τῶντα. χαλεπώτατον δ' ἐπιθυμία διὸ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον θυραθεν ἐπεισιὸν καὶ πρόσπιπλον ἔχουσαν, ἀκρίτιον εἶναι δοκεῖ μόνῃ δ' αὐτῇ ἐπιθυμίᾳ τὴν ἀρχὴν ἐξ ἡμῶν λαμβάνει καὶ ἔστιν ἐκασίον omnes quidem animi perturbationes graves, ut quæ animum extra naturalem statum moveant, atque concutiant, (neque sanum esse faciunt) sed omnium harum gravissima est cupiditas; nam cætera, quia extrinsecus ad nos impetum faciunt, nosque pulsant, videntur velut invitis evenire: at sola cupiditas, utpote ex nobis intus ortum habens; magis spontis esse nostræ videtur. (Pag. 764. C.)

p Locus apud Porphyrium] Et similis apud M. Antoninum de vita sua libro II. (§. 10. Ed. Suetil.) καὶ ἡ ἀρετή, & cupiditatem inter se con-

fert. Plutarchus Romulo: ἢ δὲ κινήσασα τὸν θυμὸν ἀρχὴ μᾶλλον παραίτεται τὸν ὑπὸ μείζονος αἰτίας, ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς χαλ. πωτέρας, ἀνατραπίντα Commovens animum causa plus excusationis et præstat, qui ex graviore causa, velut ictu validiore, evertitur. (Pag. 38. A.)

GRONOVII.

- 13 Idoneitas] Habitus, conformatio.
14 Gratis malus] Sine mercede, sine spe contumodi.
15 Ultra modum humanum] Non hominis, sed propemodum Satanæ instar malus est
16 Et declinandi impetum] Quoties malum facimus, ne malum patiamur, metuentes.
17 De non esu animalium] Περὶ ἀποχής ἐμψύχων, de abstinencia vescendi animalibus.
18 Imaginabile] Imaginariū; non verum, sed ipsi fingunt bonum, putantque, quod non est.

(II) Parum accurate hoc dicitur. Inspice locum in orâ libri à me distinctè indicatum. J. B.

(mm) Axioma Stoicorum, apud DIOG. LAËRTIUM, Lib. VII. §. 125.

GRONOVII.

virtutes inter se), sunt + aut ¹⁹ delectantia, aut delectantium causa, + quæ utilia vocantur, ut possessionum abundantia. ^q Imaginabilia, non autem vere bona sunt, ²⁰ + excellentia supra alios + quatenus a virtute, & utilitate se jungitur, + & vindicta: + quæ quo magis a natura abeunt, eo ²¹ sunt foediora. + Et hos tres appetitus Johannes + his vocibus *f* exprimit: *ἐπιθυμία σαρκός, ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλαζονεία τῆ βίης*. Primum enim membrum + voluptatum desideria, secundum + habendi cupiditatem, tertium + vanæ gloriæ consecrationem, & iracundiam complectitur. Philo in Decalogi explicatione & omnia mala esse, dicit, *ἐξ ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς*. Lactantius libro sexto: *b* *virtus est, iram cohibere, cupiditatem compescere, libidinem refrænare. Nam fere omnia, quæ sunt injuste, atque improbe, ab his oriuntur affectibus.* Quod & alibi repetit.

XXX. I. + Causa, quæ a delinquendo abstrahere debet, + generalis est injustitia. Versamur enim + non in quibusvis peccatis; sed in iis, ²² quæ respectum habent extra peccantem. + Injustitia eo est major, quo majus alteri damnum infertur. Ideo primum locum obtinent ²³ + delicta consummata, postremum + quæ ²⁴ ad actus aliquos, sed non ad ultimum processerunt: in quibus tanto quidque est gravius, + quo ulterius processit. In utrovis genere + ea injustitia eminet, quæ ²⁵ communem ordinem perturbat, ac proinde plurimis nocet. + Sequitur ea, quæ singulos tangit. + Maxima hic est, quæ vitam: + proxima, quæ familiam, + cujus fundamentum est matrimonium: + postrema, quæ res singulas expetibiles spectat, + sive directe subtrahendo, + sive dolo malo causam dando damni.

2. + Possunt hæc ipsa subtilius dividi, sed + quem indicavimus ordinem Deus in decalogo secutus est. Nam ²⁶ + parentum nomine, qui naturales sunt magistratus, etiam alios rectores, par est intelligi, + quorum auctoritas societatem humanam continet: + sequitur interdictio homicidii: deinde + matrimonii sanctio, inhibitis adulteriis: + tum furta, & falsimonix: loco ultimo + delicta inconsummata. + Inter causas autem abstrahentes non debet poni tantum ²⁷ qualitas ejus, quod directe fit, sed & ejus, + quod securum probabile est, + ut in incendio, & ²⁸ perosso aggere multorum summx calamitates, & mortes etiam spectandæ sunt.

3. Ad

G R O T I I.

^q *Imaginabilia, non autem vere bona sunt*] Seneca *epist.* XVI. *naturalia desiderio finita sunt: ex falsa opinione nascuntia, ubi desinant, non habent.* Vide *Chrysostomum* in tractationibus moralibus ad Rom. VI. ad 2 Cor. XI, 12. ad Ephes. I, 14.

G R O N O V I I.

¹⁹ *Delectantia*] Voluptas, honor.
²⁰ *Excellentia supra alios*] *Cicero* 1. Off. 9.
²¹ *Sunt foediora*] Atque ideo gravant, & onerant; quod propterea est peccatum.
²² *Quæ respectum habent*] Quibus non modo turpior fit qui peccat, sed etiam alius, neque id meritis, læditur.

²³ *Delicta consummata*] Facinora perpetrata.

²⁴ *Ad actus aliquos*] Inchoata.

²⁵ *Communem ordinem*] Societatis publicæ fœdus violat.

²⁶ *Parentum nomine rectores*] Magistratus, præceptores, doctores, seniores, & quosvis superiores, quibus ut sua constet veneratio, publicæ tranquillitatis interest.

²⁷ *Qualitas ejus*] In damnum, & incommodum, quod præsens dabo, dum pecco, sed etiam, quod gravius, & latius patens ex præsentis consecuturum est.

²⁸ *Perosso aggere*] Ut per eam lacunam aqua immodica effundatur in prædia, & fundos ejus, quem lædere volumus.

3. Ad injustitiam, + quam generalem causam posuimus, + interdum & aliud accedit vitium, + puta, impietas in parentes, + inhumanitas in propinquos, ingratus animus in beneficos, + quæ augment delictum. Apparet quoque major pravitas + si quis sæpius deliquit: quia ²⁹ habitus mali actibus sunt pejores. Et hinc intelligi potest, quatenus natura æquum sit quod ³⁰ apud Persas fiebat, + ut vita anterior simul cum delicto in æstimationem veniret. Id enim locum habere debet in his, + quibus alioqui non malis subito aliqua peccandi dulcedo subrepfit: + non in his, qui totum vitæ genus immutarunt, in quibus ipse Deus apud + Ezechielem + nullam se habere, ait, prioris vitæ rationem, quibusque adeo ^{k+} Thucydideum illud aptari potest: *διπλασίας ζημίας ἀξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γέγενηται* dupliciter pœnas merentur, eo quod ex bonis mali facti sunt. Quod & alibi ^l dixit: *ὅτι οὐκ ἐκ προσηκόντων ἀμαρτάνουσι*. quia ipsos peccare minime decebat.

i c. XVIII.
k Lib. I.
c. 86.

l Lib. III.
c. 67.

4. Itaque optime Christiani veteres in ³¹ pœnis canonum æstimandis non nudum delictum voluerunt aspici, sed simul vitæ quod præcessit, & quod sequitur; ut ex Ancyrana, & aliis Synodis videre est. + Sed & ^m lex posita aduersus vitium speciale ³² quandam malitiam veteri superaddit: quod

m Rom.
VII, 13.

G R O T I I.

r Interdum & aliud accedit vitium] Vide locum insignem in Lucæ verbis apud Xiphilinum ex Dione. (In Editionibus præcedentibus, loco vocum illarum, *Lucæ verbis*, positum fuerat, *Lucii vita*. Nimirum, Editores putaverant, ita emendandum locum, quum nescirent quid sibi vellet. Hi tamen simul monere debuerant, quis sit ille *Lucius*, ad cuius Vitam, à Xiphilino scriptam, Auctorem nos amandare voluerunt. Est quidem heic mendum, sed in solâ voce *Lucæ*: quod nos detexisse speramus. Nimirum, in animo habuit Auctor, quod de *Avidio Cassio* dicit *Marcus Antoninus*, in Oratione ad Milites habitâ, ubi eo atrociorum esse ejus rebellionem demonstrat, quòd violaverit jura amicitie, *φιλίαν ὑπερβάντα*. Vide reliqua, pag. 277. B. C. Ed. H. Steph. Sensus ille, ut quisvis videt, omnino ad rem, de quâ agitur, facit. Auctor voluerat dicere in *Marci verbis*: sed incogitantia quadam, ortâ ex adfinitate nominum familiarium, quibus duo Evangelistæ gaudent, vel Auctor ipse, vel Exscriptor, *Lucam* pro *Marco* nobis obtulerunt, ut habent Editiones vivo Auctore in lucem emissæ, & illa etiam anni 1646. post obitum ejus prima. J. B.)

s Si quis sæpius deliquit] Το μὲν γὰρ ἀγνοῆσαι ποτε τὰ κατὰ τὸν βίον ἐστὶν ἀνδράπη· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι κλεονόκεις ἀμαρτάνειν, τέλειον ἔξσηκότε τοῖς λογισμοῖς· ὁσῶν γὰρ πλείοσιν ἐλαττώμασι περιπετώκαμεν, τοσούτῳ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι τυχεῖν ὑπόρχομεν aliquando ignorasse quod vita exigat, hominis est: at in iissem rebus sapius aberrare, emotâ est mentis: quo enim plura sunt, in qua incidimus, delicta, pag. quæ sequitur pœnam

commeremur. (DIOD. SIC. è Lib. XXI. E. clog. 15.)

t Ut vita anterior simul cum delicto in æstimationem veniret] Afinius Pollio: (apud Senec. Suavor. VI. paullo ante versus Corn. Severi.) *qua major pars vitæ, atque ingenii stetit, ea judicandum de homine est*. Cicero pro Sul. *Omnibus in rebus, judices, quæ graviores, majoresque sunt, quid quis voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum*. (Cap. 25.)

u Non nudum delictum voluerunt aspici] Canon Ancyranus XXV. Chrysostomus ad II ad Corinthios cap. II. *ἴθην μανθάνομεν, ὅτι ἔ δὲ μόνον πρὸς τὴν φύσιν τῶν ἀμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ἔξιν τῶν ἀμαρτανόντων τὴν μετανοίαν ὀρίξεν· unde discimus, penitentie fines determinandos non sola delictorum natura inspecta, sed & propositi, & moris eorum, qui peccarunt*. (Tom. III. pag. 569.) Idem II. de Sacerdotio: *ἔ γὰρ ἀπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτώματων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν. ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἀμαρτανόντων συχάζεσθαι προαιρέσεως non enim ad solam mensuram delictorum pœna imponenda est, sed & inquirendum, quis fuerit ejus, qui peccavit, animus*. (Tom. VI. pag. 10.)

G R O N O V I I,

29 *Habitus mali*] Consuetudo peccandi odiosam rem facit peccantem, quam unicum delictum.

30 *Apud Persas*] Herodotus I. I, c. 137.

31 *Pœnis canonum*] Quas irrogant canones conciliorum.

32 *Quandam malitiam veteri*] Simul, atque quod improbum est per se, etiam lege vetitum est, jam plus vice simplici obligat.

G R O

quod ita docet * Augustinus : * *lex prohibens omnia delicta congeminat : non enim simplex peccatum est non solum malum , sed etiam vetitum committere. Tacitus : ° si velis quod nondum vetitum est , (nn) timeas ne vetere : at si prohibita impune transnderis , neque metus ultra , neque pudor est.*

n De vera relig. c. 6.

° Ann. III. c. 54.

XXXI. I. + Personæ aptitudo , aut ad considerandas 33 causas avertentes , + aut ad suscipiendos 34 affectus incitantes , considerari solet in corporis mixtura , ætate , sexu , educatione , circumstantiis actus. + Nam & pueri , & feminae , + & crassi ingenii homines , maleque educati , + iusti , & iniusti , liciti , & illiciti discrimina minus habent cognita : & in quibus bilis prævalet , + iracundi sunt , + in quibus sanguis , ad venerem proni ; tum vero 35 + huc juvenus , 36 illuc senectus propendet. Andronicus ꝑ Rhodius :

Φαίνεται τοίνυν ὅτι ἀπολογία τινὰ δίδωσι τοῖς αἰσχροῖς , τὸ πεφυκέναι πρὸς αὐτὰ , καὶ ἀνεκτότερον ποιεῖ τὸ ἐγκλημα videtur factis turpibus excusationis aliquid 37 adferre natura , Ἔ delictum efficere tolerabilius. + Metum accendit mali imminētis cogitatio , + & iracundiam recens , ac necdum sedatus dolor , + ita ut rationem audiri vix sinant : suntque + illorum affectuum delicta merito minus odiosa , quam quæ ex voluptatis nascuntur desiderio , quod & 38 minus efficaciter movet , & differri , ꝓ & aliam sibi materiam sine injuria quærere facilius potest. Aristoteles Nicomachiorum ꝑ septimo :

ꝑ Paraphr. in Ethic. Nicom. Lib. VII. c. 10. p. 444

ὁ θυμὸς φυσικώτερον καὶ ἢ χαλεπέτης τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων magis naturale ira , Ἔ acerbitas , quam cupiditas eorum , que modum excedunt , minimeque sunt necessaria.

ꝑ Nic. VII. 7.

2. Omnino enim illud tenendum est , 39 + quo animi eligentis iudicium magis impeditur , quoque magis naturalibus causis , eo , quod delinquitur , minoris

G R O T I I.

* Lex prohibens omnia delicta congeminat] Bene Chrysoſtomus : ἐπιβάλλει ἡ μόνον ἰσοτιμίαν δεικνύει Ἰουδαίῳ ἢ Ἑλλήνῳ , ἀλλὰ ἢ πολὺ τὸν Ἰουδαίον βαρύνει ἀπὸ τῆς τῶ νόμου δόσεως : hic non tantum pur jus , dignitatemque ostendit Judæi , Ἔ Græci , sed Ἔ Judeum hoc ipso prægravari , quod legem acceperit. (Ad Roman. pag. 32. Tom. III.) Deinde : ὁ γὰρ πλείονα ἀπολαύσας τῆς διοικητικῆς , μείζονα ἀν εἶν ἢ τιμωρίαν ἀξιοῦν ὑπομείνας παρὰ τῶν μῶν. Nam qui plus institutionis accepit , is majores etiam contentæ legi pœnas meretur. (Ibid. p. 30.)

ꝓ Et aliam sibi materiam sine injuria quærere facilius potest] Chrysoſtomus ad Galatas : ἢ ἐπιθυμία μίξιν ἐπιζητεῖ μόνον , ἢ τοιάυδε μίξιν cupidio concubitum tantum quærīt , non hujus , aut illius concubitum. (Tom. III. pag. 753.) Tertullianus libro II. ad uxorem : nam quanto grandis est continentia carnis , que viduitati ministrat , tanto , si non sustineatur , ignoscibilis videri potest ; difficile enim facilis est venia. Quanto autem nubere in Domino perpetrabile est , uti nostræ potestatis , tanto culpabilis est non observare quod possis. (Cap. I.) & mox , quanto potestas vitandi fuit , tanto contumaciæ criminè oneratur. (Cap. 3.) Adde M.

Antoninum , loco modo indicato , ubi Theophrasto auctore utitur.

G R O N O V I I.

33 Causas avertentes] Rationes , quæ deterrent a peccando.

34 Affectus incitantes] Metum crediti mali , & desideria verorum , aut imaginariorum bonorum.

35 Huc juvenus] Ad vagam , & legibus inimicam Venerem.

36 Illuc senectus] Ad iracundiam.

37 Adferre natura] Ingenium hominis in eam culpam proclive.

38 Minus efficaciter] Desiderium voluptatis non tam acres habet stimulos , hec tam brevia tempora , & laxiorem materiam cupidinis sedandæ , quam dolor , & iracundia.

39 Quo animi eligentis] Quanto gravius lumen rationis occæcatur , & offunditur affectu , vel perturbatione aliqua , ut causas avertentes videre , ac ponderare nequeat , qui affectibus illis impellitur : quantoque illa perturbatio frequentior , violentior , & magis repentina est ; tanto excusabilius delictum , & levioꝛe pœna puniendum.

(nn) Locus iste Taciti , rectè expensus , nil ad rem facit. J. B.

G R O.

+ Cap. 6. minoris esse. Aristoteles in dicto libro: μάλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν, ὅστις μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἡρέμα διώκει τὰς ὑπερβολὰς καὶ Φεύγει μετρίαν λύπην, ἢ τοῖσιν ὅστις διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα. τί γὰρ ἂν ἐκεῖν ποιήσαιεν, εἰ προσγένετο ἐπιθυμία νεανική, καὶ περὶ τὰς ἀναγκαίων ἐνδείας λύπη ἰσχυρὰ; minus temperantem dicimus hunc, qui a motu concupiscente aut non tentatus, aut leviter tentatus querit enormes voluptates, aut mediocria incommoda defugit, eo, qui vehementi affectu percellitur. Nam quid idem ille facturus fuisset putandus est, si adfuisset juvenilis quaedam perturbatio animi, aut gravis dolor ex penuria eorum, ⁴⁰ quibus negatis natura doleat? Quicum convenit illud Antiphanis: ;

s Apud
Stobaeum,
Tit. II.

^z Qui cum sit opulens, nequiter quicquam facit,
Hunc, si esset pauper, quid non facturum putas?

+ Et quæ in senum amores passim in comœdiis legimus. + Ex his igitur causis æstimandum meritum, intra quod poena consistere debeat.

+ XXXII. I. Tenendum autem est, quod + Pythagorici dicebant, justitiam esse ^a τὸ ἀντιπεπονθός, id est, parem passionem in poenis, + id ⁴¹ non ita accipi debere, quasi qui alteri nocuit ⁴² deliberato, & sine causis culpam valde minuendum, tantundem nocenti, nec amplius ferre debeat. Id enim non ita esse, ⁴³ ipsa lex, ⁴⁴ quæ legum omnium perfectissimum exemplar est, ostendit, cum furta quadruplo, aut quintuplo vult liti. Et lege Attica fur, ^b ultra dupli condemnationem, per dies aliquot vincus habebatur, ut + Demosthenes in Timocratem ^u nos docet. Leges, inquit Ambrosius, ^x ea, quæ detracta sunt alicui ⁴⁵ cum injuria persona, aut ⁴⁶ rei ipsius, + cumulo restitui imperant, quo furem a detrahendo ⁴⁷ aut poena deterreant, ⁴⁷ aut multa revocent. Aristides Leucetrica secunda: ὅ τοῖς ἐν δίκασηροῖς ἐπέξιξι, τοῖς ἀδικήσασιν μείζονα ἢ καθ' ἑαυτῶν πεπόνθασι δέδεται περὶ τῶν νόμων εἰς τιμωρίας λόγον his, qui judicio illatas sibi injurias persequuntur, + majora leges permittunt pro vindicta exigere, quam quæ ipsis acciderant. ⁴⁸ Seneca de judicio post hanc vitam:

t Exod.
XXII. I.

u Pag.
476. C.
x Offic.
III. 3.
y Tom. II.
pag. 133.
C.

Scelera

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^z Qui cum sit opulens, nequiter quicquam facit] Chrysostomus de providentia IV. (Immo V. p. 878. Tom. VI.) ὡς ὅταν ἴδῃς τὸν πλεῖστον ἀδικούντα, πλεονεχτούντα, ἀπάρχοντα, διὰ τὸ τοῦ μάλιστα αὐτὸν εὐαχέον, ἐπειδὴν πλεῖστον ἂν ταῦτα ποιῇ. μείζονα γὰρ οἴωσι τιμωρίαν quare ubi divitem videris injuriam, avarum, rapacem, hoc magis ex te misereare, quod talia dives faciat. Ob id ipsum enim punietur gravius.

^a τὸ ἀντιπεπονθός] Ταυτοπάθεια Harmenopulo. (Prompt. Lib. I. Tit. 2. §. 34.)

^b Ultra dupli condemnationem] Alludit huc locus Apoc. XVIII, 6. Reddite duplum. Hercules Minyas, qui a Thebanis sine jure tributum extorserant, duplum coegit ejus tributum pendere Thebanis Apollodorus lib. II. (c. 3. §. 11.)

⁴⁰ Quibus negatis] Quibus egre caremus.

⁴¹ Non ita accipi debere] Nempe ita, ut ne quod modicum est, puniatur atrociter; ne quod atrox, perfunctorie, atque, ut ita dicam, Horatio tigillo; non vero, quasi non debeat esse major dolor patientis, quam passi injuriam.

⁴² Deliberato, & sine] Non abreptus superveniente affectu, sed consilio.

⁴³ Ipsa lex] Dei per Moysen Hebrais data.

⁴⁴ Cum injuria persona] Vexatione, justo supplicio.

⁴⁵ Rei ipsius cumulo] Pensione ampliore, quam quanti res erat ablata.

⁴⁶ Aut poena] In corpore.

⁴⁷ Aut multa] In pecunia, vel patrimonio.

⁴⁸ Seneca] Herc. fur. 746.

G R O :

scelera ⁴⁹ *taxantur modo*
Majore nostra.

2. ^c Apud Indos, ut Strabo ^z notat, qui quem mutilasset, ⁵⁰ + supra ta- ^{z Lib. xv. pag. 710.}
lionem, + manu truncabatur. Et in Magnis Moralibus, quæ Aristotelis no- ^{a Lib. 14. c. 34.}
men præferunt, legimus: ^a ἢ δίκαιον, εἰ τις τὸν ὀφθαλμὸν ἐξέκοψέ τι-
ν(α), ἀντεκκοπήναι μόνον, ἀλλὰ πλείονα παθεῖν. *justum est si quis oculum*
alteri effoderit, non tantundem modo, + sed ἔσ' amplius patiatur. Nec enim
æquum est ut ⁵¹ par sit periculum innocentis, & nocentis, ut recte ostendit ^d Philo quo loco de homicidii pœna tractat. Atque hoc inde quoque æstimari potest, quod delicta quædam ^e non consummata, + & ideo consummatis minora, ⁵² + nocumentum infligant par cogitato, quod in lege Hebræa ^f + de falso teste ^b proditum, + & in lege Romana de eo, qui hominis ^{b Deut. XIX, 19.}
⁵³ occidendi causa cum telo ambulavit. Cui consequens est ut perfectis criminibus + major respondeat pœna; + sed quia morte nihil est gravius, + eaque iterari non potest, ut Philo notat ^c dicto loco, + ideo intra eam necessario ^{c Pag. 789. E.}
constititur, + additis tamen interdum pro merito cruciatibus.

XXXIII. Pœnæ autem magnitudo non tantum nude spectatur, + sed cum respectu ad patientem. + Nam multa eadem pauperem onerabit, divitem non onerabit: + & vili ignominia leve erit malum, honorato grave; + quo genere diversitatis sæpe utitur lex Romana: unde ⁵⁴ + harmonicam proportionem exstruxit ^d Bodinus, cum tamen revera + simplex hic sit, & qualis in ⁵⁵ numeris æqualitas, + meriti ad pœnam, + sicut in contractibus mercis ad nummos, + quanquam alibi merx eadem plus, alibi minus valet, itemque nummi. ^{d Lib. vi. de Rep. c. ult.}
+ At fatendum, sæpe in lege Romana id non fieri *ἀνευ προσωποληψίας*, id est sine nimio ⁵⁶ personarum, & qualitatum ad factum non pertinentium respectu; + a quo vitio longissime semper abest lex Mosis. Et hæc quidem, ut diximus, + intrinseca est pœnæ taxatio.

XXXIV.

G R O T I I.

^c Apud Indos] Apud Indorum alios furtum morte punitum notavit *Nicolaus Damascenus.*

^d Philo] Secundo de legibus specialibus, (p. 789, *ἔσ' seq.*)

^e Non consummata, *ἔσ' ideo consummatis minor*] Plinius de leone: *Vulneratus observatione mira percussorem novit, ἔσ' in quantalibet multitudine appetit. Eum vero, qui telum quidem miserit, sed tamen non vulneraverit, correptum, raptatumque sternit, nec vulnerat.* (Hist. Nat. VIII. 16.)

^f De falso teste proditum] Et de eo, qui uxorem stupri infamulavit, ut dotem lucraretur. *Deut. XXII, 19.* Et de eo, qui exteroqui ex causa injusta aliquem in judicium deduxerit, alienum sibi vindicans. *Exph. XXII, 9.*

G R O N O V I L

⁴⁹ *Taxantur modo majore nostra*] Apud ipsum *vestra.* Et loquitur de regibus, & magistratibus per apostrophen, eosque apud inferos gravius pu-
Tom. III.

niri, ait, quam privatos. Error memoriz.

⁵⁰ *Supra talionem*] Præter membrum, quo alium mutilaverat, manum amittebat.

⁵¹ *Par sit periculum innocentis*] Debet nociturus gravius timere damnum, quam dare instituit innocenti, ut sic quoque absterreatur.

⁵² *Nocumentum infligant par*] Tam graviter puniantur, quam si perfecta essent, non tantum destinata.

⁵³ *Occidendi causa cum telo*] Qui perinde tenetur l. Cornelia de sicariis, atque is, qui hominem occidit, l. i. D. ad l. Corn. de sicar.

⁵⁴ *Harmonicam proportionem*] Vide *Hornei*, 3, ethic. 12, 8.

⁵⁵ *Numeris æqualitas*] Proportio arithmetica.

⁵⁶ *Personarum, ἔσ' qualitatum*] Ut eum, qui uxorem in adulterio deprehensam occiderit, humiliore loco positum, in exilium perpetuum ire, jubet; in aliqua dignitate positum ad tempus re-
legat, l. i. §. 5. D. ad l. Corn. de Sicar. Similis *προσωποληψία* in l. 12. D. de incendi. rui. *nauf.* l. 45. D. de injuriis. l. 11. D. de sepulcro violato. l. 1. de abigeis. l. 1. de furiis balneariis.

P P

G R O -

XXXIV. Sed ¹⁷ + intra concessum modum ad minimum + ducit charitas ejus, qui punitur, + nisi plurium ¹⁸ justior charitas aliud suadeat + ob causam extrinsecam, quæ interdum est + ingens periculum ab eo, qui deliquit, plerumque autem + necessitas exempli. + Ea autem nasci solet + ex generalibus invitamentis ad peccandum, quæ reprimi nisi acris remediis nequeunt. Invitamenta autem præcipua sunt, + consuetudo, & + facilitas.

XXXV. + Ob facilitatem lex divina Hebræis data gravius punit furtum ^{e Lib. II. c. 2.} de pascuo, quam de domo, Exod. XXII, 1. & 7, 9. Justinus ^e de Scythis: + nullum scelus apud eos furto gravius, quippe sine tecto, munimentoque pecora, & armenta habentibus quid salvum esset, si furari liceret? Simile illud in Aristotelis problematis sectione XXIX. ὁ νομοθέτης ἐχ' ἰκανὴς ὄντας ἠγασάμεν εἶναι Φύλακας, τὸν νόμον αὐτοῖς ἐπέσθηεν legis auctor cum sciret, h. illis in locis dominos res suas custodire non posse, + custodem legem addidit. + Consuetudo facti etiam ¹⁹ aliquid detrahit de culpa (non sine ratione veniam dedit, inquit Plinius, f. facto vetito quidem, non tamen iniustato) poenæ tamen acrimoniam ex aliqua parte flagitat: quoniam ut Saturninus loquitur, ^{g Lib. 9. g Lib. 16. §. 16. D. de panis.} mium multis grassantibus opus exemplo est. Sed ²⁰ + in judiciis magis illud, ²¹ + in legibus hoc sequendum est, ²² + ratione habita temporis, quo leges, aut judicia feruntur: + quia ²³ poenæ utilitas magis in universalitate spectatur, circa quam sunt leges: + culpa autem major, aut minor est in singulis.

XXXVI. I. Quod autem ^{b §. 34.} diximus, + ubi magnæ, urgentesque causæ cessant, ad minuendam potius poenam promptos nos esse debere, in eo + clementiæ pars altera sita est. Nam + priorem ²⁴ in tollenda poena collocavimus. Quia difficile est temperamentum, + inquit ^{i Lib. 3. de Cl. cap. 2. k Ibid. c. 20. l Biblioth. 1. 70. m Cap. 24.} Seneca, quidquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet. Alibi: ^k poenam si tuto poterit, donet, sin minus, temperet. Et apud Diodorum Siculum ⁱ laudatur rex Ægyptius, quod imponeret τιμωρίας ἐλαττέρας τῆς αἰτίας, ⁱ supplicia meritis minorâ. De M. Antonino Capitolinus: ^m erat mos iste Antonino, ut omnia crimina

G R O T I I.

^g De pascuo, quam de domo] Vide Maimonidem Directore III, 41. Cicero pro Sexto Roscio Amerino: atque ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcauentur. (Cap. 40.)
^h Illis in locis] In balneis. Morte plectebantur Athenis futes balnearii, si æstimatio esset major decem drachmâs. Demosthenes contra Timocratem. Adde l. i. D. de furibus balneariis. (Lex Solonis exstat pag. 476. C. Orationis Demosthenicæ: sed in illâ agitur tantum de iis, qui furabantur in Gymnasiis, aut Portubus. Diximus plura in Notis Gallicis. J. B.)

G R O N O V I I.

⁵⁷ Intra concessum] Ut ex eo genere poenarum, quod delicto respondet, id eligatur, quod lenissimum est.

⁵⁸ Justior charitas.] Erga tot innocios, bonos-

que, qui lædi possunt, & læduntur facilius, si nulla, aut levis poena sit.

⁵⁹ Aliquid detrahit] Hinc illud Terentii Heaut. 5, 2. 4. Vulgo faciunt. Et M. Senecæ controv. 12. Solet feri.

⁶⁰ In judiciis magis illud] Ut condemnemus ad mitiorem poenam.

⁶¹ In legibus hoc] Ut statuamus, ac minemus graviorem.

⁶² Ratione habita temporis] Nisi circumstantia temporis in utrisque aliud requirat.

⁶³ Poena utilis] Quod poena proposita proficere volumus, pertinet ad universos, sicut & leges universalis complectuntur: at culpa per judicium æstimatio singulos tangit, in quibus ad clementiam, quam ad crudelitatem, tutior est propensio.

⁶⁴ In tollenda poena] In liberando reum a poena.

G R O T I I.

ⁱ Supplicia meritis minorâ] Justin. II. Hunnis scribens, Παμικαίος ἐνεσι μὴ ἀντιθέμεν τὰς τιμωρίας

mina + minore supplicio, quam legibus plecti solerent, puniret. Ifæus (oo) quoque orator dixit, oportere + leges quidem constitui rigidas, sed k + pœnas exigi legibus mitiores. Et Isocratis n est monitum: Ἰὰς τιμωρίας ἐλάττωσθε ποιῆσθαι τῶν ἀμαρτανομένων ut pœna infligantur + infra peccati modum.

n Ad Ni-
coel. p. 19.
D. Ed. H.
Steph.

2. ¹ Augustinus ⁶⁵ comitem Marcellinum sic admonet sui officii: mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat, eos tanta legum severitate esse plectendos, + ut qualia fecerunt, talia patiantur, ideoque bis literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, ut hoc non facias, nec omnino fieri permittas. Cujus est & hoc: Sic etiam ipsos criminum ultores, atque ⁶⁶ in hoc officio non ira propria concitatos, sed legum ministros, nec suarum, sed alienarum examinatorum injuriarum vindices, quales judices esse debent, ⁶⁷ terruis divina censura, ⁶⁸ ut cogitarent, propter sua peccata misericordiam Dei necessariam, + nec putarent, ad ⁶⁹ culpam officii sui pertinere si quid erga eos misericorditer agerent, quorum vita, necisque haberent legitimam potestatem.

XXXVII. + Speramus, nihil a nobis prætermisum, quod ad hujus argumenti fatis difficilis, & obscuri cognitionem magnopere faciat: nam quatuor illa, quæ m Maimonides maxime, ait, spectari in pœnis, + magnitudinem peccati, id est ⁷⁰ damni, ⁷¹ + frequentiam talium peccatorum, ⁷² + quantitatem concupiscentiæ, + & operis facilitatem, + ad sua loca retulimus; nec minus illa septem, + quæ confuse fatis in pœnis considerat Saturninus. Nam persona ejus, qui fecit, ad + aptitudinem illam judicandi maxime pertinet, + & persona ejus, qui patitur, interdum aliquid confert ad æstimandam culpæ

o L. Aut.
facta, 16.
§. I. D. de
pœnis.

μωρίας ἰσοῦσθαι τοῖς πλημμελήμασι: Romanis mos hic est, non irrogare pœnas pœnas peccantium merito. [In *Eclogis Legationum*, ex *Menandro Proctore*, pag. 131. Ed. Hoefchel. ubi Justinus non scribit *Hunnis*, sed præfens loquitur Legatis *Bajani Regis Avarum*. J. B.]

k *Pœnas exigi legibus mitiores*] Hoc sibi volebat Henricus Imperator symbolo mali Punici, cum dicto: *Subacre. Rex Theodoricus apud Casiodorum XI, 40. Qui periculose justi sumus; sub securitate semper ignoscimus.*

l *Augustinus*] Epistola CLIX. quæ citatur c. circumcelliones, i. causa XXIII, quæst. V. Vide, si placet, ad *Augustinum* eundem epistolam *Macedonis*, & eam, qua respondet *Augustinus* numeris LIII. & LIV. Adde de *Theodosio juniore*, quæ sunt in excerptis *Johannis Antiocheni* ex manuscriptis *Peirescii*, (pag. 350.) *Macedoniam* ad *Augustinum*: officium sacerdotis est, intervenire pro reo.

m *Maimonides*] Lib. III. directoris, c. 41. Confer c. sicut dignum, 6. de homicidio voluntario, vel casuali.

G R O N O V I I.

65 *Comitem Marcellinum*] Amicum principis, & provinciæ alicui, aut magnæ procuratori præfectum.

66 *In hoc*] In hanc rem.

67 *Terruit divina censura*] Illa, cujus meminit num. 3. judicium Dei, quod ipsi de se futurum expectabant.

68 *Ut cogitarent*] Mitiores forent in delinquentes, quia & ipsi essent peccatores apud Deum, & eum sibi propitium optarent.

69 *Culpam officii*] Se officio deesse, aut eo male fungi.

70 *Damni*] Quod per injuriam, sive peccando datum est, quantum sit.

71 *Frequentiam*] Sæpe, an raro hoc genere culpæ peccetur.

72 *Quantitatem concupiscentiæ*] Flagretne animus corruptus, atque ardeat cupiditate facinoris, an segniter illud moveatur.

(oo) Nullibi exstat talis sententia in Orationibus *Isæi*, quæ circa controversias civiles omnes versantur. Aut valde fallor, aut habet hoc Auctor noster è Notis *FRIDERICI LINDENBROGII*, qui ad *Ammianum*, XXVIII. i. simul cum locis *Capitolini*, & *Isocratis* heic laudatis, tamquam ex *Isæo* addit verba sequentia: Χρη τῶ νόμῳ μὴ τιθεῖσθαι σφοδρῶς, πρῶτον δὲ κολάζειν, ἢ ὡς ἐκείνοι κελύουσι. Post primam Editionem locum reperi apud *STOBÆUM*, Serm. XLIV. seu *De Regno*, p. 327. J. B.

culpæ magnitudinem. ^a + Locus injustitiæ culpam aliquam addere solet peculiarem, ⁺ aut etiam ad facilitatem operis pertinere. ⁺ Tempus ut diuturnum est, aut breve, ita libertatem judicandi auget, aut minuit, interdum & pravitatem animi ostendit. ⁺ Qualitas ⁺ partim ad genera appetituum refertur, ⁺ partim ad causas, quæ abstrahere a peccando debebant. ⁺ Quantitas quoque ad appetitum referenda est. ⁺ Eventus ad causas abstrahentes.

pL. II. C. I.
§. 2. & b.
C. §. I.

XXXVIII. ⁺ Solere pœnæ expetendæ causa bella suscipi, & supra ^p ostendimus, ⁺ & passim docent historiæ: ⁺ ac plerumque hæc causa cum altera de damno reparando conjuncta est, quando idem actus ⁺ & vitiosus fuit, & damnum reipsa intulit, ⁺ ex quibus duabus qualitatibus ⁷³ duæ diversæ nascuntur obligationes. ⁺ Non esse autem bella suscipienda ob delicta quævis, satis constat; ⁺ nam ne leges quidem suam illam ultionem, ⁺ quæ ⁷⁴ tuto nec nisi nocentibus nocet, omnibus culpis impendunt. Recte, ut modo diximus, Sopater oportere, ait, ⁺ ea, quæ minora, & vulgaria sunt delicta, dissimulari, non vindicari.

q Gell. I.
VII. c. 3.

r h. C. §.
18. & L.
M. C. IV.
§. 2.
De Ira
lib. I. c. 3.

XXXIX. I. Illud autem, quod in oratione pro Rhodiensibus a Catone dictum fuit, ^q ⁺ non esse æquum pœnas quemquam dare ob eam rem, quod arguatur male facere voluisse, suo quidem loco non male erat positum, quia ⁺ nullum populi Rhodiensis ⁷⁵ decretum adferri poterat, sed ⁷⁶ animi fluctuantis conjecturæ: ⁺ universaliter autem hoc recipiendum non est. ⁺ Nam voluntas, ⁷⁷ quæ ad externos actus processit (internos enim ab hominibus non puniri, supra ^r diximus) pœnis solet esse obnoxia. ^o Seneca pater in controversiis: *scelera quoque, quamvis ⁷⁸ citra exitum subsederunt, puniuntur.* *Injuriam qui facturus est, jam facit,* ^p ait alter ^s Seneca. Non exitus rerum, fed

G R O T I I.

^a Locus injustitia culpam aliquam addere solet peculiarem] Philo lib. I. de legibus specialibus: *ἢ γὰρ ταυτὸν πατρὶ καὶ ἀλλοτρίῳ πληγὰς ἐμφορησαί, καὶ ἀρχοῦν ἢ ἰδιώτην κακῶς εἰπεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι τὴν τῶν μὴ ἐφιμεμένων ἐν βεβήλοις ἢ ἱεροῖς χωρίοις, καὶ ἐν ἱεροῖς καὶ πανηγύρεσι καὶ δημοτελέσει θυσίας* non idem est, patri, & extraneo inferre violentæ manus: nec idem, magistratui, & privato maledicere: nec illicitum, aliquid patrare in loco profano, & sacro, in die festo, in conventu, in sacris publicis. (Pag. 805. E.) Cum his convenit quod ex Labæone adfert Ulpianus l. prætor edixit, 7. in fine D. de injuriis. *Personâ atrocior injuria fit, ut cum magistratui, cum parenti, patrone fiat; tempore, si ludis, & in conspectu: nam populi Romani in conspectu, an in solitudine injuria facta fit, multum interesse, ait.* [In hac Lege laudanda Auctor tacite sequitur emendationem rectam (quidquid dicat perpetuus obtrectator Gul. Fornerius, Select. I. 21. & post eum alii præjudiciis obsecati) Summi C U J A C I I, qui pro Prætoris in conspectu, legendum censuit, *Populi Romani in conspectu*, erroremque ex siglis ortum demonstravit. J. B.]

^o Seneca pater] Excerptorum IV, 7.

G R O N O V I I.

⁷³ Duæ diversæ nascuntur obligationes] Altera ad pœnam, ad damni reparationem altera.
⁷⁴ Tuto nec nisi nocentibus] Secus, ac bello petita ultio; nam hæc in æque magnum periculum mittit ultorem, quam venit is, qui pœnam debet: deinde multi pereunt innocentes, quia quod delirant reges, pleciuntur Achivi.
⁷⁵ Decretum] De bello Romanis indicendo.
⁷⁶ Animi fluctuantis] Dubii, utrum Romanas, an Persei Macedonis partes sequerentur.
⁷⁷ Quæ ad externos] Quæ opere, ac factu aliquo manifestata est.
⁷⁸ Citra exitum subsederunt] Non omnino perfecta sunt.

G R O T I I.

^p Ait alter Seneca] Et de beneficiis libro V, c. 14. *Latro est etiam antequam manus inquinet: quia ad occidendum jam armatus est, & habet spoliandi, atque interficiendi voluntatem.* Philo in primo [immo secundo] libro, pag. 790. C.] de specialibus, legibus: *ἀνδραπόδους καὶ νεκρῶν καὶ τῶν κτεινομένων αὐτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πάντα δρώντων εἰς τὸ ἀνελεῖν, ἢ φανερώς, ἢ λαθρῶς, καὶ μὴ τὸ ἀδι-* νομος

sed 9 consilia legibus vindicari, Cicero dixit pro Milone. Periandri dictum erat: ⁷⁹ μή μόνον τὰς ἀμπεράνοιας, ἀλλὰ καὶ τὰς μέλλοντας κόλαζε. + Sic Romani censent bellum ineundum cum rege Perseo, nisi satisfaciatur de consiliis belli parandi adversus populum Romanum initis, quia scilicet arma, milites, classē jam comparaverat. + Atque hoc ipsum in Rhodien- sium oratione apud Livium x recte notatur: neque moribus, neque legibus ullius civitatis ita comparatum esse, ut si quis vellet inimicum perire, si nihil fecerit, quo id fiat, capitis damnetur.

2. + Sed nec omnis perverſa voluntas, factō jam aliquo indicata, pœnæ facit locum. Nam + si ne perpetrata quidem peccata omnia vindicantur, + multo minus cogitata, ac cœpta. In multis locum habet quod Cicero dicit: ἢ *haud scio*, + *an satis sit, eum, qui lacſſerit, injuria ſuæ pœnitere.* Lex Hebræis data adversum pleraque delicta ⁸⁰ inchoata contra pietatem, aut etiam contra hominis ⁸¹ vitam extra (pp) judicium, nihil speciale constituit: quia & circa res divinas utpote ⁸² nobis inconspicuas + facilis est error, & + iracundiæ impetus non indignus est cui ignoscatur.

3. Cæterum in tanta matrimoniorum copia alienas nuptias attentare, aut in tam æquabili possessionum divisione fraudem ſtruere, qua cum aliena jactura se quis locupletet, + minime erat ferendum. Nam illud, non concupisces, quod in Decalogo est, quanquam + si scopum spectes legis, id est, τὸ πνευματικόν, latius patet, (+ vellet enim lex, omnes ⁸¹ etiam mente esse purissimos) tamen + ipsum præceptum externum, ἐντολὴν σαρκικὴν, quod attinet, + ad motus animi pertinet, ⁸¹ qui factō produntur, quod aperte liquet ex Marco Evangelista ², qui idem illud præceptum extulit, + μή ἀποσερήσης. + idque cum jam ante posuisset, μή κλέψης. atque eo sensu vox Hebræa, & ei respondens Græca reperiuntur tum + Mich. II, 2. tum alibi.

4. + Inchoata ergo delicta armis vindicanda non sunt, nisi & res sit gravis, & eo processum sit, ut ex tali actu + certum malum, etsi nondum illud, quod intendebatur, secutum jam sit, + aut certe ingens periculum, + ita

κίμα ὧν εἰργασμένοι homicidas existimari oportet non eos solum, qui vitam adimunt, sed & eos, qui omnia faciunt palam, aut clam, ut quenquam interimant, etiamsi facinus ipsum nondum commiserint.

9 Consilia legibus vindicari] Valerius Maximus de Cn. Sergio Silo damnato ob nummos matrifamiliz promissos: non factum tunc, sed animus in questionem deductus est, plusque voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit. (Lib. VI. Cap. I. num. 8.)

x Vellet enim lex, omnes etiam mente esse quam purissimos] Chrysostomus ad Rom. III, 13. & ad caput VII. multa habet in hanc rem.

G R O N O V I I.

⁷⁹ Μὴ μόνον τὰς] Non peccantes modo, sed & peccaturos castiga. [Refert ἢ ΔΙΟΓΕΝΗΣ

LAERT. Lib. I. §. 98. Edit. Amst. J. B.]

⁸⁰ Inchoata contra pietatem] Si quis aliquid præparaverit, aut in antecessum fecerit, tanquam idola culturus.

⁸¹ Vitam extra judicium] Si quis ex repentino impetu iræ, non deliberato, vitam alicujus petierit, qui impetus intentantem frustratus sit.

⁸² Nobis inconspicuas] Quæ maximam partem in animo, & sententia, consistunt, eoque difficile est, quemquam de altero, ut circa eas animatus sit, judicare.

⁸³ Etiam mente esse] Ne cogitationes quidem pravas, & fœdas in sese admittere.

⁸⁴ Motus, qui factō] Desideria improba, quæ quis se concepisse, dicto aliquo, aut factō demonstraverit.

(pp) Vide supra, §. 32. hujus Capitis, n. 2. J. B.

P P 3

G R O

+ ita ut vindicatio aut conjuncta sit cum cautione futuræ noxæ, (de qua supra ^a egimus in capite de defensione) + aut dignitatem læsam tueatur ,
^a L. II. C. I. §. 2, + aut pernicioso exemplo occurrat.

+ XL. I. Sciendum quoque est, reges, & qui par regibus jus obtinent, jus habere + pœnas pœcendi non tantum ob injurias + in se, + aut subditos suos commissas, sed & + ob eas, quæ ipsos peculiariter non tangunt, sed in quibusvis personis jus naturæ, aut gentium immaniter violant. Nam + libertas humanæ societati per pœnas consulendi, + quæ initio, ut diximus, penes singulos fuerat, civitatibus, ac judiciis institutis penes summam potestatem refedit, + non proprie ^b qua aliis imperant, + sed qua nemini parent. Nam subiectio aliis id jus abstulit. Immo + tanto honestius est alienas injurias, quam suas vindicare, + quanto in suis magis metuendum est ne quis doloris sui sensu aut modum excedat, aut certe animum inficiat.

2. Et hoc nomine ab antiquis prædicatus est + Hercules, quod Antæo, + Busiride, + Diomede, & similibus ^c + tyrannis liberavit terras, quas, ut Seneca ^b de eo loquitur, transit ⁸⁶ + non concupiscendo, sed vindicando, maximorum bonorum auctor hominibus, ut Lysias ^c indicat, + injustos puniendo. Diodorus Sículus de eo sic loquitur: ^d τῆς παρανομῶν ἀνθρώπων ἡ δυνάσας ὑπερηφάνους ἀποκτείνων, τὰς πόλεις ἐποίησιν εὐδαιμοναῖας homines injustos, & reges insolentes tollendo beatas reddebat civitates. Alibi dixit: ^e ἐπῆλθε τὴν οἰκουμενὴν κολάζων τὰς ἀδίκους οὐβὴν οὐβὴν ῥαγὰς de iniquis expetens. Dio Prusæensis ^f de eodem: τῆς πονηρῆς ἀνθρώπων ἐκόλαζε, καὶ τῶν ὑπερηφάνων ἀνθρώπων κατέλυε καὶ ἀφῆρειτο τὴν ἐξουσίαν homines malos puniebat, & superbiorum regna destruebat, aut in alios transferebat. Aristides in Panathenaico ait ^g, eum + suscepta communi humani generis cura meruisse in Deos referri. Laudatur similiter + Theseus, quod latrones + Scirona, Sinin, & Procasten sustulerit, quem sic de se loquentem Supplicibus inducit Euripides, (vers. 340, 341.)

^b De benefic. L. 1. cap. 13.
^c Isocr. Hel. Enc. p. 212, 213.
^d Ed. H. Steph. c. Orat. fun. seu XXXI. c. 5.
^e Biblioth. L. IV. c. 17. e v. 76.
^f Orat. I. De Regno, p. 17. D.
^g Tom. I. p. 187, 188.

*Pridem facinora nomen hoc per Græciam
 Mihi dederunt, t ultor ut scelerum vocer.*

+ Va-

G R O T I I.

^s Tyrannis liberavit terras] Et maria. Philo de legatione: ἠρωκλῆς ἐκάλει τὴν καὶ θάλατταν, ἀθλῆς ἀνωκαυστάτας καὶ ἀφελιμοτάτας ἀπασιν ἀνθρώποις ὑπόσας, ἕνεκεν τῶν τὰ θλίβερα καὶ κωλυτικὰ φύσεως ἐκατέρω ἀμελῶν Hercules purgavit terras, ac maria, certamina subiens hominibus omnibus partim necessaria, partim perutilia, ut tolleret hominum, animantiumque aliorum ea, quæ exitialia, aut noxia essent. (Pag. 1009. D.)

G R O N O V I I.

⁸⁵ Quæ aliis imperant] Acceperunt summæ potestates, quantum singuli de suo jure civitati remiserunt, & societas potestati dedit. Habuerant autem jus puniendi sceleratos singuli non tantum

pro se, sed etiam pro aliis tamdiu, quam sui essent, & non subiecti societati. Id igitur etiam contulit potestati societas, cui se subjecit, ipsum nemini.

⁸⁶ Non concupiscendo, sed vindicando] Non ut sibi acquiesceret, sed ut tenerent boni, & innoxii.

G R O T I I.

^t Ultor ut scelerum vocer] Ibidem dicenti Feciali, (vers. 574.)

Ἡ πᾶσιν ἔν σ' ἔφουεν ἑκατέρω πατρίῃ ;

Ten' ergo sevit omnibus genitor parem ?

Respondet Theseus :

Orat

+ Valerius Maximus de eodem : *b* quidquid ubique monstri, aut sceleris fuit, *b* *Lib. II.*
virtute animi, ac robore dextra comminuit. *c. 3. num.*
3. extr.

3. Sic non dubitamus, quin iusta sint bella in eos, + qui in parentes im-
pii sunt, quales ⁸⁷ Sogdiani ⁱ antequam eos Alexander hanc feritatem dedo- *i Plutarch.*
ceret : in eos, qui (qq) hospites occidunt : in eos, ^u + qui humanam car- *de Fort.*
nem epulantur, ^x + a quo more abstinere Gallos veteres Hercules coëgit, *Alex. pag.*
narrante (rr) Diodoro ; + in eos, qui piraticam exercent. ^k Seneca : *si non*
patriam meam impugnat, sed sua gravis est, & sepositus a mea gente suam exca-
gitat, ⁸⁸ + *abscidit nihilominus illam tanta pravitas animi.* ^l Augustinus : *opi-*
niantur, scelera facienda decerni : qualia si aliqua terrena civitas decerneret, de-
crevissentve, ⁸⁹ *genere humano decernente fuerat evertenda.* De talibus enim *Tom. II.*
barbaris, & feris magis, quam hominibus, dici recte potest quod de Persis, *k De Be-*
⁹⁰ qui Græcis nihilo deteriores erant, perverse dixit Aristoteles, + naturale *nes. L. VII.*
in eos esse bellum ; & quod Isocrates Panathenæico dixit, iustissimum esse *c. 19.*
bellum + in belluas, + proximum in homines (ss) belluis similes. *l L. v. de*
Civ. Dei
c. 1.

4. Et

Ὅροι γ' ὕβρις αἰ' ἤματα δ' ἐκλάζομεν

Injuriosis. Nam bonos non tangimus.

Plutarchus in ejus vita : ἀπῆραρτε τὴν Ἑλλάδα
τῶν τυραννῶν *peffimis tyrannus Græciam liberavit.*
Item : ἔδεν αὐτὸς ἀδικούμενον ἑρμῆν ὑπὲρ ἄλλων
καὶ τὰς κομπὰς nihil ipse passus injuriæ, pro aliis
in homines malos impetum sumebat, (p. 37. C.)

u *Qui humanam carnem epulantur*] Hoc quoque
Scythas Alexander delocuit. (Vid. *Plutarch.*
ibid.)

x *A quo more abstinere Gallos veteres Hercules*
coëgit] Vide *Dionysium Halicarnasensem* narra-
tem, ut Hercules hunc morem, aliaque multa
abstulerit, in beneficiis suis Græcos a barbaris
non distinguens. Romanorum non minora in ge-
nus humanum merita prædicat *Plinius XXX, 1.*
Non satis æstimari potest quantum Romanis debea-
tur, qui sustulere monstra, in quibus hominem oc-
cidere religiosissimum erat, manibus vero etiam salu-
berimum. Conjunge quæ hoc ipso capite dicen-
tur §. XLVII. Sic Justinianus principibus Abas-
gorum edixit, ne subditorum pueros castrarent.
Procopius meminit Gothicorum IV. (seu *Hist.*
Misc. Cap. 3.) & *Zonaras* Leone Isauro. Et *Is-*
chæ, in *Peruana* reges, (de quibus videndus
Garcilass. de la Vega) vicinos populos, qui mo-
piti non parenter, vi coëgere abstinere ab ince-
stis, a marium cum maribus concubitu, a come-
stione hominum, aliisque id genus facinoribus,
atque eo modo imperium sibi pararunt omnium,
quæ usquam legimus, excepta religione, iustissi-
mum. (*DIONYSIUS HALICARNAS-*
SENSIS narrat equidem, *Herculem* veteribus
Italiae incolis *persuasisse*, ut, loco victimarum hu-
manarum, effigies quasdam hominum *Saturno* of-
ferrent : verum, ibidem docet, morem illum in-
humanum, & ferinum manere adhuc suâ ætate
apud *Gallos*, & alios *Populos Occidentis*, *Antiq.*

Rom. Lib. I. Cap. 38. Vide & JULIUM CÆ-
SAREM, *Comment. de Bell. Gall. Lib. VI. Cap.*
16. CICERONEM, Orat. pro Fontejo, Cap. 12.
J. B.

G R O N O V T I.

87 *Sogdiani*] Qui semiconfectos interficiebant,
& eorum corporibus vescebantur.

88 *Abscidit nihilominus*] Infociabilem mihi resti-
dit, & dignum, quem pro hoste habeam.

89 *Genere humano decernente*] *Justin.* 8, 2. de
Phocensium sacrilegio, quod orbis viribus expiâ
debut. Quod adponit ipse n. 51.

90 *Qui Græcis nihilo deteriores erant*] Perfecto
erant, qui, si nihil aliud, tollebant omnem li-
bertatem, feramque, & immanem tyrannidem in-
ducebant ; tollebant omnem cultum ingenii, &
studia liberalia ; consuecebant cum fororibus, &
matribus ; & hoc faciebant ipsi magi, ipsi sapien-
tix professores, qui & corpora non sepeliebant,
nisi a feris laniata. *Cic. 1, Tusc. 45.*

(qq) Exemplum istud, quod in prima Editio-
ne legitur, in aliis omnibus exciderat. Neque
enim ulla fuit ratio Auctori ejiciendi : & in ani-
mo habuerat, quod de veteribus *Scythis* refertur
à STRABONE, *Geogr. Lib. VII. pag. 300.*
OVIDIO, *IV. Trist. Eleg. IV. vers. 63, 64.*
LACTANTIO, *Inst. Div. Lib. I. Cap. 21.*
J. B.

(rr) Voluit dicere Auctor, *Dionysio Halicarnasensi.*
In quo tamen eum eximio Historico per-
peram testimonium denuntiare, patet ex iis, quæ
Notæ ipsius Auctoris subjecimus. *J. B.*

(ss) Immo in *Barbaros*, quos pro natura hosti-
bus habebant *Græci.* Inspice locum p. 267. B. Ed.
H. Steph. J. B.

G. R. O.

m Inno. c.
quo3 super
his: de voto
Arch. Flor.
3. part. tit.
22. c. 5.
§. 8. Sylv.
in verbo
Papa qu. 7.
n Rel. 1.
de Indiis, n.
40.
o Controv.
ill. l. 1, c.
24.
p L. I.
C. II. §. 2.
seq. §. 10.
n. 1.

4. Et eatenus sententiam sequimur + Innocentii, ^m & aliorum, qui bello, ajunt, peti posse eos, ^y + qui in naturam delinquant: + contra, quam sentiunt ⁿ Victoria, ^o Vasquius, Azorius, Molina, alii, qui ad justitiam belli requirere videntur, + ut qui fuscipit, aut læsus fit in se, aut republica sua, + aut ut in eum, qui bello impetitur, jurisdictionem habeat. Ponunt enim illi, ⁹¹ + puniendi potestatem esse effectum proprium jurisdictionis civilis, + cum nos eam sentiamus venire etiam ex jure naturali; qua de re aliquid diximus libri primi ^p initio. Et sane, si illorum, a quibus dissentimus, admittatur sententia, + jam hostis in hostem puniendi jus non habebit, + etiam post justè (tt) susceptum bellum ⁹² ex causa non punitiva: + quod tamen jus plerique concedunt, & usus omnium gentium confirmat, + non tantum postquam debellatum est, + sed & manente bello; + non ex ulla jurisdictione civili, + sed ex illo jure naturali, quod & ante institutas civitates fuit, + & nunc etiam viget, quibus in locis homines vivunt in familias, non in civitates, distributi.

q Vit.
Pompej. P.
656. D.

XLI. + Sed cautiones hic nonnullæ adhibendæ sunt; prima, + ne mores civiles, + quamvis inter multos populos non sine ratione recepti, sumantur ⁹³ pro jure naturæ: qualia ferme erant + illa, quæ Perfæ a Græcis disparabant, + ad quæ rectè ^r Plutarchi illud referas: *πρόφασιν πλεονεξίας ημερῶσαι τὸ βαρβαρικόν barbaras gentes ad mores cultiores reducere velle, obtentum esse, quo veletur alieni cupiditas.*

XLII. Secunda, ne temere annumeremus a natura vetitis + ea, de quibus id non fatis constat, & quæ ⁹⁴ lege potius divinæ voluntatis interdicta sunt, in qua classe forte ponere liceat ^z ⁹⁵ + inuptos concubitus, & ⁹⁶ + quosdam eorum, qui incesti dicuntur, & ⁹⁷ + fœnus.

XLIII.

G R O T I I.

^y *Qui in naturam delinquant*] Vide *Josephum Acoftam* de procuranda Indorum salute lib. II, cap. 4.

^z *Inuptos concubitus*] *Asterius Amasæx* episcopus, *οἱ τοῖς τῶ βίῃ τῆς νομοθέτας προσέχοντες ἀνεύθυνον καταλείπει τῆς πορνείας τὴν ἐξουσίαν* qui *hujus* tantum sæculi leges condentibus obtemperant, impunitam relinquunt meretricii licentiam. Adde locum *Hieronymi* ad Oceanum, productum a nobis ad caput V. §. 9.

G R O N O V I I.

⁹¹ *Puniendi potestatem*] Non competere nisi in illum, in quem jurisdictionis competit, quales sunt aut subjecti nobis, aut qui delinquendo proprie in nos se nobis obligarunt.

⁹² *Ex causa non punitiva*] Ubi nullum intervenit scelus, quod alter bello punire instituit, sed uterque videntur jus suum propugnare.

⁹³ *Pro jure naturæ*] Quo in genere peccabat edictum *Darii*, cum *Pænos* humanas hostias immolare, & canina vesci, & cadavera comburere prohiberet, *Justi*. 19, 1. nam primum erat ex jure

naturæ; duo posteriora mores arguebant causam bello non præbentes.

⁹⁴ *Lege potius divinæ*] Jure divino voluntario. 1, 1. 15.

⁹⁵ *Inuptos concubitus*] Conjunctiones maris, & fœminæ, sine solennibus inter cultiores gentes receptis, quamvis alioquin innoxias. 2, 5. 15.

⁹⁶ *Quosdam eorum*] Concubitus 2, 5. 14.

⁹⁷ *Fœnus*] Quod etiam vulgo contra naturam esse, putarunt. 2, 12. 20.

(tt) Non potui à me impetrare, quin adderem heic vocem illam *justè*, quæ, quamquam in omnibus Edd. desit, omnino excidisse mihi videtur, non minus, quam τὸ *injusitè* vidimus supra, *Cap. 1æ. §. 10.* Postulat additamentum particula *etiam*: ex recepta enim hæctenus lectione sequeretur, secundum diffidentes, bellum fuscipi posse & ex *causâ punitivâ*, & ex *causâ non punitivâ*; quod falsum. Deinde major esset dubitandi ratio, an post bellum susceptum ex *causâ non punitivâ* hostis in hostem puniendi jus habeat, quàm post bellum susceptum ex *causâ punitivâ*: cujus tamen contrarium supponit illud *etiam*, ut quis videt. Debuisset tunc dici *saltem*, non *etiam*. Adde, ut fecimus, *justè*, omnia plana sunt: §

XLIII. I. Tertia, + ut diligenter distinguamus inter principia generalia, + quale est honeste vivendum, + id est, secundum rationem, + & quædam his proxima, sed ita manifesta, ut dubitationem non admittant, quale est alteri suum non rapiendum; & inter ⁹⁸ illationes, quarum aliæ facilem habent cognitionem, ut posito matrimonio ^a + non admittendum ^r adulterium, + aliæ vero difficiliorem, + ut ultionem, ⁹⁹ quæ in dolore alterius acquiescit, esse vitiosam. + Ferme idem hic evenit, quod in mathematicis, ubi quædam sunt notitiæ primæ, aut primis proximæ, quædam demonstrationes, quæ statim & intelliguntur, & assensum obtinent, quædam veræ quidem, sed non omnibus patentem.

2. + Sicut ergo circa leges civiles eos excusamus, qui legum notitiam, aut intellectum non habuerunt, ita & ^b circa naturæ leges ^r par est eos excusari, quibus aut ratiocinationis imbecillitas, + aut prava educatio obstant. + Nam ignorantia legis sicut, ¹⁰⁰ inevitabilis si sit, tollit peccatum; + ita etiam cum aliqua negligentia conjuncta delictum minuit. Atque ideo Aristoteles ^t barbaros, qui prave educati circa talia delinquent, iis comparat, + qui morbo corruptos habent appetitus. Plutarchus ait, esse quædam νοσήματα καὶ πάθη τῆς Ψυχῆς τὰ κατὰ φύσιν ἐξίσταντα τὸν ἀνθρώπον morbos animi, qui hominem de naturali statu dejiciant.

3. Postremo illud addendum, + quod semel dico, ne sæpe repetam, + quæ ad poenam exigendam suscipiuntur bella suspecta esse injustitiæ, nisi scelera sint atrocissima, & manifestissima, + aut alia simul aliqua causa concurrat. De Romanis ^u Mithridates ^t forte non extra verum ajebat: + non delicta regum illos, sed vires, ac majestatem insequi.

XLIV. I. + Perduxit nos ordo ad delicta, + quæ in Deum committuntur; quæritur enim, an ad ea vindicanda bellum suscipi possit, quod late fatis ^x tractat Covarruvias. Sed ille alios secutus + existimat, punitivam potestatem non esse sine proprie dicta jurisdictione: quam sententiam nos jam ante ^y rejecimus. Unde sequitur, sicut in rebus ecclesiæ dicuntur episcopi aliquo ^z

^r L. 38. §.
^{4.} D. ad L.
Jul. de
adult.

^s Mat. x.
^{15.} Luc.
XII. 47. 48.

^t Nicom.
VII. c. 6.

^u Justinus
XXXVIII.
c. 6.

^x Ad C.
Peccatum.
Part. 2. §.
10.
^y §. 40.
^z 3.

fi enim bellum injustè susceptum fuerit, tunc injustitia illa causæ minus mirum efficit, quod jus puniendi desit. J. B.

G R O T I I.

^a Non admittendum adulterium] Adulteria ubique puniri, testatur Philo vita Josephi, (pag. 533. B.) adulterium natura turpe esse Ulpianus l. Probrum 42. D. de verborum significatione. Lactantius in Epitome: corrumpere alienum matrimonium, etiam communi gentium jure damnatur. (Cap. 5.)

^b Circa naturæ leges par est eos excusari, quibus aut ratiocinationis imbecillitas, aut prava educatio obstant] Hieronymus 11. adversus Jovinianum: unaquæque gens hoc legem naturæ putat, quod didicit. (Tom. II. pag. 75. Edit. Basil.)

G R O N O V I I.

⁹⁸ Illationes] Quæ per ratiocinationem, aut consequentiam ex istis colliguntur.

⁹⁹ Quæ in dolore alterius] Quæ nihil aliud spectat, quam ut reddat malum pro malo, dolorem pro dolore.

¹⁰⁰ Inevitabilis si sit] Si nostra culpa non accidat.

¹ Forte non extra verum] Contra Cicero pro Dejotaro cap. 14. Semper regium nomen in hac civitate sanctum fuit; sociorum vero regum, & amicorum, sanctissimum. Mithridates vero ipsis illis exemplis, quæ criminandi ergo adducit, fatis refutatur, Antiocho, Perseo, Jugurtha, & similibus, qui gravissimis, si quis unquam, delictis pop. Rom. odium contraxerant.

aliquo modo τὴν καθολικὴν πεπισεύσθαι id est, ^c *universalis ecclesie curam accepisse*, ita & regibus, ⁺ præter peculiarem suæ civitatis, etiam generalem pro humana societate curam incumbere. ⁺ Potior ratio pro sententia negante, justa esse bella talia, hæc est, ⁺ quod Deus sufficiat vindicandis quæ in se committuntur; unde dici solet, ⁺ *Deorum injurias diis cura*, & ⁺ *perjurium*

^{z.L.2. C.}
^{De rebus}
^{credit.}

² *satis Deum habere ultorem.*

2. Verum, sciendum est, ⁺ idem & de aliis delictis dici posse. Nam illis quoque puniendis Deus haud dubie sufficit, ⁺ & tamen ea ab hominibus recte puniuntur, nemine dissentiente. Instabunt quidam, & dicent, ⁺ alia delicta ab hominibus puniri, quatenus homines alii inde læduntur, aut periclitantur. ⁺ Sed notandum contra, non tantum ab hominibus puniri delicta, ⁺ quæ directe alios lædant, ⁺ sed & quæ per consequentiam, qualis ⁺ sui occisio, ⁺ concubitus cum bestiis, ⁺ & alia quædam.

3. Religio autem ⁺ quanquam per se ad conciliandam Dei gratiam valet, ⁺ habet tamen & suos in societate humana effectus maximos. ⁺ Neque enim immerito Plato religionem propugnaculum potestatis, ac legum, & honestæ disciplinæ vinculum vocat. Plutarchus ^a similiter *συνεκτικὸν ἀπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεσιμα*, *coagulum omnis societatis*, & *fundamentum legislationis*. Philoni quoque ^b est *Φίλτρον ἀνοσιμώτατον καὶ δεσμός ἀλυτῶ ἐυνοίας ἐρωτικῆς ἢ τῆ ἐνός Θεῷ τιμῆ*. *efficacissimum amatorium*, & *vinculum indissolubile benevole amicitia*, ^d *unius Dei cultus*. Contraria omnia ab impietate:

^a *Contr.*
Colot. p.
1185. E.
^b *De Mo-*
narch. p.
818. B.

^c *Heu primæ scelerum causa mortalibus agris,*

^e *Naturam nescire Dei.*

^o *Sil. Itu-*
licæ. IV
794.

Omnis

G R O T I I.

^e *Universalis ecclesie curam accepisse*] Est id in constitutionibus præferentibus nomen Clementis. (Lib. VI. Cap. 14.) Cyprianus epist. XXX. *Omnes enim nos decet pro corpore totius ecclesie, cuius per varias quasque provincias membra digesta sunt, excubare.* (Ep. 36. secundum divisionem Fell.) Et de unitate ecclesie: *episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur.* (Pag. 108. Edit. Fell. Brem.) Exempla hujus curæ universalis passim apud Cyprianum: illustre inprimis epistola LXVII. (LXVIII. divis. Fell.) Adde Chrysostomum in laudibus S. Eustathii.

^d *Unius Dei cultus*] Idem de fortitudine: *αἴτιον τῆς δημοσίας τὸ ἀνώτατον καὶ μέγιστον ἢ περὶ τῆ ἐνός Θεῷ δόξα, ἀφ' ἧς οἱ αἰσθητικῆ καὶ ἀδικιῶν φίλια κέχρηται πρὸς ἀλλήλους: summa, ac maxima concordia causa, de uno Deo sensus, ex quo velut fonte procedit insolubilis, & animos inter se vinciens amicitia,* (pag. 741. D. E.) Josephus autem contra Appionem libro II. τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεῷ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἡθέρῳ ἀφρότων συμφωνίαν ἐπιτελεῖ eandem de Deo habere sententiam, nihilque vita, & institutis inter se discrepare, pulcherrimam in animis hominum concordiam excitat. (Pag. 484. §. 19. Edit. Huds. Tom. II.)

^e *Naturam nescire Dei*] Sic & Josephus adversus Appionem libro altero causas, cur multæ civitates male constitutæ fuerint, has reddit: τὸ μήτε τὴν ἀληθῆ τῆ Θεῷ φύσιν ἐξ ἀρχῆς συνιδεῖν αὐτῶν τὰς νομοθεσίας, μηδ' ὅσον καὶ λαοὺς ἠδυνήθησαν, ἀκριθῆ γνώσιν διορίζοντας, πρὸς τῆτο ποιήσασθαι τὴν ἀληθῆ τῆ πολιτεύματι. Vide & quæ sequuntur ibidem optime, (pag. 491. §. 35.)

G R O N O V I I.

² *Universalis ecclesie*] Non tantum vigilare debere, ne in suam cujusque ecclesiam impietas, aut error irrepat, sed ubicumque illa existunt, quantum in ipsis est, obviam ire, monere, laborare, providere, ut coercerentur.

³ *Deorum injurias*] Tacitus 1, annal. 73.

⁴ *Perjurium satis*] Cicero 2, de legib. 8. *Quis secus faxit, Deus ipse vindex esto.*

⁵ *Sui occisio*] Qua læditur respublica, cui eripitur civis.

⁶ *Concubitus cum bestiis*] Contumeliosus, & injurius in omne genus humanum; de quo licet dicere, quod Ovidius ad amicum, quæ abortivum sumpserat, 2, el. 14. *Si mos antiquis placuisset patribus idem, Gens hominum vitio deperitura fuit.*

⁷ *Amatorium*] Philtrum, medicamentum, quo

Omnis falsa, inquit Plutarchus, ^d + de rebus divinis persuasio perniciofa, ^d *De Seneca* ^e *perfit. P. 164. E.* ^e *Protreptic. Cap. 3. f L. 2. D.* ^f *De Legg. g VII. Polit. c. 8.* ^h *L. 10. §. 2. D. De Just. §. Jure.* ⁱ *De creat. magistr. p. 723. B.* ^k *Cyri instit. lib. VIII. c. 1. l Lib. 1. de Nat. Deor. c. 2. m De fin. IV. c. 5.* ⁿ *Lib. x. §. 150, 151. Ed. Anst.*
 + accedente animi perturbatione perniciosissima. Exstat apud Jamblichum ^e sententia Pythagorica: ἡ γνώσις τῶν θεῶν ἀρετή τε ἐστὶ καὶ σοφία καὶ εὐδαιμονία τελεία: *Dei cognitio & virtus est, & sapientia, & perfecta felicitas.* Hinc Chryssippus legem ^f dixit reginam divinarum, humanarumque rerum; & Aristoteli ^f + inter curas publicas prima de rebus divinis; & Romanis juris ^g *De Legg. g VII. Polit. c. 8.* ^h *L. 10. §. 2. D. De Just. §. Jure.* ⁱ *De creat. magistr. p. 723. B.* ^k *Cyri instit. lib. VIII. c. 1. l Lib. 1. de Nat. Deor. c. 2. m De fin. IV. c. 5.* ⁿ *Lib. x. §. 150, 151. Ed. Anst.*
 dentia ^b divinarum, humanarumque rerum notitia. Philoni ⁱ ars regia ^h *L. 10. §. 2. D. De Just. §. Jure.* ⁱ *De creat. magistr. p. 723. B.* ^k *Cyri instit. lib. VIII. c. 1. l Lib. 1. de Nat. Deor. c. 2. m De fin. IV. c. 5.* ⁿ *Lib. x. §. 150, 151. Ed. Anst.*
 μάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων καὶ ἱερῶν ἐπιμέλεια: *rerum privatarum, publicarum, & sacrarum curatio.*

4. Hæc vero omnia ⁺ non tantum in una aliqua civitate consideranda sunt, ut cum apud Xenophontem ^k Cyrus ait, ⁺ subditos hoc sibi addictiores fore, quo Dei essent metuentiores, sed & in communi societate generis humani. *Pietate sublata, inquit Cicero, ^l + fides etiam, & societas humani generis, & iustia excellentissima virtus iustitia tollitur.* Idem alibi: ^m + *iustitiam adfert, cum cognitum habeas quod sit summi rectoris, & domini numen, quod consilium, quæ voluntas.* Atque hujus rei evidens argumentum est, quod ⁺ Epicurus ⁺ cum divinam ⁺ providentiam sustulisset, ^g + *iustitiæ quoque nihil reliquit nisi nomen inane, ut quam nasci, diceret, ⁹ + ex sola conventione, + neque durare ulterius, quam communis duraret utilitas; abstinendum autem ab his, quæ alteri nocitura essent, + solo pœnæ metu.* Verba ipsius ad hanc rem sane insignia exstant apud ⁺ Diogenem ⁿ Laërtium.

5. Vidit hunc nexum & Aristoteles, qui V. de repub. cap. XI. sic ait de rege: ἡ τῶν φοβῶνται τὸ παθεῖν τι παράνομον ὑπὸ τῶν τοιούτων, εἰάν δεῖσι- *δαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα: minus enim populus timebit injuste tractari a principe, + quem religiosum credat.* Et Galenus libro IX. de placitis Hippocratis, & Platonis, cum multa de mundo, divinaque natura quæri dixisset, ¹⁰ nullo ad mores usu, ⁺ quæstionem de providentia agnoscit usum esse maximi tum ad privatas, tum ad publicas virtutes. Vidit & hoc Homerus, qui Odyssæx ^o sexto, & ^p octavo, hominibus ὑβρισταῖς καὶ ἀγροῖς, ⁺ *se-* *rus, & injustis, opponit eos, quibus νόστος ἐστὶ θεοδής, mens religiosa.* Sic Judæorum veterum ^h iustitiam religione permixtam laudat ex Trogo ^q + Justinus; ^{c. 2.}

amor conciliari creditur. Seneca ep. 19. Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius maleficæ carmine: ut ameris, ama.

G R O T I I.

[Inter curas publicas prima de rebus divinis]
 Ad quarum cognitionem Imperatores vocans *Justinus Martyr* addit: βασιλικὸν ἀνεῖ τῷτο ἔργον εἶν' erit hoc opus sane regium. (Apolog. II. Cap. 8. pag. 23. Edit. Oxon. 1703.) Adde quæ habet *Convarruvia* in c. peccatum, Part. 2. §. 10.

[g Iustitiæ quoque nihil reliquit nisi nomen inane]
Seneca epist. XCVII. Illic dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit, nihil iustum esse naturæ, & crimina vitanda esse, quia vitari metus non possit.

[h Iustitiæ religione permixtam] Philo vita

Abrahami: τῆς αὐτῆς φύσεως ἐστὶν εὐσεβῆ τε εἶναι καὶ φιλόφραπον, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν ἐκότερον ὁσιότης μὲν πρὸς θεὸν, δικαιοσύνη δὲ πρὸς ἀνθρώπων θεωρεῖται: ejusdem est naturæ, religiosum esse, & hominum amantem: apud eundem spectantur pietas in Deum, & in homines iustitia. (pag. 378. D.)

G R O N O V I I.

[8 Providentiam sustulisset] Quia statuebat, Deum nullam rerum humanarum curam agere.

[9 Ex sola conventione] Ex pactione cœventium in civitatem.

[10 Nullo ad mores usu] Quæ ingenia tantum curiosa oblectarent; nihil autem juvarent vitam civilem.

stinus; sicut eisdem Judæos Strabo *δικαιοπραγούνας καὶ εὐσεβεῖς ὡς ἀληθῶς ὄντας*. Lactantius: *si ergo pietas est cognoscere Deum, cujus cognitionis hæc summa est ut eum colas, + ignorat utique justitiam, qui religionem Dei non tenet.*

Quomodo enim potest eam nosse, qui unde oriatur ignorat? Idem alibi: *religionis est propria justitia.*

6. Jam vero majorem etiam usum habet religio + in ¹¹ majori illa, + quam in civili societate, quia in civili + partem ejus suppleant leges, + & facilis legum executio: cum contra + in magna illa communitate + juris executio sit difficillima, + ut quæ nisi armis expleri nequeat, + & leges paucissimæ: quæ ipsæ insuper + sanctimoniam suam habent præcipue ¹² a metu numinis; unde + qui in jus gentium peccant, divinum jus violare passim dicuntur. Non male ergo, + religionem contaminatam ad omnium pertinere injuriam, dixere Imperatores.

u L 4. G.
de heresi-
c. 7.

XLV. I. Ut rem totam penitus introspeciamus, notandum est, + religionem veram, quæ ¹³ omnium ætatum communis est, + quatuor præcipue ¹⁴ pronuntiatis niti; quorum primum est, + Deum esse, + & esse unum: secundum, + Deum nihil esse eorum, quæ videntur, sed his aliquid sublimius: tertium, + a Deo curari res humanas, + & æquissimis arbitriis judicari: quartum, + eundem Deum opificem esse rerum omnium extra se. Hæc quatuor totidem decalogi præceptis explicantur.

2. Nam + primo aperte traditur Dei unitas: + secundo, natura ejus in- conspicua: + nam propter eam imago ejus exstrui vetatur Deut. IV. 12. Quomodo & i Antisthenes dicebat: *ὀφθαλμοῖς ἔχ' ὁραῖται, ἔσθ' ἐοικέν, διόπερ αὐτὸν ἔδειξ' ἐκμαθεῖν ἔξ' εἰκόν' ὄνταται* oculis non conspicitur, rei nulli est similis, unde nec quisquam eum potest ex effigie cognoscere. ^k Philo autem: *τοῦ ἀόρατου εἰκονογραφεῖν ἢ διαπλάσσειν ἔχ' ἔσιον* profanum est, ejus, qui in- conspicuus est, pingendo, aut fingendo imaginem exhibere. Diodorus Siculus * de Mose: *ἀγάλμα εἰκατοσκευάσθη διὰ τὸ μὴ νομίζεω ἀνθρώπων μορφῶν εἶναι τὸν Θεόν* ^l simulacrum non constituit, eo quod Deum non crederet humana forma esse. ^y Tacitus: *Judei mente sola, unumque numen intelligunt: profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in speciem hominum effingunt.* Plutarchus vero, cur ^m Numa de templis simulachra sustulerit, causam hanc ^z reddit:

* Excerpt.
lib. XL.

y Hist. v.

z Pag.

65. B. vit.

Num.

GROTII.

i Antisthenes] Laudatus Clementi Alexandrino. (Cap. VI. pag. 66. Ed. Oxon. ubi tria priora verba defunt.) Ex illo videtur hoc promississe Seneca lib. VII, c. 30. naturalium questionum: ipse, qui ea tractat, qui confidit, qui totum hoc fundavit, debetque circa se, majorque est pars operis sui, ac melior, effugit oculos, cogitatione vitendus est.

k Philo autem] Dicit hæc apud Philonem rex Agrippa, (pag. 1032.)

l Simulacrum non constituit] Dion lib. XXXVI. (pag. 41. E. Ed. H. Steph.) *ἂν ἀγάλμα εἶναι ἐν αὐτοῖς ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔχον' ἀρίστον δὲ κατὰ αἰὸν αὐτὸν νομίζοντες εἶναι*, &c. nec ullum Hierosolymū simulacrum habebant, quod Deum, crederent,

neque conspici, neque verbis explicari posse. Vide & Strabonem libro XVI. (pag. 761.)

GRONOVII.

11 Majori illa] Omnium hominum inter secula.

12 A metu numinis] Propter jusjurandum, quo solent sanciri fœdera.

13 Omnium ætatum] Ante Moysen, Mosaicæ, & Christi.

14 Pronuntiatis] Principiis, fundamentis. Infra notiones, & notitiam vocat.

GROTII.

m Numa] De hoc Numæ instituto vile & Dionysium Hæcarnassensem. (Nihil habet hæc de re

ως οὐκ ἐφάπτεσθαι Θεῷ δυνατόν ἄλλως ἢ νοήσει· quod Deus concipi nisi sola mente non possit. Tertio præcepto intelligitur + cognitio, & cura rerum humanarum, + etiam cogitationum: + nam id jurisjurandi fundamentum est. + Deus enim testis etiam cordis, + & si quis fallat, vindex invocatur; + quo ipso simul & iustitia Dei significatur, + & potentia. Quarto, + origo mundi totius auctore Deo, ¹⁶ + in cujus rei memoriam institutum fuit olim sabbatum, ¹⁷ & quidem singulari quadam sanctimonia supra ritus alios. Nam si quis in alios ritus peccasset, + poena legis erat arbitraria, ut de cibis vetitis; si in hunc, poena capitis: + quia ¹⁸ sabbathi violatio ex instituto continebat abnegationem mundi a Deo creati. Mundus autem a Deo creatus + & bonitatem ejus, + & sapientiam, + & æternitatem, + & potentiam tacite indicat.

3. Ex his autem ¹⁷ notionibus contemplativis sequuntur ¹⁸ activæ, ut + Deum honorandum, amandum, colendum, + eique obtemperandum. Itaque ^a Aristoteles eum, qui Deum honorandum, aut parentes amandos neget, + non argumentis, sed poena edomandum, dixit. Et ¹⁹ alibi ^b alia ^{11.} quædam esse honesta, + Deum honore prosequi ubique. Istarum autem, ^b ^{Ibid. L.} + quas contemplativas diximus, notionum veritas haud dubie etiam + petitis ^{11. c. 11.} ex rerum natura argumentis demonstrari potest; inter quæ illud validissimum est, + quod res aliquas esse factas ostendat sensus, res autem factæ omnino nos ²⁰ ad aliquid non factum deducant. Sed quia hanc rationem, + & similes alias non omnes capiunt, + sufficit quod ab omni ævo, per omnes terras, + paucissimis exceptis, in has notiones consenserunt, + & hi, qui ²¹ crassiores erant, quam ut vellent fallere, + & alii sapientiores, quam ut ²² fallerentur: ° quæ consensus in tanta & legum, & opinionum aliarum varietate

re eximius ille Antiquitatum Romanarum Scriptor. Debet Auctor noster CYRILLO, contra Julian. Lib. VI. pag. 193. Edit. Spanhem. sed qui videtur ex errore Dionysium Halicarnassensem pro alio laudasse: nam putat, Numam è Philosophia Pythagorica hoc institutum hausisse; quum Dionysius Halicarnassensis, Lib. II. Cap. 59. ostendat, Pythagoram quatuor ætatibus post Numam vixisse, adeoque hunc illius discipulum esse non potuisse. J. B.)

n In cujus rei memoriam institutum fuit olim sabbatum] Scriptor responsum ad orthodoxos, ad quæstionem LXIX. ἵνα ἐν Φυλαχῆ ἡ μνήμη τῆς τῶ κόσμῳ ποιήσεως ἐν ταῖς ἀνθρώποις, δια τῆτο τιμωτέρον τῶν ἄλλων εὐρίσκω ἕταξε τὸν ἑπτὰ ἡμέρων ἐν τῇ θεῖα γραφῇ ut ergo memoria mundi conditi inter homines servaretur, ideo voluit Deus septenarium numerum in sacris literis eminere ceteris honoratorem. Vide & quæ præcedunt. (Inter Opera Justini Martyr. p. 336. Ed. Sylburg.)

G R O N O V I I.

15 Et quidem singulari] Ut ad id observandum majori necessitate constringerentur Hebræi, quam ad alia multa religionis officia.

16 Sabbathi violatio] Quippe quod esset introductum in memoriam Dei quiescentis ab opere creationis.

17 Notionibus contemplativis] Sententiis, & effatis, quæ opinionem, & existimationem de natura, & majestate Dei rectam inculcant.

18 Activæ] Quæ opus nobis indicunt, atque imperant.

19 Alibi alia quædam] Apud quosdam honesta, & sine vitio haberi, quæ sint alibi turpia: ut apud Persas sputum, vel lotium in mare, aut amnem mittere. Videnda præfatio Cornelii Nepotii.

20 Ad aliquid non factum] Quia non datur progressus in infinitum, oportet esse aliquam causam sine causa.

21 Crassiores] Non tam celeris, atque acuti ingenii, ut eos credi possit ementitos esse, quæ minoribus tradiderunt tanquam a majoribus accepta.

22 Fallerentur] Paterentur se decipi, & illud ab illis, quos suspicari poterant ea commentos esse.

G R O T I I.

10 Quæ consensus] Tertullianum adversus Marcionem

rietate satis ostendit, + traditionem a primis hominibus ad nos propagatam, + ac nunquam solide refutatam; quod vel solum ad fidem faciendam satis est.

^c Orat.
XII. pag.
205. Ed.
Morrell.
^d In: A-
mator. P.
756. B.

^e De caelo.
I. c. 3.

^f Pag.
887. D.E.
Tom. II.
Ed. H.
Steph.

^g Hebr.
XI, 6.

^h De nat.
Deor. I.
c. 2.

ⁱ Enchir.
c. 28.

4. + Conjunxit ea, quæ memorata nobis jam sunt de Deo, ^c Dion Prusseensis, cum dixit, ὑπόληψιν, id est, persuasionem de Deo, aliam esse nobis cognatam, ²³ ex argumentis scilicet petitam, aliam ἐπίκτητον acquisitam ex traditione. Plutarchus ^d eandem vocat παλαιὰν πίσιν, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἢ δ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον, ἔδραν καὶ βάσιν ὑφεσῶσαν κοινὴν πρὸς εὐσεβείαν: antiquam persuasionem, quæ nullum haberi possit, aut dici argumentum certius, fundamentum in commune pietati positum. ^e Aristoteles: πάντες ἀνθρώποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν. + Idem sensus apud Platonem ^f de legibus decimo.

XLVI. I. Quare + non vacant culpa qui, ²⁴ + etiamsi hebetioris sint ingenii, quam ut certa ad illas notiones argumenta aut reperire possint, aut comprehendere, eas repudiant, + cum & ad honestum sint duces, + & diversa sententia nullis argumentis nitatur. + Sed quia de pœnis, & quidem humanis, agimus, discrimen hic adhibendum est + inter notiones ipsas, & inter ²⁵ modum ab iis discedendi. Hæ notiones, + numen aliquod esse (+ unum, an plura, sepono) & curari ab eo res hominum, maxime sunt universales, & + ad religionem, sive veram, sive falsam, constituendam omnino necessariæ. ^g τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, (id est, qui religionem habeat: nam religio Hebræis accessus ad Deum vocatur) πισεῦσαι δεῖ ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται: eum credere oportet ^h esse Deum, ^h ab eo præmia dari se colentibus.

2. Similiter ^b Cicero: Sunt philosophi, ^h fuerunt, qui nullam habere censuerent humanarum rerum procuracionem Deos, quorum si vera sententia est, quæ potest esse pietas, quæ sanctitas, quæ religio? hæc enim omnia pure, ac caste tribuenda Deorum ita munimi sunt, si animadvertuntur ab his, ^h si est aliquid a Diis immortalibus humano generi tributum. Epictetus: ⁱ τῆς περὶ τοῦς θεοῦς εὐσεβείας ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὁρθὰς ὑποληψεῖς περὶ αὐτῶν

cionem: anime a primordio conscientia Dei dos est. (Lib. I. c. 10.) Φυσικὴ εὐσεβεία, pietas naturalis, Diodoro Siculo in fragmentis, (c. Lib. XXIII. Eclog. 11.) Philo de unius imperio: ἄδὴν τεχνικῶν ἔργων αὐτοματιζέται. τεχνικῶτα: ^θ δὲ ἡ κόσμος, ὡς ὑπὸ τῷ ^θ τὴν ἐπιστήμην ἀγαθὴ καὶ τελειότητα πάντων δεικνυμένη. τῶν τῶν τρόπον ἐν-
ωικὴν ἐκδομεν ὑπάρξεν Θεῶ. nihil artem præferens cogit oritur. Maximam autem artem mundus præfert, testaturque, a summe perito, summeque perfecto se fabricatum. Notitia, qua Deum esse credimus, hinc ortum habet. (Pag. 815. E.) Tertullianus adversus Marcionem I. (Cap. 18.) Nos defendimus, Deum primum natura cognoscendum; acinde doctrina recognoscendum: natura ex operibus, doctrina ex prædicationibus. Cyprianus de idololorum vanitate, (Cap. 5. num. 9. Ed. Cellar.) hæc est summa delicti, nolle agnoscere quem ignorare non possis. Julianus ad Heraclium: πάντες ἀδιδακτως εἶναι θεῖον τι πεπίσμεθα, καὶ πρὸς τῶν ἀφορῶν ἐπ' αὐτὸ τε οἴμαι σπεύδειν. ἔγω διατιθέμενοι τὰς

λυχὰς πρὸς αὐτὸ, ὡς περ οἱμαὶ πρὸς τὸ Φῶς τὰ βλέποντα. omnes ante doctrinam numen aliquod esse, persuasi sumus, eò respiciendum, ad eum properandum: credoque sic animos nostros se habere ad Deum, ut visu prædita ad Lucem. (Orat. VII. p. 209. C. Ed. Spanhem.)

G R O N O V I I.

²³ Ex argumentis] Quæ cuivis ratione utentia sunt in promptu.

²⁴ Etiam si hebetioris] Quod alioqui eos videtur excusare n. 31. Peccant enim arrogantia, & nimia fiducia sui, dum spreto & majorum, & omnium aliorum iudicio, putant sibi non credendum, quod mathematica demonstratione sibi probare nequeunt.

²⁵ Modum ab iis discedendi] Quatenus progrediantur, qui vel omnes, vel aliquas harum notionum negant, aut in dubium vocant.

G R O -

τῶν ἔχειν, ὡς ὄντων καὶ διοικόντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως: Pietatis hoc præcipuum, bene sentire de Diis, ut qui $\text{\textcircled{E}}$ sint, $\text{\textcircled{E}}$ res omnes iuste, ac recte administrant. *Ælianus ait, * barbarorum neminem delapsum ad ἀθεότητα, sed ab omnibus affirmari, p & esse numen, & nostri curam gerere.* Plutarchus, libro de communibus notitiis, ait, eam, quæ de Deo est, notitiam tolli, ¹ sublata providentia: *ὄν γὰρ ἀθάνατον καὶ μακάριον μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλόανθρωπον καὶ κηλεμονικόν καὶ ὠφέλιμον, προλαμβάνεσθαι καὶ νοεῖσθαι τὸν θεόν non enim immortalem tantum, $\text{\textcircled{E}}$ beatum, sed $\text{\textcircled{E}}$ hominum amanti, ita ut $\text{\textcircled{E}}$ curet eos, $\text{\textcircled{E}}$ proficit ipsis, concipi, atque intelligi Deum.* Lactantius: *m neque honor ullus deberi potest Deo si nihil præstat colenti, nec ullus metus si non irascitur non colenti.* Et revera negare Deum esse, aut negare a Deo curari actiones humanas, + si ²⁶ moralem effectum respicimus, tantundem valet.

3. Quare + ipsa quasi necessitate auctore hæ duæ notiones q apud omnes ferme, quos novimus, populos, per tot jam sæcula, conservatæ sunt. Hinc Pomponius * erga Deum religionem juri adscribit gentium: & apud Xenophontem, ° Socrates τοὺς θεοὺς σέβειν, Deos colere legem esse, ait, quæ apud omnes homines valeat: quod & Cicero tum de natura Deorum libro p primo, tum secundo de inventione q affirmat. Dion Prusæensis r oratione XII. vocat δόξαν καὶ ἐπίνοιαν κοινὴ τοῦ ζῦμπαντ $\text{\textcircled{E}}$ ἀνθρωπίνου γένους, ὁμοίως μὲν Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ βαρβάρων, ἀναγκαίαν καὶ ἐμφυτον ἐν παντί τῷ λογικῷ γινομένην κατὰ φύσιν persuasionem, quæ insit hominibus communitèr omnibus, non minus barbaris, quam Græcis, necessariam, ac naturalem cunctis ratione utentibus. Et paulo post: πάντων ἰσχυρὰν καὶ αἰώνιον ἐκ τοῦ παντός χρόνον καὶ παρὰ πάσι τοῖς ἔθνεσιν ἀρχαμένην τε καὶ διαμένουσαν persuasionem valde robustam, ac sempiternam apud omnes gentes, $\text{\textcircled{E}}$ captam, $\text{\textcircled{E}}$ permanentem. Xenophon in convivio s & Græcos, & barbaros ita, ait, existimare, + nota esse Diis & præsentia, & futura.

4. + Has igitur notitias qui primi incipiunt tollere, + sicut in bene constitutis civitatibus coerceri solent, + ut ²⁷ Diagoræ Melio accidisse legimus, + & Epicureis, qui ex bene moratis urbibus ejecti sunt, r ita & coerceri posse,

G R O T I I

p *Et esse numen, $\text{\textcircled{E}}$ nostri curam gerere] Seneca epistola XCV. Primus est deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est.*

q *Apud omnes ferme, quos novimus, populos] Seneca epist. CXVII. Tanquam Deos esse inter alia sic colligimus, quod omnibus de Diis opinio insita est: nec ulla gens usquam est adeo extra leges, mare si que projecta, ut non aliquos deos credat. Idem de Beneficiis IV, 4. nec in hunc furorem omnes mortales consensissent alloquendi sive numina, $\text{\textcircled{E}}$ inefficaces Deos, &c. Adde Platonem Protagora, (pag. 322. Tom. I.) & decimo de legibus, (p. 387. D. E. Tom. II.) & pulchra, quæ habet Jamblicus post principium de mysteriis Ægyptio-*

rum, ubi Deum nosse ita homini, ait, proprium, ut hinnitum equo.

G R O N O V I I.

26 *Moralem effectum] Si consideremus, quid ex utraque sententia in moribus, & vita sequatur: nempe ut nullo metu Dei, sive quod non sit, sive quod non curet res humanas, in scelera, & flagitia sint audaciores.*

27 *Diagoræ Melio] Cicero I. de natura Deor. 42. & ejusdem operis 3, 37.*

G R O T I I

r *Ita $\text{\textcircled{E}}$ coerceri posse, arbitror, nomine hujus a-næ societatis] Moxus Lydus Crambi urbis inha-*

k Tit. II. c. 31.

1 Pag. 1075. E. Add. Lacf. de Ira Dei c. 9.

m De Ira Dei, c. 6.

n L. 2. D. de Just. $\text{\textcircled{E}}$ jure. o Meno-rab. IV. 4. num. 19. Eik. Oxon. p Cap. 16. q Cap. 22. r Pag. 201.

s Cap. 4. §. 47.

† Apud
Photium,
Cod. 243.
col. 1083.
Ed. Ro-
thom.

posse, arbitror, nomine humanæ societatis, quam sine ratione probabili violent. Himerius Sophista actione in Epicurum: *δ'όγματ' ἐν ἀπαιτείς δικαίαις; οὐκ, ἀλλ' ἀσεβείας δ'όγματιζέιν μὲν γὰρ ἔξ'όν, ἀσεβείν δὲ οὐκ ἐπιτέτραπται* placiti igitur penam exigis? neutiquam, sed impietatis; placita tradere permittitur, non pietatem oppugnare.

XLVII. 1. + Cæteræ notiones + non æque sunt evidentes, ut Deos plures uno non esse: + nihil eorum, quæ videmus, Deum esse, ²⁸ non mundum, + non cælum, + non solem, + non aërem: + mundum non esse ab omni æternitate, + ac ne ejus quidem materiam, sed a Deo facta. Itaque harum cognitionem temporum lapsu + apud multos populos ²⁹ obliteraram, & quasi extinctam videmus; eoque facilius, + quia leges hanc partem minus curabant, + ut sine qua ³⁰ aliqua saltem consistere religio posset.

u Roman.
I, 25.

2. + Ipsa lex Dei illi populo data, quem Prophetæ, & prodigia partim conspecta, partim non dubitandæ auctoritatis fama ad ipsos perlata, + cognitione harum rerum nec obscura, nec incerta imbuerant, + quanquam falsorum Deorum cultus maxime detestatur, + non tamen omnes ejus culpæ convictos morte punit; + sed eos demum, ³¹ quorum facta circumstantiam habent singularem, + ut eum, qui princeps alios seduxerit. Deut. XIII, 1, 6. + civitatem, quæ incepit colere Deos ante ignotos, Deut. XIII, 12, 13. + eum, qui astra colit, ut legem totam, ac proinde Dei veri cultum deserat, Deut. XVII, 2. (quod Paulo ^u est *λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα*, ^s + *opificio servire, non opifici*: nam *παρὰ* ibi, & alibi sæpe vim habet exclusivam) quæ res etiam apud ³² Esavi posteros aliquo tempore pœnis fuit subdita, ut videre est Jobi XXXI, 26. 27. + eum quoque, qui liberos Moloch, id est, Saturno dederit, Lev. XX, 2.

x Leg. ad
Cijum. p.
1031. B.

3. Cananæos vero, & vicinos illis populos pridem delapsos ad pravas superstitiones + non statim Deus puniendos judicavit, sed tum demum, cum hanc culpam magnis sceleribus cumulassent, Gen. XV, 16. Sic & in aliis populis + dissimulavit ignorantix tempora circa falsorum numinum cultus, + Actor. XVII, 30. Nimirum, recte a Philone ^x dictum est, religionem suam

bitatores obsidione captos merfit omnes *εἶον ἀβίαις*, ut qui Deum nullum nossent, colerentve. Nicolaus Damascenus in excerptis Peirescianis. (pag. 442.)

^s *Opificio servire, non opifici*] Philo ad decalogum de talibus: *εἰσὶ δ' αἱ καὶ προσυπερβάλλουσιν ἀσεβεία, μὴδὲν τῶν ἰσῶν μεταδιδόντες, ἀλλὰ τοῖς μὲν τὰ πάντα τῶν ἐπὶ τιμῇ χαρίζομενοι, τῷ δ' ἑδὲν νέμονται, ἀλλ' ἑδὲ μνήμης τὸ κοινώτατον ἀξιοῦνται. ἐπιλήθονται γὰρ ἢ μόνον προσῆκον ἢ μεμνηθῶσαι, ἐπιτηδύοντες οἱ βαρδοαίμονες ἐκείτων λήσων, &c. sunt autem alii, quorum ulterius impietas procedit, qui ne paria quidem Deo, & operibus ejus tribuant, sed quicquid honoris excogitari potest his exhibent, illud communissimum bonum nulla memoratone dignantes, id prætereunt, quod solum meminisse debuerant, sponte miseri sibi accersentes questitam oblivionem, (pag. 753. A. B. Ed. Paris.) Sic locum Deutero-*

nomii interpretatur Maimonides Directore III, 41.

G R O N O V I I.

²⁸ *Non mundum*] Quem tamen Deum esse; argutiis quibusdam & Zeno colligebat. Cic. 2, de Nat. Deor. 8.

²⁹ *Obliteraram, & extinctam*] Quum sine dubio primi homines & ab Adamo, & a Noncho cas acceperint.

³⁰ *Aliqua saltem*] Qualem notum est penes omnes fere paganos publice fuisse.

³¹ *Quorum facta*] Quorum error in religione gravius aliquid, & detestabile secum traheret.

³² *Esavi posteros*] Videtur censuisse, Jobum esse illum *Jabubam*, qui nominatur inter reges Edomitarum, Genes. 36, 33. & 34. Adde *Voss.* de idolol. 2, 3.

G R O

suam cuique videri optimam, + ut ³³ quæ plerumque non ratione, sed affectu dijudicetur: unde non longe abest dictum Ciceronis, ⁷ nemini ullam disciplinam philosophiæ probari, + præter eam, quam ipse sequatur. Addit, + plerisque ³⁴ teneri adstrictos antequam quid esset optimum judicare possent.

4. + Sicut autem excusabiles sunt, + & ab hominibus certe non puniendi, qui + cum legem a Deo profitam nullam acceperint, + aut aſtrorum, aut aliarum rerum naturalium virtutes, aut spiritus, sive in + imaginibus, + sive in animantibus, + sive in rebus aliis colunt, + aut etiam animas eorum, qui virtute, & ³⁵ beneficiis in humanum genus excelluerunt, + aut ³⁶ mentes quasdam incorporeas, + præsertim si nec ipsi tales cultus commenti fuerint, + nec summi Dei cultum ideo deferant; ita + impiis magis, quam errantibus annumerandi sunt, qui aut cacodæmonas, quos tales esse norunt, aut ³⁷ vitiorum nomina, + aut homines, quorum vita fuit flagitiis plena, divinis honoribus colere instituunt.

5. Nec minus illi, + qui deos colunt hominum innocentum sanguine, a quo more quod Carthaginenses abstinere coegerit, laudatur ^u Darius ^z Persarum rex, & + Gelo ^a Syracusarum tyrannus. Narrat & Plutarchus, ^b barbaros quosdam, qui humanis victimis deos colebant, + pœnas duros Romanis fuisse: sed cum antiquitate moris se excusarent, nihil mali passos: ³⁸ vetitos tantum, nequid in posterum tale facerent.

XLVIII. I. + Quid de aliis armis dicemus, quæ inferuntur populis aliquibus, eam ob causam, quod illi Christianam religionem sibi propositam amplecti nolunt? Non jam quæram, + an ³⁹ talis proponatur, qualis debet, & quomodo debet. + Demus, ita fieri: duo notanda dicimus. Prius est, veritatem Christianæ religionis, + quatenus scilicet ⁴⁰ naturali, ac primævæ religioni non pauca superaddit, + argumentis mere naturalibus persuaderi non posse, + sed niti historia tum resurrectionis Christi, + tum miraculorum ab ipso, & Apostolis editorum: quæ res est facti, + olim quidem irrefragabilibus testimoniis probata, + sed olim, ita ut & hæc quæstio + facti sit, + & jam perantiqui. Quo magis fit, ut doctrina hæc ab his, qui nunc primum eam audiunt,

G R O T I I.

¹ t Nec summi Dei cultum ideo deferant] Sic victimas ab Ægypti regibus, ab Augusto, a Tiberio in templum admiserunt Judæi. Docent id & Josephus, & Philo, (de Legat. ad Cæs. p. 1036. C. Verum illi Reges, & Principes. non propterea Deum Judæorum, ut unicum, & summum, agnoscebant; eadem sacra cuius alii Numini oblati. J. B.)

^u Darius] Hytaspis filius, Xerxis pater. Confer quæ supra §. XLI.

G R O N O V I I.

³³ Quæ plerumque] In qua æstimanda pars maxima non sequitur id, quod rectissimum est, Tom. III.

sed quo adfuevit, quod imbibit, & cepit adamare. ³⁴ Teneri adstrictos] Implicitos errori.

³⁵ Beneficiis in humanum] Cic. 2. de Legib. 8. Ollos, quos endo cælum merita vocaverunt, Herculem, Liberum, Æsculapium, Pollucem, Quirinum.

³⁶ Mentis quasdam] Angelos, genios.

³⁷ Vitiorum nomina] Ut Dicæarchus Philippi præfectus, qui missus a rege ad Cycladas insulas subigendas in portu duas aras posuit, alteram Ἀρεβίας, alteram Παρνασσίας. Polyb. lib. 17. pag. 772.

³⁸ Vetitos] Ut Druidæ a Claudio, Sueton. 25.

³⁹ Talis proponatur] Pura, & sincera, nec superstitionibus pravis polluta.

⁴⁰ Naturali, ac primævæ] Notionibus illis, quas n. 45. enarravit.

R r

G R O

⁷ Acad. IV. c. 3.

^z Just. L. XIX. c. 1. ^a Plutarch. apopib. p. 175. A. ^b de sera num. vind. pag. 512. A.

^b Quæst. Rom. 83.

audiunt, + penitus in animum admitti nequeat, nisi ⁴¹ secretis Dei auxiliis accedentibus, quæ sicut quibus dantur non dantur ⁴² in operis alicujus mercedem, ita si quibus negantur, aut minus large conceduntur, id fit ob causas non iniquas illas quidem, sed plerumque ⁴³ nobis incognitas, + ac proinde humano judicio non punibiles. Huc respicit + canon concilii Toletani:

^c Cap. 5.
de Judæis.
dist. 45.

^c Præcepit sancta synodus, + nemini dei c ps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miseretur, & quem vult indurat. Mos enim est factorum librorum, y quarum rerum causæ nos latent, eis causam assignare divinam voluntatem.

2. + Alterum hoc est, + Christo novæ legis auctori omnino hoc placuisse, ut ad legem suam recipiendam + nemo hujus vitæ poenis, aut earum metu pertraheretur, Rom. VIII, 15. Hebr. II, 15. Joan. VI, 67. Luc. IX, 55. Matth. XIII, 29. quo sensu verissimum illud Tertulliani: ⁴⁴ + Lex nova non se vindicat (uu) ultore gladio. In ⁴⁵ libro antiquo, cui nomen Constitutiones

^d Lib. vi.
Cap. 22.

^d Clementis de Christo, dicitur: τὸ αὐτεξούσιον τῶν ἀνθρώπων ἀφῆκεν ἐλεύθερον, & προσκαίρω θανάτου δικάζων, ἀλλ' ἐν ἑτέρῃ καταστάσει λογοφτεῶν αὐτῷ. liberam reliquit hominibus arbitrii potestatem, non morte temporali eos puniens, sed in altero sæculo ad reddendam rationem vocans. ^a Athanasius: Dominus non cogens, sed libertatem suam voluntati permittens, dicebat quidem vulgo omnibus: Si quis vult venire post me; Apostolis vero: ^b nunquid & vos abire vultis? Chrysostomus ad eundem ^e Johannis locum: ἐρωτᾷ λέγων, μή καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; ὅπερ πᾶσαν ἢν ἀφαιρῶντ' βίαν καὶ ἀνάγκην. interrogat, an & ipsi velint discedere? quod omnem est amoventis vim, ac necessitatem.

^e Tom. II.
pag. 751.
Ed. Savil.

3: Nec obstat illud ⁴⁶ + in fabula de nuptiis, + quod quidam jubentur cogi

G R O T I I.

^x Nemini deinceps ad credendum vim inferre] Josephus ita censet δειν ἕκαστον ἀνθρώπων κατὰ τὴν ἐαυτοῦ προαίρεσιν θεῶν ἐπιθεῖν, ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας; debere quemque libero animi proposito Deum colere, non vi coactum. (In Vit. sua, p. 11. §. 23. Ed. Hudf. Tom. II.)

y Quarum rerum causæ nos latent, eis causam assignare divinam voluntatem] Servius ad initium III. Æneidos, (vers. 2.) Quotiescunque ratio, vel judicium non apparet, sic visum interponitur. Sic & Donatus ad actum V. scena 11. Eunuchi, (vers. 36.) Atque in eum sensum poni Hebræum ΣΩΠ notat Abarbanel.

z Christo novæ legis auctori omnino hoc placuisse, ut ad legem suam recipiendam nemo hujus vitæ poenis, aut earum metu pertraheretur] Tractat hoc Gregorius Nazianzenus oratione Cum assumptus est a Patre: & Beda lib. I. c. 26. Idorus de Siebuto rege: Qui in initio regni sui Judæos ad fidem Christianam permovens, emulationem quidem Dei habuit, sed non secundum scientiam; potestate enim compulsi, quos provocare oportuit fidei ratione. (Pag. 224. Edit. Vulcan.) Transcripsit hoc in historiam Rodericus II, 13. Posteriores in Hispania reges eodem nomine culpant Qserius,

& Mariana; quem vide XXVI, 13. XXVII, 5. ^a Athanasius] Epistola ad solitarios. (Tom. I. pag. 855. A.)

^b Nunquid & vos abire vultis?] Cyprianus epistola LV. Conversus ad Apostolos suos dixit: nunquid & vos vultis ire? servans scilicet legem, qua homo libertati suæ relicto, & in arbitrio proprio constitutus, sibi met ipse vel mortem appetit, vel salutem. (Epist. 59. divis. Fell.)

G R O N O V I I.

⁴¹ Secretis Dei auxiliis] Instinctu Spiritus Sancti.

⁴² In operis alicujus] Dantur mera Dei indulgentia.

⁴³ Nobis incognitas] Quas sibi reservat Deus, nec notas hominibus reddit.

⁴⁴ Lex nova] Evangelium, fides in Christum.

⁴⁵ Libro antiquo, cui nomen] Est enim, si non omnis, certe magnam partem supposititius.

⁴⁶ In fabula] Parabola.

(uu) Ita legitur locus, quem in animo habuit Auctor: Nam virtus lex ultione gladii se vindicabat. . . . nova autem lex clementiam designabat. Advers. Judæos, Cap. 3. J. B.

G R O T I I.

cogi intrare, Luc. XIV, 23. nam sicut in ipsa fabella illud cogere ° 47 + instantiam vocatoris significat, ita & in affabulatione, quo sensu vox ejusdem significationis accipitur Luc. XXIV, 29. nec aliter Matth. XIV, 22. Marc. VI, 45. Gal. II, 14. Procopius in arcanæ historię parte docet, a sapientibus culpatum fuisse d Justiniani consilium, quod Samaritas vi, ac minis ad Christianam religionem compulerit: addit & incommoda inde secuta, quæ apud ipsum legas.

XLIX. 1. + Qui vero Christianismum docentes, aut profitentes, eam ob causam pœnis subdunt, haud dubie faciunt contra ipsam rationem; nihil enim est in disciplina Christiana + (ipsam hic per se considero, non + quatenus ei insincerum aliquid admiscetur) + quod humanæ societati noceat, immo nihil, quod non proficit. Res ipsa loquitur, & extranei coguntur agnoscere. 48 Plinius Christianos sacramento inter se obstringi, ait, ne furta, ne latrocinia committant, ne fidem fallant. e Ammianus f ea religione nihil, ait, doceri nisi justum, & lene. Et + vulgi verbum, g Bonus vir Cajus Sejus, 49 tantum quod Christianus. + Nec admittendæ excusationes, nova omnia metuenda, præsertim cœtus: + nam neque metuenda sunt dogmata quamvis nova, si modo ad honesta omnia, + atque ad exhibendam superioribus obedientiam ducant, + nec suspecti esse debent 50 cœtus proborum hominum, + & qui latere non quærunt nisi cogantur. Recte huc aptem quod Augustum de Judæorum conventibus dixisse, f Philo commemorat: non eos 51 bacchanalia esse, aut cœtus turbandæ paci, sed virtutum scholas.

f Lib.
XXII.C.II.
g Tert.
Apol. c. 3.
§ 1. ad
vers. Nat.
c. 4.

2. + Qui

G R O T I I.

e Instantiam vocatoris significat] Cyprianus de idolorum vanitate hunc locum respiciens: Per orbem vero discipuli, magistro, & Deo monente, diffusi, præcepta Dei in salutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos, & ignaros ad agnitionem veritatis ocularent. Ac, ne esset probatio nimis solida, & de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentantur. (Cap. 7.)

d Justiniani consilium] Ad eundem Justinianum epistolam Theodahadi vide in Cassiodoro X, 26.

e Ammianus] Idem vere, Christianam religionem absolutam, & simplicem vocat (Lib. XXI. c. 16.) Zosimus & ipse paganus: χριστιανῶν πίστις ἐπαγγελία παντός ἀμαρτηματός ἢ πάσης ἀσεβείας ἀποκλάση· Christianæ fidei hæc est pollicitatio, libertas ab omni crimine, atque impietate. (Lib. II. c. 29. Ed. Cell.) Sceta nemini molesta passim a paganis dicebatur. Tertullianus Scorpiaeo, (Cap. 1.) Justinus apologetico II: Ἀρωγοὶ δ' οὐμῶν ἢ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἔσμεν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, ὅτι ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαβεῖν θεῶν κακόνεργον, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἐπιβόλον, ἢ ἐνέχρον ἀδύνατον εἶναι, ἢ ἕκαστον εἰς αἰώνιον κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι. Nos vobis ad imperii tranquillitatem maxime adiutores, & collaboratores sumus, ut qui doceamus, fieri non posse ut Deo

quis lateat, sive sit maleficus, raptor, insulsiator, sive equi amans; tum vero ad æternam aut salutem, aut pœnam quemque mitti pro factorum suorum dignitate. (Pag. 44. Edit. Sylburg.) Arnobius de conventibus Christianorum loquens lib. IV. in quibus aliud auditur nihil, nisi quod humanos faciat, nisi quod mites, verecundos, pudicos, castos, familiaris communicatores rei cum omnibus, quos solidet germanitatis necessitudine copulatio. (Pag. 152. Edit. Lugd. B. Sulm.)

f Philo commemorat] In legatione, (p. 1035. E.) Similiter & libro de sacrificantibus facunde ostendit, quantum synagogæ distent a paganis mysteriis, (pag. 856, &c.) Locus uterque dignus inspicere. Simile habet libro altero contra Appionem Josephus.

G R O N O V I I.

47 Instantiam vocatoris] Serium studium, & desiderium vehemens. Malim autem vocantis, aut invitantis; nam vocatores antiquis non convivatores ipsi sed eorum ministri. Sueton. Calig. 39. Plinius lib. 35, 10. Seneca 3. de Ira, 37.

48 Plinius] Lib. 10, epist. 67.

49 Tantum quod] In quo nihil reprehendendum, nisi quod Christianus est.

50 Cœtus] Concilia, & conventus tanquam lege de collegiis illicitis vetiti.

51 Bacchanalia] De quibus Livius 39, 8.

R r 2

G R O

2. + Qui in tales sæviunt, ipsi in ea causa sunt ut puniri iuste possint, quod & ^{b Thom.} Thomæ videtur. Atque eam ob causam § + Constantinus Licinio, Imperatores ^{h +} alii Persis bellum intulerunt: + quanquam hæc bella magis ad innocentem defensionem, de qua & infra; agemus, quam + ad pœnæ exactionem pertinent.

Lib. II.
C. XXXY.
S. 6, & 7.

L. I. In eos vero, qui Christi legem pro vera habent, (xx) + sed de quibusdam, ⁵² quæ aut extra legem sunt, + aut in lege ⁵³ sensum videntur habere ambiguum, + & ab antiquis Christianis non eundem in modum sunt exposita, dubitant, aut errant, suppliciiis qui grassantur, + periniquè faciunt: + quod ostendunt & ea, quæ ante diximus, & Judæorum exemplum ⁴ vetus. Nam hi cum legem haberent, ⁵⁴ quæ suppliciiis hujus vitæ sanciebatur, nunquam tamen pœnis subdiderunt Sadducæos, + qui rejiciebant dogma resurrectionis, + verissimum quidem, sed ⁵⁵ in ea lege + non nisi obscure, & sub verborum, aut rerum involucris traditum.

Lib. I.
de natural.
facult.
Lib. I.
contra Cels.
pag. 40.
Ed. Cantabrig.

2. + Quid si vero gravior sit error, & qui apud æquos judices facile possit sacra auctoritate, aut veterum consensu revinci? cogitandum hic quoque, + quanta sit vis inolitæ opinionis, & quantum libertatem judicii minuat + in suam cujusque sectam studium, malum, ut ^k Galenus ait, quavis scabie insanabilius. Apposite ad hanc rem Origenes: ^l εὐχερέστερόν γε ἀνθρώπων ἴσας περιᾶλλα συνηθείας, καὶ δυσάποσπάζως αὐτῶν ἔχει, καταλείψαι ἂν, ἢ ἴσας περιᾶ δόγματα: ⁱ facilius quis alia sibi consuetata exuat, quantumvis illis affixus sit, ⁱ quam ea, quæ dogmatum sunt. Adde, quod quanta hæc sit culpa, pendet + ex modo ⁵⁶ illuminationis, & aliis animi dispositionibus, quas hominibus pernocere non est datum.

3. ^k + Hæreticus Augustino is demum, qui alicujus ^l temporalis commodi, &

G R O T I I.

§ Constantinus Licinio] Vide Zonaram. Simile illud apud Augustinum epist. L. Maximianus episcopus Vugienfis auxilium petit ab Imperatore Christiano contra hostes ecclesiæ, non tam sui ulciscendi causa, quam tuende ecclesiæ sibi creditæ. Relatum est in causam XXIII. quest. III. c. 2.

h Alii Persis] Vide Menandrum Protectorem.

i Quam ea, quæ dogmatum sunt] Sequitur hoc Chrysostronus in I Cor. II. ὅταν δὲ ἐν δόγματι ἢ συνήθειᾳ ἢ, βεβαιότερα γίνονται. πάντα γὰρ τις ὑποχωρότερον ἀμείψεται, ἢ τὰ περι τῆς θρησκείας: ubi vero consuetudo in dogmata incidit; multo fit immobilitior. Nihil enim est quod non facilius homo mutet, quam ea, quæ religionis sunt. (Tom. VI. pag. 286. Edit. Savil.)

k Hæreticus Augustino] Libro de utilitate credendi (Cap. 1.) locus refertur in causam XXIV. questione 3. c. 2º. Addit Augustinus, non idem sibi videri hæreticum, & hæreticis credentem hominem. Vide eundem epistola CLXII. Hæresis obitatoris animi dementia. l. 2. c. de summa Trinitate, princ. [At illius pertinaciæ solus Deus Judex est, ut ab Auctoribus, de quibus modo dixi, indicatum. J. B.]

l Temporalis commodi, & maxime gloria, priuatisque sui gratia] Scriptor responsum ad orthodoxos questione IV. (pag. 308. inter Opp. Justin. Martyr. Ed. Sylburg.) δηλοῖ εἶναι ὅτι ἐκ φιλοδοξίας ἢ ἀντιπαθείας τῶν αἰρεσιαρχῶν πάσαι αἱ αἰρέσεις τὰς ἀφορμὰς ἔρχονται τῆς συστάσεως αὐτῶν: apertum est, ex cupiditate gloria, aut ex amulatu, qui primos repertores agitaverit, sectas omnes existendi originem cepisse. Chrysostronus ad Gal. V. ἢ γὰρ τῶν αἰρέσεων μήτηρ, ἢ τῆς Φιλαργίας ἐστὶν ἐπιθυμία: mater hæresium, cupiditas principatus. (In vers. 13. pag. 754. Tom. III.)

G R O N O V I I.

§2 Quæ extra legem sunt] Ut Pontificiæ traditiones, & constitutiones Scripturæ S. auctoritate carentes.

§3 Sensum videntur] Ut controversiæ in articulis religionis.

§4 Quæ suppliciiis] A qua qui desciscerent, capite plecterentur.

§5 In ea lege] In V. T.

§6 Illuminationis] Lucis, & intelligentiæ, qua Deus, cujus libuit, mentem perfudit.

(xx) In hanc rem habemus scripta plurima sub

& maxime gloriæ, principatusque sui gratia, falsas, ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur. Audiamus de Arianis ^m Salavianum: *heretici sunt, sed non scientes: denique apud nos sunt heretici, apud se non sunt: nam in tantum se Catholicos esse judicant, ut nos ipsos titulo hereticæ pravitatis infament. Quod ergo illi nobis sunt, & hoc nos illis. Nos illos injuriam ⁵⁷ divina generationi facere, certi sumus: quod minorem Patre Filium dicant. Illi nos injuriosos Patri existimant; quod ⁵⁸ æquales esse credamus. Veritas apud nos est, sed illi apud se esse præsumunt. Honor Dei apud nos est, sed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis, quod credunt. ⁵⁹ Inofficiosi sunt, sed illis hoc est summum religionis officium. Impii sunt, sed hoc putant veram esse pietatem. Errant ergo, sed ^m bono animo errant, non odio, sed affectu Dei, honorare se dominum, atque amare credentes. Quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei æstimant charitatem; & qualiter pro hoc ipso falsæ opinionis errore in die judicii puniendi sunt, ⁿ nemo potest scire nisi judex. Interim idcirco eis, ut reor, patientiam Deus commodat, quia videt, eos etsi non recte credere, ⁶⁰ affectu tamen piæ opinionis errare.*

m De Gu- bernat. Dei, Lib. v. Cap. 2. pag. 100. Ed. Baluz. 3.

4. ⁺ De Manichæis audiamus eum, qui in illorum crassis fordibus diu hæsit, ⁿ Augustinum: *illi sevant in vos, qui nesciunt, quo cum labore verum inveniatur, & quam difficile caveantur errores. Illi in vos sevant, qui nesciunt, quam rarum, & arduum sit, ⁶¹ carnalia phantasmata piæ mentis serenitate susperare. Illi in vos sevant, qui nesciunt, quanta difficultate sanetur oculus inte-*

n Contra Epist. Manichæi &c. Cap. 2, 3. *rioris*

sub finem sæculi proximè præteriti, & hoc ipso, quo vivimus, in lucem edita, Anglicè, Latine, præsertim Gallicè, & sic fatis nota; in quibus luce meridiana clarius demonstratum est, nemi-nem Religionis causâ pello modo vexandum; & argumenta eorum, qui aliorum intellectui legem dicere volunt, & in animos dominari, ita confutata, ut discussi nullus amplius locus futurus esset, si veritatis studium, modestia, & charitas, in animos vexantium tantillum possent. Nobis quoque, post primam Notularum postarum Editionem, occasio nata est argumentum illud fusè fatis more, modoque nostro persequendi, in Libro Gallico De Doctrina Merali Patrum Eccle- siæ, Cap. XII. §. 9. & seqq.] J. B.

n Nemo potest scire nisi judex] Chrysostomus homilia contra Anathematizantes: τὸ περυσμένον τῶν τῶν αἰῶνων κριτῆ ἀνεπίφελος ἀποβαίνουσαι, μό- νο εἰδότες ἢ μέτρα γνώσεως καὶ ποσότητος πίστεως, πῶθεν γὰρ ἴσμεν, εἰπέ μοι, παρεκκαλῶ, ποίως ἰσ- μασι καταγγεῖται ἑαυτῶ ἢ καὶ ἀπολογησεται ἐν ἡμέ- ρα ὅτε μέλλει ὁ Θεὸς κρίνειν τὰ κρυπτά τῶν ἀνθρώ- πων; ὅτως ἀνεξέφραστα τὰ κρυπτά, καὶ ἀνεξέ- χρισταί οἱ ὁδοὶ αὐτοῦ id, quod absconditum, solus sine periculo dicitur saculorum judex, cui silè putet & scientiæ mensura, & silci quantitas. Unde enim nos sciamus, dic mihi queso, quibus ver- bis ille se accusaturus, aut excusaturus est in die illa, qua Deus displicabit arcana hominum? vere inscrutabilia sunt judicia ejus, & viæ ejus imper- uestigabiles. (Tom. VI. p. 442.)

G R O T I U S

G R O N O V I U S

m Bono animo errant] Agathias ubi de Ale- mannorum absurdis superstitionibus egerat histo- riarum I. ἐλεῖσθαι μὲν ἔν ἢ χαλεπαίνεσθαι δίκαιοι ἀν εἶν ἢ πλείους μεταλογησάμενοι τυγχάνουσιν, ἀπαν- τες ὅσοι οὐ τῶ ἀληθῆς ἀμαρτάνουσιν. ἔ γὰρ ὅπῃ ἔκοντες ἀλώγους ἢ ἄλογοι γίνονται, ἀλλὰ τῶ ἀγαθῶ ἰδιόμενοι, ἐπειτα σφαλόντες τῆ κρίσει, τὸ λοιπὸν ἔχονται τῶν δοκούντων ἀπίξ, ὅποια ἄλλα ἢ εὐ- χροῖεν ὄντα *miseratione, quam odio digniores sunt, ac tules, quibus ignosci par sit, quicumque a vero aberrant. Neque enim volentes palantur, & cespi- tant; sed cum bonum appetant, in judicando dece- pti, que semel visa sunt retinent mordicus, qua- ræscuntque ea fuerint. (Cap. 5.)*

57 Divina generationi] Quam ab æterno esse, statuimus orthodoxi.
58 Æquales] Patrem, & Filium.
59 Inofficiosi sunt] Male habent, vel tractant catholicos, ubi possunt, sed putant, in hoc se fervire religioni.
60 Affectu piæ opinionis] Tam reverenti, & religioso erga Deum animo in falsa, & impia reli- gione esse, quam vera credentes in recta, & sana opinione sunt.
61 Carnalia phantasmata] Larvas, & umbras falsæ religionis.

rioris hominis, ut possit intueri solem suum. Illi in vos sæviant, qui nesciunt, quantis gemitibus, & suspiriis fiat ut ex quantulacunque parte possit intelligi Deus. Postremo illi in vos sæviant, qui nullo tali errore decepti sunt, quali vos deceptos vident. Ego autem sævire in vos omnino non possum, quos sicut me ipsum illo tempore, ita nunc debeo sustinere, & tanta patientia vobiscum agere, quanta mecum egerunt proximi mei, cum in vestro dogmate rabiosus, & cæcis errarem.

§. 0 In Arianam hæresin acriter invehitur Athanasius epistola ⁶² ad solitarios, quod ⁶³ + prima in contradicentes usa esset iudicum potestate, & quos non potuisset verbis inducere, eos vi, plagis, carceribusque ad se pertrahere anniteretur: atque ita, inquit, seipsam quam non sit pia, nec Dei cultrix, manifestat, respiciens, ni fallor, ad illud, quod legitur P Gal. IV, 29. Similia habet Hilarius oratione ad Constantium. ⁶⁴ In Gallia jam olim damnati sunt ecclesiæ iudicio ⁶⁵ Episcopi, qui ut in Priscillianistas gladio animadverteretur curaverant; & in oriente damnata Synodus, quæ in ⁶⁶ + Bogomili exultionem consenserat. Sapienter dixit Plato, ¹ + errantis pœnam esse, (yy) doceri.

LI. I.

G R O T I I.

o In Arianam hæresin] Non immerito odimus tam mali exempli inter Christianos repertoires. Vide eorum sæva facta apud Eusebium de vita Constantini libro I, §. 38. Socratem libro IV, 29. Procopium Vandalicorum 1. ubi de Huericho (Cap. 8.) & Gotthorom 1. de Amalaricho (Cap. 13.) & Victorem Uticensem. de Semirianis Epiphanius: τὴν ἀλήθειαν διδάσκοντας διακῶσιν, ἐκείνους λόγους βαλλόμενοι ἀνατρέπειν, ἀλλὰ καὶ ἐχθρίας καὶ πολέμους καὶ μαχαίρας παραδίδόντες τὴν ὁρθὴν πιστεύοντας. λυμὴν γὰρ ἢ μὴ πόλει καὶ χώρᾳ ἐργάσαντο, ἀλλὰ πόλεις. Veritatem docentes vexant, neque verbis evertunt, sed odiis, bellis, gladiis tradunt recte sentientes; exitium quippe jam non uni, sed multis urbibus, regionibusque atulere. De talibus Gregorius episcopus Romanus ad Constantinopolitanum episcopum: (Lib. II. Ind. 2. Ep. 52.) Nova, & inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. [Malè quidem egerunt Ariani: sed non primi tam malum exemplum ediderunt. Jam antea Orthodoxi ad eos vexandos impulerant Constantinum, ut ex Historia Ecclesiastica constat. J. B.]

p Gal. IV, 29.] Ad quem locum vide Hieronymum, citatum c. qui secundum, 13. causa XXXIII. quæst. IV.

q In Gallia jam olim damnati sunt] Sulpicius Severus: tum vero Idacius, atque Ithacius acrius instare, arbitrantes, posse inter initia malum committi; sed parum sanis consiliis saculares iudices adeunt, ut eorum decretis, atque executionibus hæretici urbibus pellerentur. (Lib. II. c. 47.) Mox: scuti etiam accusatores Idacius, & Ithacius episcopi, quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus, quam oportui[set], certassent. Ac mea quidem sententia est,

mibi tam reos, quam accusatores displicere. (Ibid. c. 50.) Postea: Martinus apud Treviros constitutus non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desisteret: Maximum orare, ut sanguine infelicium abstinere; satis, superque sufficere, ut episcopali sententiæ hæretici iudicati Ecclesiis pellerentur. Vide & sequentia.

G R O N O V I I.

62 Ad solitarios] Anachoretas, qui ab hominum commercio fecerant, & in solitudines sese abiecerant, ut vacarent contemplationi. Sæpe apud Jo. Cassianum.

63 Prima in contradicentes] Quod hi primi Cæsares, & principes suæ sectæ fautores instigassent ad supplicia, in dissentientes orthodoxos statuenda.

64 Episcopi, qui ut] Idacius, & Ithacius incitato Clemente Maximo tyranno, qui sumperat imperium in Britannia contra Theodolium. Sulp. Sever.

65 Bogomili exultionem] Jussu Alexii Comneni. Zonaras. Anna C.

(yy) Dicit Philosophus, ignorantis, ignorantia autem cum errore magnam habet adfinitatem, & hic ab illa sæpe oritur: Προσικνίς δὲ πῶ [πρόκειν τῷ μὴ εἰδῶτι] μαθεῖν πάντα τὰ εἰδῶτα. De Rep. Lib. I. pag. 337. D. Tom. II. Ed. H. Steph. J. B.

G R O T I I.

1 Errantis pœnam esse, doceri] Seneca in Tragœdia, (Herc. fur. vers. 1237.)

Quis nomen unquam sceleris errori dedit?

& de Ira I. 14. non est prudentis, errantes odisse; alioquin

LI. I. • + Justius illi punientur, qui in eos, quos Deos putant, irreverentes, atque irreligiosi sunt. Atque hæc causa + inter cæteras allata ° belli Peloponnesiaci inter Athenienses, & Lacedæmonios, + & a Philippo Macedone ? in Phocenses: de quorum sacrilegio sic Justinus: q quod Orbis viribus expiari debuit. Hieronymus ad Danielis V. r Quamdiu °° vasa fuerunt in °7 idolio Babylonis, non est iratus Dominus (videbantur enim rem Dei secundum pravam quidem opinionem, tamen divino cultui consecrassent); postquam autem °3 humanis usibus divina contaminant, + statim pœna sequitur post sacrilegium. Nimirum, & + Augustinus existimat, (zz) auctum a Deo imperium Romanorum, + quod cordi illis fuisset quamvis falsa religio: &, ut Lactantius loquitur, °2 summum hominis officium, + etsi non re ipsa, (aa) tamen proposito tenerent.

2. Et 7° supra diximus, + quæcunque, quæ putantur, numina pejerata 71 a vero numine vindicari: Punitur, quia tanquam Deo fecit, ait, s + Seneca: opinio illum sua obligat pœna. Sic accipio & illud + Senecæ: Vislatarum religionum aliubi, atque aliubi diversa pœna est: sed ubique aliqua; & quod u + Plato capitis damnat religionis temeratores.

o Thuc. I. c. 126, &c.

p Diod. libro XVI. c. 60, &c. q Lib. VIII. c. 2. r Pag. 581. B. Ed. Basil.

s VII, de Ben. cap. 7. t De Benef. III. 6. u De Legib. LX. p. 907. s seqq.

aliquis ipse sibi odio erit. M. Antoninus libro IX. (§. II. Edit. Gatak.) εἰ μὴ δύνασαι, μεταδιδασκῆσαι. εἰ δὲ μὴ, μέμνησο, ὅτι πρὸς τῆτο ἢ εὐμενεῖς σοι δέδοται καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τοῦτοῖς εἰσίν. s potes, meliora doce; si non potes, memento in hoc tibi lenitatem datam. Ipsi Dii benes sunt talibus. Chrysostomus Eph. IV, 17. (Tom. VI. pag. 828.) τὸν γὰρ ἀγνοῦντα, ἢ κακῶς πάσχειν ἔδει ἐγκαλεῖσθαι, ἀλλὰ μὴ δάσκειν δικαίον ἐστὶν ὅτι ἀγνοεῖ eum, qui ignorat, neque malo affici, neque accusari oportet, sed æquum est ut discat quæ ignorat. Valentinianus, laudante Ammiano Marcellino libro XXX. nec quemquam inquietavit, neque ut hoc coleretur imperavit, aut illud; nec interdictis minacibus subjectorum cervicem ad id, quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit hæc partes ut reperit. (Cap. 9.)

s Justius illi punientur, qui in eos, quos Deos putant, irreverentes, atque irreligiosi sunt] Vide de hac re egregia apud Cyrillum libro contra Julianum V. & VI. Solone auctore Amphictyones bello persecuti sunt Cirræos, quod in templo Delphico vim intulissent. Plutarchus Solone, (p. 33. E.) Sic & qui falso sibi vatium nomen induunt, recte puniuntur. Consule Agathiam lib. V. (Cap. 3.)

GRONOVII.

66 Vasa] Rapta e templo Hierosolymitano,

quum captam urbem vastaret Nabuchodonosor.

67 Idolio] Templo idolorum.

68 Humanis usibus] Rex Belzaces eis uti cepit in luxurioso convivio.

69 Summum hominis] Cultum Dei, quo nulum magis officium præstare debent homines, non iusto quidem modo, forma, ratione, sed tamen voluntate, ac studio, quantum in ipsis fuit, antiquissimum habuerunt.

70 Supra diximus.] 2, 13. 12.

71 A vero numine vindicari] Exemplo Cambysis, cum Apim in Ægypto interfecit, & spoliatum Jovem Hammonem misit. Just. 1, 9. Xerxis, quum templum Delphicum diripiendum dedit. Just. 2, 12. Gallorum, cum & ipsi Delphos sunt adorti. 24, 8. item, dum tennerunt aurum Tholosanum, ut & Servilius Cæpio.

(zz) Nescio ubinam id dixerit Augustinus. Certè sic non satis sibi constat, quum ipse Lib. V. Cap. XII. De Civit. Dei fusè satis ostendat, Romanorum Imperium auctum Providentiâ divinâ, non quod illis cordi fuisset, quamvis falsa Religio, sed ob eorum virtutes Civiles. J. B.

(aa) Locus est Instit. Divin. Lib. H. Cap. 3. num. 14. Ed. Cellar. ubi Lactantius loquitur de Idololatriæ in universum. Neque locus Senecæ, qui mox sequitur, satis rectè heic aptatur. J. B.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XX.

ANTEQUAM ad interpretationem Auctoris accedamus, nostra principia præmittere, necessarium esse duximus.

PROPOSITIO I.

POENA est privatio juris, vel boni alicujus, propter culpam. Posit. XII.

DEMONSTRATIO.

Alii definiunt poenam, *vindictam noxæ*, seu *omnium delictorum coercitionem*. Grotius cum Philosophis eam definit, *malum passionis propter malum actionis*. Nos dicimus, esse *privationem juris, vel boni nostri, propter culpam*.

In hac definitione duo sunt: 1. materia poenæ: 2. ejus forma. *Materia* poenæ consistit in privatione juris, vel boni nostri: quia scilicet nobis aufertur tantumdem, ac alii abstulimus, & nos privamur pari jure, quo alterum privavimus.

Notanter vero addimus, *privationem boni*: poenæ enim, inprimis corporis afflictivæ, & quæ parentibus in liberis inferuntur, (ut in crimine læsæ majestatis) proprie non sunt privationes juris nostri, quia nec corpora nostra, nec liberi in jure nostro sunt; adeoque rectius privatio *boni* hæc poena dicitur, utpote cum ea voce omnia veniant, quæ nobis jucunditatem afferunt, adeoque quarum privatione dolore afficimur.

Forma poenæ in eo consistit, ut jure nostro privemur *propter culpam*, i. e. propter factum aliquod illicitum, ex quo alii injuria inferunt; quod Philosophi malum actionis vocant. Ex hac enim culpa oritur obligatio non tantum ad reparandum damnum culpa illa datum, de quo supra cap. 17; sed & ad repa-

randam injuriam alii per eam culpam illatam, quæ poena dicitur, seu talio: cujus tota proinde ratio in eo consistit, ut *mensuretur id, quod ablatum est læso, cum eo, quod auferendum est lædenti*.

Ubi igitur culpa, delictum, seu mala actio non est, ibi non est poena, quia formale poenæ deficit, scilicet, malum actionis. Unde malum, quod liberi patiuntur propter delicta parentum, non est poena in liberis, sed eodem modo id malum patiuntur, uti quamlibet calamitatem, in quam natura moderante incidunt.

PROPOSITIO II.

Natura ob quamvis culpam homo obligatur ad talionem, quæ est æstimatio, vel pensatio mali, quod illatum est.

DEMONSTRATIO.

Si quis *ex proposito* jus alteri facto suo illicito aufert, certum est, jus illud in priorem statum esse restituendum, quia injuria durat quamdiu jus alteri ablatum plenarie restitutum non est. Idque verum est, sive injuria facta sit in bonis, sive in corpore, vita, fama, aliisque juribus. Sed & supra diximus, idem obtinere si non ex proposito, sed *negligentia* nostra jus alii auferatur; hæc enim culpa, etiam levissima, jure naturæ verum delictum est. Nam cum omnis nostra agendi facultas limitetur ex voluntate Creatoris, necessario sequitur, quod ei contrariatur, injuriam esse, quæ tamdiu durat, donec contrarietas illa tollatur. Deus autem nobis intellectum dedit, quo prævidere possumus, alii damnum ex facto nostro dari posse, quo neglecto culpa, eoque injuria est, quæ reparari debet.

P R O.

PROPOSITIO III.

Ea pensatio non fit precise idem malum intelligendo, sed vel pecunia, vel alio parisi mali genere.

DEMONSTRATIO.

Diximus, quoties jus nostrum læditur, alterum obligari ad reparationem: hæc reparatio fieri debet restituendo damnum, quod datum est: quod si fieri natura nequit, æstimari illud damnum, & sic æstimatio fieri debet per tantumdem. Hinc pœna dicitur æstimatio delicti in l. 21. ff. de pœn.

Illam autem æstimatio fit per aliud malum ejusdem quantitatis, & valoris. Atque ita intelligenda est *lex Talionis* adco decantata in legibus Mosis, *dens pro dente, vulnus pro vulnere*. Vid. *Deut. XIX. 19. & Exod. XXI. 20*: quæ in leges Atticas, & inde in leges XII. tabularum translata est, cujus fragmentum adhuc exstat his verbis conceptum: *Si membrum ruptum, fractioneque erit, talio esto.*

Errant igitur, qui talionem naturaliter his legibus intelligi autumant, ita ut qui membrum rumpit, ei quoque membrum simile rumpi debeat. Nam dolor in eadem mensura per rei naturam restitui nequit; vulnus enim læso datum posset lædenti esse lethale.

Cæterum, hoc jus talionis omnibus fere gentibus cognitum fuit. Philosophi illud vocant τὸ ἀντιτακτικὸν *Arist. l. 5. Eth. 5. & magn. moral. c. 34.* Alii vocant jus Pythagoricum, jus Neoptolemium, vid. *Becman. in not. b. & supra l. 1. c. 2. §. 5. ibique not. Grot. Jctis Romanis id cognitum fuisse, patet ex fragmento XII. tabularum ante allegato, & ex toto titulo, quod quisque juris, &c. Sacri annales illustre exemplum talionis divinæ in Adonibesecho referunt, *Judic. 1*; eamque gentes quoque agnoverunt. De Mario vide *Plut. in Mario*. De Cæsare *Dion. Cassium libr. 48*. De Gordiano *Capitolin. in Gordiano*. Ipse Servator justum esse, ait, ut quis eandem experiatur mensuram, qua alios metitur. Græcorum poëtæ fingunt, tres apud inferos iudices constitutos esse, qui iusta talione crimina punirent. Vid. *Senec. in Hercul. fur. act. 3. v. 712. Macrobius in Somn. Scip.* Livius occasione Tarquinii ait, ipsam conscientiam de justitia talionis testari, *libr. 1. cap. 49*. Idemque jus legati Antiochi Romanis opposuere apud *Liv. l. 7. c. 15. junct. c. 19. & l. 29. c. 27. Gell. Noct. Attic. l. 6. c. 4. Flor. l. 3. c. 4. Conf. Ovid. de art. am. l. 1. Horat. Serm. 1. Tom. III.**

Sat. 3. v. 66. seq. Sophocl. in Antigone. v. 9. 8. seq.

Cæterum, hæc æstimatio omne continet damnum, & quicquid mihi facto alterius abest: privatio vitæ, seu corporis integri, damni dolor, dignitas, fama, honos, aliæque jura, sed & mûltâ lædenti æstimatur. Hinc plus peccat qui ex proposito lædit, quam qui culpa; nam priori casu contemptus jungitur injuriæ.

Cum autem hæc æstimatio naturali ratione admodum sit incerta, legibus civilibus determinari solet: atque huc pertinent jure Romano actiones in duplum, triplum, & quadruplum, &c. Atque hæc ratio est, cui legibus civilibus in singulis fere criminibus certa pœna statui solet, ita ut leviores injuriæ pecunia æstimentur.

Additio.

„ Merentur hic inferi, quæ B Parens circa intellectum juris talionis discriet in eruditissima disputatione *de sacro sancto talionis jure §. 3. usque ad §. 28. & §. 34. usque ad §. 42.* Verba ejus hæc sunt.

INTER hos igitur, mirum non est, fuisse quoque Favorinum philosophum a Gellio passim celebratum: qui cum inter plura alia jura talionem quoque non satis intelligeret, sed reprehenderet, ludibrium debuit Cæcilio Jcto. Ita enim legem illam talionis perstringit: Nonnulla autem istis legibus nec consistere quidem visa sunt. Velut illa lex talionis, cujus verba (nisi memoria me fallit) hæc sunt: Si membrum rupit meum, e pacto talio esto. Præter enim ulciscendi acerbiter, nec procedere quoque executio iusta talionis potest. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi iidem rumpere per talionem velit: quæro, an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium? In qua re primum ea difficultas est inexplicabilis. Quid si membrum, inquit, alter imprudens ruperit? Quod enim per imprudentiam factum est, retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus, & consultus, non cadunt sub ejusdem talionis similitudinem. Quoniam igitur modo imprudentem poterat imitari, qui in exequenda talione non licentiæ jus habet, sed imprudentiæ. Sed & si prudens rupit, nequaquam putietur aut altius se lædi, aut latius: quod cujusmodi libra, atque mensura caveri possit, non reperio. Quin etiam si quid plus erit, alterve commissum, res fiet ridiculæ atrocitatis: ut contraria actio mutuz talionis oriatur, & adolescat infinita quædam reciproca-

tio talionum. *Haslenus Favorinus apud Gellium Noct. Attic. libr. 20. cap. 1.*

Neque vero hic philosophus hujus erroris astor videri debet, qui jam ab antiquissimis Pythagorae temporibus in Graecia, & Italia inveteraverat. Huic enim philosopho, ejusque sectatoribus, crassa, barbaraque hujus talionis sententiam tribuit Aristoteles Magn. Moral. libr. 1. cap. 34. & Pythagoricos, ait, justum existimasse, ut quaecumque quis fecisset, eadem talionis vice pateretur: Unde & talio jus Pythagoricum vulgo dictum fuit.

De hac igitur materia talionis cum justissimo sensu, tum sanctissimo jure, pauca pro disputatione inaugurali nunc proponenda, atque hujus talionis sensum a barbarae interpretationis errore, justitiam a probana talionis immunitate, & sacrosanctam ejus auctoritatem a variis abusuibus, denique ipsam quasi talionem a talione, illam scilicet piam, justam, & sanctam, ab ista fera, barbarae, & immani, unaqueque leges, sacras litteras, ipsamque, quae talionem constituit, naturam a tam foeda opinionione, ac doctrina labe asserere, pro viribus aggredior.

TALIO itaque quid sit, ipsa vox inserit, quae quasi paritatem significat, ita ut quale commissum est, TALE quoque ferendum sit, adeo ut utrumque aqua quadam lance pensetur, & commissum adaequata ipsi pena, cui pretio quodam suo luatur; unde pena delicti aestimationes aptissime dicuntur in L. 41. D. de poen.

Hinc variis illa apud Graecos nominibus describitur, quae rationem ejus apprime declarant. Pythagorae dicta fuit ἀντιταλόνος, Arist. d. l. 1. o. 34. id est, jus, quo quis tantumdem patitur, ac fecit. Quod ipsum quoque vox ἀντιτάλιος exprimit. Aliis ἀντιτάλιος, seu mutua, & aqua pensatio, & ejus, quod quis agit, ac patitur, libratio. Aliis ἀντιτάλιος, seu jus, quo facto suo quis reus sit ad tantumdem, &c. vid. Suid. Sed & dici solet pena Neoptolemea, ab illustri illo exemplo Neoptolemi, seu Pyrrhi Achillis filii, qui cum Priamum ad aram obruncasset, ipse deinde ab Oreste pariter ad aram obruncatus fuit: eaque talio divina in proverbium deinde abiit. Vid. Paul. libr. 4. cap. 17.

Recte itaque describitur talio, quod sit jus, quo quisque tantumdem patitur, ac fecit. Quae descriptio ad rationem vocis, ac rei expressa, omnes sensus complectitur. Hanc talionis legem graphice descripsit divinus Moses

Exod. 21. v. 23. seqq. Reddes animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduisionem pro aduisione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore, &c. Et Lev. 24. v. 17. 18. hominem pro homine, bestiam pro bestia. It. v. 19. 20. sicut fecit, ita fiat ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet; qualem maculam inflixerit, talem sustinere cogetur. Et Deuteronom. 19. v. ult. nec miseraberis ejus, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

Ex hoc Hebraeorum fonte jus hoc ad Graecos, & in leges Atticas translatum est; unde legis XII. tabb. auctores in Graeciam ejus rei causa profecti in leges Romanas retulere, lege sic data: si membrum rupit meum, e pacto, talio esto. Gell. d. l.

Has leges, certum est, non posse intelligi de retribuendo ejusdem generis malo, & infringendo iterum naturali vulnere; quod duplici ratione liquet: 1. quia id humanae potestatis non est, actum in corpore humano ita moderari, ut vulnus in omnibus par sit alteri vulnere. Hac enim vulnere ad mensuram dari non posse, quin nec ita posse, constat, ut quaecumque sit ictus, non periclitetur vita, ac valetudo: sed & licet ictus omnes, ac vulnere ita metiri homo possit; ut nulla re varient, sed per omnia aequentur, ipsa corporum, ac constitutionum varietas obstat ne talio fieri possit, cum unam, idemque vulnus in alio corpore lethale sit, quod in alio non esset. L. 51. D. ad leg. Aquil. Non igitur possunt leges intelligi de talione, quae in homines cadere nequit, sed longe ultra eorum modum, & vires est.

2. Etsi hac omnia accurata ratione, certa quoque mensura aequari possent, non tamen justa talio esset: quippe quae non sola quantitate vulnere, sed expensis omnium eorum, quae commissi crimen augent, vel minuant, rationibus computantur: uti animus, persona conditio, tempus, locus, dolor, qualitas, &c. L. 16. §. 1. D. de poen. Unde merito Aristoteles quoque Magn. moral. libr. 1. cap. 34. oppugnat sententiam Pythagoricorum, quod eadem non sit talio ad omnes.

Videndum igitur, quomodo horum omnium talio rite pensanda sit. Ex definitione talionis apparet, tantumdem fieri debere. Hoc quomodo aestimandum est? Et primum constat,

æstimationem nihil aliud esse, quam mensuram rei æstimata, qua ejus valorem metitur, ut ultra longitudinem, & pondus gravitatem: adeo ut mensura, & mensuratum, ratione ejus, quod in mensuram venit, unum, idemque sit. Unde & æstimatio ipsius rei est. L. 39. D. de usufr. L. 33. D. de pecul.

Æstimatio autem dupliciter fit: vel pecunia numerata, vel aliis rebus tantundem valentibus. Hæc ultima antiquissima, & naturalis est, qua olim, nondum inventa moneta forma, gentes usæ sunt; quaque nunc adhuc obtinet in permutatione. Olim enim entio species permutationis fuit, nec aliter facta est, quam rebus permutatis, cum alia ratio emendi non esset: & pro emtore habitus est qui re aliqua indiguit, & pro ea alias res obtulit, quæ instar pretii fuere; imprimis aurum, & argentum appendi solitum est. Altera vero deinde obtinuit æstimationis species ex instituto hominum, dum ut commodior esset, & facilior ratio commercia exercendi, pecunia publica forma percussa, & numerata, sensim inter gentes obtinuit. L. 1. D. de contrah. emt.

His positis sequitur jam, talionem justam in genere tripliciter fieri posse: 1. si id ipsum, quod ablatum est, cum omni eo, quod eo facto alteri abest, restituitur: 2. si totum hoc pecunia numerata æstimetur, eaque æstimatio, seu pretium, loco rei restituitur: 3. si tantundem aliis, præter pecuniam numeratam, rebus pensetur, quæ sunt ejusdem valoris, & has loco rei ablatæ solvendo damnus restituitur.

Unde quæro, quæ harum talionum justa sit, ac iustificata? Resp. si res ablata existet, ac in potestate debitoris sit, ipsam restituendam esse, non æstimationem aliam; quia in obligatione restituendi hoc ipsum est, quod ablatum fuit: & in eam rem auferenti nihil quidquam invito domino juris est, adeoque nec potest eam absque injuria habere, aut retinere, nisi ejus loco omne id, quod interest, domino rem petenti offerat; adeo ut si quis fundum debeat, & decuplum pro eo solvere paratus sit, invito domino, non tamen obligationi satisfaciatur. Unde optime J. C. Romani, & Imperatores, pro regula, & lege statuerunt, aliud pro alio invito creditori solvi non posse. L. 2. §. 1. D. de reb. cred. L. 16. C. de solut. Et hinc accurata loquendi ratio est, quæ utitur Imp. in L. 17. C. de fid. instrum. cum ait, necessitatem venditori imponi, vel contractum venditionis perficere, vel id,

quod emtoris interest, ei persolvere. Ex his enim verbis apparet, non perficere eum contractum venditionis, quod id, quod interest, solvit. Hæc duo enim invicem opponuntur; adeoque fidem ex contractu non implet, qui rem ex eo promissam non præstat, nisi id omne quod interest, solvat, d. L. 17; nulla enim ratione cogi dominus potest, ut re sua inuito careat. L. 8. D. de in lit. jur. L. 11. D. de reg. jur. Atque hinc constitutum est jurjurandum in litem, quo dominus in infinitum rem æstimare potest, si dolo, vel contumacia partis ei res ipsa non restituitur. Tot. tit. D. de in lit. jur.

Verum, si res non existet, aut restitui ipsa in integrum nequeat, ad æstimationem deveniendum est, ut cum res ipsa non possit præstari, tantundem præstetur. Hoc igitur & jure ita cautum, L. 71. §. 3. D. de legat. 1. L. 26. §. fin. D. eod. L. 8. pr. D. de cond. furt. & rationis naturalis est, ita tantundem restitui, ut optime, & plenissime potest; ultra enim, quam præstari potest, obligatio non est.

Cum igitur ante dictum sit, dupliciter fieri æstimationem, pretio, vel rebus, supr. §. 14. h. Diff. queritur, quantum in talione intelligenda sit? Resp. ea, quæ pecuniario pretio sit, si vel ipsa res eo æstimari, vel saltem causa hoc modo expediri possit; quia eum & tutior, & certior æstimatio est, cum pecunia numerata sit vera; & certa mensura quædam rerum omnium. Unde pena pecuniaria. Neque tantum ille adhibetur, ubi damnus pecunia æstimari potest, sed & in libero homine læso, &c. non enim his penis corpus, ejusque damnus proprie æstimatur, sed inspicitur injuria illata modis, & quantum multa sufficiat, ut æquatus utrimque mali sensus, & patiens, di, dolendique vices pensata videantur.

In ceteris omnibus, quoties vel injuria tam atrox, & gravis est, ut ei reparanda non sufficiat pecuniaria talio; vel reus tam inops sit, ut eam præstare nequeat, altera æstimatio necessaria est, ut aliis quibuscumque rebus fiat, quæ sui momento, licet alio mali genere, æquent tamen, & quasi metiantur damni, vel injuria illatæ gravitatem.

Cum vero damna, ac injuria sint, quæ ei, qui passus est, reparari non possunt, uti cum bono vita privatur, hæc quidem reddi occiso nequit; at nihilominus homicida tantundem pati debet lege talionis. Atque ita sibi adulterio violatus restitui quidem nequit; at adulteri tamen non ideo minus flagitium luit,

tantumdem aestimatione ferendo. Et sic in aliis.

Etenim injuriæ reparatio, ac talio ita fieri debet, ut optime potest, supr. §. 13. §. 15. h. Diff. Etsi igitur tale commissum sit, ut jus in integrum restitui, & læso reddi non possit, id tamen non liberat delinquentem, sed adversus ipsum nihilominus executio talionis fieri debet prout potest: anima pro anima dari, licet alteri illa reddi nequeat; & oculus pro oculo, &c. licet ideo visum alter non recipiat; atque ita injuria tolli, etsi jus omne non redintegretur.

Ea scilicet est natura, seu Dei ad homines lex, ac decretum, ne quid mali inter eos fiat. Unde sequitur, si quid factum sit, id tollendum, & abolendum esse: quod ni fiat, est utique, & perseverat mali ratio contra Dei, ac naturæ decretum. Aut igitur res in integrum restitui, & in priorem plane statum deducti potest, ut & ladenti auferatur, & læso restituatur, & tum id omnino ita faciendum est: aut non potest reparatio integra fieri, sed licet a parte rei talio fieri, eique tantumdem auferri possit, non tamen & læso restitui, vel ipsius ratione factum in seculum fieri; & hæc expedienda est talio ut potest; in restituendum enim, quod impossibile est, obligatio inter homines cessat. Sic igitur saltem malum auferendum est, etsi bonum refarciri universum nequeat.

Expenduntur igitur in computanda talione primum rationes alterius, quod vicissim ferendum est, mali; quod ita comparatum esse debet, ut sensu pœnæ injuriam pensare possit in re, vel corpore, vel capite, vel juribus publicis, aut privatis, vel in fama, aliisque omnibus, quæ ei chara sunt, & quorum privatione non minus ipse affligitur, ac alterum affixit.

Equidem non posse, inquit, hoc modo omnia crimina justa talione aestimari, & pensari, cum hæc res, & facta, nullam certam aestimationem habent. Verum, habent utique, etsi humano judicio difficile sit eam definire. Non fallit justissima proportio divinam olim Nemesei; hominum vero arbitrio licet accurata non semper comparatio fieri possit, agendum id tamen est legislatori, ut definiat quomodo proxime possit: idque ipsius religioni, prudentiæ, & conscientiæ relinquatur.

Hinc jam elucefcit verus divini illius legis sensus: dentem pro dente, oculum pro oculo, cicatricem pro cicatrice, &c.; item ejus, quæ inde desumpta est, legis: hæc membrum tu-

perit, talio esto. Nimis enim insulsus est; statuere, his rebus fieri retributionem; cum constet, nec ad certam mensuram vulnera infligi, quin nec sine periculo vita posse, nec, etsi posset, æquari etiam utriusque facti rationes, & qualitates: quæ tamen omnino in aestimationem veniunt, supr. §. 22. h. Diff. Valet igitur omnino regula nature, ut quoties res ipsa præstari nequeat, ejus pretium, ac aestimatio succedat, quæ, ut eleganter Grotius de Jure Belli, & Pacis, loquitur, moralis ratione idem est. Atque aequo debet reus justa aestimatione facti, & omnium ejus circumstantiarum, dentem pro dente, oculum pro oculo, &c.

Ex his omnibus illud liquet, ex natura, & lege talionis non quidem id sequi, ne plus mali quis patiat, quam fecit, sed ne unquam minus: quatenus enim minus mali, quam commissum est, reparatur, malum durat; nec restitui injuria facta potest, nisi integra talione. At nec talio, nec quidquam aliud impedit, quo minus, qui quid commisit, plus mali patiat, quam fecit, deterrenda scilicet in futurum tum ipsius, tum aliorum malitia. Nam & hoc superioris, & boni magistratus officio comprehenditur, ut non tantum reparet, quæ commissa est, injuriam, sed & caveat ei non committenda in posterum. Satis enim est, integram civitatem, & intactam ab injuriis, si fieri potest, servari, quam inquinatam purgari. Expediit igitur, ita temperari pœnas, ut talio quidem immutabiliter in omnibus negotiis obtineat, in gravioribus vero delictis ultra eam deterrendis quoque hominibus in posterum pœna statuatur, eoque & injuria facta reparentur, & futura caveantur: quomodo Deus non simplicem, sed septuplicem talionem interminatus est ei, qui Cainum occisurus esset, Genes. 5. v. 15. & 24; cum jam ab ipso Deo ille punitus esset, repetita execratione totius terra durissimis in futurum operis, & perpetua proscriptioe, seu banno, d. c. 5. v. 11. 12.

Est igitur jus talionis, seu jus illud, ut minimum tantumdem reparetur, jus natura constitutum, jus, inquam, immotum, inviolabile, & sacrosanctum, quo & Deus ipse uti solet, quodque inter omnes gentes ab omni memoria receptum est. Certissima enim hæc natura est, jus, & justitiam inter homines a natura, supremoque rerum arbitro constitutam esse: unde sequitur, si quid injusti commissum fuerit, id necessario in prius statum restituendum esse; & quatenus

mus non restituitur, cum restitui possit, manere injuriam; & manente injuria, iram, vindictamque summi Numinis, in cujus jura incurfatur. Unde in sacris perpetuo ipse divinus Auctor illud inculcat, ut malum auferatur de medio, &c. Deut. 22. v. 21. 22. 24. Etenim totum humanum genus est quadam Deo sacra societas; quam adeo ipse incorruptam, atque ab injuriis intaminatam ipse vult: unde non potest non odium ipsius, ac vindicta in homines concitari, quoties contra ejus sanctissimam voluntatem aliquid delinquitur, neque id reparatur. Ea enim reparatio cum civitati, ejusque rectori commissa sit, non potest non in ipsam civitatem, ejusque perniciem redundare, si quae publica auctoritate fieri debuit, injuriarum reparatio neglecta fuit. Perpendamus igitur vocem divini illius oraculi, quo ipsi Israelitarum civitati, ac reipublica in genere interdicitur, derogare quidquam talioni, non tantum in suppliciis, sed & in aliis pœnis, cum dicitur: non ignoscet ei oculus tuus; sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede. Quo gravissimo crimine omnis usque ad talionem dispensandi potestas liberis quoque populis, & summis potestatibus, qualis erat gens Israelitica, penitus adempta est: nam nec ipse Deus, qua est justitia, sine causa ex ea aliquid remittit, ut in sequentibus apparebit.

Sic igitur sanctissime constituta est a Deo, & a natura talio, atque ita inter gentes exercitio, usuque comprobata, omnique humano jure firmata ut usque ad summam talionis nihil detrahi per gratiam ullius humanae potestatis possit: denique & ipse Deus exercere eam solet.

De jure divino, & naturali id constat ex præceptis, & rationibus hæcenus allegatis; quæ & divinus Servator noster repetit simili regula: qua mensura metiemini, eadem & metientur vobis. Matth. 7. v. 1. Luc. 6. v. 30. Atque ita Jacobus c. 2. v. 13. inquit, judicabitur absque misericordia, qui ipse misericordia usus non est; & Salomon Proverb. 21. v. 13. qui obturaverit aurem suam ad clamorem pauperis, vicissim clamabit, nec audietur. Ita Matth. 26. v. 52. qui gladium sumit, gladio peribit; & Apoc. 13. v. 10. qui carceri includit, ipse carceri includetur, &c. Suffragantur ei gentiles; & Hesiodus Oper. libr. 1. ait, Deum malorum operum gravem posuisse talionem. Conf. infr. §. 37. seqq. h. Diff.

Jure vero civili omnes in universum actiones rei persecutoria in hac sola talionis lege sunt.

dantur: nec infra eam actio ulla jure constituta est. Ex quo fonte est, quod in L. 41. D. de poen. pœna æstimatio delicti dicitur. Præterea in genere quoque edicto notissimo cautum est, quod quisque juris in alium statuerit, ut eodem jure utatur. L. 1. & tot. tit. D. quod quisque jur. Cujus edicti æquitatem, ac legem talionis, summis laudibus commendat J. C. Ulpianus in d. l. 1. pr. Hoc edictum, inquiens, summam habet æquitatem, & sine cujusquam indignatione justa. Quis enim aspernabitur, id jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? Hoccine vero id ipsum est, quod sanctissimus Servator sanctissime inculcat: quidquid vultis ut vobis faciant homines, hoc & vos facite illis.

Inter gentes quoque usitatam, ac probatam fuisse talionem istam, ostenditur & auctoritate, & exemplis. Auctoritas passim ex auctoribus desumi potest: ut ex Ovid. de arte amandi libr. 1.

— — — Nec enim lex justior ulla,
Quam necis artifices arte perire sua.

Antigone moritura ait: si illi peccant, tantumdem mali ferent, quantum mihi injuriæ fecerunt. Sophocl. Antig. vers. 918. Et Marcellus dux Romanus de Siculis: quia passus hostilia, cum fecerit, indignabitur. Liv. libr. 26. c. 31. Antiochus exprobrat Romanis, aliud juris eos ipsi statuere, alio ipsos uti. Liv. libr. 35. c. 16. Cicero Orat. pro Ligat. hac totius orationis prope summa refert Tuberonem accusatorem Ligarii, quod ipse in eadem causa fuerit. Horat. Serm. lib. 1. Satyr. 3. v. 66. seqq.

Adeo autem persuasum fuit gentibus, justa talionis justitiam inviolabiliter custodiri, ut & post hanc vitam apud inferos, ubi exactissime, & per justissimos judices jura reddi credebant, immotam hanc legem observari statuerint. Ita Theseus ab inferis cum Hercule reversus Amphitruoni regi pœnas, & judicia impiorum refert apud Senec. Hercul. fur. act. 3. ubi primum rex ait, id credi inter gentes, & verumne id sit, querit v. 726.

— — — Verane est fama, inferis

Tam fera reddi jura?

Tum de iudice querit v. 729.

Quis iste veri rector, & veri arbiter?

Respondet Theseus v. 730.

Non unus alta sede quaesitor sedet.

Auditur illo Cnosius Minos foro:

Rhadamantus illo: Thetidis hoc audit locus
(Æacus).

Hi scilicet exacti iudicii, & incorrupta iustitiae fama maxime omnium in hac vita floruerunt; unde & inferis jus dare dicuntur. Tum vero de poena addit v. 734.

Quod quisque fecit, patitur; auctorem scelus Repetit, suoque premitur exemplo nocens, &c.

Tam sanctam, immotamque legem talionis statuerunt gentes, ut & ibi, ubi omnium, quae in hac vita acta, & commissa sunt, exactissima ratio, omnibusque perfectissime, & sanctissime jus redditur, non alia, quam talionis lege id fieri crediderint.

Unde adeo metuerunt talionem commissi alicujus sibi conscii. Cum Pœni Aristonem hospitem comprehendere vellent, ea ratione dissuasum id est, quod idem Carthaginensibus & Tyri, & in aliis emporiis, in quae frequenter comitent, eventurum sit. Liv. libr. 34. c. 61. L. Tarquinius Superbus cum occiso Servio rege regnum scelere quassisset, metu hoc armatis se sepsit, & conscius, male quaerendi regni ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit, ut loquitur Liv. libr. 1. c. 49. Sylla dictator cremari, non humo condidi voluit, veritus talionem eruto C. Marii cadavere. Plin. Histor. nat. libr. 7. c. 54. Cum Pœni legato Romano catenas iniecerint, & Hanno Pœnus Romanus legatus mittendus esset, voluit ire metu talionis: sed ab eo Scipio ipsum liberavit. Valer. Max. libr. 6. c. 6. in Afrub. Vibius Virius princeps urbis Capuae cum defectionis a Romanis, & trucidati praesidii auctor fuisset, consciusque, quid ipse, & Campani facturi essent si Romanos in potestate sua haberent, adeo ejus rei talionem metuit, ut cum aliis 27. senatoribus ad epulas pariter, & eosdem ausus eadem ratione invitatis, hausto veneno eodem prope rogo cremari decreverint. Liv. libr. 26. c. 13. Et haec de iis, qui metu occuparunt talionem. Videamus & de iis, qui exercuerunt.

Exempla vero ejus rei illustria apud gentes passim occurrunt. Cum Tarquinienses Romanos in foro immolassent, ipsi deinde bello capti; & Romam missi, medio in foro omnes virgines caesi, ac securi percussi: id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis poenae hostibus redditum. Liv. libr. 7. c. 19. Regulus a Pœnis captus miris modis excruciatum, & in primis diu somno prohibitus, atque ita vita privatus dicitur. Id ubi Romae innotuit, nobilissimi Pœnorum captivi liberis Reguli a senatu dediti, & ab iis in armario muricibus

praefixo destituti, eademque infomnia excruciatum interierunt. Gell. libr. 6. c. 4. Carolus IV. narrat Dubravium, cum pro tribunali in regio suo jus diceret, ac sacerdos quadam a patrono suo nobili viro oculis orbatus fuisset, eundem, etsi aliam offerret satisfactionem, utroque oculo multasse. Dubrav. Histor. Bohemic. libr. 22. pag. 590.

Sed & ipse summus rerum arbiter insignibus exemplis hujus talionis sanctitatem inter gentes passim probavit, & sua quasi auctoritate communit. Haud sine tremore legi potest, quomodo id exemplo suo agnovit Adonibezes rex Chanaanus, & a Judaeis captus, & manuum, pedumque pollicibus truncatus: septuaginta, inquit, principes amputatis manuum, ac pedum pollicibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias; sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Judic. 1. v. 7. Brutus, & Cassius cum aliis Julium Caesarem occiderunt: ipsi deinde eisdem gladiis, quibus ille percussus est, se ipsos interfecerunt, omnesque eorum occisores brevi deinde extincti sunt. Dion. Cass. Histor. libr. 48. princip. ubi addit: ita nimirum & iustitia postulabat, & Deus volebat eos interire, qui vicum ad id virtutis, & fortunae progressum occidissent. Idemque tradunt Sueton. in Jul. Caes. in fin. & Jul. Capitolin. in Gordian. c. 33. Quod memorabile talionis divina exemplum deinde repetitum in Gordiano III. Imp. & ejus interfectores quoque sua manu, suisque gladiis, & iisdem, quibus illum percusserant, interiisse dicuntur. Jul. Capitolin. d. c. 33. Agamemnon occiso Tantalo Thyestis filio, uxorem ejus Clytemnestram duxit: deinde & ipse ab Aegistho, adultero Clytemnestra, & uterque adulter rursus ab Oreste hujus filio occisus est. Alexandri VI. filii pessimus, qui nemini fidem servavit, ab eo, cujus fidei se commiserat, proditus est. Thuan. libr. 1. f. 20. Idem notatur de Ludovico Sfortia Mediolanensi duce, qui nemini ipse fidus, neminem suorum fidelem sibi habuit. Carolus Burgundus, qui Constabulum fidei suae se permittentem Galliae regi prodidit, vicissim a Compobachio proditus est eo fato, ut etsi rex Galliae moneret, tamen non providerit. Comin. libr. 7. ubi hanc talionem divinam bis inculcat. Sed & paria de Ludovico XI. idem Comineus praedicat: multos, inquit, per omnem vitam perpetuo metu excruciataverat; & nunc ecce videmus eum ad consimilem plane modum affligi. Marius, Metello jam victori Jugurthae succedens, gloriam victoris ei eripuit; ipsi

Mario deinde vicissim pari ratione Cornelium Sylla, Plut. in Marc. c. 12; ubi id tribuitur ultioni divina. Pyrrhus, qui Priamum interfecit ad aram, iterum ad aram interfectus est, ut supra §. 2. retulimus ex Pausan. Quod aleo agnovere gentes, ut talionem ex ejus cognomine dixerint, d. l. Archelaus Macedonia rex a Crateva quodam scorto suo; hic vix triduo rex iterum interfectus fuit, Ælian. Histor. Var. libr. 8. c. 9. Item Philipus Macedonum rex Avatum Achæorum principem, virum rerum gestarum gloria præclarissimum, veneno clam dato occiderat; idemque scelus in Eurclidem, & Miconem, oratores, perpetraverat. Sed hoc mortiferum poculum ipsi divina talione perniciem attulisse, inquit Pausanias in Corinth. lib. 2. c. 9. nam minor ipsius filius Perseus alterum Demetrium veneno sustulit, ipseque pater ideo agritudine animi extinctus est. Hæc, pergit Pausanias d. l. hic recensui, respiciens ad divinum illum Hesiodi versum: injuste in alterum consulentes consilium in se auctorem inprimis vertere. In qua specie in filium Venesici versa talio hoc acrius excruciauit auctorem.

Queritur jam porro, quousque talio valeat? Resp. intra fines ejus, quod est in potestate magistratus; unde anima pro anima auctoritate magistratus (nam privata potestatis fines ea res excedit) in talionem venire potest, quia magistratus habet jus vite, & necis: non autem adulterii, vel castrationis talio fieri adulterio reciproco, vel castratione poterit, Novel. Leon. 60; quia magistratui non competit jus permittendi, nedum decernendi hæc crimina. Hæc semper sunt crimina; homicidium non semper: nimirum, morte homicida est non restituitur alteri vita, tamen tollitur malum, supr. §. 28. seq. Sed reciproco adulterio, vel castratione, non tollitur malum, sed geminatur.

PROPOSITIO IV.

Justa talio in solo homicidio, & adulterio, est vita ademptio; nec aliter, nisi morte, pensari hæc crimina possunt.

DEMONSTRATIO.

Certum enim est, (Quæ sunt verba Henr. de Cocceii in d. Diss. de SS. Jure talionis §. 28-33.) cum nihil in hoc orbe, nihilque omnino corporei cum vita, ac anima hominis, quippe divinitatis particula, comparari possit, illius ademptæ talionem nullam esse posse, que non sit inferior delicto, nisi ipsa vita, & anima: qua sola cum aestimari, ac pensari

crimen illud possit, vicissim eam auferri necesse est, cum nullum anima pretium statui possit, quam anima. Ex hac lege talionis est oraculum illud Noachidis datum: qui sanguinem effundit, ejus sanguis effundetur, Genes. 9. v. 6; & quod passim dictum est, animam pro anima.

Certum igitur est, homicidii penam minorem ultimo supplicio esse non posse: & licet alias penarum determinationes, & estimationes, a judicio Magistratus civilis pendendant, nec earum quantitas natura definita sit, homicidio tamen pena capitis ipsa natura lege injecta, decisumque omnino est, si pena minor sit ultimo supplicio, eam a justæ talionis rationibus deficere, nec crimini adequatam esse. Eluxit ejus juris evidentia exemplo Caini, qui fratricidii manifestus, & tum perpetrati sceleris, tum talionis conscientia anxius, ac trepidus, quisque, inquit, me invenerit, interficiet me. Gen. 4. v. 14. Nondum tum homines in Civitates coierant, nedum leges inter se considerant; quin primus hominum iste Cainus humano semine procreatus est: unde ergo illa statuenda in se talionis notitia, nisi ab ipsa natura? Fuitque tam certum hoc, indubitatumque jus inter omnes, ut non tantum Cainus sibi ab omnibus metuerit, & legem talionis hominibus persuasam, fidemque crediderit, sed & ipsi DEO necessarium visum fuerit, ne homines jus hoc talionis in Cainum exequerentur, peculiari signo, & statuta septupli pena id cavere, atque avertere. Advo jam tunc, cum præter solam naturalem, nondum ullam legem homines agnoscerent, talionis sensum agnoscerunt, ac pro immota lege habuerunt.

Ex quibus irrefragabiliter infertur, homicidio commisso pena capitalis gratiam a nullo homine, nec ab ulla humana potestate fieri posse: cum pena hac decreta sit ipsa natura lege, ac præcepto, cui nulla potestas, nullus Magistratus derogare potest; quippe cui omnes subiecti sunt, omnesque ejus respectu privati. Derogare autem legi nemo potest, nisi qui condidit, aut qui parem ipsi Conditori potestatem habet; qualis nulla humana potestas est, comparata cum summo Creatore, ejusque decretis. Quæ omnia certi juris, certæque rationis sunt.

Hoc ipse sacra litera severe inculcavit, omnemque hujus talionis remissionem penitus abominantur. Ita expresse præcipitur populo Israelitico: Non parces ei oculus tuus; sed animam pro anima, &c. Deut. 19. in fin.

Heu

Hac lex, ut jam vidimus, dicta fuit toti populo, qui liber populus, & cum summa potestate fuit. Idem clarissime Num. 35. v. 31. Non recipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis; statim & ipse morietur. Quia lege summe potestati, qualis fuit in Rep. Hebræorum, cui hic Deus loquitur, omnis aufertur de hac pœna homicidii dispensandi potestas. Sed & eadem lex omnibus Noachidis, id est toti humano generi lata est. Gen. 9. v. 6. supr. h. Diff. §. 28. Ergo & omnes homines, & totum genus humanum, hac lege obligantur. Pugnat autem, ipsum, qui lege obligatus, & adstrictus est, ei derogare, seu ut loquuntur, de ea dispensare posse, quod est ejus, qui lege superior, non qui ea inferior est, ut humanum genus summo legislatore. Atque ita cum Carolus V. gratiam homicidii largiri vellet ei, cui valde saevabat, ideoque rescriberet ad Consilium Mantuanum, amplissimus ille Senatus gravissimis literis causus reddebat, cur id fieri non posset. Et pariter testis est Dn. Praeser, a facultate Juridica Archi-Palatina se referentem se pronunciatum fuisse: semel de puella Hammoica, que in partu infantem occiderat; eaque res tum omnibus prope novellis vulgata fuit. Etsi autem plurimi Viri Illustres, & Magnates, miseri aetatis, forma, & ingenii puella, singulari studio pro ea intercederent, & ipse Illustrissimus Comes, qui consulebat facultatem, tantis intercessionibus motus in gratiam, si fieri posset, proclivem se significaret; prædicta tamen amplissima facultas Heidelbergenfis plurimis rationibus evicit, in modo quidem supplicii locum gratiae esse posse, in supplicio non posse: unde gladio deinde punita fuit. Quo modo in simili prope causa iterum deinde ibi pronunciatum, & judicatum; quin & tertium in supremo consilio Status Electoralis Palatini, ipso praesente, in milite, qui eadem fecerat, ita conclusum fuit, licet hic miles tandem aliunde penam mortis evitaverit.

Sed & in adulterio cum conjugata commisso justa talio infra supplicium capitis statui nequit; & omnia reliqua infra ejus estimationem esse videntur. Nam & violatur eo conjugalis thori sacrosanctio, quem solum natura constituit, propagandi hominis, conservandique generis humani, divini animalis, modum, ac remedium; & hoc praeterea agitur, ut perpetua, ac aeterna inferatur familiae injuria, qua cum partu adulterino, ejusque posteritate omnia familiae jura usurpante, aliisque iis privante, in sempiternum perennat.

Accedit, quod adulterini amoris furoribus periclitetur vita conjugis innocentis. Denique hoc crimen omnium scelerum sentina est; tantique visum non impune id esse, cum maxime in occulto fieri soleat, ut amara potionis miraculo, & execratione, prodi potuerit latitans adultera. Num. 5. v. 11. & seq. Sed & ubique fere Gentium gravissimis pœnis capitalibus illud coercetur. In sacris constat, pœnam capitis esse, Lev. 20. v. 10. Deut. 22. v. 22: scilicet ut uterque adulter saxis obruatur, Joh. 8. v. 5. Deut. 22. v. 21. Ita apud Parthos nulla delicta adulterio gravius vindicata esse, ait Justinus lib. 41. c. 3. Imperator Marcrinus adulteros semper vivos simul incendit junctis corporibus. Jul. Capitol. in vit. Macr. c. 12. Et apud alios populos plerumque capitale fuisse, exemplis ostendit Damhaud. Prax. Ret. Crim. c. 91. n. 53. & seq. Quod & innuit Virg. 6. Æneid. vers. 612. ubi in locis inferorum, quibus retinentur, & puniuntur impii, etiam adulteros recensens inquit: Quique ob adulterium cæsi

De jure civili veteri, putant, in adulteros non ultimo supplicio, sed deportatione animadvertum fuisse, per l. 5. ff. de Question. l. 14. ff. de testib. l. 13. ff. de his, quæ ut, &c. Quod tamen dubium fit, tum ex d. loco Virg. tum per l. 18. C. de Transact. & l. 9. C. ad L. Jul. de Adult. licet eas a Triboniano interpolatas putent. Et certum est, statem post Constantinum I. penam capitalem factam esse: l. 30. C. eod. tit. Nov. 134. c. 10. §. 4. Inst. de Publ. jud. ubi pœna capitis ipsi legi Julia tribuitur. Nam & ex ipsa L. Corn. de Sicar. statem deportationis pœna constituta est; & tamen capitis pœnam ipsi L. Cornelia vindicat Just. in §. 5. Publ. jud. Et potuit equidem non minus id facere, quam jura Scti Pegasiani aggregare Scto Trebelliano vetustiori, §. 7. de Fideic. hæc. Quanquam & dici possit, his duabus legibus plura statui: scilicet L. Julia non modo de adulteris, sed & stupris cum soluta: L. Cornelia tum de Homicidiis, tum de iis, qui hominis occidendi causa cum telo ambularent; & ideo non ultimam pœnam, qua nunquam in utrumque cadit, sed mediam, ac talem, qua utrique quodammodo communis esse possit, pro ordinaria statuisse. Sane, usum in adulteris, & homicidiis, jam ante Constantinum M. pœnam capitis obtinuisse, dubitandum non est.

PROPOSITIO V.

Pœna jure natura tantum statuitur pro injuria

injurya facta: non 1. pro imperfectione, etfi moralis: nec 2. in cogitationes, etfi pravas, L. 18. D. de poen.: nec 3. in id, quod viribus humanis impossibile est.

DEMONSTRATIO.

Per solam injuriam actu illatam jus nostrum læditur, eoque reparandi necessitas existit, *Posit. 7*; cessante igitur injuria, omnis quoque cessat obligatio. Quod igitur ob injuriam non factam cautio aliquando exigatur, id est juris positivum.

Non autem I. pœna statuitur in hominem, qui quadam imperfectione laborat; uti si sit furiosus, infans, &c. Hæ enim imperfectiones non sunt in potestate hominum: & vitium non in animo, sed in corpore consistit. Vid. *proposit. seq.*

Idque verum est, etfi imperfectio illa sit moralis: forte quod quis charitatis regulas negligat, &c. His enim vitiis jus alterius non læditur; adeoque cum nemini fiat injuria, nulla subest reparandi necessitas: immo cum cuique natura jus competat de rebus suis pro lubitu disponendi, is potius injuria agit, qui necessitatem alicui imponit de re sua erogandi. Neque dici potest, reparari injuriam, quia etfi avarus cogatur ut erogat, non tamen ideo desinit esse avarus; vitium enim, quod in animo consistit, manet. Vitia igitur animi non pœnam inferunt, sed carentiam præmii, quod ens perfectissimum virtutum actibus destinavit.

Sed & II. per cogitationes, etfi pravas, alii non inferitur injuria: aliud enim est facere injuriam, aliud velle facere; hac sola voluntate jus alterius non læditur, adeoque frustra de reparatione quaritur. Sane, magistratus officium ad cogitationes non pertinet, quia in animo consistunt, & ad imperfectiones morales potius referendæ sunt: sed & impossibile est, perscrutari cogitationes, quippe quod Deo tantum est reservatum; idque testatur *Livius libr. 45. c. 24.* Hinc regula *JCorum*, quod cogitationis pœnam nemo patitur. *L. 18. D. de pan.*

Hinc qui perverse de Deo sentit, ideo puniri nequit, quia non est in nostra potestate aliter cogitare: immo Deo illuderet, qui coactus aliter loqueretur, ac cogitaret. At si contra leges civitatis cogitationes cum aliis communicat, punitur, non quia cogitavit, sed quia alios docuit.

Eodem scientia punitur in crimine læsæ majestatis; sed hoc ex ratione naturali sequitur: nam vera causa est injuriæ actu illatæ;

Tom. III.

quia qui malum impedire potest, & debet, æque reus est: quæ ratio ad cogitationes non pertinet.

Denique, & III. pœna statui non potest in id, quod viribus humanis impossibile est: facultas enim naturalis agendi cessat; ad impossibilia autem nemo tenetur. Atque huc retulimus singulares de religione opinionones: nemo enim cogi potest, ut credat quod persuadere sibi nequit.

Supponitur autem impossibilitas, quæ excedit vires humanas. Si enim illa oritur ex corruptione morum, pœna omnino in tales actus statui potest, quia est species culpæ.

PROPOSITIO VI.

Hinc bella vel ob stuporem, vel in pœnam adiarum gentium, non valent. Exc. 1. si causa ipsius, vel hominum communis sit: 2. si scelera in Deum agnita sunt; non si de eo male sentiunt: 3. si assistimus læsi ab alia gente.

DEMONSTRATIO.

Ex præcedenti propositione sequitur, puniri gentes non posse ob stuporem, quia est imperfectio animi, unde alterius jus non læditur, adeoque ubi nulla concipi potest reparandi necessitas. Hinc male hoc prætextu Hispani subjugarunt Americæ gentes.

Idem dicendam de aliis criminibus a gente aliqua committi solitis; uti si incestus, Sodomia, &c. ab ea permittitur. Sane, in pœnam bellum inferre ei, non possumus, quia per hæc crimina jus nostrum non læditur, nemini fit injuria, adeoque cessat reparatio. Præterea pœna tantum infligitur a superiore: gens autem gente non est superior. Denique in quos lex ferri non potest, in eos nec pœna statui, quia pœna est legis executio: non autem lex ferri potest nisi in subditos.

Aliud obtinet I. si injuria illa ad nos quoque pertinet; tunc enim nostrum jus læditur, cujus reparatio exigere potest. Uti si causa sit communis hominum: tunc enim gens non exigit pœnam qua superior, sed jus suum, injuriam sibi quoque illatam vindicat; uti si gens quadam promiscue piraticam exercet: nam in hanc quoque pœna a quocumque statui potest, *vid. L. 7. D. de capt. & posth.* quia securitatem communem hominum turbat, commercia impedit, jus transeundi maria denegat, &c. Tales quoque sunt *anthropophagi*, qui 1. impediunt jus sepulturæ, adeoque injuriam inferunt sanctuario; in quo conservabatur particula imaginis divinæ: 2. eo ipso jus sibi arrogat in corpus hominum, quod non est

T t

Gra.

creatum ad usum hominum. Sed & eos huc referre solent, qui conscientiae subditorum vim inferunt. *Vid. Tesmar. in not. ad §. 40. lit. k. & §. 48. lit. a. in fin.* Nam hoc quoque pugnare, ajunt, cum societate humana, adeoque hanc injuriam communem a quolibet Principe vindicari posse. Talia quoque sunt bella illorum heroum, Thesei, & Herculis, qui monstrorum demitores, eoque beneficia humano generi dedisse, dicuntur, immo in Deorum numerum relati fuerunt. Denique etiam in tyrannos licite bellum geritur, quia illi quoque securitatem humani generis violant.

Excipimus porro, § II. a regula ab initio hujus propositionis posita, si injuria in Deum agnitum committitur. Cum enim imperium ab initio toti humano generi competierit, facta postea divisione, ea tantum ad jura humana pertinebat: at potestas vindicandi glorianum Numinis, communis, & in solidum penes omnes partes mansit. Hinc probantur bella Israelitarum contra populos damnatos: quanquam etiam speciale Dei mandatum accesserit.

Equidem Auctor haec assentit *b. c. §. fin.* at in eo errat, quod putat, tale bellum licite geri in gentes, quae scelus in idolum committunt. Etsi enim genti illud idolum factum sit, non tamen humano generi sacrum est; nisi Creator universi sub illo idolo intelligatur, uti si Jovi fit injuria.

Notanter supposuimus, injuriam fieri in Deum agnitum. Aliud igitur dicendum si gens saltem male de Deo sentiat: nam opinio oogenequit; & hoc esset conscientiae vim inferre: quae injuria est, & a qualibet gente vindicari potest. *Conf. Gordines, e societ. Jes. in chron. ad ann. 1589. Covarruvias in cap. Peccatum, part. 2. §. 10. de reg. jur. in 6.*

Denique III. aliorum injuriam vindicare possumus, si auxilium a nobis expetunt: tunc enim non jus nostrum vindicamus, sed laesus suam injuriam persequitur, & nobis utitur tamquam instrumento. Actio igitur hic non est nostra, sed ejus, cujus jure, & nomine agimus. Hinc cives contra Principem notorie tyrannidem exercentem, auxilia aliorum implorare possunt.

Additio.

» Multa hic notanda occurrunt, quae in
» explicatione textus observabimus.

PROPOSITIO VII.

Talio fit 1. vel in eadem persona, vel in alia, qua pro altera tenetur: 2. privatione vel peris ejusdem, vel per tantumdem: 3. non

illata nova turpitudine. Vid. disp. nostra de sacro sancto talionis jure §. 46. 47.

DEMONSTRATIO.

Talio regulariter fit I. in eadem persona, quae malum fecit: quia culpa, & delictum non excedit personam; adeoque in hac sola reparatio fieri potest.

Aliquando tamen etiam in alia persona fieri potest, quae jure pro altera tenetur. Sane, pro delicto civitatis singuli cives tenentur, quod est fundamentum juris repressaliarum. Atque haec ratio est, cur legato nostro violato violantis legati jure talionis violari possint: cives enim approbant civitatis judicium, ejusque Reſtoris, & factum illius defendunt, vel saltem defendere tenentur. Exemplum illustre existat in Regulo, quem Carthaginenses cruci affixerunt, in cujus criminis pensationem postea primarii Carthaginensium cives excruciatu fuerunt. *Gell. Noſt. Attic. libr. 6. c. 4.* Romani jure talionis 500. Pœnos morti dederunt, quia Pœni totidem cives Romanos occiderant: praeterea autem pœnae loco 300. alios interfecerunt, ut malitiae quoque pœnam darent. *Liv. libr. 7. c. 15. & 19.* Notum est exemplum Johannae Lotharingicae apud *Serran. ad an. 1430.*

Aliud igitur dicendum si alia persona pro alia jure non tenetur: hinc filius pro patre, uxor pro marito, servus pro domino talionem non patitur, nec contra. *Vid. Plut. in Timol. in fin.*

Porro, § II. talio requirit privationem juris. Si enim reo nihil juris auferatur, malum non patitur, adeoque definitio talionis cessat. Privari autem debet vel jure eodem; hinc is, qui rem mihi abstulit, non liberatur, pretium, vel duplum pretii restituendo, sed praecise eandem rem restituere tenetur: vel si eadem res restitui nequit, talio fit per tantumdem; i. e. aestimari debet malum, quod reus fecit, & malum, quod ideo vicissim ei infligendum est: quae aestimatio quomodo fieri debeat, examinavimus in *Propos. III.*

Quæritur igitur, III. an talio fieri possit idem crimen committendo? Quod merito negamus. Si proinde quis uxorem, vel filiam meam stupravit, mihi non vicissim licet stupratoris uxorem, vel filiam violare: si quis hominem castraverit, ideo non vicissim castrari debet. *Novell. Leon. 60.* Hi actus enim per se crimen sunt, adeoque non reparatur injuria, sed nova committitur. Polybius valde in Philippum invehitur, quod sacrilegium Ætolorum pari sacrilegio taliaſset. *Lib. 5. c. 3.*

Atqui

Atqui homicidium alio homicidio pensari potest? Resp. Hoc est intra fines officii magistratus, quia magistratus habet jus vitæ, & necis: at magistratui non jus est decernendi, vel permittendi adulterium reciprocum, vel castrationem; quod prolixè exposuimus in *Diss. de sacrosancto talionis jure* §. 42.

PROPOSITIO VIII.

Ultra talionem quæ infertur pœna ad emendationem vel ipsius lædentis, vel tertii, est mere juris civilis.

DEMONSTRATIO.

Reparata injuria, seu patiendo tantumdem, omnis pœna cessat, quia malum actionis cessat. Sane, naturâ sufficit ad deterrendam voluntatem a delicto obligatio ad reparandum; hoc casu enim quia tantumdem boni aufertur, quantum abstulit, naturaliter nihil superest, quod voluntatem moveat: & licet homines aliquando nihilominus inducantur ad delinquendum, id tamen non est ex insufficientia pœnæ, seu talionis, sed ex spe impunitatis, quod latitum putent. Sed nec major pœna semper sufficit ad homines deterrendos, quia spe impunitatis etiam gravissima delicta committi solent. At quia sola hac pœna naturali delictorum frequentia impediri in statu hominum adeo corrupto nequit, ob utilitatem publicam, ut ipsi delinquentes, aliique deterreantur in posterum, varia pœnarum augmenta jure civili statuta sunt, quibus vel cruciatus augentur, vel ignominia reparationi jungitur. Ut proinde sola utilitas publica causa sit augmenti pœnarum.

PROPOSITIO IX.

Æstimationem injuriæ auget animus, seu propositum.

DEMONSTRATIO.

Animus, seu propositum peccandi, non auget pœnam naturalem, i. e. æstimationem injuriæ, quæ læso debetur, & quæ finitur præstando tantumdem, quantum alteri abest, At quia diximus, ultra talionem a magistratu, ob utilitatem publicam, pœnam infligi posse, in hac æstimatione omnino inspiciendus est animus, seu propositum; & gravior punitur ille, qui ex malitia peccat, quam is, qui ex negligentia.

Sed & porro minuitur aliquando talio naturalis ex eadem utilitate publica, respectu habito ad imbecillitatem humanam: atque hinc dolosa homicidia graviolem æstimationem patiuntur, quam culposa; quod etiam jure divino observatum fuit. Id ergo meri juris civilis est.

Equidem Stoici omnia delicta æqualia dixerunt: Cicero 4. *Paradox.* & pro Milon. dum comparat vitam Africani cum morte Clodii. Conf. Socras. apud Plat. *L. ult. de leg.* Quod suo sensu verum est Nam sive parva, sive magna res sit ablata, æque furtum est ratione furis; æque vitium est, & excessus: adeoque æque forma furti. At non idem est ratione æstimationis, tum damni, tum pœnæ; quæ omnino major esse debet, ubi major est læsio. Ita Cicero postquam dixit, peccati rationem in eo esse, quod non licet, indeque eo facto æque peccatum esse, sive res magna, sive parva sit, ita pergit: *Nos in vita non quæ cuique peccato pœna, sed quantum cuique liceat, spectare debemus; quidquid non oportet, scelus esse.* Non igitur intellexit mentem Stoicorum Horatius, dum 1. *Serm. Sat. 3. v. 96. seqq.* refutat delictorum æqualitatem:

*Quis paria esse fert placuit peccata, laborant,
Cum ventum ad verum est: sensus, moresque repugnant, &c.*

*Nec vincet ratio hoc, tantumdem ut peccet,
idemque,*

*Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus divum sacra legerit: adstet
Regula, peccatis quæ pœnâ irroget equas;
Ne scutica dignum, horribili sceleris flagello.*

Quo major ergo malitia est, eo majorem reparationem leges civiles statuere, & eo graviolem pœnam infligere possunt.

PROPOSITIO X.

Jus puniendi non competit privato, sed soli magistratui.

DEMONSTRATIO.

Hic perpetuus est Auctoris error, jure naturæ unumquemque læsum, quin & alium non æque nocentem, pœnam a lædente sumere posse; quod passim jam refutavimus. Nam 1. privatus in privatum, par in parem, natura nullum jus habet. 2. Ad pœnam etiam invitus cogendus est; jus autem cogendi non nisi superior habet. Unde 3. pœna est effectus imperii; quod par in parem non habet. Sed & 4. pœna natura infligi non potest nisi prævia causæ cognitione; hæc autem privato in parem nullibi concessa est, nedum in propria causa. 5. Communi gentium consensu constat, administrationem justitiæ magistratui concessam esse; pars autem ejus administrationis est distributio pœnarum.

PROPOSITIO XI.

Pœna finitur 1. morte, 2. remissione.

T c 2

D 2

DEMONSTRATIO.

I. Morte finiri poenam, certum est, 1. quia effectus poenae est ut injuria tollatur patiendi tantundem: hæc passio locum naturaliter habere non potest, nisi in persona, quæ læsit, adeoque tantum ea vivente; post mortem enim malum pati nemo potest. 2. Poena est æstimatio demeriti, uti præmium æstimatio meriti: meritum autem, atque demeritum, extra personam esse nequeunt, non magis, quam unius actio potest videri actio alterius. Sed & 3. effectus poenae consistit in sensu: unde nec infans, nec furiosus, puniri naturaliter possunt, quia sensum poenae non habent; nedum mortuus. Unde 4. hæredes ex delicto defuncti ad poenam non tenentur: non ex suo facto illicito, quia nihil peccarunt; nec ex jure defuncti, quia poena saltem tenet suos auctores. L. 22. C. de poen. Aliud est si talio ex bonis defuncti fiat, de quo plenius actum est in *Disput. nostra de obligatione hæredis ex delicto defuncti*.

II. De remissione poenae Auctor agit infra §. 22. seq. Ea finitur omnino poena, si jus sit partis læsæ, non si jus sit superioris punientis: unde nec e contrario superior poenam remittere potest, si de jure privati agitur.

A D §. I.

FACTA] „ Nam ex hypothese Auctoris actiones dantur aut ob injuriam non factam, aut ob factam: L. 2. c. 1. §. 2. Quando ob non factam injuriam bellum licitum sit, explicavit d. §. 2. in. fin. §. seq.

Priorem partem jam absolvimus] „ Postquam enim in genere supposuit, ob injuriam factam reparandum esse id, quod nostrum est, vel fuit, aut quod nobis debetur; pergit, nostrum aliquid esse vel communi hominum jure, vel jure singulari (Vid. libr. 2. cap. 2. usque ad cap. 11. Diff. proæm. VI. §. 1. seq.). Deberi autem nobis aliquid, vel ex jure naturæ, vel ex jure gentium (vid. libr. 2. cap. 11. usque ad cap. 20. Diff. proæm. VII. §. 1. seq.) Utrumque autem reparari debere concludit.

Superest posterior de panis] „ I. e. superest ut demonstremus, quomodo injuria facta punienda sit.

Quod origo ejus, & natura minus intellectis multis errationibus causam dedit] „ Ve-

rum est, naturam, & originem poenarum hæcenus satis cognitam non fuisse: sed si dicendum quod res est, nec Grotii principia rem exhauriunt. Meliora sunt quæ B. Parens de origine poenarum initio hujus capituli disseruit, & quæ compendio, paucis mutatis, nunc proponemus.

L. Ex omni facto illicito, quo jus alterius læditur, oritur reparandi necessitas, i. e. obligatio jus suum cuique tribuendi. Vid. Diff. proæm. XII. §. 518.

II. Reparatio illa fit 1. per restitutionem damni dati, 2. per passionem tantundem mali, quantum fecit.

III. Restitui igitur debet damnum injuria datum, sive reddendo rem ipsam, quæ apud delinquentem existat, sive solvendo æstimationem, seu tantundem. Vid. B. Par. Diff. de obligat. ex del. def. §. 5. n. 5. §. 10. Cum enim læsus ex facto delinquentis minus suo habeat, naturali ratione tantundem ejus patrimonio detrahi debet, donec patrimonium læsi redintegretur.

IV. Cum vero is, qui deliquit, præter demtionem rei, jus alterius lædat, securitatem a natura singulis concessam violent, angorem, dolorem, & perturbationem animi læsæ accersat, &c. hanc quoque injuriam reparare, i. e. tantundem mali pati tenetur, quantum fecit.

Atque hæc reparatio, quæ per talionem fit, poena dicitur: eaque vera ratio est poenarum privatarum, quas Jcti Romani ultra simplum, in duplum, triplum, vel quadruplum statuerunt; quæ proinde non ex jure civili, sed ex jure naturæ originem habent.

Sed & poena publica ex eodem fonte oriuntur. Cum enim is, qui jus alterius lædit, vel aliquid legibus contrarium admittit, auctoritatem quoque magistratus violent, hanc quoque injuriam in magistratum per contentum legum commissam reparare, i. e. tantundem mali pati tenetur, quantum fecit.

V. Hinc jam facile constat, hanc talionem non consistere in eodem malo præcise infligendo; v. gr. ut dens pro dente, oculus pro oculo, &c. facto naturali eruantur; hic enim per rei naturam tantundem mali definiri nequit: sed fieri id debet per æstimationem, juxta arbitrium boni viri, ubi malitia lædentis, dignitas læsi, locus ubi læsio facta est, &c. in æstima-

„ tio-

tionem veniunt, & juxta gradus injuriæ, &
malitiæ, pœna, seu talio augetur; quod
optime observarunt Romani Jcti in L. 16.
D. de pœn. Quibus principiis positis tota
ratio pœnarum perspicua erit.

Malum passionis, quod infligitur ob malum actionis] Rectius definitivimus pœnam, *privationem boni nostri propter culpam.*

Additio.

Hæc definitio non differt a priori: nam ille quoque, qui privatur jucunditate aliqua, v. gr. in libertis, &c. patitur malum aliquod.

Atque ideo ad passiones sunt referenda] Revera enim mali aliquid patitur qui ad operas damnatur.

Proprie pœna non sunt] Etsi enim malum hic fit passionis, id tamen non est ob malum actionis, sed jus quæsitum aufertur ob utilitatem publicam, &c. Ita enim ob morbum contagiosum, v. gr. lepram, commerciis interdici alicui potest, *Levitic. 13*; ob corpus mutilum excludi a dignitatibus, *Deuteron 23. 1*; ob impuritates quasdam a cœtu, & consortio hominum, *Levit. 15*.

Ob similitudinem, & per abusum] Quia revera malum aliquod patitur, etsi citra culpam, seu malum actionis:

Natura ipsa dicitur] Per convenientiam, scilicet, cum societate humana. Ad sæpius dictum est, tale dictatum non dari, quia humana societas non existit: adeoque ex alia naturæ ratione originem pœnarum demonstravimus.

Ut qui male fecit, malum ferat] Omnis enim injuria tolli debet; eaque est naturæ obligatio: non autem reparatur nisi restitutione rei, & damni; & præterea per talionem, quæ est æstimatio, seu pensatio mali, quod illatum est.

Quod antiquissimum, & Rhadamantbeum jus vocant] De antiquitate hujus juris vide *pr. b. §. propos. III.*

Adversus omnes homines ut cives] Ejusdem scilicet reipublicæ, cujus caput Deus est.

Injuste agenti non luendam pœnam] Conf. *Sallust. Jug. c. 20. & 31. Catil. c. 51. Pacymer. Hist. 6. Euripid. in Hecub. v. 844. Sophoc. in Oedip. tyrann. v. 553. Tesm. b. Senec. de ira, c. 30. & in Herc. fur. v. 735. Plat. in Eustypbr. Euripid. in Hippol. Coron. v. 938.*

Malitia medicatricem] Nam pœnæ sunt instar medicinæ, qua affecta corpora curantur. *Tesmar. b. & Gros. infr. §. 7. n. 1. Add. c. 1. c. 23. q. 4. Liv. 28. 27. Senec. de ira lib. 1. c. 16. Tac. Annal. 1. c. 49.*

Quæ proprie ita nominatur] Et quæ infliguntur ob malum actionis.

Ut delicto reddatur] Pœna enim est æstimatio malitiæ, seu malæ actionis, L. 41. *D. de pœn.*

Quod ad pœnas etiam, quæ a Deo irrogantur, pertinet] Si scilicet Deus malum inflert hominibus propter peccata. Cæterum, non omnia mala a Deo illata sunt pœnæ; aliquando enim sunt beneficia: semper autem jus Dei est, creaturæ suæ calamitates inferre; quod thema latius explicavi supra *libr. 1. c. 1. §. 10. n. 6.*

Latet culpa, ubi non latet pœna] Tunc igitur malum patitur ob malam actionem, quæ homines, non Deum latet. Cæterum, sæpius Deus malum hominibus infert, ubi nec culpa, nec pœna est, exemplo Job: jure enim dominii, quod in vitam, & in res terrestres habet, pro libitu de utrisque disponere potest.

A D §. II.

AN ad assignatricem, an vero ad explettricem justitiam pœna pertineat] Quid auctor per has justitiæ species intelligat, vidimus supra *libr. 1. c. 1. §. 8.* ubi simul notavimus, jure naturæ nullam proportionem, neque assignatricem, neque explettricem, i. e. neque geometricam, neque arithmeticam locum habere. Cæterum, si quædam proportio attendenda esset, pœnæ ad explettricem justitiam potius pertinent, quia tendunt ad reparationem injuriæ, adeoque ad expletionem justitiæ.

Ideo ad assignatricem justitiam pœnas referunt] Quia non videtur præcise expleri factum; sed pro qualitate, & circumstantiis facti pœna attribuitur, seu assignatur.

Verum non esse, in principio operis hujus ostendimus] Scilicet *libr. 1. c. 1. §. 8.* ubi simul refutat eos, qui ajunt, justitiam attributricem versari circa res singulorum.

Id per consequentiam duntaxat evenit] Immo id ipsum est ex justitia explettrice, quia præcise injuria reparari, i. e. tantundem mali reddi debet.

T t 3

Æqua

Equalitas inter culpam, & pœnam]
 33 Equalitas inter culpam, & pœnam, ne-
 34 cessario esse debet, quia delinquens tan-
 35 tandem pati debet mali, quantum mali
 36 fecit.
Eodem spectat lex divina] 33 Verba Deut.
 34 XXV. v. 2. hæc sunt: pro mensura peccati
 35 erit & plagarum modus.
Et Novella Leonis] 33 Verba Novel. 34. Ita
 36 se habent: ubi enim injuria ultio, quando
 37 injuria affecto damnatum injuria datum non
 38 resarcitur; & Nov. 66: ut justitiæ libram
 39 non plus æquo ad misericordiam inclinare,
 40 ita neque nimia austeritate delinquentibus
 41 graviores, quam peccatum requirat, pœ-
 42 nam imponi, honestum est.
Sed nec alterum, quod illi ponunt] 33 Qui
 34 scilicet pœnas ad justitiã assignatricem re-
 35 ferunt.
Pœnas omnes venire ex toto ad partem] 33 I.
 34 e. comparatam, eoque geometricam pro-
 35 portionem hic obtinere, d. §. 8. n. 2.
Nec in tali equalitate] 33 Hanc enim sæpe
 34 locum habere, dixit, non semper, d.
 35 §. 8. n. 2.
Nec in processu a toto ad partem] 33 Quia
 34 in justitiã assignatrice aliquando simplici
 35 commensione attributionem fieri, dixit d.
 36 §. 8. n. 2.
Sed in habenda ratione ejus aptitudinis,
 37 *quæ jus stricte dictum in se non contineat*]
 38 Plurima circa hæc principia auctoris notavi-
 39 mus d. §. 8. Diximus, 1. aptitudinem pla-
 40 ne ad jus non pertinere, adeoque nec ad
 41 justitiã assignatricem: 2. proportionum
 42 usum in jure nullum esse, adeoque frustra
 43 de his subtilitatibus queri.
 34 Quid vero Grotius per aptitudinem, seu
 35 jus naturæ laxius, & quid per jus stricte
 36 dictum, seu facultatem, intelligat, latè
 37 explicavimus supra libr. 1. c. 1. §. 4. 5.
 38 6; ubi simul notavimus, hanc distinctio-
 39 nem nullum effectum in juris naturæ tra-
 40 ctatione, quatenus de jure hominum inter
 41 se agitur, habere.
Non eo tamen id spectat, ut ipsi accedat
 42 *aliquid, quod assignatrix justitiã postulat*]
 43 Sensus est, quod etsi aptitudo quoque in
 44 pœnis requiratur, eoque pœnæ ad justitiã
 45 assignatricem spectare videantur, non
 46 tamen talis aptitudo hic sit, qualem as-
 47 signatrix justitiã postulat, quippe cujus na-
 48 tura in eo posita sit, ut quæ juris sunt al-
 49 teri permittantur, aut impleantur, prol.
 50 §. 10; cum justitiã comes sit earum vir-

33 tutum, quæ aliis hominibus utilitatem af-
 34 ferunt, libr. 1. c. 1. §. 8. n. 1. Quæ exa-
 35 minavimus ibidem.

Quam vulgo commutatricem vocant] 33 d.
 34 libr. 1. c. 1. §. 8.

Ita enim negotium hoc considerant, quasi
 34 *nocenti aliquid reddatur*] 33 Nimirum, ma-
 35 lum pro alio malo, quod fecit.

Sicut in contradictibus fieri solet] 33 Nam fini-
 34 gunt, eum, qui mali aliquid facit, con-
 35 sentire in pœnam, adeoque quasi ex pacto
 36 teneri. Vid. n. seq.

Decepit eos vulgaris locutio, qua dicimus,
 34 *pœnam deberi ei, qui deliquit*] 33 Ita Cicero
 35 ait, pœna tanto facinori debetur.

Num cui proprie debetur aliquid, is in alte-
 34 *rum jus habet*] 33 Delinquens autem nullum
 35 jus habet in eum, quem lædit.

Æquum esse ut puniatur] 33 Rectius pœna
 34 ei deberi ideo dicitur, quia meretur pœ-
 35 nam ex facto suo illicito.

In pœnis primo, ac per se, exerceri exple-
 34 *tricem justitiã*] 33 Hoc refutavimus supra
 35 libr. 1. c. 1. §. 8; & demonstravimus, in
 36 jure nullum esse proportionum usum, ne-
 37 dum dari aliquam justitiã explettricem,
 38 seu commutatricem. Si vero proportio quæ-
 39 dam observanda esset, negari nequit,
 40 pœnam infligi debere juxta justitiã exple-
 41 tricem.

Quia scilicet qui punit, &c. jus habere de-
 34 *bet ad puniendum*] 33 Ei enim debetur repa-
 35 ratio; adeoque hætenus in alterum ei jus
 36 competit. Vid. n. præc. in fin.

Quod ad contractuum naturam accedit]
 34 Immo toto cælo differt obligatio, quæ ex
 35 contractu est, & ea, quæ est ex delicto,
 36 & unde pœna debetur. Prior obligatio ori-
 37 tur ex utriusque consensu, & ex facto
 38 quoque licito: posterior semper supponit fa-
 39 ctum illicitum; & pœna debetur etiam
 40 non consentienti, immo & invito.

Quia sicut qui vendit, &c. obligasse se
 34 *consentitur ad ea omnia, quæ venditionis sunt*]

35 Vox venditionis natura sua (quam scil. lex
 36 civilis, & usus ei indidit) indigitat nego-
 37 tium, quo res pro pretio utriusque consen-
 38 su in alterum transfertur: qui proinde ait,
 39 se vendere, ille omnia expressisse videtur,
 40 quæ natura vocis comprehenduntur.

Ita qui deliquit, sua voluntate se videtur
 34 *obligasse pœnæ*] 33 Fallit hæc comparatio: de-

35 linquens enim non ideo tenetur, quia pœ-
 36 næ se obligare voluit, sed quia dolo, vel
 37 culpa jus alterius lædit; adeoque etiam in-

„ vitus ad reparandam injuriam, patiendo tantumdem mali, quantum fecit, tenetur.

„ *Ita ut qui directe vult peccare, per consequentiam & pœnam mereri voluerit*] „ Immo etſi declarat, ſe ſpe impunitatis deliquiſſe, tamen inde obligatur ad pœnam.

„ *Ipſe te huic pœna ſubdiſti*] „ Ipſe non ſe ſubdit pœnæ, quia nolens quoque reparare tenetur malum, quod alij intulit.

„ *Suo merito jam tum puniri, i. e. ſua voluntate*] „ Immo hæc plane diverſa ſunt; ſuo merito enim puniri, nihil aliud eſt, quam puniri ob malum actionis, etſi puniri non lit, & contrariam declarat voluntatem.

„ *In ſervitute ſui conſenſiſſe dicitur*] „ Hoc verum quoad operas, & res ſuas, quarum arbitrium in dominum conſenſu ſuo transfert, & jure transferre poteſt: juſ autem vitæ, & necis, non tranſit ex conſenſu, ſed ex diſpoſitione legis in pœnam.

„ *Eſt hic quodammodo datio, & acceptio*] „ Valde improprie, & allegorice magis, quam vere hæc ita dici, apparet ex adjecta voce quodammodo.

„ *Sed & quæ legibus ſunt vetita*] „ Immo a veteribus Jctis eo ſenſu contractus nunquam appellantur.

A D §. III.

„ *Hujus juris ſubjectum, i. e. cui juſ debetur.*] „ Intelligit perſonam, cui juſ puniendi competit.

„ *Per naturam ipſam determinatum non eſt*] „ Auctor hic repetit errorem, quem ſupra lib. I. c. I. §. 10. & c. 2. §. 5. n. 3. late refutavimus: nimirum, juſ puniendi competere omnibus, qui ſimili crimine non laborant; & hoc ſenſu hos eſſe ſuperiores ei, qui nocuit: quod Auctor ex dicto Caini, & reſponſo Servatoris, probare voluit. Diximus in allegatis locis, pugnare cum naturæ ratione, privato, & pari competere imperium in alios, nedum in propria cauſa. Diximus, Cainum metum tantum vindictæ exponere, non juſ: Servatorem autem non concedere juſ puniendi adulteram accuſantibus, ſed exprobrare ipſis ſaltem propria vitia.

„ Sed & ſupra jam probavimus, juſ puniendi ab initio competiſſe toti humano generi, eoque diviſo ſingulis civitatibus; quæ aliquando juſ ſuum in unum, vel plures confert. *Conf. ſupr. §. 1. propoſ. 10.* Numquam ergo competit privatis, niſi in caſu neceſ-

ſariæ deſenſionis, 2. ubi lex id permittit. De quo §. 17.

Alditia.

„ Noſtra principia circa originem judiciorum, & juſ puniendi, expoſuimus in *Diff. proem. XII §. 612. ſeq.*

„ *Convenientiſſimum eſſe, ut id fiat ab eo, qui ſuperior eſt*] „ Natura autem ſuperiores ſunt patresfamilias (non ergo, ut Auctor putat, quilibet homo, qui ejuſdem criminis reus non eſt.) Inter familiis ipſas autem ſi quid admittitur, non poteſt alicui ſuperiori juſ puniendi nocentem competere, quia familiæ communem ſuperiorem non habent: adeoque jure belli, ſeu neceſſariæ deſenſionis demum læſus a nocente pœnam ſumere debet. Quis vero nocens ſit, ex fine demum litis, ſeu ex victoria apparebit.

„ *Non tamen ut omnino hoc demonſtret eſſe neceſſarium*] „ Immo id absolute neceſſarium eſt intra fines familiæ, in qua ipſa natura patrem ſuperiorem conſtituit.

„ *Niſi vox ſuperioris eo ſumatur ſenſu, ut is, qui male egit, eo ipſo ſe quovis alio inferiori cenſeatur feciſſe*] „ Nemo unquam vocem ſuperioris hoc modo intellexit.

„ *In cenſum beſtiarum*] „ Nec hoc concedi poteſt, quælibet peccata ita deformare hominis dignitatem, ut ob ea patrata ſtatim velut inter beſtias ſit referendus: nulla ratio naturæ ideo allegari poteſt. *Vid. Puf. lib. 8. c. 3. §. 1.* Sane, cum omnes homines delinquant, omnes in cenſum beſtiarum detrudi deberent, & ſic non magis alter huic, quam hic alteri ſubjectus eſſet.

„ *Quod a Theologis quibuſdam*] „ Ex ignorantia principiorum juris naturæ. Sed & plane alio ſenſu id Theologi illi dixere.

„ *Natura evenit ut melior ſequenti imperet*] „ Refutavimus hoc alibi. Sanè, prudentia nemini juſ tribuit in imprudentiorem, & quilibet ſe prudentiorem altero aſſereret. Optime dictum hoc explicat *Pufendorf. l. c. §. 1.*

„ *Deteriora comparata eſſe in uſum meliorum*] „ Immo hoc univerſaliter verum non eſt, & imprimis in moralibus fallit, quia quilibet inter meliores recenſeri cupit. Quis ergo judex?

„ *Cui conſequens eſt, ut ſaltem ab aque nocente aque nocens puniri non debeat*] „ Immo nec ab innocente puniri nocens poteſt, quia juſ illius læſum non eſt: ſed & fallit illis.

illa regula in superiore, qui etsi æque nocens sit, tamen nocentem punire potest. Quo Christi sententia pertinet] Servator non ait, adulteram puniri non posse a legitima potestate, etsi in pari reatu constituta; sed in Scribis, & Phariseis improbat, quod contra æquitatem accuserent adulteram, cum æque adulteri, adeoque in pari reatu constituti sint.

Quod ideo dixit] Diximus, Servatorem non voluisse indicare, Phariseos ideo iudices esse non posse, quod æque nocentes essent: nam de eo plane quæstio non erat; constabat enim, solum magistratum de adulterio cognoscendi jus habuisse. Sed de sola accusatione quærebatur, an scilicet Pharisei adulteram ream facere possint, cum ipsi ejusdem criminis rei essent.

Quapropter inexcusabilis es, o homo, qui alium damnas] Immo nec Apostolus hic ait, iudicem esse non posse qui æque nocens est: contrarium enim in Davide, aliisque, videre licet. Sane, ille non desuit esse iudex, licet & homicidium commiserit, & adulterium. Apostolus ergo dehortatur saltem doctores, ne id committant, quod in aliis damnant. Vid ad Rom. cap. 2. v. 21. 22. Vitia igitur docentium reprehendit; non vero statuit, nocentem ab æque nocente puniri non debere. Egregie rem explicat Zigerus in notis b. l. ubi ita loquitur: Hoc effatum non huc pertinet, ut velit definire, nocentem ab æque nocente puniri non debere; sed ut quæstionem captiosam declinaret, & indirecete respondendo iudicium inquinatissimorum vitia reprehenderet.

Non potest ullam auctoritatem habere] Scilicet, inter bonos viros, qui semper male de tali iudice opinabuntur: at auctoritatem omnino habet contra peccantem.

Unusquisque d alio iudicaturus, de se ipso primum iudicet] Ambrosius virtutem, & perfectionem hic inculcat; hortatur iudicem, ne ipse peccet, quia damnando alios ejusdem peccati reos se ipsum damnaret. Utitur igitur hoc argumento, ut iudices a peccando deterreat.

AD §. IV.

Auctor ait, punientem necessario finem habere debere, ib. 4. §. 5; ideoque tres fines poenarum statuit: 1. emendationem

ejus, qui deliquit: 2. utilitatem ejus, contra quem peccatum est: 3. exemplum ratione reliquorum, ib. 6. seq. Nos diximus, typicum poenarum finem naturam esse reparationem injuriæ, seu talionem; nam ubi satisfactum, & jus læsi reparatum est, cessat injuria, eoque delictum.

Reliqui autem fines omnes sunt juris positivi, ut emendatio ejus, qui peccavit, sensu poenæ, L. 20. D. de poen. & exemplum reliquorum, ut deterreantur. Vid. §. 1. propos.

Nocentibus injuriam non fieri si puniantur] Quia jus alterius lædunt, quod reparari natura debet.

Inde vero non sequitur, omnino puniendos. Neque id verum est] Nam remitti aliquando injuria a læso potest; & tunc satisfactum est. At id generaliter non obtinere, infra videbimus.

Et Deus] Si Deus quælibet peccata statim puniret, nemo hominum superesset; nullus enim est, qui non peccet. Lactant. de ira cap. 20.

Et homines condonant] De remissione delicti agemus infra §. 21. seq.

Ne peccetur] Adeoque ne vel is, qui nocuit, amplius nocere possit, vel ut alii deterreantur ne peccent.

Non est interficiendus, nisi id expediat]

Adeoque remitti poena potest si id expedit.

Ut nocere ei non debeat, nisi esse.] Quod

homo homini nocere non debeat, non

est ex aliqua consanguinitate, sed quia jus

in alterius res, & actiones, nullum habet;

indeque extra facultatis a Creatore concessæ fines, eoque injuria ageret: ad

cujus reparationem cogi potest.

Nisi boni alicujus consequendi causa] Re-

ctius, nisi injuriæ reparandæ causa.

In Deo alia res est] Qui nocere potest

etiam non consequendi alicujus boni causa;

quod verum est: at tunc non est poena.

Dei enim actiones nisi possunt ipso summi do-

minii jure] Vi cujus plenum jus in vitam,

& bona hominum habet; quod late expli-

cavimus l. 1. c. 1. §. 10. n. 6. & c. 4.

§. 7. n. 1. Conf. proleg. §. 18. & infra

l. 2. c. 23. §. 14. n. 1. l. 3. c. 1. §. 4.

n. 3. & c. 4. §. 9. n. 1.

Præsertim ubi meritum hominis spectale ac-

cedit] Cum enim Deus, tanquam omnium

rerum arbiter, sine causa vitam, & bona

hominibus pro lubitu auferre possit; mul-

to magis id poterit si ex justa causa fiat.

Etiam si

Etiamsi finem nullum sibi proponant extra] „ Sensus est, Deum punire posse quia ult, etsi extra hanc voluntatem aliam causam non habeat. At bene notandum est, noxam hanc non esse pœnam: adeoque Deus nocere quidem pro lubitu potest, at non punire, nisi ob delictum præcedens.

Res singulas Deus facit propter ipsas, etiam impium ad diem malum] „ Dicitur hoc plane

huc non pertinet; nedum interpretatio Auctoris admitti potest. Salomon non ait, Deum sine ulla causa, & delicto non præcedente, punire homines possit; id enim justitiæ ejus repugnaret: sed asserit saltem, Deum esse causam omnium; ita enim Vulgata vertit: *universa propter semetipsum operatus est dominus*; & tunc addit, *eum fecisse etiam impium ad malum diem*. Quod itidem propter semetipsum fecit, ut manifestet justitiam suam, puniendo eos, quos bonos creavit, & qui impii facti sunt: adeoque non sine fine.

Non alio fine hoc facit, quam ut puniat] „ Contrarium ex hoc ipso loco apparere, dixi.

Receptionem interpretationem] „ Non quasi Deus res singulas faciat propter ipsas, sed propter semetipsum.

Eodem res recidet] „ Verum sensum illius dicti jam explicavi.

I. e. jure summa libertatis, & perfectionis, nihil extra se querens] „ Hic sensus repugnat justitiæ divinæ: omnis pœna supponit delictum; adeoque nec Deus punire potest nisi ob malum actionis.

Aurospone] „ Natus ex se ipso.

Quia non est natus ex aliquo] „ Ipse enim est causa necessaria omnium rerum, eoque æternus, i. e. a se ipso. At inde non sequitur, eum punire sine causa homines posse: nam cum ens sit perfectissimum, nihil facere potest, quod perfectioni illi sit contrarium. Equidem pro lubitu Deus vitam, & bona hominibus, etiam piissimis auferre potest; at tunc non est pœna: neque id facit tanquam judex, sed tanquam rerum omnium arbiter, & dominus; quæ duo confundit Auctor.

Cum dicunt, eum voluptatem capere ex ipsorum malo] „ Quia id promeriti sunt: adeoque Deus voluptatem capit dum satisfacit justitiæ suæ, & irridet impios, quod leges Creatoris sui tam pertinaciter transgredi audent.

Tum vero extremum judicium, &c.] „ Au-

tor ut probet, Deum jure summae libertatis extra ullum finem emendationis punire, provocat ad exemplum ultimi judicii, & obdurationem quorundam in hac vita; in neutro enim casu emendationis finem esse, ait: unde concludit, Deum punire non ne peccetur, sed pro suo lubitu. Equidem si præter emendationem alius finis pœnarum non daretur, vera esset sententia auctoris: at nos finem pœnarum unicum ponimus in reparatione injuriæ, quæ fit patiundo tantundem. Hunc autem finem Deus ipse, dum punit, respicere debet, nec absque injustitia illum omittere potest. *Quod contra Platonem, &c.*] „ Qui Deum quoque ad emendationem, adeoque ad certum finem punire, ait.

At homo cum hominem sibi natura parem] „ Par parem natura punire nequit si superior adest; uti semper adest si inter membra familiæ res agitur: paterfamilias enim judex est naturalis. *Vid. Dissert. proœm. XII. §. 612. seq.*

Aliquid sibi debet habere propositum] „ Hoc verum de judice puniente. At in finis natura neque emendatio est, neque exemplum, uti Auctor putat, sed reparatio injuriæ, quæ fit infligendo tantundem mali, quantum alter fecit.

Non debere in malo cupisquam acquiescere ulciscens animam] „ Judex odio causæ punire debet, non odio personæ. Si tamen judex contrarium facit, non contra juris, sed contra perfectionis regulas peccat.

Sed boni alicujus causa] „ Præcipua causa est reparatio injuriæ: reliquæ causæ sunt, mere civiles.

Quaedam esse honesta simpliciter, &c.] „ I. e. per se, & ex sua natura: ut clementia, liberalitas, &c.

Quaedam ob aliquam necessitatem] „ Quæ cessante actus desmeret esse honestus.

In pœnarum exactione] „ Recte: quia alius finis, quem puniens sibi proponit, honestus non est, extra necessitatem; quæ consistit in reparanda injuria.

A D §. V.

A D E O per se caret ratione, ut saepe servatur in ea; qua non laeserint] „ Hinc iram forem, & insaniam vocat. (*Senec. Epist. 18. §. 114.*)

Ac proinde nec juri natura] „ Utpote

„ quod non ex affectibus , non ex impetu ,
 „ & mero instinctu , sed ex sola ratione ori-
 „ tur.

„ *Quia id est dictatum naturæ rationalis , & socialis*] „ Dictatum *natura rationalis* Aucto-
 „ ri dicitur jus naturæ laxius ; dictatum *natura socialis* ei vocatur jus naturæ stricte sic
 „ dictum : at neutrum agnoscimus. Sane, nec
 „ jus sociale , nec rationale , seu jus huma-
 „ næ naturæ , in sensu Auctoris dari , de-
 „ monstravimus supra L. I. c. I. §. 9. seq.
 „ & Dissert. proæm. I. & II. Jure naturæ
 „ nihil aliud ad justitiam pœnæ requiritur ,
 „ quam malum actionis , propter quod no-
 „ cens mali aliquid vicissim pati tenetur. Ne-
 „ que tunc ratione justitiæ interest , an pu-
 „ niens id faciat vindictæ causa , & an vo-
 „ luptatem inde capiat , an non ; nam id
 „ ad perfectionis regulas pertinet , adeoque
 „ ad alterius disciplinæ partes pertinet.

„ *Nihil agendum , quo noceatur homini al-
 „ teri*] „ Vide supra §. 4. n. 2. Proleg. §. 8.

„ *Nisi id bonum aliquod habeat propositum*]
 „ Propositum autem bonum non est nisi qua-
 „ tenus tendit ad reparationem injuriæ.

„ *In solo autem inimici dolore nullum est bo-
 „ num*] „ Si puniens solam vindictam sibi pro-
 „ positam habet , vitiose agit , non injuste :
 „ manet enim propositum primarium , repa-
 „ ratio injuriæ. Sane , reo non fit injuria ,
 „ qui malum patitur quia male fecit.

„ *Ita nude Spectato*] „ I. e. nullo respectu
 „ habito ad emendationem : rectius , ad re-
 „ parationem injuriæ.

„ *Nisi falsum , & imaginarium*] „ Quod in
 „ sola voluptate vitiosa consistit.

2 „ *Atque hoc sensu*] „ Quando pœna saltem
 „ vindictæ causa sumitur , ut alter dolorem
 „ sentiat.

„ *Sed & Philosophi*] „ Hi omnes loquuntur
 „ de eo , quod perfectionis est , ultionem
 „ enim , i. e. reparationem injuriæ , quæ
 „ vindictæ causa exigitur , non improbant
 „ tamquam juri naturæ , sed tamquam virtu-
 „ ti contrariam.

„ *Inhumanum*] „ Seneca igitur fatebatur ,
 „ verbum ultionis pro justo quidem receptum ,
 „ sed inhumanum esse.

„ *At si natura Spectetur*] „ Loquitur de
 „ affectu vitioso naturæ , de quo n. 1. egit.

3 „ *Pugnat ergo cum natura hominis*] „ Re-
 „ ctius , pugnat cum perfectione naturæ hu-
 „ manæ , non cum jure naturæ.

„ *Qua dolor est*] „ Non habito respectu ad
 „ emendationem.

„ *Quo hominum quisque minus valet rationis
 „ usu*] „ I. e. Quo hominum affectus , & impe-
 „ tus naturales , minus per philosophiam ,
 „ & perfectionis regulas , retinentur.

„ *Liquet ergo ab homine*] „ Postquam Auctor 4
 „ operose satis probavit , inter homines pœ-
 „ nam non obtinere nisi propter aliquem fi-
 „ nem , seu propter aliquod bonum , inde
 „ jam concludit , homines puniri non posse ,
 „ nisi quædam utilitas pœnam justam faciat.

„ *Quæ ergo utilitates*] „ Emendatio nimi-
 „ rum , reparatio , & exemplum ; de qui-
 „ bus mox.

A D §. V L

„ *PERTINET autem huc*] „ Scilicet ; 1
 „ ad cognoscendum quæ sint illæ utilitates ,
 „ quæ pœnas justas faciunt.

„ *Tertium addidit Taurus*] „ Hic solus fi-
 „ nis naturalis pœnæ est , ut nimirum repa-
 „ retur injuria : quæ reparatio non fit nisi in-
 „ fligatur tantundem mali , ac alter fecit.
 „ Reliqui fines sunt mere civiles.

„ *Mali retributionem , quæ ad exigentis uti-
 „ litatem refertur*] „ Retributio mali sola ad
 „ pœnam sufficit , etsi exigentis nulla sit
 „ utilitas : nam puniri lædens debet propter
 „ malum actionis , sive id utile sit punienti ,
 „ sive non .

„ *Omissa pœna exemplari*] „ Quia mere ci-
 „ vilis est.

„ *Hanc solum speciem*] „ Scilicet , satisfac-
 „ tionem.

„ *Exigentis causa , ut ei satisfiat*] „ Satis-
 „ factio autem hæc non in eo consistit , quod
 „ utilitas aliqua exigenti inde accedit , sed
 „ quod alter tantundem mali patitur.

„ *Quam ipse commutatricem vocat*] „ Ubi
 „ obtinere , ajunt , proportionem arithme-
 „ ticam. Vide ea , quæ dicta sunt l. I. c. I.
 „ §. 8. & b. c. §. 2.

„ *Sed subtilius*] „ Jus naturæ hac in re 2
 „ simplicissimum est. Pœnæ finis naturalis
 „ unicus est reparatio injuriæ alii illatæ ; quod
 „ fit per talionem.

„ *Dicemus ergo*] „ Totidem verbis hæc re-
 „ fert Galenus apud Auctorem §. seq. n. 3.
 „ in fin.

„ *Aut utilitatem ejus , qui peccavit*] „ Ut
 „ scilicet emendetur : at hunc finem esse
 „ mere civilem , diximus.

„ *Aut ejus , cujus intererat*] „ In pœ-
 „ narum materia semper interest punientis ,
 „ non

non peccatum esse, etsi utilitatem nullam inde percipiat.
Aut indistincte quorumlibet], Ne qui uni nocuit, aliis quoque noceat; aut ne alii impunitate illecti aliis quibusvis molesti sint. *Vid. §. 9.* At hic quoque finis est mere civilis.

A D §. VII.

PRIMUM], Scilicet, utilitatem ejus, qui peccavit. At diximus, punientes hunc finem sibi propositum non habere. Quod vero emendetur reus, id per accidens fit, absque proposito ejus, qui pœnam exigit: memoria enim mali, quod passi sumus, & metus, ne reiterato crimine malum quoque reiteretur, nos meliores reddit.
Pertinet pœna], Immo unicus finis pœnarum est reparatio injuriæ, quæ fit per talionem.
Quæ constituitur in emendationem], Hæc est definitio pœnæ civilis.
Plutarcho], Uti Hierocles dixit, malitiæ medicatricem. *Vid. §. 1. n. 2.* Similitudinem hanc explicat Seneca *de Ira l. 1. c. 5.*
Ut eum, qui peccavit, reddat meliorem], Ideo non infligitur pœna; uti modo vidimus: sed & ratio illa non est universalis; cessat enim in pœnis capitalibus.
Medendi modo, qui est per contraria], Per pœnam enim, i. e. per infliktionem mali, affecta corpora curantur, *d. §. 1. n. 2.*
Ideo vitii, quamprimum fieri potest, adimenda est illecebra], Immo hæc vera ratio non est; sed ideo puniri debet, quia alterius jus læsit, quod reparari nisi talione nequit.
Quæ huic fini], Quatenus, scilicet, utilitati ejus, qui peccavit, consulit.
Natura cuius esse licitam, qui judicio valeat], Emendare enim nequit cui judicium deficit: ut in infante; & furioso.
Et ejusmodi vitii, aut paribus, non teneatur], Nocentem enim ab æque nocente pœnam sumere non posse, Auctor dixit supra §. 3. n. 1; quod ibidem refutavimus.
Ex ea, qua verbis fit, castigatione apparet], Verbis aliquem castigare, non est pœna, nisi a superiore fiat; vere enim hic non est malum passionis.

Immune est facinus] Ipse Auctor statim ait, nihil coactionis hic contineri.
In verberibus vero discrimen], Sensus est: Natura quidem unumquemque, qui æque nocens non est, nocentem emendare posse, verbis eum castigando, immo verberibus quoque, aliisque pœnis coactivis; leges autem civiles hanc facultatem saltem restrinxisse ad parentes, & propinquos: cæterum, hoc puniendi genus, ad emendationem scilicet, ad mortem extendi non posse nisi reductive, i. e. nisi quatenus pœna illa est beneficium ejus, qui peccavit, &c. At nihil horum rationi naturali convenit: verum enim 1. non est, castigationem, quæ verbis fit, proprie pœnam esse: verum 2. non est, castigationem verbalem fieri non posse ab æque nocente: verum 3. non est, natura unumquemque verberibus emendare posse peccantem. Quod vero 4. parentes punire liberos possint, id non demum est ex lege civili, sed ab ipsa natura; cujus rei rationem explicavimus alibi. Sed & 5. verum non est, hominem in eadem familia constitutum sibi parem morte mulctare posse reductive; nam par in parem plane jus non habet.
Inter personas, quibus id liceat, aut non liceat, non est factum a natura], Ex hypothesis Auctoris natura unusquisque est vindex & suæ, & alienæ injuriæ: adeoque inter proximos, & extraneos hæcenus nullam naturali ratione esse differentiam, ait.
Neque enim potuit], Supra enim dixit, rationem dictare, maleficium posse puniri; non autem, quis punire debeat. *Vid. supra §. 3. n. 1.*
Nisi quod ratio parentibus in liberos ejus juris usurpationem, &c.], Rem hanc ita explicat B. Parens in *diff. de judicio morum membr. 2. §. 8.*
 Afferimus igitur, illis, in quorum potestate alii sunt positi, ac in primis patrifamilias in omnes illos, qui paterno, vel alio domestico, & singulari ipsius imperio coercentur, ob morum perversitatem, non quidem ad infligendas pœnas atroces, & capitales, uti olim quidem jure veteri vitæ, ac necis, *l. 11. de lib. postb. l. ult. C. de patr. pot. l. 5. ad L. Pompej. de parricid. l. 3. 4. C. de patr. pot. l. unic. C. de emendat. propinquor.* sed modicæ castigationis jus competere; quod quidem domesticum

„ morum judicium in singulis speciebus ple-
 „ nius apparebit.
 „ Et hujus judicii morum domestici certi-
 „ tudo quoque apprime constat ex collatione
 „ fontium juris naturalis, gentium, divini,
 „ & humani; ut præter alia inferius tradenda
 „ colligere est ex *can. duo ista nomina* 35.
 „ *XXIII. q. 4.* cujus hæc verba sunt: *Huic*
 „ *officio* (scilicet correctionis. *Gloss. in d. c. 35.*)
 „ *nominis moigilet disciplina, sicut cuique*
 „ *regenti apta, & accommodata est: non so-*
 „ *lum Episcopo regenti plebem suam, sed &*
 „ *pauperi regenti familiam suam, marito re-*
 „ *genti conjugem suam, patri regenti prolem*
 „ *suam, judici regenti provinciam suam,*
 „ *Regi regenti gentem suam.* Hic ergo non
 „ minus domino in familiam, marito in con-
 „ jugem, ac patri in prolem, quoad coercitionem
 „ morum potestas tribuitur, quam
 „ Episcopo, judici, ac regi in subditos. Hoc
 „ judicium domesticum diserte quoque ad-
 „ struitur ex *l. ult. C. an serv. pro suo facto*
 „ *Verb. domi eos conveni:* ubi intelligitur
 „ conventio instar judicii, quia *convenire*
 „ *aliquem in jure dicitur judicio contra ali-*
 „ *quem agere, & domestica conventio op-*
 „ *ponitur conventioni coram præside; uti ex*
 „ *inspectione patet: quo eodem sensu in l. 4.*
 „ *C. de patr. pot. controversia intra domum*
 „ *terminanda dicitur. Et in l. un. C. de emend.*
 „ *propinq. graphice id describitur, quod sit*
 „ *auctoritas, quæ jure patris corrigat pro-*
 „ *pinqui juvenis erratum, & privata anim-*
 „ *adversione pempecat: item, quod sit jus*
 „ *domesticæ emendationis. Aperte autem*
 „ *in l. 71. pr. de Furt. dicitur: ideo patri*
 „ *actionem furti non proditam, quia ipse*
 „ *potest in furem ceu filium statuere. Unde ex*
 „ *d. l. ult. notat Baldus in d. l. n. 1. perso-*
 „ *nam mere privatam in suos habere quan-*
 „ *dam jurisdictionem, per l. 11. in fin. de*
 „ *lib. 4. postb. c. 13. in fin. extr. de for. comp.*
 „ *adeo ut Innocentius in c. Quod supr. §. extr.*
 „ *de Voc. & idem Baldus in l. 1. n. 2. C.*
 „ *de Episc. & Clerc. asserere non dubitent,*
 „ *quod a potestate patris in filium inceperit*
 „ *prima Jurisdictio mundi. Quo faciunt tra-*
 „ *dita Molinæ de J. & J. tr. 2. D. 22. n. 5.*
 „ *ib. 28. Laymanni l. 5. Theolog. moral.*
 „ *tr. 10 part. 1. c. 2. & Philipp. Paschalius*
 „ *tractat. de effect. patr. potest.*

„ *Qua communem illam generis humani pro-*
 „ *pinquitatem ad proximos affectus restrinxe-*
 „ *rent]* „ Sensus est, leges jus illud punien-

„ di boni alicujus causa (i. e. ad emend
 „ dum peccantem verberibus,) quod t
 „ humano generi, & singulis societatis illi
 „ communis membris natura competiit, fa
 „ tem proximioribus concessisse; quod supr
 „ examinavimus.
 „ *Vitandarum rixarum ergo, &c.]* „ Quæ
 „ ex pœnis a remotioribus infligendis oriri
 „ possent.
 „ *Ad proximos affectus restrinxerunt]* „ I. e.
 „ ad parentes, & maritos: quibus natura
 „ jus in liberos, & in uxorem concessit. *Vid.*
 „ *Diss. proœm. XII. §. 612. seq.* Quod vero
 „ reliqui excludantur a jure emendandi, id
 „ non a legibus est, sed ab ipsa natura: alius
 „ enim in alterius mores nullum jus habet.
 „ *Ut videre est tum alibi]* „ *Conf. Cic. lib. 3.*
 „ *de legib. Thom. Aquin. summ. 2. de q. 64.*
 „ *a. 3. Osiand. in annot. ad Grob. § 7.*
 „ *n. 3. b. C.*
 „ *Tum Codice Justiniano]* „ Immo etiam
 „ jure Digestorum, *L. 12. §. 3. D. de admi-*
 „ *nistr. tut. L. 5. §. 3. D. ad Leg. Aquil.*
 „ *Pœnam debere me, profiteor, qualem pa-*
 „ *rentes, &c.]* „ I. e. nullam, quia jus cor-
 „ rigendi liberos natura competit parentibus.
 „ *Hoc vero puniendi genus]* „ Per verbera, 3
 „ aliosque cogendi modos.
 „ *Ad mortem pertinere non potest]* „ Paren-
 „ tes, & mariti, tanquam judices naturales,
 „ liberis, & conjugibus criminis reis, etiam
 „ mortis pœnam apud Romanos dictare po-
 „ tuerunt. *Vid. Diss. proœm. XII. §. 612.*
 „ *seq.*
 „ *Nisi eo modo, quem reductivum vocant]*
 „ I. e. Si nulla emendationis spes superest.
 „ *Quo negationes reducuntur ad rerum oppo-*
 „ *sitarum genera]* „ Quando id, quod pœna
 „ videtur, vere est beneficium, quod pec-
 „ canti redditur: uti si vivendo pejor redde-
 „ retur. Atque huc pertinet, quod Auctor
 „ supra *l. 1. c. 1. §. 10. n. 3. dixit, esse qua-*
 „ *dam juris naturæ reductive.* At dictum jam
 „ est, non cuivis homini innocenti jus ita
 „ puniendi competere, sed soli superiori.
 „ *Si nati nunquam essent]* „ Propter malum;
 „ quod commisere, & commissuri non fu-
 „ issent si nunquam in rerum natura existi-
 „ tissent.
 „ *Minus est malum emori, quam vivere]*
 „ At inde non jus oritur morte aliquem ple-
 „ ctendi; maxime enim dubium adhuc est,
 „ numne ad saniolem mentem nocens sit
 „ venturus. Sed & alia coercendi media su-
 „ perlunt, ut æterna vincula, &c. Si ergo
 „ „ no-

§ nocens mortem non meruit, sive lege naturæ, sive lege civili, emendatio nunquam ad mortem extendi potest, etsi peior forte futurus esset.

Interdum ut pereant, interesse pereuntium] Seneca l. 1. de Ira c. 5. id allegat.

Ita improbo mori, quam vivere] ,, Ne in nequitia diutius hæreat, & quo uno modo potest, desinat malus esse. Lips. ad Sen. d. c. 5.

At sibi maxime, &c.] ,, Ob conscientia cruciatus, qui sequi delicta solent; adeoque plane alio sensu dictum hoc allegatur.

Et ipsis expedit mori] ,, Galenus supponit homines mortem meritos: his enim conscientia criminis perpetui supplicii loco est.

Ad mortem peccare] ,, Germanice *die da sundigen zum Todt*, 1. Job. c. 5. v. 16. Recte commentatores hic monent, Johannem non loqui de peccatis civilibus, nedum de peccatoribus, qui propter insanabilitatem ingenii ab æqualibus supplicio tradi debent; sed de peccato in Spiritum Sanctum, pro quo nec intercedere apud Deum licet. Job. d. l. v. 14. 15. 16. 17.

Sed quia fallacia sunt ejus rei argumenta] Auctor igitur ipse suam exceptionem, quod nimirum ea, quæ ad emendandum infliguntur pœna, ad mortem extendi possit reducere, (si peior vivendo evasurus esset) fallacem appellat.

Dicitur charitas] ,, Immo ipsum jus naturæ id dicitur: dubium enim est, an tandem poenitentiam sit acturus. Vid. omnino Val. Max. l. 6. c. 9. Adeoque præsumtio insanabilitatis nullum jus in vitam alterius tribuere potest, si mortem aliàs meritus non est.

Ita ut hoc quidem sine] ,, Quo ideo morté puniri potest is, qui mihi æqualis est, quia insanabilis est.

Non nisi raro admodum locum habere possit] ,, Immo nunquam.

A D §. VIII.

I UTILITAS ejus, cujus intererat non peccatum esse] ,, Hic est alter pœnarum finis. Vide §. 6. n. 2.

Ne posthac valeat quid patiat ab eodem, aut ab aliis] ,, Adeoque ut securitati læsi prospiciatur. At hic verus pœnarum finis esse non potest, quia cessat in eo, cui vita est erepta a nocente. Gellius l. 6. c. 14.

Ne pratermissa animaliteris] ,, Impunitas enim anam præbet contemnendi & leges, & legislatorem.

Idem de libertate cujusque, aut alio jure læso] ,, Immo ratio diversa est: priori casu ipse judex vindicare auctoritatem suam natura potest; at si inter privatos lis est, vindicatio illa a superiore fieri debet.

Tribus modis curari potest] ,, Superflua hæc sunt. Diximus enim, finem pœnarum naturalem, & necessarium nullum alium esse, quam reparationem injuriæ, quæ alio modo, quam per talionem fieri nequit: etsi certo constet, læsum vel ab eodem, vel ab alio, nullum unquam damnum passurum esse.

Primum si tollatur qui deliquit] ,, Adeoque hæctenus differt hic pœnæ finis a priori. Nam cum prior finis saltem ad emendationem tendat, ad mortem extendi pœna nequit.

Si vires nocendi ei adimantur] ,, Prohibendo ne militem, ne arma, ne arces munitas habeat, item per carceres, &c. Vide §. 9.

Si malo suo dedocetur delinquere] ,, Recte Auctor addit, hoc pertinere ad primum finem, scilicet, ad emendationem; de qua §. præced.

Ne ab aliis lædatur] ,, Hoc pertinet ad tertium finem, scilicet, ad exemplum, ut alii deterreantur; de quo §. 9.

Sed aperta, atque conspicua] ,, Ut plurimum commoveri hoc metu possint. *Quintil. declam. 274. Senec. de ira l. 3. c. 19.* Unde idem Quintilianus d. l. ait, *omnem pœnam non tam ad delictum pertinere, quam ad exemplum.* Conf. §. seq. At sæpius dictum est, hunc finem esse ex jure civili.

Ad hoc ergo fines] ,, Ut scilicet lædenti emendetur, & ne læsus ab eodem, aut ab aliis, in posterum lædatur.

Et intra æqui terminos] ,, Citra appetitum reponendi doloris, qui semper vitiosus est. Vide §. 5. n. 1. &c.

Vindicatio etiam privata illicita non est, si jus nudum natura respicimus] ,, Auctor supponit, cuique privato jus esse injuriam sibi illatam privata auctoritate ulciscendi; idque demum legibus humanis mutatum esse, vid. n. 5: quod refutavimus supra ad pr. b. c. prop. X.

Abductum a legibus, &c.] ,, Quæ jus puniendi non nisi superiori concefferunt.

Et ab his, quæ non necessario rei accidunt]

dunt] ,, Fateor, me non intelligere quid
 ,, Auctor hic sibi velit: non enim explicat,
 ,, quænam sint ea, *qua necessario, & qua*
 ,, *non necessario, rei accidunt.* Si divinare
 ,, licet, intelligit solennitates, quæ, ut
 ,, exemplum præbeant, adhiberi solent;
 ,, illa enim solennia non necessario rei ac-
 ,, cidunt.

Sive fiat ab ipso, qui læsus est] ,, Nam
 ,, unumquemque natura juris sui esse vindicem,
 ,, Auctor statuit. Quod ita generaliter
 ,, sumtum verum non esse, sæpius diximus.

Sive ab alio] ,, Immo naturali ratione alieni
 ,, juris vindex nemo est, etsi assistere læso
 ,, id petenti liceat.

Quando hominem ab homine adjuvari natura est consentaneum] ,, Consentaneum autem
 ,, non est, nisi læsus roget.

Non opinio, sed innata vis affert] ,, Quæ
 ,, ex justis rationis conclusionibus apparet.

Collocat vindicationem] ,, Non privatam,
 ,, quæ fit a pari in parem, a privato læso
 ,, contra privatum lædentem; sed eam, quæ
 ,, 1. fit jure belli inter duas summas potestates;
 ,, 2. inter privatos deficiente iudice;
 ,, 3. per magistratus: quod ex ipsis verbis ab
 ,, Auctore relatis satis apparet.

Defendendo] ,, Scilicet. Bello inter gentes,
 ,, & jure necessariæ defensionis inter privatos.

Ulciscendo] ,, Quod fit inter gentes per
 ,, bella offensiva, quibus vindicamus injuriam
 ,, illatam, & inter privatos per judicia.

Et per quam peccata punimus] ,, Adito
 ,, scilicet, si inter privatos res agitur, superiore,
 ,, & legitimo magistratu.

Pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere] ,, Mithridates non loquitur de latronibus
 ,, privatis, sed de libera gente: de

,, Romanis, nimirum, ibi quæstio erat,
 ,, contra quos bellum parabat Mithridates.

,, Ut vero ad bellum hoc milites excitaret,
 ,, oratione habita ait: *optandum sibi fuisse,*
 ,, *ut de eo liceret consulere, bellumne sit cum*

,, *Romanis, an pax habenda: sed in eo statu rem non esse;*
 ,, *non licere quiescere non tantum animo hostiliter, sed etiam bello*

,, *congressis. Impugnantibus igitur resistendum esse,*
 ,, *etsi spes victoria deficiat.* Et tum addit:

,, *quippe adversus latrones si nequeant pro salute,*
 ,, *pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere.* Hic igitur locus ad pœnas,
 ,, quas privati inter se pares ab invicem sumunt,
 ,, plane non pertinet.

Αὐτὸς νόμος] ,, Legem propulsationis injuriæ:
 ,, adeoque loquitur de necessaria defensione.

Hoc naturali jure] ,, Intelligit jus illud naturale,
 ,, quo quilibet privatus pœnas a nocente sumere potest,
 ,, ad eum finem, ne posthac tale quid patiatur aut ab eodem,
 ,, aut ab aliis. *Vide b. §. n. 1.*

Defendens se Samson] ,, Frivola hæc Samsonis
 ,, defensio, totumque factum illicitum est. Injuria enim
 ,, privata ei a Socero illata fuit, qui uxorem ejus
 ,, alterius potestati tradidit: hujus injuriæ privatæ
 ,, pœnam a tota Philistæorum gente sumere non potuit,
 ,, inprimis ex quo Philistæi facti hujus certiorati
 ,, supplicium tum a Socero, tum ab uxore sumserunt.
 ,, Unde populus Israëlitarum improbavit vindictam
 ,, Samsonis, ac eum Philistæis victum tradidit. *Judic. 15.*

Insontem se testatur] ,, Hoc iudicium non approbavit
 ,, populus, & merito.

Dicens, se ipsis fecisse quod ipsi sibi fecissent priores] ,, Philistæorum gens injuriam non fecit,
 ,, nec eam approbavit; adeoque ab ea pœnam sumere non potuit.

Jure apud omnes recepto, ut hostilia parantem, &c.] ,, Thucydides hic non loquitur
 ,, de privatis pœnam a se invicem sumentibus,
 ,, sed de gentibus, quæ jure belli inter se agunt.

Ut eum, qui nostra vi rapiat, ulcisci nobis fas sit] ,, Vel loquitur de necessaria defensione,
 ,, & ea etiam inter privatos licet: vel loquitur
 ,, de reparatione, hæc non nisi a superiore fieri inter
 ,, privatos potest.

Si ab jure gentium se prohibuerit, i. e. ab ultione] ,, Sallustius itidem de ultione loquitur,
 ,, quæ jure belli inter duas gentes obtinere solet.

Ultionem sumi de his, qui injuriam facere aggressi sunt] ,, Recte: at inde non sequitur,
 ,, quemvis pro se, & pro aliis ultionem sumere posse.
 ,, Sed ea sumitur vel jure belli, si lis sit inter
 ,, duas gentes: vel implorato officio judicis, si inter
 ,, privatos lis est; & hoc casu proprie pœna dicitur: vel jure
 ,, necessariæ defensionis, si judicia inter privatos
 ,, cessant.

Quod etiam Sabbato] ,, Id jure belli factum est.

Jure gentium pœnas reposco] Per pœnas hic intelligit
 ,, reparationem injuriæ, quæ jure belli fit.

Affectu corrumpimur] ,, Quod prolixè per se

3, sequitur Auctor *l. 2. c. 21. §. 3. Conf. l. 1. c. 3. §. 1. n. 2.*
 „ *Ideo simul multæ familiæ]* „ Vid. *l. 2. c. 20. §. 8. n. 4. Proleg. §. 19. d. c. 3. §. 1. n. 2.* Hactenus Auctor egit de mero naturæ statu, in quo jus puniendi ad eum finem, ut lædens emendetur, & ut læsi, aliique, tuti in futurum sint, tum ipsi læso, tum cuique alii competere, ait. Hic jam affert rationem, cur gentes ab illo jure recesserint, & jus puniendi superiori concesserint; quia, scilicet, judicando circa propriam causam nimium indulgere solemus affectibus, quos natura tum in res nostras, tum in personas nobis sanguine junctas habemus: quam rationem etiam allegant alii. *Vid. Cic. 1. Verr. 32. Quintil. de el. 17. Conf. Tesm. b. lit. 8. Judices constituti]* „ Immo judices constituti a natura sunt; nam quilibet paterfamilias ab initio suæ familiæ jus dicebat. Quod vero plures familiæ se junxerint, & communis securitatis causa se unius civitatis judicio submiserint, id ex pacto est: & hactenus verum est, quod Auctor ait, judicia non a natura esse, sed ex legibus. *Ademta ceteris]* „ Scilicet, familiis, non vero singulis læsis, quippe qui nunquam libertatem puniendi a natura habuerunt. *Rex Theodoricus &c.]* „ Omnes ergo loquantur de jure, quod singulæ familiæ (non singuli læsi) in superiorem contulerunt.
 5 *Manet tamen vetus naturalis libertas]* „ Talis vetus libertas naturalis (nimirum, jus suum, & aliorum, privata auctoritate vindicandi) numquam fuit. Quod vero deficientibus judiciis singulis jus competat lædentem repellendi, id non ex veteri illa libertate puniendi (quæ numquam obtinuit) oritur, sed ex jure necessariæ defensionis, quæ ipso jure naturæ licita est, & hodie quoque. *Vide l. 1. c. 3. §. 2. Ubi judicia sunt nulla]* „ Jure scilicet, necessariæ defensionis.
Ut in mari] „ *d. c. 3. §. 2.* Vel si corpus impetatur vi præsentē, *l. 2. c. 1. §. 3. d. c. 3. §. 2. n. 1.*
Quo forte referri potest] „ Exemplum hoc exstat apud *Paterc. l. 2. c. 42. Suet. in Caf. c. 4. Plutarch. in Jul. Caf. pr. Cæsar*, nimirum, a prædonibus captus 50. talenta eis promisit, & solvit. Sciebat, omnem reparationis spem in celeritate positam,

„ indeque Proconsulem adire, & classē ab eo petere, tempus non fuisse: naves igitur Meletensium cœgit, & piratas vicit. Hactenus igitur omnia jure egit, nec fines defensionis necessariæ excessit. At victis piratis jus ei non fuit pœnas ab eis sumendi; quod & ipse agnovit, dum ad Proconsulem rem detulit, cui soli jus competebat de reis supplicium sumendi. Injuria igitur egit quod eos cruci affixerit, cum Junius eos sub corona vendere voluerit. Gronovius ex alio capite factum hoc defendit, quod Cæsar videatur legationem habuisse liberam, ut solebant illustres viri, & juvenes Romani peregrinantes; indeque quod fecit Julius, tamquam legatus populi Romani fecisse videatur. Quod etiam Ziglerus in *not. b.* probat: Tesmarus autem inde præcipue refutat, quod Cæsar declinandæ invidiæ causa, a Dolabella accusatus, Rhodum in studia se conferre voluerit, adeoque privatus fuerit.
Idem locum habebit in locis desertis]
 „ Ubi judicis copia haberi nequit, *l. 1. c. 3. §. 2. n. 1.*
Aut ubi Nomadum more vivitur] „ *Vid. Gron. b.* At apud Nomades quilibet paterfamilias jus in liberos, & uxores habuit; adeoque admitti non potest assertum Auctoris, quod nulla judicia habuerint. *Vid. Diss. præm. XII. §. 6. 2.*
Quod & apud Moschos] „ Velim, legem hanc Moschorum allegasset.
Nec aliunde origo singularium certaminum]
 „ Nimirum, ex veteri libertate, si judicia nulla sunt. At duella hæc obtinuisse etiam si judex præsto fuerit, probavimus in *Diss. præm. XII.* Ubi simul demonstravimus, quibus casibus, & conditionibus, certamina singularia admissa fuerint: neque iniusti hic aliquid subfuisse, diximus.
Ante Christianismum] „ Magis post Christianismum: de his judiciis, quæ judicia Dei vocantur, vide *Diss. præm. XII. §. 691. Mémoires de Bethune tom. 4. p. 232. Bodin. de Republ. l. 4. c. 7. p. 742. Add. leg. Longob. 1. tit. 32. c. 3. Bangerf. ad Helm. contin. l. 2. c. 24.* Nobiles enim viri putabant, violari dignitatem, nisi manu satisfiat ei, qui juratus injuriam accepisse affirmat. Judex autem decernebat certamen.
Alicubi necdum satis desueta sunt] „ Loquitur de Gallia, ubi eo tempore privatorum lites duello finire solebant, quod
 „ Lu

„ Ludovicus XIV. publico edicto prohibuit.
 „ *Quod injurias justitia finiret*] „ Per senten-
 „ tiam scilicet judicis.

„ *Quod solita armis discerni*] „ Apud Germa-
 „ nos scilicet.

„ *Lex Hebraea*] „ Numeror. 35. 8. de qua
 „ late actum est *libr. 1. c. 2. §. 5. n. 5*; ubi
 „ probavimus, hanc legem mere esse foren-
 „ sem, non naturalem.

„ *Manu exigi posse*] „ Hoc non est ex liber-
 „ tate veteri naturæ, qua Auctor cuique jus
 „ puniendi nocentem competiisse putat; sed
 „ ex legis concessione, uti bene notat *Sel-
 „ demus J. N. l. 4. c. 1. in fine*: adeo-
 „ que agnati illi non suo jure agebant, sed
 „ jure populi permittentis.

„ *Pro se ut in vulnere*] „ Nam hic deficiebat
 „ legis concessio, quæ in eo consistebat,
 „ quod mortuus agere ipse non potuerit.

„ *Quia difficilior est moderatio*] „ Facit
 „ l. 38. §. 8. ff. de adult. Rectius, quia in
 „ his cessat legis dispositio.

„ *Ex Theoclymeni verbis*] „ *Odyss. 15. p. m.*
 „ 133. *Sed me naui insidere fac, ne me inter-*
 „ *ficiant*, &c. Loquitur autem de fratribus,
 „ & sociis læsi, & interfecti, qui persequen-
 „ bantur fugientem.

„ *Inter eos, qui communem judicem non ha-*
 „ *bent*] „ Verum hoc est si utrumque sunt sum-
 „ mæ potestates; tunc enim jus belli inter
 „ eos obtinet: si inter privatos lis est, ve-
 „ rum non est, unumquemque sibi jus dice-
 „ re posse, sed læsus adire suum principem,
 „ & hic satisfactionem, pœnamque a læ-
 „ dentis principe impetrare debet; si hic
 „ negat, jus belli succedit. *Vide Diss. pro-*
 „ *em. IX. §. 166.* Excipiuntur autem termi-
 „ ni necessariæ defensionis.

„ *Augustino teste*] „ Ultio hæc fit jure
 „ belli.

„ *Pœnas pendere*] „ Quod bellum punitivum
 „ alibi vocat Auctor.

A D §. IX.

„ *UTILITAS indistincte quoramlibet*]
 „ Quæ in eo consistit, ut singuli cives secu-
 „ ri sint non tantum contra nocentem, sed
 „ contra quemcumque, qui nocere potest.
 „ *Qui finis erat tertius*] „ *Vide §. 6. n. 2.*
 „ *Easdem habet partes*] „ Scilicet, ne tale
 „ quid aliquando patiantur aut ab eodem,
 „ aut ab aliis. *Vide §. 8. n. 1.*
 „ *Ne qui uni nocuit, aliis noceat*] „ Sed

„ ut metu pœnæ similis deterreatur in po-
 „ sterum.

„ *Eum tollendo*] „ Capite eum plectendo.
 „ *Aut debilitando*] „ Per vincula, *d. §. 8.*
 „ *n. 1.*

„ *Aut emendando*] „ Per verbera, &c.
 „ *Quod ex suppliciis conspicuis*] „ Unde pu-
 „ blice executiones fieri solent. *Vid. §. 8.*
 „ *n. 1.*

„ *Ut pœna genere deterverit ceteri possint*]
 „ *Vide Liv. 31. 21. Puf. l. 8. c. 3. §. 12.*

„ *Naturaliter penes unumquemque est*] „ Sæ-
 „ pius jam diximus, privatum in sibi æqua-
 „ lem jure naturæ nullum jus habere ad pu-
 „ niendum, adeoque nec deterrendi alios
 „ causa

„ *Nam ipsa natura lege ei principatum deser-*
 „ *vi, qui negat justa*] „ Sequitur hoc ex erro-
 „ neo principio Auctoris, qui putat, eum,
 „ qui male egit, eo ipso se quovis alio infe-
 „ riorem fecisse. *Supra §. 3. n. 1. & 2.*

„ *Tullius*] „ Qui ex eo defendit statum Na-
 „ ticæ, qui Sp. Melium interfecit. *Cic. in*
 „ *Orat. pro Milon. n. 3.*

„ *Is Magistratum gerit*] „ Plane non loqui-
 „ tur de magistratu, qui in jure dicundo
 „ consistit, sed eo modo, quo tutor bonus
 „ rex dicitur.

„ *Quatenus ejus leges id ferunt*] „ Corruit
 „ igitur ex hac limitatione totum Auctoris
 „ systema, qui *digniores natura esse supe-*
 „ *riorem minus digno, eoque illi jus bene*
 „ *puniendi competere*, fingit. Sane, leges rei-
 „ publicæ id nunquam ferunt. Natura digni-
 „ tas nullum jus dat, quia exitum res ha-
 „ bere nequit; cum quilibet se digniorem
 „ prædicabit, & hoc ipsum judicio indigeat,
 „ quisnam dignior fit.

„ *De hoc naturali jure*] „ Quo digniori im-
 „ perium aliquod competit in minus dignos.

„ *Qua injuriam faciunt, aut facere volunt,*
 „ *quisquis occiderit, pœnus est*] „ Loquitur De-
 „ moeritus de justitia, quatenus virtus est;
 „ cum perfectione enim pugnat, occidere
 „ animalia, quæ non nocent, nec homi-
 „ num necessitatibus inservire possunt: pla-
 „ ne ergo non loquitur de jure naturali. Nam
 „ 1. verum non est, injuriam in animalia ca-
 „ dere posse: bruta nec injuriam faciunt,
 „ nec patiuntur, quia rationis non sunt capa-
 „ cia. 2. Alibi jam dictum est, ex jure, quod
 „ humano generi in omnes res terræ, adeo-
 „ que & in animalia competit, necessario se-
 „ qui jus occidendi bestias, inprimis ad ne-
 „ cessitates nostras.

Non

Non improbabile est, hoc more vixisse viros probos] „ Immo jus vescendi carne cum ipso genere humano originem cepit, quia Deus in genere jus disponendi de omnibus rebus creatis primo homini dedit: de quo egimus supra.

Sive manu] „ I. e. five ipse manu sua occidat.

Sive jussu] „ I. e. per alium.

Sive suffragio] „ I. e. consilio.

Innocens est] „ Hoc verum non est, nisi ex capite necessariz defensionis. Unde apud Græcos id saltem in fure nocturno obtinuit. Vide supra cap. 8. §. 12.

Ad quos locos respexisse mihi videtur] „ Immo Seneca loquitur de superiore puniente, Democritus de privato furem occidente, &c. Quæ diversissima sunt.

Ergo ne homini quidem nocebimus, quia peccavit, sed ne peccet] „ Vera ratio pœnæ est, ut reparetur injuria tantumdem patiando; adeoque reus punitur quia peccavit, i. e. jus alienum læsit.

4 Facti inquisitio saepe magnam diligentiam, & pœnæ estimatio multum prudentiæ, &c.]

Auctor hic tandem ipse fateri videtur, jus illud puniendi, quod cuivis privato a natura competere, dixit, exitum habere non posse. Quid si enim alter neget factum? testes audiendi, & examinandi erunt: privatus autem testem cogendi jus non habet; quin causæ cognitio ratione circumstantiarum præcedere debet, quæ pari in parem non competit, nedum parti ipsi. Sed & porro si cuique injuriam sibi illatam æstimandi jus esset, ille in infinitam affectione causæ æstimare posset; nec lædens, cum arbitrium lædentis sit, regerere aliquid posset. Neque allegari potest, Deum ipsum huic forti præsidere; nam non præfident nisi ubi judicia cessant: non autem cessant quando uterque judicem superiorem habet.

Ne dum quisque de se nimium præsumeret] „ Studio causæ, vel ignorantia juris.

Aliis non cedentibus] „ Si reus vel negat læsionem, vel impugnat æstimationem.

Eos deligere, quos optimos, &c. putarent] „ Jure naturæ digniori jus puniendi competere, statuit; at pactis gentium digniorem esse, ait, eum, quem civitas elegit: quod supra examinavimus.

5 Sicut in ultione] „ Qui est secundus finis pœnæ. Vide §. 6. n. 4. junct. §. 8. n. 1.

Ita in hac ad exemplum punitio] „ Qui Tom. III.

est tertius pœnæ finis, d. §. 8. n. 4. junct. §. h. n. 1.

Manent vestigia, ac reliquæ prisca juris] „ Quo, scilicet, cuique privato, ut exemplum aliis præbeat, pœnam a lædente sumere licet. At diximus, tale jus prisicum non dari.

In iis locis] „ V. g. in mari, & locis desertis, d. §. 8. n. 5. At partes ibi agunt jure necessariz defensionis.

Atque inter eas personas, qua certis judiciis non subsunt] „ I. e. quæ communem judicem non habent, d. §. 8. n. fin. Quod explicavimus ibidem.

Ac præterea in quibusdam casibus exceptis] „ Quo etiam refert judicium Zeli.

Illico a quovis homine poterat interfici] „ Videtur Moses hic loqui de magistratu puniente, sed prævia causæ cognitione; quod enim d. v. 9. dicitur, sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum, id intelligendum est de teste; nam nemo interficere debebat, nisi duo testes adfuerint; & tunc manus testium prima interficit reum; & tum manus reliqui populi extrema mittitur: uti hic processus explicatur Deuter. c. 17. v. 6. & 7. Conf. Pufend. l. 8. c. 3. §. 13. ubi optime notat, quod si talis lex extaret, ea valitura sit ut jus civile; & sic singulos punientes agere tamquam ministros legis id permittentis.

Judicium zeli] „ Ratio hujus judicii, quod Germanice ein Eysfer-Gericht vocari solet, non consistit in prisca aliqua libertate puniendi nocentes [nam talem libertatem inter privatos nunquam obtinuisse, passim notavimus]; sed in eo, quod licet jus pœnam sumendi non habeat, tamen excusetur ob Zelum maxime pium, & laudabilem. Sane, soli magistratui hic injuria facta est: hic autem in eum, qui justo Zelo vindictam læsæ auctoritatis suscepit, animadvertere non solet; etsi exempla in contrarium essent. Quæ cum plenius excussa sint a beato Parente tum in Prodromo juris gentium Exerc. II. §. 59. tum in disp. de judicio Zeli: verba ex utraque dissertatione hic adferam.

Verba ex priori dissertatione hæc sunt.

SINGULARIUS adhuc jus, & fere simile est, quod quadam non tantum moribus gentium probata, sed & laudata maxime, & celebrata fuerint, etsi in se non jure facta viderentur: uti quod judicium Zeli Hebræi dicunt

ixerunt. Selden. de jur. nat. & gent. secund. disciplin. Hebræor. lib. IV. c. 4. & 5. Grot. lib. II. c. 20. §. 9. n. 5. Tale est factum *Matthia*, qui *Judaum*, *Antiochi* regis iussu idolis sacrificantem, ad aram trucidavit, ipsumque regis legatum interfecit; 1. *Machab.* 2. v. 23. & seq. ubi provocatur ad exemplum *Ithinea*, Num. 25: sed tam Deus generali mandato id injunxerat. Num. 25. v. 5. *Fulvium Horatii*, qui sororem, quæ suum, & patriæ hostem a se occisum ut sponsum lugebat, Liv. lib. I. c. 26. Factum *Lucretiæ*, qua se ipsam, Liv. d. lib. I. c. 58. 59, *Timocleæ Thebanae*, Plutarch. in Alex. Magn. c. 20. Curt. suppl. lib. 2, & alterius *feminae Principis*, uxoris *Ortiagoutis* in Asia, Liv. I. 38. c. 24. Flor. I. 2. c. 11. Valer. Max. d. I. 6. c. 1. in fin. quæ pudicitia sua raptorem interfecerunt. Horum nulli fuit jus necandi homines; nec in feminis defensus, vitio jam oblato, & periculo: verum, admiratione virtutis & factum impune ipsis fuit, & virtus ornata. Potuitque id salvo jure natura fieri: quia nulla injuria in occisos fuit, qui omnes mortem meruerant; sed in eo, quod privati sibi vindictam arrogarunt, quæ magistratus est. Hic ergo illis id remittere potuit.

Iude vero patet, cum illa remissio sit in arbitrio superioris, cujus jus violatum privata actione fuit, non satis tutum esse hoc Zeli iudicium, sed posse tanquam in violatores juris publici vindicari. Ita *Horatii* caesa sorore in jus raptus, & lex horrendi carminis in eum dicta, ac vix meritorum momento elapsus fuit. Liv. d. lib. I. cap. 26. Ita memoratur de cive *Londinensi*, qui cum *Mercerus* sacerrimus *pyrata* sub *Richardo II.* Anglorum commercia maritima gravissime infestaret, & vastaret, nec arceri posset, suo sumtu, & boni publici Zelo naves armavit, & instruxit, & *pyratum* navibus ejus perditis abegit: hoc vero nomine primum majestatis postulatus est; denique vero suus tanto merito honos habitus. Quid, quod *Judæi*, cum *Servator* sanctissimo Zelo mundinatores e templo ejiceret, ab ipso signum poposcerint, qua auctoritate id faceret. Joh. 2. v. 14. 17. 18. Vid. Selden. de jur. natur. & gent. secund. disciplin. Hebr. I. 4. c. 5.

» In posteriori dissertatione de *Judicio morum*, membr. 6. de *judicio Zeli*. §. 31. 32. rem ita explicat.

Cum ergo hætenus domesticis præprimis corrigendis moribus domesticum iudicium fur-

maverimus, pateat colophonis loco in conscientia sacra, & adyta quoque paulisper hic aditus, ut appareat, an in sacri, & divini, etiam cultus, religionis, ac conscientie moribus privato aliquid licitum sit, nec ne? Sciendum itaque, & hic iudicium aliquod privatum, nempe *Zeli*, ex lege Veteris Testamenti, ac sententia saniorum Hebræorum formari, atque exerceri posse, quo quis privatus atrocissimi alicujus facti idololatriæ: aut alias execrandi præsentis detestatione, ejusque vindicandi Zelo incensus, delinquentem ab opprobrio publico avertere, & punire valet, etiam alium occidendo: exemplo *Matthiæ*, & *Phineæ* filii *Eleazaris*, qui *Zambri* scortatorem idololatriæ divini honoris Zelo una cum scorto occiderat. 1. *Machab.* 2. v. 24. Num. 15. v. 7. seq. Grot. de jur. bell. & pac. I. 2. c. 20. §. 9. ibique *Osiander* in annotat. Selden. de jure natur. lib. 4. cap. 4. qui tamen id fieri debuisse, ait, præsentibus decem ad minimum *Israëlitis*. Quamvis hæc sententiam improbet, & ex *Rabbinorum* tantum interpretamentis parum defæcatis ortum traxisse, non satis idoneis, ut videtur, modis velit *Zigler*. ad Grot. d. c. 20. §. 9. in fin. Nobis autem ita circa hæc rem consideratione juris nostri statuendum videtur: privatum tali casu per se quidem jus occidendi obtentu *Zeli* ulla lege, aut ratione non habuisse, quum nulla in re periculosius peccari possit, quam si impune offendendi, vel occidendi licentiam, prætextu religionis, *Zelive*, intempestivo sorte furori, atque *superstitiosa* sapiens infantia plebis defertur; uti apparet exemplo *Christianorum Alexandrinorum*, qui importuno religiosi fervoris impetu *Hypatiam*, feminam doctam, & philosophicam, atrociter mactarunt, Hist. eccl. trip. lib. 2. cap. 12. Quo facit, quod fanatici etiam, & sceleratissimi quique, sæpe hunc *Zelum* sibi arrogarint, cum *Beneventano* illo, & *Clemente monacho Jacobino*, *Jo. Castello*, & *Ravalliaco*, *Henricorum VII. Lucelburgensis Caesaris*, III. & IV. *Galliæ regum assassinis*. Quod si tamen casu sic ferente quis præ indignatione publica, & ad tutamen alicujus personæ, vel honoris, in extremo rei discrimine versantis, sine parata aliena ope tale quid in privatum perpetret, præsertim unus ex offensoris præpositis, cuive cura talium incumbit, satisque appareat, pio, ferventique divini honoris Zelo in præsentem quodam, atrociter facinore, quod contra divini Numinis reverentiam committitur, id se esse; v. g. cum quis ad liberationem vi-

frapanda, vel adulteranda femina honesta, cognata, a violento inuatore mortem, aut opprobrium sica intentante, procedens, eundem graviter vulnerando repellat, aut plane occidat, vel aliter abominatione facti in locum commissi, vel adstantes complices seuiat (quale quid olim veteri quoque jure Saxonico quandoque licuisse, videre est apud Carpzovium practitorum seculi nostri aquilam, p. 2. criminal. quæst. 75. n. 7; cui jungi possunt tradita Petri Gregorii Tolosani lib. 13. de rep. cap. 6. & Jo. Bochii in observationibus edecumatis ad Psalm. 105. n. 30. lit. g.): non quidem factum id omnino justum erit, attamen excusationem merebitur, & remittetur, aut mitigabitur pena, quia dolus, & malitia absuit; eadem ratione, qua ira, seu calor iracundia, justus dolor, vel alia causa movens, etiam fatua, aut bestialis, a dolo in aliis sæpe delictis excusant. L. 1. §. 5. D ad SC. Turp. l. 2. C. de reb. cred. Qua ratione marito quoque, adulterum uxoris suæ occidendi, nonnullis saltem casibus ignoscitur, L. 24. pr. D. de adulter. (quod ulterius extenditur in Novell. 117. C. ult.) licet occidendi jus non habeat, arg. L. 20. D. de adult. Et huc forsitan non incongrue referetur jus illud maritale quoad vindicationem adulterii illati, quod vocatur das Eyfer-Recht; de quo Befoldus, & Speidelius in Thesauro, & Speculo practico, voc. Eyfer-Recht und Eyfer-Gericht, ibidemque citati. Patri autem ex hoc Zeli iudicio domi suæ, vel in generi adibus, adulterum in actu criminoso, non vero alibi, cum filia deprehensum occidere, impune habetur L. 23. §. 2. 3. 4. D. eod. Et huc referenda exempla Zeli apud Flav. Joseph. Antiquit. Judaic. lib. 4. c. 12. lib. 12. c. 8. & alior. In factis vero Phineæ, & Matathie singulari quid occurrit, quia & ille erat designatus summus sacerdotii heres, atque successor, & hic sacerdos; quibus in vindicando cultu divino tunc magna, immo fere summa auctoritas fuit, vel bene annotavit Osiand. loc. supra alleg. Grotii. Huc tamen Stoico ausu cum Seneca, & Justo Lipsio in sua philosophia Stoica, trahere velle ἀπορρογία, nonnullorum ex Zelo publico, aut privato, iudicio profano, & domestico exercitam; hoc esset vel omni sana rationi exsiliū indicere, aut cum illa æviterno perditionis malo insanire: a quo post saniores etiam Ethnicos prohi Christiani merito abhorrent, lubentius expectantes tandem erecto animo aeternum omnium mundi morum, horarum, ac morarum bu-

manarum sine præsuito die, & consule, infallibiliter adventurum iudicem.

Et inde abiisse in morem], Diferte Hebræorum magistri originem hujus iudicii deducunt ex traditione Moysi et Sinai, & ex exemplo Phineæ, Selden. lib. 4. c. 4. p. m. 504; ejusque paucissima saltem exstant exempla. Sane, ipsi Hebræorum magistri admodum caute circa hoc iudicium procedebant: nam 1. requirebant, ut palam, & in publico, i. e. præsentibus decem minimum Israëlitis facinus commissum sit; & quidem 2. tale facinus, quo sanctitas sive numinis, sive templi, sive gentis violaretur. Verba Misna apud Selden. l. 4. c. 4. pr. hæc sunt: qui sacrilegium commiserat, qui per idolum maledixerat, qui coitu se miscuerat cum femina Aramea, Zelotus sus fuit incurvere in eum sacerdotem in immunditie sua sacra oberntem; non erat necesse ut sacerdotes ceteri in forum deducerent, sed sacerdotes, qui per atatem nondum ministerio sacro pares erant, eius extra atrium protraherent, & cerebrum ejus fustibus elidebant. 3. Ut in flagranti executio fiat; alias non occidendus sine iudicio forensi. Selden. d. c. 4. p. m. 504. Bene hic observat Pufendorfus d. c. 3. §. 13. ejusmodi Zelum cuique permittum civilem ordinem facile turbaturum, & impotentibus affectibus prætextum præbiturum. Quod etiam posterioribus temporibus factum esse, & obtento hoc nomine immanem scelerum segetem Hierosolymis pullulasse, ait Selden. d. l. p. m. 506; ubi id exemplis probat.

Occidit Mathathias], 1. Maccab. 2. v. 24. Joseph. orig. lib. 12. c. 8. Selden. d. l. p. 505.

Qui vulgo dicitur Maccabæorum tertius] Liber hic apocryphus est: unde facti illius licentia inde probari nequit.

Nec alio obtentu injuncta lapidatio], Nam sanctitatem Numinis violatam credebant.

Et apud Josephum], Orig. Jud. lib. 12. c. 8. l. 4. c. 12. l. 7. c. 30

Equidem ad hoc iudicium Zeli etiam referre solent iudicium illud Westphalicum, quod Vehmicum vocant, a Carolo Magno institutum Vide Cbron. Colon. vet. pag. 114. Aeneas Sylvius in Stat Europ. c. 29. p. 74. Revius in Davenuria ad an. 773. p. 13. & ad an. 1394. p. 89.

„ *ad an. 1463. p. 114. apud Gronov. b.*
 „ Sed nulla ratione id concedi potest : nam
 „ verum hoc erat iudicium a superiore con-
 „ stitutum, & assessoribus instructum; adeo-
 „ que pœnæ ibi non infligebantur absque cau-
 „ sâ cognitione, nedum jure Zeli ab iis.
 „ qui jus puniendi non habebant, sed a legi-
 „ timo magistratu juxta leges præscriptas pœ-
 „ nas decernente.

„ Judicium hoc Vehmicum dicitur non
 „ quasi sit venium, i. e. occultum, nec
 „ quod sit vetitum, uti quidam putant (vide
 „ *B. Parens in jur. publ. c. 32. §. 43.*) sed
 „ quod fuerit sanctum : *vehm* enim veteri
 „ Germanica voce est sanctum, seu religio-
 „ sum; unde in veteri quadam confessione
 „ inveniuntur hæc verba : *ik glove an de*
 „ *wehme keste, i. e. credo in sanctum Spi-*
 „ *ritum; & hodieque loca prope ecclesiam*
 „ *in Westphalia vocari solent op te Wehme.*
 „ Convenit quoque hæc denominatio natu-
 „ ræ rei : nam occasione religionis contra re-
 „ labentes gentiles institutum fuit hoc judi-
 „ cium; hinc hodieque in illis locis, ubi in-
 „ quisitio viget, iudicium tale sanctum di-
 „ citur.

„ Rectius cum *Seldeno libr. 4. cap. 5.*
 „ *p. 513.* ad iudicium Zeli referimus ejectionem
 „ numulariorum e templo factam a
 „ Servatore, de quo facta ita differit : Certe,
 „ quanquam Servator humani generis &
 „ Deus, & rex erat, adeoque ita universi,
 „ nedum Judæorum, dominus, ut quidquid
 „ ei placeret, illud non licitum fuisse nefas sit
 „ putare : at tamen cum ceteras res omnes,
 „ etiam & se ipsum, receptis, atque stabili-
 „ tatis reipublica formulis judiciariis, qua He-
 „ braica essent, qua Romana, permiserit,
 „ atque absolutissimum iustitiæ exemplar ab
 „ omni vi illicita, veluti privatus, abstinere
 „ voluerit; quin & tanta ei imminuerit in-
 „ vidia, ut nihil magis invidentium in votis
 „ esset, quam ut cujuscunque delicti reum
 „ eum peragere potuissent : haud rationi sane
 „ ita consonum videtur existimare, ejectionem
 „ illam factam, seu vim illatam ab eo
 „ fuisse sine agnita, etiam ab ipsis, qui tam
 „ maligne ei invidebant, lege, seu more,
 „ quo in id genus homines templi sanctitatem
 „ ita polluentes, incurrere licuerit, atque vi
 „ ejicere. Quid obiter facilius, quam adver-
 „ sus eum, pro privato habitum, scribis,
 „ & sacerdotes, (qui eum & tunc quere-
 „ bant perdere, *D. Marc. XI. 18.*) statim
 „ egisse de vi publica, sive ex jure patrio, sive

„ ex Romano, nisi id, quod fecisset, ex ju-
 „ re patrio, quod tunc temporis haud hac in
 „ re Romano cesserat, fieri fas fuisset. Ideo
 „ non iniquum videtur ut existimemus, fas
 „ etiam idem tunc esse habitum Hebræo cui-
 „ cumque privato, idque ex recepto, quod
 „ diximus, Zelotarum jure; quod hic ad-
 „ hibitum item esse, elicere licet ex verbis *D.*
 „ *Jobannis, hac de re. Postquam eis, quos*
 „ *ejecerat, dixerat Christus, auferte ista*
 „ *hinc, & nolite facere domum patris mei*
 „ *domum negotiationis, recordati sunt disci-*
 „ *puli ejus (ait Evangelista) quod scriptum*
 „ *est Ps. LXIX. 9. Zelus domus tue comedit*
 „ *me; perinde, ac si τὸν πῶλον σου seu Zelotarium*
 „ *juris moribus patriis subnixi, expresse illic*
 „ *meminissent, & ad domini factum transis-*
 „ *sent. Qualisnam autem sanctitatis templi pol-*
 „ *lutio, ac violatio in negotiatorum, quos di-*
 „ *ximus, commerciis fuerit, satis ostendit*
 „ *ipse dominus, dum in verbis e S. Johanne*
 „ *jam citatis templum negotiationis domum*
 „ *neutiquam fieri debere, ait; & apud*
 „ *Matthæum scriptum est ex Isaïæ cap. 56.*
 „ *domus mea domus orationis vocabitur,*
 „ *vos autem fecistis, &c. Domus orationis*
 „ *scilicet לְכָל עַמִּים omnibus gentibus, seu*
 „ *populis. Nam in monte templi locus oratio-*
 „ *nis etiam gentibus; atque ibi numularii*
 „ *ibi, & negotiatores, qui ejeciti. At vero*
 „ *ex more erat patrio, eoque solemnî, ac li-*
 „ *cito, ut numularii, seu mensarii ibi per-*
 „ *petuo ferme sederent, juxta jam e Talmu-*
 „ *dicis ostensa. Quamquam igitur ita pollue-*
 „ *bant loci sanctitatem, vendentes oves,*
 „ *boves, & columbas, tum forte in certa-*
 „ *mina, aliasve artes non licitas, quum sa-*
 „ *cificia, idque per fraudes crebras, quas*
 „ *in questum etiam exercerent; curiam nu-*
 „ *mularii etiam, seu mensarii, quorum ibi*
 „ *consessus solemnî licitus, ac sacris neces-*
 „ *sarius, simul ex hoc jure ejeciti? Certe sum-*
 „ *plex numulariorum, seu mensariorum, in*
 „ *sicis dimidiis, reliquisque numis, secur-*
 „ *rum quod dictum est, in sacros usus reci-*
 „ *piendis, arcisque condendis, officium,*
 „ *neutiquam loci sanctitatem polluisse, est*
 „ *existimandum. Sed quoniam negotiationis*
 „ *illicitæ societatem cum vendentibus ibi inie-*
 „ *rant, atque animalia, qua extra loca*
 „ *sancta emenda erant, in sacrificia, contra*
 „ *fas, ibi compendii causa emere solebant,*
 „ *nec fraudibus, eo in hominum genere non*
 „ *raro reperiri solitis, illic ministerio illo fra-*
 „ *gentes,*

gentes carebant; ideo & ipsi, ut qui tum criminis aliorum participes, tum suo in-
fames, pariter sic templum, seu montis
tempū locum illum, alias ipsis permiffum,
profanabant, ejiciendi.

Et dominis in servos] „ §. 1. Inst. de his,
qui sunt sui, vel al. jur. Hoc jus non fe-
quitur ex prisco jure, quo cuique privato
nocentem punire licuiffet, fingit; sed ex
conceffione victoris, qui jus suum in ca-
ptos privatis cedit: adeoque jus vitæ, &
necis, quod ei in captos competit, in ci-
ves transfert.

Et parentibus in liberos] „ Est hoc potius
vestigium juris illius prisici, quo patribus-
familias summa competiit potestas in fami-
liam, & quod ipsis in quibusdam locis re-
servatum fuit, postquam in civitates coi-
verunt. Vide Diff. XII. §. 612. seq.

Quale fit circa penas jus natura] „ Vidi-
mus, Auctorem infeliciter admodum pœ-
narum originem explicasse; & admitti non
posse, unicuique privato jus puniendi no-
centem competere.

Et quouaque manserit] „ Cum jus punien-
di privatis nunquam competierit, nec ve-
stigia illius juris superesse possunt. Quod
vero aliquando privatis liceat vindictam fu-
mere a ladente, id est vel ex lege supe-
rioris, vel ex jure necessariæ defensionis,
vel id excusatur admiratione Zeli.

A D §. X.

QUÆRIT Auctor, an potestas puniendi
singulis jure natura concessa mutata fit per le-
gem Evangelii? & respondet, 1^o. castigatio-
nes, quæ neque infamiam, aut permanens
damnum relinquunt, etiam post legem Evan-
gelii licitas esse: non vero 2^o. ultionem,
quæ præteritum respicit; quia inimicis quo-
que bene facere, eosque diligere jubemur,
n. 2. seq. Unde concludit, jure Evangelii talio-
nem non juxta rigorem naturalem, sed in
sola æstimatione peti posse (quasi talio aliud
sit, quam æstimatio.) Sed nec 3. ultionem,
quæ in futurum cavet, licitam esse jure Evan-
gelii, ait n. 6. Ubi tamen 4^o. excipit pœnas
capitales, quæ publica auctoritate infligun-
tur, n. 8. Dubia removet, §. 11. & 12.

At hæc omnia ultro corruunt posito princi-
pio, quod nec natura potestas puniendi pari
in parem competat: frustra igitur quæritur,

an id lege Evangelii sublatum sit. Sed & por-
ro sæpius dictum est, Servatorem non jus sta-
tuere, sed saltem virtutum regulas inculca-
re. Sane, ex eo, quod inimicos diligere ju-
bet, nulla infertur prohibitio puniendi reos.
Aliud enim est, diligere personam etsi inimi-
cam; aliud, jus suum tueri, & crimen
persequi: illud odium supponit personæ,
hoc odium solius causæ. Unde etiam castiga-
tio ex dilectione fieri potest, ut in parenti-
bus, &c.

Num lex Evangelica libertatem illam or-
ctius circumscriptur] „ Supponit enim, le-
gem Evangelii plus exigere, quam jus na-
turæ, & quam lex Mosis. Diff. Proœm. II.
§. 30. seq.

Alibi] „ Singula loca collegimus d. §. 30.
Quæ natura, & per leges civiles licet,
vetari lege divina] „ Plurima exempla alle-
gavimus dist. Dissert. II. §. 30. & 31.

Eaque perfectissima] „ Nam perfectiorem
eam legem, ait, lege Mosis, L. 2. c. 1.
§. 13. & 17. n. 4; & infra §. 30. n. 4.
l. 1. c. 3. §. 3. n. 1.

Et præmium promittente natura humana
majus] „ Quod late explicat infra c. 22. §. 14.
ibique Ziegler.

Ad quod consequendum non immerito virtu-
tes requiruntur] „ Qui enim jus naturæ stri-
cte sic dictum (quod Auctor sociale vocat)
exsequitur, præmium non consequitur,
sed pœnam non incurrit.

Quæ sola natura præcepta] „ Quæ nimirum
ex solo jure sociali sequuntur.

Excedant] „ Nam plus exigere, dixit,
legem Servatoris, quam legem naturæ so-
cialis. Vid. Diff. proœm. II. §. 31.

Castigationes, quæ neque infamiam, ne-
que dampnum permanentem relinquunt] „ Vi-
de supra §. 7. n. 2.

Et pro ætatis] „ Si filii impuberes, vel pu-
illi, ex ætatis lubrico peccant, castigari
a patre, & a tutore possunt.

Aut alterius qualitatis ratione] „ Si fa-
muli, aut discipuli peccant, itidem a do-
minis, & præceptoribus castigari possunt.

Si ab iis fiant, quibus leges humana id per-
mittunt] „ Discrimen inter personas, qui-
bus hæc castigatio licet, aut non licet,
non esse a natura, sed a legibus, supra
§. 7. n. 2. dixit.

Putat a parentibus] „ Rationem tamen pa-
rentibus in liberos juris castigandi usurpa-
tionem pro affectus necessitudine peculia-

„ iter commendare , supra §. 7. n. 2.
 „ monuit.

„ Nos ex duplici capite patrifamilias jus
 „ castigandi liberos competere, alibi proba-
 „ vimus : 1. jure imperii ; natura enim eis
 „ imperium in familiam concessit : 2. ex me-
 „ dii necessitate ; quia aliter educari liberi
 „ non possunt. *Diss. proœm. XII. §. 159.*
 „ n. 1. & n. 3.

„ *Tutoribus*] „ His ex capite educationis jus
 „ castigandi pupillos concessum est , ipsa
 „ natura dictante.

„ *Dominiis*] „ His itidem jus castigandi ser-
 „ vos naturali jure competit, in quos tam-
 „ quam hostes , & reos , jus vitæ , ac ne-
 „ cis habent. *Diss. proœm. XII. §. 133.*

„ *Magistris*] „ His jus coercendi discipu-
 „ los ex consensu parentum competit ; sine
 „ verberibus enim vix est ut pueri vel litte-
 „ ras , vel artes addiscant : parentes igitur
 „ dum volunt antecedens , volunt etiam
 „ consequens.

„ *Nihil habere, quod cum præceptis evange-
 „ licis repugnet, ex ipsa rei natura satis intelli-
 „ gi datur*] „ Quia eum , qui peccat , reddit
 „ meliorem mendendi modo , qui est per con-
 „ traria. *Vide supra §. 7. n. 1.*

„ *Sunt enim hæc remedia animorum*] „ Quia
 „ enim omnis actio , præsertim vero delibe-
 „ rata , ac frequens , quandam gignit sui pro-
 „ clivitatem , quæ adulta habitus dicitur ,
 „ ideo vitii quam primum fieri potest adi-
 „ menda est illecebra ; quod fieri rectius ne-
 „ quit , quam si dolore quodam subsequente
 „ sapore amittant dulcedinis : quæ sunt
 „ verba Auctoris supra §. 7. n. 1.

2 „ *De ultione aliter sentiendum*] „ Ultionem
 „ ergo aliquid habere putat , quod cum præ-
 „ ceptis Evangelii pugnat.

„ *Illicitam esse etiam naturaliter*] „ Talis
 „ enim appetitus in se spectatus non conve-
 „ nit parti rationali , cujus est imperare affe-
 „ ctibus ; ac proinde nec juri naturæ , quia
 „ id est dictatum naturæ rationalis , ac so-
 „ cialis ! quæ sunt verba Grotii supra §. 5.
 „ n. 1. Sed vide notata *ibidem*.

„ *Tantum abest ut Evangelio conveniat*]
 „ Quod præterea perfectionem inculcat.

„ *Lex vero Hebraea non modo vetat odium
 „ asseruari in proximum*] „ Non oderis fratrem
 „ tuum in corde tuo, &c. non quæras ul-
 „ tionem , nec memor eris injuriæ civium
 „ tuorum ; diliges amicum tuum , sicut te
 „ ipsum. *Levit. XIX. v. 17. 18.*

„ *Sed & communia quædam beneficia talibus*

„ *inimicis impendi præcipit*] „ *Si occurreris bo-
 „ vi inimici tui, aut asino erranti, reduc
 „ ad eum ; si videris asinum odientis te jace-
 „ re sub onere, non pertransibis, sed suble-
 „ vabis eum eo.* *Exod. XXIII. v. 4. 5.*

„ *Quare proximi nomine ad omnes homines
 „ prolato per Evangelium*] „ Auctor supponit,
 „ Servatorem eas virtutes , quæ in veteri
 „ Testamento præcipiuntur , majori perfe-
 „ ctione præcipere in Novo. *Diss. proœm.
 „ XII. §. 44. n. 1.* Hinc licet lex Veteris
 „ Testamenti ad populares saltem pertineat ,
 „ nomen tamen proximi lege Evangelii ad
 „ omnes Christianos extensum esse , ait.

„ *Patet, a nobis requiri, non modo ne no-
 „ ceamus inimicis*] „ Solo ulciscendi animo.

„ *Verum etiam ut beneficium*] „ Apparet
 „ ergo , legem quoque Mosis perfectam esse :
 „ quod probavimus in *proleg. §. 48. lit. b.*
 „ & in *Dissert. proœm. III. §. fin. n. 6.*

„ *Quod & diserte imperatur Matthæi V. 44.]*
 „ *Ego autem dico vobis : diligite inimicos ve-
 „ stros ; benefacite his, qui oderunt vos ;*
 „ *orate pro persequentibus, & calamitanti-
 „ bus vos.*

„ *Graviores injurias permittebat ulcisci*]
 „ Quatenus iis ultio illa ad reparationem in-
 „ juria erat necessaria.

„ *Sed adito judice*] „ At nec jure naturæ
 „ ultio aliter fieri potuit. *Vide supra §. 1.*

„ *At Christus idem nobis non permittit*]
 „ Sed nec prohibet ; nec injuria eum agere ,
 „ ait , qui judicem adit , qui de injuria sibi
 „ illata queritur , ejusque officium implorat ,
 „ ut lædenti tantundem mali infligatur. Cæ-
 „ terum , docet saltem perfectionis , & vir-
 „ tutis esse , jus suum remittere : quod ple-
 „ nius explicavimus supra *l. 1. c. 2. §. 6.*
 „ & *l. 2. c. 1. §. 10.* Idque Jus canonicum
 „ agnovit ; unde in *Clementina VII. c. 23.*
 „ notanter additur : *non quod iniqua sit ju-
 „ sta ultio, sed quod ei præstet patientia.*

„ *Quod apparet ex illa oppositione*] „ Sæpius
 „ jam dictum est , Servatorem suam doctri-
 „ nam non legibus Mosis opponere , sed in-
 „ terpretationi iniquæ Pharisæorum. *Dissert.
 „ proœm. III. §. 46. p. 52.*

„ *Quæ sequuntur*] „ *Non resistite malo ,*
 „ *sed si quis te percusserit in dextram maxil-
 „ lam tuam, præbe illi & alteram.* *Mat. V.
 „ v. 39* Sensum hujus loci , & mentem
 „ Servatoris , explicavimus supra *l. 2. c. 1.*
 „ §. 10. Diximus , eum loqui de virtute , &
 „ summum perfectionis gradum , inculcare ;
 „ quod etiam ante allegata *Clementina* ita
 „ explicat. De

De arcenda injuria proprie agunt] ,, Ne vim vi repellere liceat.

Aliquantenus saltem] ,, Scilicet, ad percussionem in dextram, & ad oblationem pallii.

Multo tamen magis] ,, Si enim injuriam illatam arcere, multo magis eam, adito judice vindicare prohibet.

Quia veterem permissionem] ,, Qua oculum pro oculo eruere licuisse, putat.

Ut imperfectiori temporis congruentem] ,, Imperfectius tempus vocat tempus legis Mosaicæ. At lex Mosis in suo genere perfecta est; Servator vero gradum perfectionis summum Judæis proponit.

Postulationem talionis esse vetitam] ,, Scilicet, ex regulis perfectionis. At in legibus civilibus de eo non quæritur: adeoque si de jure id sensit, erravit; si de perfectione, concedimus.

Tanquam qua vitio careret] ,, Per se vitio omni caret si tendit ad reparationem juris: at vitiosa fit si ex odio, & amore vindictæ postulatur ultio.

Sed majoris mali vitandi causa] ,, Rectius, leges Mosaicæ, etsi perfectissimo modo latæ, non inquirunt in animum, an ad reparationem juris, an odio postuletur ultio; neque pœnas in animum constituunt. Vid. Diff. præm. III. §. 46. Leges enim saltem prospiciunt securitati publicæ, quæ solo animo non turbatur.

De tali postulatione, quæ ex odio venit] ,, Adeoque quæ non respicit solam utilitatem ejus, qui peccavit, aut ejus, cujus interest non peccatum esse, aut indistincte quorumlibet.

Improbam etiam illis, qui inter Hebræos] ,, Lex enim Hebræorum vetabat, odium asservari in proximos: immo beneficia talibus inimicis impendi præcipit. Vid. supra n. 2.

Nec legis verba tantum, sed & propositum intuebantur] ,, Alibi enim probavimus, legislatores leges suas perfectissimo modo statuere, & ea intentione leges ferre, ut cives non tantum eas observent, sed ut eas observent amore justitiæ, id est, ex animi puritate. Præter exempla ex legibus Hebræorum modo allegata, nulla perfectior lex dari potest præter eam, quæ jubet, Deum colere ex toto corde, & ex toto animo: non ergo colit, qui contra perfectionis regulas peccat. Lex, quæ sequitur, dilige proximum tuum sicut te

ipsum, supponit animi puritatem; quia non diligit, nedum ut se ipsum, qui odio proximum persequitur.

Legislatores Romanorum jurisprudentiam definiunt, divinarum, atque humanarum rerum notitiam, justitiam, atque justitiam scientiam. Stoici per divinarum, atque humanarum rerum scientiam in genere sapientiam intellexerunt, quæ ipsa omnes perfectiones complectitur, ut ex Cicerone alisque probat Lipsius Manuduct. lib. 2. diff. 7.

Idem Jcti definiunt justitiam, constantem, & perpetuam voluntatem jus suum cuique tribuendi. L. 10 D. de just. & jur. Prior pars definitionis omnibus virtutibus communis est; unde Stoicis virtus vocatur, consentiens cum ratione, & perpetua constantia. Cicer. Paradox. III. 1. vel constantis, ac perpetua vitæ ratio. Cicer. de legib. I. 17. Certissimo indicio, justitiam perfectissimo modo definiunt; unde a Cicerone alibi justitia describitur, affectio animi suum cuique tribuens. Sane; inter tria præcepta juris generalia quoque ponitur, honeste vivere. §. 4. Inst. de just. & jur. Et regula specialis a Jctis refertur, quod ea, quæ contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum sit. L. 15. D. de condit. instit.

Etsi autem legislatores leges statuunt perfectioni quoque convenientes, non tamen pœnis coercere solent eos, qui legibus obediunt non amore justitiæ, sed metu pœnæ; tum quia difficillimum, immo impossibile est, de puritate mentis judicare; tum quia sufficit ad securitatem civitatis, si cives juxta legem boni sunt. Vide Diff. præm. III. §. 46.

Quod Christus a nobis indistincte exigit]

Quia jus Dei est, quod hominibus explicat, proponendo tum præmia æterna, tum pœnas.

Et hoc pertinet quod Christus, &c.] ,, Immo hoc non pertinet ad ultionem tantum, sed ad quamvis vindictam, etiam eam, qua agitur ad reparationem juris.

Ob sensum mali nostri] ,, Adeoque amore vindictæ. Sed diximus, Servatorem loqui de omni reparatione juris læsi.

Legumque videtur vindictam præstare sibi] ,, Loquitur de delatoribus, qui animo fructus pœnæ alios denunciant.

Disce

- Duorum verborum adjectione corruptam*] „ illicito, quo alii aliquid ex patrimonio
 „ Quod *laccessio injuria* permittat nocere ei, „ abest, restitui debet.
 „ qui injuriam fecit. „ *Pecuniariam multam accipere*] „ Immo
 „ *Vacare, ait, Evangelii auctoritate*] „ Ci- „ hæc vera talio est, si pecunia æstimari in-
 „ cero loquitur de jure; Lactantius de vir- „ jura potest: at aliquando non potest, ut
 „ tute. „ in homicidio, &c.
 6 „ *Sed quatenus in futurum cavet*] „ Quando „ *Quod & Romæ factum*] „ Factum hoc
 „ quis ideo postulat pœnam, ne posthac „ plenius exposuit B. Parens in *diff. de sacro*
 „ tale quid patiatur aut ab eodẽm, aut ab „ *talionis jure*, §. 3. Verba vide supra §. 1.
 „ aliis. *Vide supra* §. 8. n. 1. l. 1. c. 2. „ *Divortio se liberare maluit*] „ Non quasi
 „ §. 8. n. 7. & 8. „ jure eam denunciare judici, aut accusare
 „ *Si qui nos lesit, testimonia probabilia det* „ non potuerit; sed vir pius, & religiosus
 „ *pœnitentis animi*] „ Inter homines de tali ani- „ deferere eam maluit.
 „ mo vix constare potest; adeoque injuria „ *Quia justus erat*] „ Ipse Auctor explicat
 „ non agit qui suæ securitati prospicit in po- „ vocem *justi*, eamque sumi, ait, pro viro
 „ sterum. „ maxime virtuoso, & perfecto.
 „ *Luca XVII. 3.*] „ *Si peccavit in te frater* „ *Restant pœna, qua non privato, sed pu-*
 „ tuus, increpa illum, & si pœnitentiam „ *blico bono consulant*] „ Nam non tantum in-
 „ egerit, dimitte illi. Resp. loquitur Serva- „ jura fit privatis, quorum persona læditur,
 „ tor de simultatibus, & inimiciis, ubi „ sed etiam magistratui, cujus leges violan-
 „ non quæritur de reparatione injuriæ: sed „ tur, & quorum auctoritas spernitur: adeo-
 „ & diximus, Servatorem loqui de summo „ que his quoque reparatio fieri debet.
 „ perfectionis gradu. „ *Partim tollendo, aut coercendo nocentem,*
 „ *Unde sequitur, ut nihil ab eo pœna nomine* „ *ne cui noceat, &c.*] „ Hic est tertius pœna-
 „ *exigi debeat*] „ Immo id non sequitur; sed „ rum finis. *Vid.* §. 9. n. 1.
 „ id saltem sequitur, perfectius agere qui „ *Partim deterrendo alios severitate exempli*]
 „ pœnam non exigit. „ Ne alii impunitate illecti aliis quibusvis
 „ *Præcepto dimittenda tunica docet*] „ Vin- „ molesti sint. *d.* §. 9. n. 1.
 „ dicatio tunicæ non pugnat cum perfectio- „ *Quod cum sua daret præcepta, simul testa-*
 „ ne; nam læsus jus suum repetit, quod ipse „ *batur, se nihil legis tollere*] „ Venisse enim
 „ naturæ auctor concessit: sed perfectius est, „ se, ait, non ad tollendam legem, sed
 „ jus suum remittere. Cæterum, præceptum „ ad implendam.
 „ de dimittenda tunica explicavimus supra „ *Lex autem Moysi*] „ Argumentum hoc est:
 „ l. 1. c. 2. §. 6. „ Christus non venit ad tollendam legem fo-
 „ *Negabat Musonius, &c.*] „ Omnes hi „ renssem; atqui lex de judiciis publicis est
 „ Auctores loquuntur de eo, quod magis „ forensis; Ergo, &c. Ubi obiter notamus,
 „ perfectum est. „ judicia publica non demum in lege Moysi,
 „ *Multo enim rectius*] „ Juxta regulas emi- „ sed ipso naturæ jure fundari, uti vidimus
 „ nentioris virtutis. „ *d.* §. 5. & 8.
 „ *Ea cautione contenti esse debemus, qua* „ *Qua in his rebus*] „ Id est, circa judicia
 „ *quam minimum noceat*] „ Qui pœnam exi- „ capitalia.
 „ git, eoque sibi in futurum cavet, jure „ *Quamdiu stabat respublica, stare debebat*]
 „ suo utitur, nec in perfectionis regulas „ Leges enim forenses non defecere nisi sub-
 „ peccat: sed magis perfecte agit remittendo. „ lata republica. *Vid.* l. 1. c. 1. §. 7. n. 5.
 7 „ *Ne apud Hebræos quidem in usu erat talio*] „ *Ut homicidia, & alia quadam crimina*]
 „ Auctor putat, gentes per talionem intelle- „ Quorum pœnas ex conjectura voluntatis
 „ xisse mutuam membrum ruptionem, &c. at- „ divinæ deducit, l. 1. c. 2. §. 5. n. 6. &
 „ que eam non obtinuisse apud Hebræos, „ 7. ac seq.
 „ ait. Verum, supra demonstravimus, ta- „ *Quod si Christi præcepta consistere potue-*
 „ lionem crude sumtam nullibi obtinuisse; „ runt cum lege Moysi] „ Uti potuerunt eo ip-
 „ sed per eam nihil aliud intelligi, quam æ- „ so, dum Servator austerit, se legum aucto-
 „ stimattonem injuriæ, quæ fit per tantum- „ ritati nihil detrahare velle.
 „ dem. „ *Possunt & cum humanis legibus, divinam*
 „ *Ultra impendia a se facta*] „ Quæ non ex „ *hac in parte imitantibus consistere*] „ Cum
 „ lege talionis, sed ex delicto, seu ex facto „ enim lex Moysi de judiciis expressam ha-
 „ „ bue-

» buerit voluntatis divinæ imaginem, recte,
 » & pie facturas esse nationes, ait, quæ
 » inde sibi exemplum peterent. Vid. l. i.
 » c. 2. §. 5. n. 10.

A D §. XI.

SUN T qui] ,, Photiani, Weigeliani, &
 » Anabaptistæ. Vid. *Tesmar. b.*

Contrariam sententiam] ,, Scilicet, ma-
 » gistratum supplicia capitalia nec nocenti-
 » bus post legem Evangelii inferre posse :
 » quam sententiam Auctor late refutavit su-
 » pra l. i. c. 2. §. 8. n. 9.

Adferunt summam Dei lenitatem] ,, Resp.
 » 1. in Novo fœdere plane jus non præ-
 » scribitur privatis, nedum magistratibus :
 » 2. neque summa Dei misericordia exclu-
 » dit justitiam erga malos, neque justitia
 » ejus clementiam erga bonos; nam ut le-
 » nitatis est, gratiæ studere, ita justitiæ
 » est, punire delicta.

Quod aliquatenus verum esse] ,, Quatenus,
 » scilicet, lenitas illa spectat peccata ante
 » acceptam legem Evangelii commissa; uti
 » statim id ita explicat.

Sed non tam late patet, &c.] ,, Non
 » enim spectare eam, ait, peccata post ac-
 » ceptam legem Evangelii commissa.

*Præcipue spectat peccata contra primævam
 legem, &c.]* ,, Scilicet Adamo, & Noacho
 » publicatam; quibus legibus totum huma-
 » num genus obligari, dixit supra, l. i.
 » c. 1. §. 15.

Aut etiam contra legem Moysis] ,, Populo
 » Israëlítico publicatam; quem proinde so-
 » lum obligat, d. l. i. c. 1. §. 16. & 17.

Añor. XVII, 30.] ,, Ibi: & tempora
 » quidem hujus ignorantia despiciens Deus,
 » nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubi-
 » que pœnitentiam agant. At ex hoc loco
 » non probatur, lenitatem Dei, in Novo
 » Fœdere patefactam, præcipue spectare
 » peccata contra primævam legem, Adami
 » scilicet, Noachi, & Moysis commissa. Apo-
 » stolus enim plane non loquitur de illis le-
 » gibus; sed gentiles alloquitur idololatriam
 » committentes: his verum Deum annun-
 » tiat, & pœnitentiam prædicat.

Rom. II, 25.] ,, Ex hoc loco pariter
 » non probatur, misericordiam Dei spectare
 » peccata ante acceptam legem Evangelii
 » commissa.

Añor. XIII, 38.] ,, Ibi: per hunc vobis
 Tom. III,

» remissio peccatorum annuntiatur; ab om-
 » nibus quidem non potuistis in lege Moysi
 » justificari. Sed nec hic textus aliquid probat:
 » immo contrarium inde sequitur, la-
 » tius nimirum patere misericordiam in No-
 » vo Fœdere, quam in Veteri; quia Judæis
 » in Novo fœdere remittuntur peccata, a
 » quibus lege Moysis non potuere justificari;
 » certissimo indicio, misericordiam Dei spe-
 » ctare quoque peccata post Evangelium
 » commissa.

Hebr. IX, 15.] ,, Ibi: & ideo novi testa-
 » menti mediator est, ut morte intercedente
 » in redemptionem earum prævaricationum,
 » quæ erant sub priori testamento, repro-
 » missionem accipiant qui vocati sunt eter-
 » na salutis. Ex promissione remissionis pec-
 » catorum, quæ fuere sub priori testamen-
 » to, itidem non sequitur quod Auctor vult:
 » nam adeo non excluduntur peccata post
 » legem Evangelii commissa, ut post in-
 » tercessionem mediatoris profit etiam re-
 » missio peccatorum, quibus Judæi per le-
 » gem Moysis non potuere justificari. *Añor.*
 » XIII, 38.

Nam quæ postea committuntur] ,, Id est,
 » si post acceptam legem Evangelii contra
 » hanc ipsam legem peccatur.

Præsertim si adsit contumacia] ,, Id est,
 » si ex proposito contra hanc novam legem
 » peccatur.

Judicii multo severioris, &c.] ,, Ex an-
 » te notatis apparet, dubium, quod dissen-
 » tientes propoluere, nimirum, quod leni-
 » tas Dei in Novo Fœdere non permittere
 » videatur, ut quis pœnam etiam pro bono
 » publico a nocente sumat, per responso-
 » nem Auctoris non resolvi. Diximus, mi-
 » sericordiam Dei in utraque lege obtinere,
 » eam autem in neutra Dei justitiam impe-
 » dire. Sane, Deus misericors manet, et si
 » justitiam exercent, & nocentes puniat;
 » Magistratus igitur, qui vices Dei gerit,
 » salva misericordia & in Veteri Testamen-
 » to punire crimina potuit, & in Novo Fœ-
 » dere potest.

Hebr. II, 2. 3.] ,, Nihil hic de severiori
 » judicio dicitur.

Hebr. X, 29.] ,, Ibi: si irritam quis faci-
 » ens legem Moysis, sine ulla miseratione
 » moritur; quanto magis putatis deteriora
 » mereri supplicia, qui filium Dei concu-
 » caverit. Duplici enim pœna peccator di-
 » gnus est, tum quia in legem Moysis peccat,
 » tum quia præcepta Servatoris flocci ha-

Y y „ bet.

bet. At id non impedit, quo minus misericordiae locus sit in casibus, ubi iustitia Dei vindictam praecise non requirit.

Matth. V. 21. 22. 28.] „ Ubi Servator sua praecipua sublimiora opponit legibus Moysis. Rationem differentiae dedimus supra. *Neque vero in altera tantum vita, sed & in hac*] „ At etiam in peccata ante legem Evangelii commissa Deus non raro animadvertit in hac vita; adeoque in eo non consistit differentia peccatorum ante, & post legem Evangelii commissorum.

1. Cor. XI, 30.] „ Ibi: *ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.*

Nisi ipse homo de se quasi poenas exegerit] Locutio haec impropria est: Nemo a se ipso poenas sumit.

1. Cor. XI, 31.] „ Nihil ibi dicitur de homine a se ipso poenam exigente.

Gravi quodam maerore] „ Id est, per veram poenitentiam. De qua tamen locus ab Auctore allegatus *2. Corinth. II, 7.* non loquitur.

Urgent iidem] „ Anabaptistae inprimis.

Saltem poenitentia ductis dandam impunitatem] „ Recte Auctor respondet, 1. non constare de poenitentia hominibus; 2. nec eam sufficere Deo, exemplo Davidis; 3. minui poenam ideo posse, non tolli omnem.

Vix esse ut constet] „ Cum enim in animo consistat, soli Deo de ea constare potest: magistratus igitur ex fallaci adeo causa poenas lege naturae statutas remittere nequit.

Nec quemquam non impune sua malefacta laturum, &c.] „ Omnis enim supplicio destinatus gravem maerorem, & poenitentiam simulaturus esset, si poenam eo evitare posset.

Deus ipse non semper poenitentia ductis omnem remittit poenam] „ Ita enim Davidi poenam temporalem non condonavit; actus enim a filio in exilium, & opprobrium ingens in uxoribus per stuprum passus, satis acerbam vindictam Dei manum sensit. *Henniges in not. b.*

Remittere potuit Deus, ita ut non levibus malis, &c.] „ Mitigare ergo Deus propter poenitentiam peccantis potest poenam lege naturali statutam, aliud, & lenius malum infligendo.

Atque interim peccatorem qui morte im-

matura ipse punire] „ Eoque lenitatem cum iustitia combinare.

Aut velle etiam, ut sic per magistratum puniatur] „ Utpote cui vicario jure facultatem puniendi concessit.

A D §. XII.

RESPONDET Auctor h. §. ad objectionem, quod animae periculum subsit, si praeceditur poenitendi facultas: Respondet, inquam, ipsos sibi praescindere poenitentiam, si obstinato animo eam agere nolunt; & sic indignos esse misericordiam.

Nisi dato tempore] „ Theodosius triginta dies indulgebat damnatis ad mortem:

Theodoret. Hist. eccl. V, 17. & 19. Sozom. VII, 24. Quod relatum postea in

L. 20. C. de poen. Vid. Tesmar. b. Moribus triduum. Constit. Crim. art. 79. Si poenitere nolit, differenda aliquantulum

executio, illeque diligenter admonendus est; quod si nihil operetur, justo Dei judicio relinquendus, & sententia executioni danda est. *Lauterb. tit. de poen. in fin.*

Carpz. prax. crim. p. 3. qu. 137. n. 47. Acceptam Deo esse posse] „ Ex operibus

quidem tanquam fructibus vera poenitentia dignosci solet. At si interveniente morte in actum deduci poenitentia nequit,

credendum omnino est, Deo castum, piisque animum acceptum esse posse. *Vid. Tesm. b.*

Quod si dicatur] „ Objiciunt quidam reum, si longius indulgeretur tempus,

poenitentiam forte acturum esse. Respondet Auctor, quosdam adeo esse inemendabiles, ut unicum bonum sit, eos e

vita tollere. Addo, hoc ipsum incertum esse, num meliores futuri sint. Sane, quilibet criminis reus poenitentiam differet, si poenae dilationem inde sperare possit. Accedit, quod si reus intra spatium ipsi concessum poenitere nolit, culpa non sit in puniente, sed in eo, qui cumulat delicta, dum poenitere non vult in praesenti mortis articulo.

Supra ea, qua operis initio] „ Quaestio- nem enim, an judicia capitalia jure naturae, & ex lege Evangelii infligere liceat,

late tractavit Auctor *L. 1. c. 2. §. 7. & 8. Illis, qui supplicia*] „ Inprimis Anaba-

ptistis.

Con.

Contra, quam nos Apostolus docet] ,, Argumenta ex sacris desumpta cumulavit Auctor d. c. 2. §. 7.
 Cum regio officio usum gladii inclusisset]
 Quem locum explicavit d. §. 7. n. 2.
 Sint praesidio] ,, Puniendo nimirum crimina, & tollendo reos per supplicia.
 Nisi quorundam morte reprimatur aliorum audacia] ,, Adeoque etiam post legem Evangelii interest, ut poenae statuatur ad deterrendos alios.
 Satis tuta sit innocentia] ,, Sane, quotidie parricidia, & homicidia committi videmus, etsi constet, gravissimas in tales reos constitutas esse poenas.
 Imitandum proponere] ,, Mihi hæc sententia semper rationi maxime conveniens visa fuit; quia extra homicidium nulla inter mortem, & delictum, est proportio: inprimis cum aliis modis, qui morte graviores sunt, pensari injuria possit. *Gravissimus*, ait Cæsar apud Sallustium Catil. c. 51. est verberari, ac necari; & multi sunt, qui mortem ut requiem miserorum contemnunt: at graviter expavescent ad captivitatem, & ignominiosum opus.
 Si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint] ,, Si enim incorrigibiles sunt, ipsorum reorum interest eos tolli.
 Vid. supr. §. 7. n. 3.

A D §. XIII.

AUCTOR arguit Taurum philosophum, quod uno fine sublato tolli poenam statuat; sed confundit poenam, quæ ex jure civili debetur, cum ea, quæ ex jure naturæ: hujus finis unicus est reparatio injuriæ; illius præterea emendatio tum peccantis, tum aliorum.
 Ex ea autem, quam nos fecimus, enumeratione] ,, Dixit enim Auctor, in poenis respici aut utilitatem ejus, qui peccavit, aut ejus, cujus intererat peccatum non esse, aut indistincte quorumlibet. Vid. supr. §. 6. n. 2. Nos e contrario diximus, jure naturæ finem poenarum esse unicum, reparationem scilicet injuriæ; quæ reparatio fit si tantundem mali infligitur delinquenti: atque hic finis obtinet etsi poena nec utilis sit ei, qui peccavit, nec ei, in quem peccatur, nec aliis.
 Quasi uno fine sublato tollatur poena] Immo id non statuit; sed unum horum

finium ad effectum puniendi necessarium esse, ait.

Cum contra omnes cessare oporteat, ut poena locus non sit] ,, Hanc Tauri quoque esse sententiam, ex præcedentibus verbis apparet, d. c. 14.

Deinde illum finem omittit, cum homo inemendabilis vita eximitur, ne plura, aut graviora peccet] ,, Immo hunc finem non omittit Taurus: dum enim docet, poenam tum statui non posse quando spes magna est ut is, qui peccavit, citra poenam ipse sese ultero corrigat, &c. necessario inde sequitur, quod in casu, ubi talis spes non subest, adeoque cum homo inemendabilis est, poena statui possit, ne plura, aut graviora peccet. Præterea supra jam notavi §. 7, n. 3, hunc finem supponere peccata, quæ mortem merentur, sive ex lege naturali, sive ex lege civili: tunc autem reus morte puniri potest etsi spes emendandi adsit; quia injuria reparari debet, quæ reparatio ex dispositione legis non nisi morte fieri potest.

Etiam ad alia damna, quæ metuuntur, extendendum] ,, Finis poenarum naturalis est reparatio injuriæ, non vero ne in futurum paria ei accidant, in quem peccatur, utpote qui finis mere civilis est: & cum exempli loco læsa auctoritas a Tauro allegetur, intelligi id debet de omni damno, quod metuitur.

Hæc tria lex sequuta est] ,, Seneca loquitur de poenis civilibus, & de fine poenarum ex jure positivo. Naturalis enim poena unice consistit in reparatione injuriæ.

Non minus qui lesi jam sunt] ,, Et quorum interest, ne posthac tale aliquid patiantur aut ab eodem, aut ab aliis. Vid. §. 8. pr.

Quam qui ladi adhuc possunt] ,, Ne qui uni nocuit, alii noceat, vel ne alii impunitate illecti aliis quibusvis molesti sint. Vid. §. 9. pr.

Plenam habebis partitionem] ,, Scilicet poenæ civilis: nam finis poenarum naturalis, scilicet reparatio injuriæ, deest.

Nisi quod ad illud; sublatis, addendum fuit, aut repressis] ,, Scilicet, debilitando, vel constringendo, ita ut nocere nequeant. Vid. §. 9. pr.

Nam & vincula, &c.] ,, Carceres, amputatio manus, confiscationes bonorum. Minus perfecta est] ,, Immo æque perfecta est, ac prior: nam emendatio ma-

„ *lorum* pertinet æque ad eum, qui puni-
 „ tur, ac ad eos, qui exemplo ejus deter-
 „ rentur; & si tollitur malus, id fit ut cæ-
 „ teri securiores vivant.
 „ *Omnis pœna*] „ Intelligit finem legum pœ-
 „ naliū positivarum.

A D §. XIV.

AUCTOR §. 14. 15. & §. 16. cautelas in
 exigendis pœnis suppeditat, ne Christianus
 privatus pœnas sumat ab improbo, sive sui,
 sive boni publici causa, §. 14: ne cuive per-
 mittatur peccantes criminis accusare, §. 15:
 ne homo Christianus judicia publica exercere
 ambiat, §. 16.

Christiano homini privato] „ Auctor in
 „ eo perpetuo errore versatur, jure naturæ
 „ cuique privato pœnas sumere licere: id-
 „ que mutatum demum fuisse institutis ju-
 „ diciis facto hominum; remansisse tamen
 „ quædam vestigia pristinae libertatis: & de
 „ his vestigiis, ait Auctor, cavendum esse.
 „ At prius verum non esse, jam sæpius di-
 „ ximus; simulque demonstravimus, liber-
 „ tatem, quæ alquando singulis conceditur
 „ sumendi pœnam, non esse vestigium an-
 „ tiqui juris, sed eam ex concessione de-
 „ mum superioris sequi. Singuli igitur hoc
 „ casu non puniunt tamquam privati, sed
 „ tamquam legum executores, adeoque au-
 „ ctoritate publica.

Quamquam id jure gentium nonnunquam
permitti, diximus] „ Si nimirum judicia de-
 „ ficiunt, vid. *supr.* §. 8. n. 5; eoque Au-
 „ ctor retulit legis Hebrææ concessionem
 „ de interficiendo homicida extra asyli loca,
 „ d. §. 8. n. 5. At priori casu non tantum
 „ jure gentium, sed & jure naturæ, i. e.
 „ jure necessariæ defensionis, reparationem
 „ injuriæ exigere cuique læso licet: poste-
 „ riori casu superior pœnam, quam reus
 „ jure meritis est, læsi arbitrio relinquit;
 „ adeoque pœna infligitur auctoritate pu-
 „ blica.

Laudandus est mos eorum populorum] „
 „ Dari ejusmodi litteræ solent, ut ex illis
 „ constet, ipsos quoque non esse piratas.
 „ Cæterum, etsi ejusmodi instructiones non
 „ dentur, nihilominus navigaturi jure na-
 „ turæ repellere piratas vi necessariæ de-
 „ fensionis possunt: & hactenus id nec cum
 „ pietate, nec cum perfectione pugnat.

Non quasi ausu suo] „ Ipsum jus na-

„ turæ, quod necessariam defensionem in-
 „ jungit, ausum hunc probat.

A D §. XV.

QUIBUS id libet] „ Jure Romano
 „ omnes e populo accusare potuerunt reos,
 „ qui crimen publicum commiserunt, L. 8.
 „ ff. de accusat. quia publice interest, ne
 „ crimina maneant impunita. Hinc Cicero
 „ pro Rosc. c. 20. ait: *accusatores multos*
 „ *esse in civitate, utile est, ut metu conti-*
 „ *neatur audacia.* Add. *Quinctil.* I. 12. 7.
 „ pr. *Xenoph. Inst.* 1. p. m. 5. Sed sub-
 „ scribere accusatores debebant; quo ipso
 „ ad pœnam talionis adstringebantur. L. 8.
 „ pr. ff. de accusat. L. fin. C. eod.

Nisi officii necessitate] „ Plerumque
 „ enim ejusmodi accusationes odio privato
 „ fiebant, & pro indicio accipiebant præ-
 „ mium. Vid. *Suet. in Ner. c. 10. ibique*
 „ *Torrent. in nos.* Quia vero sæpius fingi
 „ solebant crimina, ut præmia consequerentur
 „ delatores, inde adeo odiosum
 „ delatoris nomen exstitit, ut cum calum-
 „ niatore pro synonymo habitum fuerit,
 „ *Faber in Lexic. voc. Delator*; & severis-
 „ simæ tandem in ejusmodi delatores, si
 „ de delicto fidem non fecerint, pœnæ
 „ statutz fuere. *Sueton. in Domit. c. 9.*
 „ L. 2. C. *Theod. de petit. & ultrodatis,*
 „ & *delatoribus.* Conf. *Tesm. b.*

A D §. XVI.

UT ad munera publica, quæ de san-
guine judicium habent, sua sponte se ingerat]

„ Res ardua, & perquam difficilis est,
 „ de vita creaturæ ad imaginem Dei factæ
 „ judicare. Sane, talis iudex ignorantia
 „ non tantum, sed & levissimæ omissionis
 „ pœnam Deo sanguinis humani vindici
 „ olim daturus est. *Conf. Syrac. c. 7. v. 6.*
 „ *Senec. epist. 68.*

Sibi tanquam omnium excellentissimo] „
 „ Et quod se meliorem aliis putet: veram
 „ difficultatis rationem modo allegavi.

Omniuo buc etiam pertinet] „ Immo alio
 „ plane sensu hæc a Servatore allegantur.
 „ Servator non loquitur de judiciis publi-
 „ cis, sed de privatis personis, quæ proxi-
 „ mi vitia produunt, cum ipsæ vel iis-
 „ dem, vel majoribus inquinati sunt. Hos

„ in-

„ improbat Servator ajens : *quid autem*
 „ *vides festucam in oculo fratris tui, &*
 „ *trabem in oculo tuo non vides. Matth.*
 „ *c. 7. v. 1. seq.* atque hos olim judicii
 „ sui penas daturus esse, docet. Non
 „ igitur judicandi officium difficile ideo
 „ est, quia in pari reatu sumus, sed quia
 „ de vita hominis quæstio est.

A D §. XVII.

QUÆRITUR, an privati, quibus lege concessum est jus interficiendi certum genus hominum, jus habeant id faciendi; an vero tantum impunes sint? Auctor ait, eos non habere jus internum si propter dolorem lex id permittit; sed tunc denum, si mali tollendi causa: quo refert casus si lex permittit occidere milites populos, *Tot. Tit. C. quando liceat unicuique sine iudice, &c.* latrones publicos, *ibid.* bannitos, tyrannos, &c. Nos dicimus, semper jus verum concedi: cum enim naturali jure jus puniendi magistratui competat, hoc exsequi per alios & potest, & solet, quia non manu sua pœnam sumit, sed per instrumenta: hæc instrumenta igitur non suo jure puniunt, sed nomine, & jure magistratus. Idque licitum esse, constat, etsi forte privatus ille odio, & vindicta id, quod lex permittit, exsequatur: uti si maritus adulterum occidit, si quis cognati mortem vindicaturus, homicidam interficit, &c. Nam tunc est vitium personæ agentis, non defectus juris; res ipsa jure permessa, & licita est, etsi persona imperfecte agat.

Equidem negari nequit, periculosum admodum esse, privatis vindictam committere, cum imprudens plerumque populus, vel furians maritus, &c. nec modum, nec finem observare soleant, eoque facile excedere possint: sed nec id conceditur lege nisi in paucissimis, iisque atrocissimis criminibus, ubi justissimus dolor, vel reipublicæ discrimen subest; quin tot restrictionibus involuta est ea facultas, ut metu excessus deterreri soleant illi, quibus concessa est talis facultas.

„ *An tantum inter homines impunitatem*]
 „ Multa enim non puniuntur, quæ ta-
 „ men illicita sunt.

„ *Posterius hoc*] „ Scilicet, injuria eos
 „ agere etsi inter homines impunitatem ha-
 „ beant: eoque rectius abstinerent. *L. 144.*
 „ *ff. de reg. jur.*

„ *Ut nefandam vocet*] „ Hoc de iis saltem
 „ statuit, qui asserunt, tales leges inju-
 „ stas, eoque nullas esse, & maritum
 „ adulterum occidentem homicidii reum
 „ fieri. *Vasq. d. l. 4. c. 8. n. 4.*

„ *Utrumvis legem facere posse in certis casti-*
 „ *buis*] „ Immo quoties lex permittit, semper
 „ jus dat.

„ *Partim ex verbis legis, partim ex ma-*
 „ *teria*] „ Has enim regulas interpretationum
 „ proposuit Auctor, *lib. 2. c. 16. §. 2. &c.*
 „ sed diximus *ibidem*, eas in hac inprimis
 „ materia inutiles esse.

„ *Nam si dolori lex indulget*] „ Lex nun-
 „ quam soli dolori, seu vindictæ indulget;
 „ sed si privato facultatem puniendi conce-
 „ dit, semper supponit, injuriam factam
 „ esse, cujus reparationem arbitrio priva-
 „ ti permittit, atque per eum pœnam exi-
 „ git. Atque hinc maritus, qui uxorem
 „ adulteram occidit, jure agit, quia agit
 „ ut instrumentum magistratus, etsi mi-
 „ nus perfecte.

„ *Si vero periculum respicit futuri mali ex 2*
 „ *dilatione pœna*] „ Hanc materiam legis
 „ vocavit.

„ *Censenda est jus, ac potestatem, &c.*]
 „ Immo etiam priori casu lex jus con-
 „ cedit; quia ibi quoque non ut privatus
 „ interficit, sed ex concessione legis.

„ *Vel publicam devotionem*] „ Minus La-
 „ tine hæc dicuntur. Qui rubricam com-
 „ posuit, per ea verba videtur intellige-
 „ re *quietem communem*, ut ex ratione le-
 „ gis apparet: nam de vindicando *militæ*
 „ *devoto*, uti Gothofredus explicat, id
 „ intelligi nequit, quia contra militem lex
 „ lata est.

„ *Melius enim est occurrere*] „ Adeoque
 „ id jure necessariæ defensionis, etiam
 „ citra legis permissionem, licitum erat.

„ *Jus occidendi exules, &c.*] „ Res 3
 „ eodem recidit. Utroque casu lege permit-
 „ tente occidit, sive per legem generalem
 „ id concessum sit, sive per sententiam,
 „ adeoque legem particularem quis da-
 „ mnatus, & per eam jus occidendi sin-
 „ gulis concessum fuerit.

A D §. XVIII

QUÆRITUR, pro quibus, & in quibus rebus jure naturæ poena constitui ab hominibus possit? Resp. Poena jure naturæ tantum statuitur pro injuriâ facta: poena enim est reparatio injuriæ; reparari autem non potest injuria, quæ non est facta. Hinc omnes poenæ, quæ ultra reparationem injuriæ statuuntur, forte ad emendationem, & ad exemplum, sunt meri juris positivi.

Non ergo I. poena est, quando quis malum aliquod patitur ob morbum contagiosum, corpus mutilum, furorem, infantiam, &c.: forte quod ideo excludatur a dignitate, a commodis cœtus, &c. Nam privatur aliquo bono non suo delicto, sed quia imperfectio naturalis obstat, quæ non est in potestate hominum. Deficit igitur hic malum actionis.

Neque II. poena statui potest ob imperfectiorem moralem: forte quod quis sit prodigus, avarus, minus patiens, superbus, &c. Nam 1. perfectio consistit in animo, & affectu, adeoque in libertate agendi; indeque naturali ratione cogi nequit. Neque 2. hic reparatio naturaliter locum habere potest, quia alteri nihil ex tali imperfectiōne abest, nec jus ejus læsum est. Immo 3. hæc ipsa reparandi necessitas injuria esset, quia jus aliquod auferret ei, qui de re sua pro lubitu natura disponere, etiam imperfecte, potest. Neque 4. per hujusmodi coactionem vera reparatio fit, vel fieri potest. Quid si enim prodigum carcerem includam, quo minus prodigere possit bona, an hoc ipso reparatur vitium? Negatur: sed æque reparari manet. Neque 5. metuendum est, homines impune vitiosos esse posse; nam fati grave est, privari præmio, quod Deus virtutis destinavit: sane, nihil quisquam de suo perdit, adeoque vera poena non est.

Porro, & III. poena natura statuta non est in cogitationes etsi pravæ: 1. quia nondum injuriam fecit qui tantum facere cogitavit; aliud enim est facere, aliud velle facere: adeoque 2. nemini jus aliquod ablatum est, quod reparari deberet; nec tantundem alii præstari debet, cui nihil mali factum est. Neque 3. lex violatâ dici potest, quia nihil actum contra leges est. Sed & 4. leges nec solent, nec debent ferri de rebus, quæ non sunt in potestate

hominum, quales sunt cogitationes, quæ etiam nobis invitis sæpius obveniunt. Est igitur 5. prava cogitatio, seu voluntas, imperfectio, & vitium animi, non injuria; unde non corrigitur poena, sed privatione præmii. Hæc 6. Rhodiorum contentio erat in Senatu Romano, cum quidam exprobraret, quod animo, & voluntate Regi magis faverent, eumque victorem maluerint. Regerebat legatus: *voluntatis nostra tacita velut litem astimari audio; & mox: his, qui nos poenâ, non crimine liberant, gratias habemus. Liv. lib. 45. c. 24.* Atque hæc regula naturæ 7. a Jctis quoque traditur in l. 18. D. de poen. ibi: *cogitationis poenam nemo patitur.*

Excipe, nisi in actum aliquem illicitum deducta sit illa cogitatio, v. g. si quis hæresin suam alii communicaverit; etsi enim sola hæresis puniri non possit, aliud tamen est si civis eam contra leges reipublicæ propalet, &c. Idem dicendum si sola scientia sit prohibita nisi reveletur: ut in crimine læsæ majestatis, quod ob publicam utilitatem merito statui potuit.

Denique & IV. poena ab hominibus statui non potest in id, quod viribus humanis impossibile est; nam ubi facultas naturalis agendi deficit, ibi deficit obligatio, adeoque & poena. Hinc cogi nemo, vel poenis adigi potest ut credat quod vel non potest, vel non vult credere.

Si autem viribus humanis possibile sit aliquid fieri, at in hoc, vel illo individuo ob ignaviam, aliamque imbecillitatem impossibile fiat, hæc culpa dicitur; & inde oritur reparandi necessitas etiam naturali jure, si injuria inde in alium redundat: hoc ergo casu poena statui potest. Quamquam leges rigorem hunc naturæ in plebisque negotiis temperare soleant.

Nunc illud videamus] „ Hactenus de finibus poenarum egimus, & de personis, quibus jus puniendi competit: nunc sequitur tractatio de actibus vitiosis, seu de subjecta materia poenarum.

Non omnes esse tales] „ Puniri saltem possunt actus vitiosi, quibus injuria alii fit. Non ergo 1. si vitium non infert injuriam, sed imperfectiōnem; etsi moralem: 2. si in actum externum deductum non sit: 3. si viribus humanis impediti non potest; quo pertinet hæresis. Vid. *supr. §. 1. Propos. V. & VI.*

Etiamsi

Etiamsi, &c. ad notitiam aliorum perveniant, puniri non possunt] „ Quia nemini injuria facta est, adeoque nihil est quod reparari debet.

Natura humana congruum non est] „ Vera ratio est, quia injuria facta non est, adeoque nec reparatio statui potest. *Quatenus in externos influunt*] „ Exemplum dedimus in haretico, qui prohibitam doctrinam propalat, &c. *Conf. infra §. 39. n. 1.*

Non sui proprie] „ Nam ex solo actu interno nemini fit injuria, adeoque nulla est reparandi necessitas.

Sed actum externum, qui inde meriti sui accipiunt qualitatem] „ Poena igitur actui externo infligitur, modo per actum illum externum injuria alii illata fuerit. *Vid. infr. §. 39. n. 1.*

A D §. XIX.

ACTUS inevitabiles natura humana] „ Quia necessario fiunt, adeoque absque proposito.

Nisi quod libere fit] „ I. e. cum proposito.

Supra humanam est conditionem] „ Refert huc Testarus actus, qui per somnium committuntur.

Unde cognatum homini esse peccare]

Adeoque corruptæ naturæ indicia gentibus ex naturæ lumine cognita fuere. *Conf.*

Senec. de ira c. 27. & 3. 24. Plin. 82.

Ep. 22. Senec. de Clement. 1. 1. in fin.

Et de tranquill. 6. item Ep. 50. Thucyd.

3. p. 158. Pertinet huc illa formula im-

petrandæ veniæ: homo sum; humani ni-

bil a me alienum puto. Plin. 5. 3. Cic.

de offic. 1. 9. Vid. Testar. b.

Is, quem dixi, Sopater dissimulandas,

ait, culpas minores] „ Atque hæc ratio est,

cur jure Romano ea, quæ culpa com-

mittuntur, etsi jure naturæ verum sint

delictum, puniri nunquam soleant, nisi

culpa sit lata, & negligentia crassa, ac

dolo proxima. *L. 1. L. 2. D. de Legib.*

An hæc recte, & proprie peccata dicun-

tur] „ Si provideri possunt, & debent,

omnino peccata sunt: at leges civiles

ignoscunt ei, quod ex imbecillitate ge-

nerali contingit.

Cum libertatem, &c. non habeant]

Peccant enim ex necessitate corruptæ

naturæ: atque hinc est, quod nec Deus punire ejusmodi peccata solet, nisi peccator repudiet satisfactionis remedium, quod Deus humano generi obtulit.

Sed hæc & nunc inevitabilia] „ Adeoque ubi imbecillitas non est communis humanæ naturæ, sed certis personis, certis temporibus.

Ob corporis concretionem in animum transfertem] „ Ità v. g. sanguinei libidinosi esse solent, cholericis in cædes sunt pro-

cliviores; idque exemplis Perfarum, &

Egyptiorum, probat *Marcell. 22. 43.*

Et 23. 30. Hæc mixtura clementiorum

mores format, & animum. Conf. 31.

Aut adultam consuetudinem] „ Con-

suetudo altera natura est.

Quæ tamen puniri solet non in sese] „ Eo-

dem res recidit; ideo enim punitur, quia

jus alterius factum, quod prævideri potuit;

& alii prævidere solent, læditur.

Aut ultrò attracti in animum morbi] „ Sic

ebrius crimen committens non excusat-

tur ob adultam consuetudinem, quam

contraxit reiteratâ inebriatione: nam

cum sciat, & scire debeat, crimina-

lia ex ebrietate sequi posse, ex hæ-

ipâ culpâ magis tenetur.

A D §. XX.

A D societatem humanam] „ Cum so-

cietas humana non existat, frustra qua-

ritur de criminibus in eam commissis;

deque eorum poenis.

Aut ad hominem alterum] „ Quia vel

jus alterius non læditur, vel alterius non

interest reum puniri.

Ratio est, quia nulla est causa cur non

talia peccata relinquuntur Deo puniendâ]

Vera ratio est, quia injuria nemini fa-

cta est, quæ reparari debeat: & cum

in solum Deum peccetur, merito quo-

que ei soli vindicta relinquenda est.

Qui & ad ea noscendâ est sapientissimus]

Omnia enim, immo ipse quoque cogi-

tationes, cognita sunt Deo.

Et ad expendenda æquissimus] „ Is enim

omnium proportionum auctor est.

Et ad vindicanda potentissimus] „ Nihil

enim ei resistere potest.

Institueretur plane sine utilitate, ac proin-

de mendoſe] „ Supra jam dictum est,

utilitatem non esse finem poenarum na-

tura-

„ turalem, sed reparationem injuriæ: ubi
 „ igitur injuria non est, frustra de repara-
 „ ratione quaeritur.

Excipienda sunt pœna emendatoria] „ Si
 „ alii injuria facta non est, frustra de
 „ emendatoria quaeritur.

*Puniendi quoque non sunt actus oppositi
 virtutibus*] „ Vicia moralia puniri non pos-
 „ se, diximus, quia nemini fit injuria;
 „ nemini enim jus in hos actus quaesitum
 „ est.

*Quarum natura coactionem omnem repu-
 diat*] „ Virtus enim consistit in puritate
 „ animi, in constante, ac perpetua vo-
 „ luntate imitandi perfectiones divinas:
 „ ex quo igitur quis vi, aut metu hæc per-
 „ ficit, tota virtutis ratio cessat; quod la-
 „ tius alibi explicavimus.

Liberalitas] „ Quaeritur, an aliquis pu-
 „ niri possit ideo, quod sit prodigus, vel
 „ avarus? Negatur: 1. quia quisque rei
 „ suæ arbiter est, & pro lubitu de ea dis-
 „ ponere potest. Neque enim 2. injuria
 „ fit alteri, qui nullum jus in res, &
 „ actus meos habet: sane, Creator mihi
 „ facultatem pro lubitu de re mea dispo-
 „ nendi concessit, adeoque arbitrio meo re-
 „ liquit, num egentibus bene facere ve-
 „ lim. Injuria igitur potius 3. fieret do-
 „ mino, si cogeretur vel rem suam servare,
 „ vel erga alios liberalis esse. Quin 4. de-
 „ finit esse virtus ex quo dominus rei me-
 „ tu pœnæ liberalitatem exercet; quia li-
 „ bertas illa, intentio, & habitus, adeo-
 „ que essentia virtutis hic cessat. Neque 5.
 „ per coactionem emendatur, vel emen-
 „ dari potest vitium morale: is enim,
 „ qui erogare cogitur, non ideo magis fit
 „ liberalis; & qui carcere inclusus impedi-
 „ tur erogare, non ideo minus manet pro-
 „ digus. Sed & 6. definiri hic tantundem
 „ non posset, quia liberalitas, & parfimo-
 „ nia, certos fines non habent: adeoque
 „ æstimatio exitum habere non potest.

*An ingrati vitium impunitum esse de-
 beat*] „ *Bæclerus* integram dissertationem
 „ de actione ingrati scripsit. *Diss.* 3. f. 103.
 „ Nos supra late demonstravimus, ex in-
 „ gratitudine nullum jus oriri, nisi id lege
 „ civili speciatim statutum sit: at tunc actio
 „ mere civilis est, & jus alteri non a na-
 „ tura, sed ex lege civili quaeritur, per
 „ quam autem vitium ingrati non tollitur.
 „ *Definit honesta esse si necessarius est*] „ Non
 „ enim amplius pia intentione, & ex li-

„ bera voluntate fit, in qua tota virtutis
 „ essentia consistit. *Vid. notam ab hac re-
 „ tro tertiam.*

*Non enim magis laudabit quisquam &c.
 qui depositum reddidit*] „ Errat hic Seneca,
 „ & mala hæc est comparatio, quin ei ipsi,
 „ quod antea asseruit, contraria: qui enim
 „ ultro, & citra necessitatem alii gratiam
 „ refert, is summus meretur laudes? Fa-
 „ cit enim pro affectu id, quod facere jure
 „ non tenebatur. E contrario nullam lau-
 „ dem meretur depositarius, qui depositum
 „ reddit, quia id facere debet; etsi non
 „ facit, injuria agit, ad cujus reparatio-
 „ nem pœnis quoque cogi potest.

A D §. XXI.

QUÆRITUR, an remitti talio possit?
 Resp. Talio illa, quæ ad reparationem in-
 juriæ pertinet, remitti potest ab eo, qui
 læsus est, quia ejus jus, ejusque favor
 est, cui pro lubitu renunciare quisque po-
 test, *Vid. Pof. I. G. VI*; adeoque cum in
 omni delicto jus partis, & jus magistratus
 læsum sit, uterque injuriam sibi illatam re-
 mittere potest.

Unde simul apparet, *privatum* injuriam
magistratus illatam remittere non posse,
 quia disponderet de jure alieno. Licet igitur
 is de jure suo privato tranfigat, salvum
 tamen manet jus puniendi magistratus. Sed
 nec *magistratus* injuriam privato illatam re-
 mittere potest, quia magistratus officium est,
 jus reddere læsis, eoque talionem infligere
 lædentibus. Is ergo si remitteret pœnam,
 duplici modo peccaret: 1. disponendo de
 jure alieno: 2. excedendo fines officii,
 quod in defendendis læsis consistit.

Quod vero dictum est, magistratum in-
 juriam sibi illatam remittere posse, id verum
 saltem est de pœna sibi vel sola lege civi-
 li debita, non de pœna, quam jus natu-
 ræ injungit; cum enim ipse exsecutor sal-
 tem legum naturæ sit, non tam suam hic
 injuriam vindicat, quam injuriam Deo illa-
 tam, adeoque eam remittere nequit. Hinc
 Princeps dispensare de homicidio, de adul-
 terio, aliisque criminibus, quæ jure natu-
 ræ talionem exigunt, nequit.

Sane, ipse Deus salva justitia non po-
 test jubere ne reparatio fiat. Cum enim se-
 mel hanc legem dederit, ut jus suum cui-
 que tribuatur, & ne alterius jus lædatur
 eique

eique legi talionis. necessitatem junxerit, mutare hanc voluntatem nequit, quia id imperfectionem involveret. Quod adeo verum est, ut nec injuriam sibi illatam remittere possit, quia imperfectionem inferret, coli ab hominibus nolle. Neque *obstat*, hoc modo misericordiae divinae nullum superare locum; nam superest maxime 1. quod reparationem etiam per alium recipere possit, uti recepit per Servatorem, qui reparavit peccata totius humani generis; 2. quod intuitu poenitentiae mitigare poenam, & loco aeternae temporalem poenam infligere possit; uti Auctor notavit supra §. 11. n. 1. Atque hi sunt fines justitiae, & misericordiae, de quibus adeo disceptatur inter Theologos. *Vid. Auctor infr. §. 24. n. 2.*

Aut veniam dare] „ Aggratiare, remittere poenam, &c.

Negant enim Stoici] „ Stoici non loquuntur de remissione poenarum, sed de imputatione delicti interna. Sapiens omne delictum pro vitio habet, illudque improbat necessario; & cum hoc vitium omnibus delictis insit, haecenus omnia delicta Stoicis sunt aequalia; & licet peccans postea poeniteat, non tamen actus ille definit esse vitiosus. At alia quaestio est, an is, cui injuria facta est, suum jus remittere possit; de qua Stoici plane non loquuntur, uti id plenius explicatum est supra §. 1. prop. XI.

Venia debita poena remissa est; sapiens autem quod facere debet, facit] „ Loquitur de indulgentia interna: sapiens enim non potest non improbare actum vitiosum; at ubi de ejus reparatione agitur, condonare injuriam omnino potest.

Hic fraus latet in illa voce debita] „ Immo fraus latet in voce *venia*, per quam intelligunt approbationem peccati, & actus illius vitiosus; non vero remissionem reparationis, quae ex actu illo vitioso debetur laeso.

Debere, i. e. sine injuria puniri posse] „ Ex hypothese Auctoris poena debetur ad eum effectum, ut reus puniri, ac, si punitur, queri de injuria non possit; at non ad eum effectum ut necessario puniri debeat, quia remitti potest: quod notavimus supra §. 4.

Jam non sequetur, si quis non puniat, facere quod facere non debet] „ Potest enim punire; at non debet.

Tom. III.

Debitam esse poenam a sapiente] „ Hoc sensu a nemine accipitur poenae *debitum*: neque propria haec est locutio.

Dicimus, id non semper accipere] „ Sed tantum si de jure laesi, sive privati, sive magistratus, agitur: secus si ipsum jus naturae violatum talionem exigit.

Non debitam, sed licitam tantum] „ Id est, posse quidem punire, non tamen id fieri necessarium esse.

A D §. XXII.

Ante legem poenalem constitutam] „ Ex hypothese enim Auctoris natura cuique homini licet punire injuria agentem, *lib. 1. c. 2. §. 5. & supr. §. 3;* at jure gentium demum constituta poenali lege id mutatum esse, *d. §. 5. & supr. §. 8 n. 4.*

Dubium tamen non est, quin poena locus esse possit] „ Haec enim ipsa naturae ratio est, ut reparari per tantundem debeat injuria illata.

Quia naturaliter qui deliquit in eo statu est, ut puniri licite possit] „ Quia naturali jure injuria reparari debet. *Conf. supr. §. 3. n. 1.*

Non ideo sequitur, debere eam exigi] „ Quatenus poena remitti possit, explicavimus initio *b. §. 3. supra §. 1. Prop. XI.* Quia hoc pendet ex connexionione finium, ob quos poena instituta est] „ Scilicet, an utilitas quaedam redundet aut in eum, qui peccavit, aut in eum, cujus intererat peccatum non esse, aut in tertios. *Vid. §. 6. n. 2.*

Quare si fines illi per se morali aestimatione necessarii non sint, &c. jam apparet, nihil esse, quod ad poenam &c. praecise obliget] „ Adeoque si nec peccans inde emendatur, nec laesi interfit, nec tertius corrigatur, remitti posse poenam, ait.

Aut alii fines ex opposito occurrant non minus utiles, aut necessarii] „ Forte si poena absque seditiois metu sumi non possit; si reus forte est persona utilis, &c. propter publicam utilitatem enim jus laeso quaesitum auferri potest.

Aut fines poena propositi alia via obtineri possint] „ Forte per carcerem perpetuum, &c.

Primi] „ Quoties fines illi per se morali aestimatione necessarii non sunt.

In peccato paucissimis cognito] „ Immo

si per hujusmodi peccata jus alterius læsum est, reparatio lædenti injungi, adeoque & puniri debet: at leges, ne peccata ejusmodi fiant notoria, privatim poenas a reo sumere solent.

Publica traductio] „ Quasi poena sumi non possit sine publica traductione.

Conquiri vero ad judicium necesse non fuit]

Cicero non ait, inquirendum in Zeuxim non fuisse, sed quod frater (Quintus)

eum blanditiis elicere ad judicium non debuerit. Verba hæc sunt: quem adductum in judicium fortasse dimitti non oportuerit.

Quintus enim certissimum esse matricidam, scripserat, *ibid.*) conquiri vero, & elici blanditiis (ut tu scribis) ad judicium, necesse non fuit. Cic. lib. I. ad Quint. Ep. 2. Cæterum, Trajanus cum augeri Christianismum per tormenta videret, noluit ulterius in accusatos inquire.

Plin. lib. X. epist. 98. Gron. b.

Secundi] „ Quoties alii fines ex opposito occurrunt non minus utiles, ac necessarii.

Qui bene merita culpa opponit] „ Ita Horatio poena, quam ob interfectionem fororis meritus erat, remissa est ob bene in rempublicam merita. Flor. I. 3. Liv. I. 26.

De M. Aquilio vide Ciceronem *Orat. pro Flacc. c. 39. & pro Cal. c. 31. Ad Heren. I, 14. Add. Helian. Var. Histor. III, 47. V, 19.*

Tertii] „ Quoties fines poenæ propositi alia via obtineri possunt.

Qui verbis emendatus est, aut læso verbis satisfecit] „ Hoc verum est si injuria læso illata verbis reparari potuit.

Et hæc pars una clementia est] „ Si finis poenarum cessat.

Quam respiciens Hebræus sapiens dixit: justum decet clementia] „ In iis poenis, ubi præter reparationem injuriæ aliquid mali infligitur.

Non quidem justitia, sed charitati repugnet] „ Immo poena intra justos talionis fines nec charitati repugnat. Sane, illæ quoque poenæ, quæ ad emendandum, & deterrendum infliguntur, charitati conveniunt; summa enim charitatis ratio est, cives ab injuriis scelestorum hominum tutos reddere.

Facile patitur ratio ea abstinere] „ Hoc dependet ex arbitrio læsi, si ejus jus sit.

Nisi major, ac justior charitas] „ Uti

si respublica inde securior redditur; tunc enim remissio cum charitate pugnaret.

Quia contractus ad æqualitatem reducit]

De æqualitate hac egimus supra l. 2. c. 12. §. 8.

Omni omnino respuit gratia genus] „ Quia agitur de jure aliis tribuendo, ubi iudex gratiam facere nequit.

At ea pars, quæ circa delicta occupatur]

Ibi enim de jure proprio magistratus plerumque agitur, quod remittere potest.

Ut nihil sit loci gratia] „ Quoties scilicet agitur de reparatione juris alii debiti.

Posteriorem] „ Quod scilicet ea justitiæ pars, quæ circa delicta versatur, non refuset gratiam.

A D §. XXIII.

A U T ut poena omnino sit exigenda]

Quod semper fieri debet, ubi de injuria alii illata reparanda agitur: si scilicet jus tertii læditur.

Ut si bonum publicum omnino eam exigat]

Jus enim civibus quæsitum ob utilitatem publicam auferri potest.

Aut ut liceat utrumvis] „ Ita ut in arbitrio magistratus sit exigere, vel non exigere.

Clementiam liberum habere arbitrium]

Si jus solius magistratus læsum est, qui de jure suo pro lubitu disponere, adeoque & poenam remittere potest.

Parcit tunc sapiens, non ignoscit] „ i. e.

Non approbat delictum: non dat veniam poenæ, quod sapiens facere nequit, *vid.*

§. 21; sed remittit saltem poenam delicti, & parcit fontibus.

Quasi vero nobis non liceat cum vulgo loquendi domino ignoscere vocare]

Recte: verba enim intelligenda sunt juxta communem usum loquendi. *Vid. supr. c. 16.*

§. 2. *Add. pag. 149. 151.*

Quod philosopho apprime cavendum]

Vid. Quintil. l. 7. 3. & Pras. tit. 8. Gell. l. 22. c. 9. & l. 18. cap. 7. Sen. epist. 87. & 15.

A D §. XXIV.

MAJOR esse difficultas videtur post legem penalem] „ i. e. Postquam jure gentium,

&

» & institutis facto hominum judiciis, fa-
 » cultas vi privata agendi sublata, & poenæ
 » legibus determinatae sunt: quod systema
 » exposuimus in *Dissert. proem. VIII. §. 17.*

» *Quatenus auctor legis ut pars civitatis spe-*
 » *ctatur*] „ Grotius alibi distinguit inter actus
 » regios, & actus, quos rex ut privatus
 » peragit. Actus, quos ut privatus peragit,
 » adeoque ubi spectatur ut pars civitatis,
 » omnino subjacent legibus a se latis; ha-
 » ctenus enim spectatur ut privatus: Si
 » proinde ut privatus acquirit, contrahit,
 » &c. nec legum a se latarum solennitates
 » observat, actus nullus est, nec sublatae
 » hoc actu leges illæ videntur, quia qua pri-
 » vatus leges mutare nequit. *Vid. l. 2. c. 14.*
 » §. 1. *seq. c. 4. §. 12.*

» „ At in actibus regii, ubi spectatur ut
 » caput civitatis, ipse non obligatur legibus
 » a se latis; non enim sibi ipsi legem dare
 » potest, *dd. l. quia rex qua talis se ipso*
 » *superior non est.* Hinc pro lubitu legem,
 » quam ipse tulit, mutare, ac tollere po-
 » test. Hactenus enim civitatis ipsius per-
 » sonam, atque auctoritatem sustinet: i. e.
 » populus hactenus summum imperium in
 » eum contulit, adeoque superiorem, qui
 » legem ei dicere possit, non habet, *ibid.*

» *Nam qua talis*] „ Quatenus civitatis per-
 » sonam sustinet, & quatenus non ut pars
 » civitatis spectatur.

» *Potest legem etiam totam tollere*] „ Ra-
 » tione futuri, non ratione præteriti, si
 » aliis jus inde quaesitum est. *L. 2. c. 14.*
 » §. 7. 8.

» *Quia legis humana natura est, ut à volun-*
 » *tate humana pendeat*] „ Cum enim legisla-
 » tor superiorem non habet, nihil eum
 » impedit, quo minus a priore voluntate
 » recedere possit.

» *Non in origine tantum*] „ Ut possit legem
 » ferre, vel non ferre.

» *Sed & in duratione*] „ Ut legem semel
 » latam iterum tollere possit.

» *Nisi probabili de causa*] „ Equidem tota
 » res ab arbitrio Principis dependet: popu-
 » lus enim omne de sua utilitate iudicium
 » in Principem transfudit: at bonus Prin-
 » ceptus non solet leges bonas facile mutare.

» *Peccaturus alioqui in regulas justitiæ gu-*
 » *bernatricis*] „ Quam justitiam alibi recto-
 » riam, *lib. 2. c. 24. §. 7.* & artem archi-
 » tectalem vocat, *lib. 1. c. 3. §. 6. n. 2.*
 » Nos talem justitiam non agnoscimus; cum
 » enim res sit arbitrii, adeoque Princeps

» suo jure utatur, nemini facit injuriam
 » legem mutando: nisi subditis jus quaesi-
 » tum per hanc mutationem auferat; tunc
 » enim peccat contra regulas juris naturæ.

» *Ita & vinculum ejus circa personam,*
 » *aut factum singulare*] „ Hoc verum est ra-
 » tione futuri: nam si ex lege illa jus quaesi-
 » tum semel aliis est, id Princeps auferre
 » nequit, *vid. supr. c. 14. §. 8;* nisi vel ob
 » eminentem utilitatem publicam, vel in
 » poenam, *ibid. §. 7.*

» *Dei ipsius exemplo*] „ Hic enim legem
 » posuit, qua homines inter se obligentur,
 » non vero qua ipse obligetur hominibus.

» *Vid. Diss. proem. c. 1. §. 60.*

» *Sed habet ignoscendi licentiam*] „ Quate-
 » nus de Deo id verum sit, vidimus supra
 » §. 21. n. 1. *in not.*

» *Quia non est subiectus legibus*] „ I. e.
 » quia sibi ipsi legem non tulit, nec talem
 » ferre potest.

» *Servare nemo præter me*] „ Nam jus ag-
 » gratiandi inter regalia majora refertur.

» *Nisi causa sit probabilis*] „ Immo res ar-
 » bitrii est, num velit mutare legem, nisi
 » poena jure naturæ sit statuta: tunc enim
 » nec Princeps remittere poenam potest.

» *Quoniam non potest præcise definiti*]
 » Diximus, rem mere arbitrii esse.

» *Majores esse debere post legem, quam qua*
 » *ante legem spectabantur*] „ Leges poenales
 » ab ipsa natura sunt, &posito jure natu-
 » ræ necessario sequuntur. Magistratus
 » natura harum legum est executor, ad-
 » eoque dispensare nullo jure potest, &
 » nulla ex causa (ut proinde differentia
 » inter causas ante, & post legem poena-
 » lem, & ratione, & effectu careat): nisi
 » de solius magistratus jure agatur.

» *Quia legis auctoritas, &c. ad causas pun-*
 » *niendi accessit*] „ Cum leges poenales ipsa
 » natura statuta sint, causæ puniendi citra
 » auctoritatem legum civilium æque subsi-
 » stunt.

A D §. X X V.

» *Causæ autem liberandi aliquem*] „ Di-
 » ximus, naturali jure causas liberandi nul-
 » las esse in poenis, quando de injuria alii
 » illata reparanda agitur: at si soli magi-
 » stratus injuria illata est, ea ex qualibet
 » causa remitti potest; id enim res arbitrii
 » est.

Intrinsicæ, &c. dura est pœna ad factum comparata] „ Adeoque si pœna ultra reparationem injuriæ aliquid infligit; id enim ex solo jure Civili est: quo pertinet pœna mortis statuta in eum, qui servum occiderit, quæ injusta quidem non est, quia proportio quædam intercedit inter *mañtiam, & pœnam*, sed dura tamen est ad factum comparata.

A D X X V I.

Ex merito] „ Supra §. 22. n. 1. Vid. *Gell. Noct. Attic. IV, 18. Quintil. P. D. 266. Senec. Herc. Fur. v. 476. & 1365. Diod. Sic. XV, 1. Tiraquell. de pœn. ibique Brunnem. Pufendorf. VIII, 3. §. 17. Tesm. b. Quod admitti non potest in illis pœnis, quæ Deo debentur, & jure naturali statutz sunt.*

Aut alia re] „ V. g. ob meritum majorum, aut antecessorum, *Liv. XXV, 29. Appian. de bell. civil. 2. Cic. de leg. agrar. contr. Rull. Ovid. Heroid. IV, 164: ob numerum liberorum, uti Hadrianus fecit apud Xiphil. epis. Dion. vid. Liv. VIII, 35: vel quod ultimi ex illustri stirpe sint. Pufendorf. d. §. 17.*

Etiam spe magna in posteram] „ Ut si Judæus sit Christianus; vel hæreticus abjuret errores: modo de verâ conversione constat. *Henniges b. l. At licet hoc concesserim de pœnis, quæ ultra reparationem injuriæ infliguntur, adeoque quæ in arbitrio magistratus sunt, verum id tamen non est de reparandi necessitate lege naturæ injuncta, quæ remitti nequit.*

Si ratio legis saltem particulariter cesset in facto, de quo agitur] „ Aliquando enim lex in genere disponit, & rationem allegat occasionalem, non adæquatam; tunc manet lex etiam cesset ratio: secus vero si ratio sit finalis, & adæquata; ea enim cessante ipsa lex deficit. *Lauterb. Comp. p. 8. Satis est ratio universalis*] „ Ita jure Romano omnes feminæ excluduntur a facultate postulandi, etsi causam prohibitioni dederit Carfania, femina improbitima.

Efficit ut lex facilis, & minore etiam animo auctoritatis solvi possit] „ Si ratio legis finalis, & adæquata cessat, non opus est remissione pœnæ, sed ipsa lex pœnalis cessat. *Vid. Zigl. b.*

Usa venit in iis delictis, quæ per ignorantiam] „ Ignorantia igitur est causa liberandi a pœna, nisi culpa accedat.

Quamvis culpa omni non carentem] „ Jure naturæ injuria, culpa alterius mihi illata, æque reparari debet, ac si dolo illata esset; & hætenus utriusque præstatio eadem est, & neutra remitti potest: sed pœnæ civiles majores statui solent contra peccantes ex proposito, quam contra peccantes ex ignorantia; & hæ pœnæ quatenus civiles sunt, remitti possunt.

Aut per animi infirmitatem, &c. diffculter superabilem] „ Vid. *supr. §. 19. Uti si peccat ex vehementia affectuum, amoris, iræ, &c.*

Ad quæ Christianus hominum rector maxime respicere debet] „ Hæc omnia verâ sunt in mitiganda pœna civili; leges enim, pœnales præcipue, ferri debent cum sensu imbecillitatis humanæ, *vid. l. 1. c. 4. §. 7. n. 2, & ad humanum modum, l. 3. c. 23. §. 5. n. 3. Unde Deus quoque humanam legem probare censetur ut humanam, & humano modo, l. 1. c. 4. §. 7. n. 3. At reparatio injuriæ naturalis ideo remitti nequit.*

Multa tanta hostis quibusdam expiari solent] „ In illis enim, quæ vel a turba Israël, *Levit. 4. n. 2. 13. & 27. & c. 5. v. 15. & Num. 15. v. 22. seq. vel a Principe, c. 4. v. 22, per ignorantiam contra præcepta Dei committuntur, proprie pœna non obtinuit; sed vitiosa hæc facta, quæ magis ex imbecillitate humana peraguntur, sacrificiis expiari debebant.*

Se ad talia respicientibus condonanda esse facilem] „ Ita enim Servator pro inimicis precatur Patrem ut dimittat eos, quia nesciunt quid faciunt. *Luc. 23, 34. Summa hæc est Servatoris perfectio pro intersectoribus orare. At Deus adeo non remisit hanc injuriam sibi ipsi illatam, ut Judæos civitate, imperio, & sacerdotio privaverit.*

Ut Antiochenis ignosceret] „ Ibi solum jus Theodosii læsum erat, adeoque pro lubitu illud potuit remittere.

A D §. X X V I I.

Esse eam tantum, de qua legis auctor consultus dixisset, &c.] „ Hæc conjectura voluntatis jus nullum liberandi tribuit.

„ Regula

Regula perpetua hæc est: quod pœna, quæ tendit ad reparandam injuriam alii illatam, remitti a Principe nunquam (nisi ex utilitate publica) possit, quia tertio jus quæsitum est, quod ei auferri nequit: si vero ultra reparationem juris lege civili pœna statuta est, ea pro arbitrio Principis tolli, aut mitigari potest.

Non distinxit enim] „ Adeoque Auctor putat, ad regulas interpretandæ legis pertinere, ut inspiciatur, *quid legis auctor consultus dicturus fuisset, &c.* Sed nec hoc verum est: divinatio hæc est, non jus. Si lex dubia est, plane lex non est; adeoque pœna locum plane non habet, deficiente quippe lege pœnali.

Et inter relaxationem] „ i. e. Remissionem pœnæ.

Legem obligare, etiamsi causa particulariter cesset] „ Verum hoc omnino est, si ratio illa particularis non est ratio legis finalis, & adæquata. *Vid. §. 25.*

Quæsi legem esse putassent solam Scripturam] „ Cum in lege non verba, sed ratio, mens, & intentio inspicienda sit. Quod verum est de ratione finali, & adæquata.

Lauterb. Comp. p. 8.

Quæ sæpe libere & dari, & omitti potest] Scilicet, quoties leges pœnales ultra reparationem injuriæ aliquid statuunt.

Referenda sit ad voluntatem propriæ dictam] Quæ legem interpretatur.

Quæ aut ex charitate] „ *Vid. §. 22. n. 7.*
Aut ex justitia reatrice] „ *Vid. §. 24.*

n. 1.

Eo referri potest] „ Quia voluntate, mente, & intentione legislatoris deficiente liberatur agens, non per dispensationem, seu relaxationem pœnæ, sed quia deficit lex pœnalis, cessante quippe legis ratione, adeoque quia agens non peccavit contra legem.

Aliud enim est, legem aut probabili, aut etiam urgente causa tollere] „ Tunc enim supponitur, legem pœnalem in præsentem casum statutam non esse: ubi præinde relaxatione opus non est.

De tollendis pœnis] „ I. e. de remissione pœnarum.

De taxatione earum] „ I. e. de æstimatione delicti.

A D §. XXVIII.

AUCTOR hic agit de commensuratione pœnæ cum delicto usque ad §. 38, & ultra meritum neminem puniendum esse, in genere statuit §. 28. In merito autem malitiæ maxime rationem habendam, ait; indeque ob malitiam augeri pœnam posse, & quo minor est malitia, eo magis eam minui debere, §. 29. 30. 31.

Augeri autem malitiam 1. ex magnitudine injuriæ, tum ratione dignitatis personæ, cui injuria inferitur, tum ratione numeri personarum, quibus injuria fit; uti si universitati inferitur: 2. pertinacioris, & deliberatioris animo in peccando: 3. circumstantiis loci, temporis, &c. Quæ omnia fere desumpta sunt ex L. 16. §. 1. *Seq. D. de pœn.*

Minuunt malitiam, eoque pœnam 1. ætus, 2. sexus, 3. variis affectus, aliæque causæ impellentes, & deterrentes, 4. necessitas aliqua, &c.

Nos in genere dicimus, quod in reparatione injuriæ (qui solus pœnarum naturalium finis est) præcise æqualitas requiratur inter injuriam, & pœnam. Tantundem quisque pati debet mali, quantum mali egit; adeo ut neque augmentum, neque diminutio pœnæ ibi locum habeat. At in illis pœnis, quæ ultra reparationem injuriæ aliquid mali insigunt, ex arbitrio legis dependent, verum est, quod augeri, aut minui ob malitiam vel majorem, vel minorem, possint. Et in his pœnis civilibus omnino insignem locum habet hæc tractatio.

Ex supra dictis] „ Inprimis ex §. 1. §. 5. & seq.

Duo spectari] „ Immo in pœnis naturaliter unum saltem spectatur, injuriæ reparatio, quæ fit per passionem tantundem mali, ac ipse fecit.

Ob quod, est meritum] „ I. e. malum actionis. *Vid. §. 1.*

Cujus ergo, est utilitas ex pœna] „ Ex sententia enim Auctoris homo cum hominem natura sibi parem punit, aliquid sibi debet habere propositum, nimirum, utilitatem quandam, §. 4. n. 3. §. 5. n. 3. §. 6. n. 2. §. 7. *Seq.* Quod examinavimus *ibid.*

Puniendus nemo est ultra meritum] „ R.

„ tio naturæ hæc est, quia reparata est in-
 „ juria si tantumdem mali passus est.
 „ *Es quadam mediocritas*] „ Seu proportio
 „ inter delictum, & poenam.
 „ *Æstimationis nomine*] „ Quia per tantun-
 „ dem fit reparatio.
 „ *Ultra quod vindicta procedere non debeat*]
 „ Nimirum, ultra tantumdem, quia tunc
 „ reparata est injuria.
 „ *Sed expenso proposito, ac voto ejus, qui*
 „ *deliquit*] „ Malitia enim auget delictum, in-
 „ deque major erit æstimatio.
 „ *Intra meriti vero modum, &c. pro utili-*
 „ *tate*] „ Utilitas non est norma æstimationis
 „ naturalis, sed sola reparatio injuriæ; e-
 „ mendatio autem, & exemplum, pertinent
 „ ad fines poenæ civiles, & si ideo vel au-
 „ gentur, vel minuuntur poenæ, id meri
 „ juris positivi est.

A D §. XXIX.

„ *IN merito*] „ Intra cujus modum magis,
 „ aut minus peccata puniuntur. *Vid. §. præc.*
 „ *in fin.*
 „ *Causa, qua retrahere debuit*] „ *Vid.*
 „ *§. 30.*
 „ *Et persona idoneitas*] „ *Vid. §. 31.*
 „ *Vix quisquam gratis malus est*] „ Homo
 „ enim plerumque peccat ex affectu quo-
 „ dam, ex spe aliqua commodi, adeoque
 „ ex causa, quæ eum impellit. *Vid. Senec.*
 „ *epist. 14. § 69. & de benefic. 4, 17. Vellej.*
 „ *Paterc. 2, 22. Quinçtil. declam. 2. Cic.*
 „ *ad Herenn. 2, 19. § Rbet. 1, 29. pro*
 „ *Rosc. Amer. c. 26. 30. 50. Tefm. b.*
 „ *Propter se ipsam delectat*] „ Quales homi-
 „ nes describit *Sallustius Catil. c. 16.*
 „ *Ducuntur affectibus*] „ Spe alicujus com-
 „ modi, seu utilitatis.
 „ *Declinandi mali impetum*] „ Immo me-
 „ tus mortis, necessitas, &c. non semper
 „ sunt causæ, quæ a poena liberant: si quis
 „ enim tali metu inductus blasphemiam
 „ evomit, innocentem occidit, adulterium
 „ committit, vel incestum, æque reus est;
 „ at minuitur quodammodo æstimatio in-
 „ jurix.
 „ *Qui maxime est naturalis, ideoque inter*
 „ *appetitus honestissimus*] „ Quomodo honestif-
 „ simus dici potest, si ipse actus sua natura
 „ cum justitia pugnat?
 „ *Unde qua mortis, carceris, doloris, &c.*

„ *causa injuste fuerit*] „ Grotius exemplum
 „ alibi retulit, si quis intermedium innocen-
 „ tem, qui fugam impedit, occidit: de quò
 „ casu egimus supra l. 2. c. 1. §. 4. Conf.
 „ *Curt. l. 6. c. 4.*
 „ *Aut summa egestatis vitanda causa*] „ Ne-
 „ cessitas non tollit injuriam. *Vid. d. l. 2.*
 „ *c. 2. §. 6. seq.*
 „ *Necessitas aliquid adfert venia*] „ Minor
 „ est malitia, adeoque minuitur æstimatio
 „ injuriæ, non liberat ab injuria. *Polyb.*
 „ *l. 40. c. 30.*
 „ *Independentis periculi respectu*] „ Adeoque
 „ ex necessitate propriæ defensionis. *Vid.*
 „ *d. c. 2. §. 6.*
 „ *Ceteri appetitus*] „ Extra impetum decli-
 „ nandi malum, mortis, carceris, doloris,
 „ aut summæ egestatis, &c.
 „ *Vera bona, &c.*] „ Quæ non consistunt
 „ in imaginatione, sed veram utilitatem de-
 „ linquenti afferunt.
 „ *Extra virtutes, & earum actiones*] „ Agit
 „ enim de delictis, eorumque merito: ad-
 „ eoque excludit vera bona, quæ ex virtu-
 „ tum exercitio oriuntur.
 „ *Quæ ad peccatum non ducunt*] „ Adeoque
 „ ubi de delicti merito non quæritur.
 „ *Consentiunt enim virtutes inter se*] „ Hic
 „ consensus nihil aliud est, quam justitia illa
 „ universalis adeo inter philosophos cele-
 „ brata: de qua vide *Jus meum controver-*
 „ *sum, tit. de justit. & jur. quæst. 2.*
 „ *Aut delectantia*] „ Ut in stupro, adulte-
 „ rio, &c.
 „ *Quæ utilia vocantur*] „ Ut in furto, &c.
 „ *Excellentia supra alios*] „ Appetitus excel-
 „ lenti præ aliis.
 „ *Quatenus a virtute, & utilitate se jungi-*
 „ *tur*] „ Nam ambitio aliquando virtus est.
 „ *Vid. proleg. §. 43.*
 „ *Et vindicta*] „ Jucunditas illa, quæ ex
 „ vindicta oritur, non est verum bonum.
 „ *Qua quo magis a natura abeunt, eo sunt*
 „ *scdiora*] „ Si quis igitur injuriam alii infert
 „ vanæ gloriæ causa, vel ut odium, & vin-
 „ dictam exerceat, hæc non fiunt veri ali-
 „ cujus boni consequendi causa; indeque
 „ eo magis peccat.
 „ *Et hos tres appetitus*] „ Qui tendunt ad
 „ bona 1. delectantia, 2. utilia, 3. ima-
 „ ginaria.
 „ *His vocibus exprimit*] „ *Concupiscentia*
 „ *carnis, libido oculorum, & fastus vitæ.*
 „ *1 Job. 2. v. 16.*

Voluptas

Voluptatum desideria] „ Quæ corpori jucunditatem afferunt.
Habendi cupiditatem] „ Abundantiam possessionum.
Vana gloriæ consecrationem] „ Veræ enim gloriæ consecratio summa virtus est *Vid. proleg. §. 43.* At si vana sit illa gloria, in vitium degenerat. *Vid. Demosthen. in epist. ad Philipp. Juven. Sat. X. v. 142. Senec. epist. 125. Statius Sylv. IV, 4. Gell. Noct. Att. XIV, 3. Lactant. VI, 18. Testm. b. lit. 1. & x.*

A D §. XXX.

CAUSA, quæ a delinquendo abstrahere debet] „ *Vid. §. præced. pr.*
Generals est injustitia] „ Jus enim alterius violare, pugnat cum jure naturæ.
Non in quibusvis peccatis, sed in iis, quæ respectum habent extra peccantem] „ Adeoque quibus jus alterius violatur, de quo reparando agitur: excludit igitur peccata animi, ut concupiscentiam, avaritiam, &c. quæ legibus humanis non subjacent.
Injustitia eo est major, quo majus alteri damnum inferitur] „ Quia eo major inde oritur reparandi necessitas.
Delicta consummata] „ Gravior enim est injuria actu illata, & consummata, ac ea, quæ inchoata saltem est.
Quæ ad actus aliquos, sed non ad ultimam processerunt] „ Adeoque ubi minor est injuria, minorque reparandi necessitas.
Quo ulterius processit] „ Gradus enim sunt & injuriæ, & malitiæ; adeoque & pœnæ.
Ea injustitia eminent, quæ communem ordinem perturbat] „ Gravior enim est injuria, quæ pluribus fit, quam quæ paucis.
Sequitur ea, quæ singulos tangit] „ Adeoque quæ non pluribus nocet.
Maxima hic est, quæ vitam] „ Ibi enim omne jus homini auferitur.
Proxima, quæ familiam] „ V. g. si uxori, vel liberis fit injuria.
Cujus fundamentum est matrimonium] „ Uxor enim consensu suo transit in alienam familiam, & liberi communi voto parentum aggregantur corpori familiæ: utrique fiunt participes omnium jurium istius corporis. Paterfamilias igitur, qui est caput illius corporis, jura quoque ei in hærentia defendere & potest, & debet.

Vid. Dissert. præm. XII. §. 141, & 145.
Postrema, quæ res singulas expetibiles spectat] „ Ubi injuria nec vitæ, nec familiæ inferitur, sed res injuria auferuntur.
Sive directe subtrahendo] „ Ut in furto.
Sive dolo malo causam dando] „ Id enim quoque malitiæ species est, quia jus alterius violatur.
Possunt hæc ipsa subtilius dividi] „ Tota hæc tractatio superflua, & res citra has subtilitates jure naturæ plana est: ibi enim reparatio debet fieri injuriæ, sive factis, sive verbis, sive scriptis, sive consilio illatæ. *Vid. Lib. 16 pr. D. de pœn.* Augetur autem illa injuria, vel causa, vel persona, vel loco, vel tempore, vel qualitate, vel quantitate, vel eventu, *d. l. 16. §. 2. D. de pœn.* Quæ circumstantiæ cum a facto dependeant, prudentis judicis arbitrio ipsa natura relictæ sunt.
Quem indicavimus ordinem Deus in Decalogo sequutus est] „ Ordo Auctoris hic est: in pœnis, dixit, spectari meritum, §. 28: in merito examinandam esse causam, quæ a delinquendo retrahere debuit, *vid. §. 29. n. 1:* eam esse injustitiam, §. 30. *n. 1:* injustitiam eo majorem esse, quo gravius est damnum, *d. §. 30:* majorem esse injustitiam, quæ consummata, ea, quæ saltem inchoata est, *d. §. 30:* majorem utrobique esse, quæ pluribus inferitur, quam quæ singulis: in injustitia, quæ singulos tangit, maximam esse, quæ vitæ inferitur; sequi eam, quæ familiæ; denique quæ rebus, *d. §. 30.* Atque hunc ordinem, ait, in Decalogo observari.
Parentum nomine, &c. Magistratus par est intelligi] „ Uti enim membra familiæ patrisfamilias curæ, & imperio subsunt: ita subditorum personæ, res, & jura, ad curam magistratus pertinent.
Quorum auctoritas societatem humanam continet] „ Cum sæpius dictum sit, non dari societatem humanam, nec asseri potest, auctoritatem magistratum eam conservare.
Sequitur interdictio homicidii] „ Quæ maxima Auctori est injustitia, quia vitam tollit.
Matrimonii sanctio, inhibitis adulteriis] „ Hæc Auctori minor est injustitia, quæ familiam spectat.
Tum furta, & falsumonia] „ Quæ res

„ singulas expetibiles spectant; illa directo
 „ subtrahendo; hæc dolo malo causam dan-
 „ do damni.
 „ *Delicta inconsummata*] „ Quo refert con-
 „ cupiscentiam. *Vid. §. 39.*
 „ *Inter causas abstractentes*] „ I. e. quæ re-
 „ trahere debuissent peccantes. *Vid. §. 29. pr.*
 „ *Qualitas ejus, quod directe fit, &c.*] „ In-
 „ telligit damnum, & incommodum, quod
 „ actu datur.
 „ *Quod securum, probabile est*] „ Etsi de
 „ eo non cogitaverit. Qui enim de actu
 „ tenetur, etiam tenetur de his, quæ il-
 „ lum ex actus vi sunt consecuta. *Vid. supr.*
 „ *lib. 2. c. 17. §. 11. seq.* Ubi late hoc exa-
 „ minavimus.
 „ *Ut in incendio, & per fossa aggere, &c.*]
 „ Si quis igitur folius Titii domum voluit
 „ incendere, vel ejus folius fundum inun-
 „ dare perfodiendo aggerem, nihilo minus
 „ cuique tertio tenetur, cui ex facto illo
 „ injuria facta est. Unde si pereunt alii
 „ homines illo incendio, & inundatione,
 „ hi quoque casus in facto illo puniendi
 „ sunt. Alia exempla proposuit Auctor *d.*
 „ *c. 17. §. 12. seq. Add. l. 3. c. 10. §. 4.*
 „ *Quam generalem causam posuimus*] „ Quæ
 „ scilicet a peccando retrahere deberet.
 „ *Putæ impietas in parentes*] „ Augetur om-
 „ nino injuria, si parentes verberibus exci-
 „ pio, vel convitiis proscindo.
 „ *Inhumanitas in propinquos, ingratus ani-
 „ mus in beneficos*] „ Major enim est mali-
 „ gnitas, his injuriam inferre, quam ex-
 „ traneis.
 „ *Quæ augent delictum*] „ Nam inter mo-
 „ dos augendi injuriam refertur persona, &
 „ qualitas. *L. 16. §. 1. D. de pæn.*
 „ *Si quis sapius deliquit*] „ Quia eo major
 „ est malitia. *Vid. lib. 1. D. de Abige. Se-
 „ nec. de Ira I. c. 16. Quintilii. Declam. 248.*
 „ *§. 310. Testm. b.*
 „ *Ut vita anterior simul cum delicto in æsti-
 „ mationem veniret*] „ Hæc circumstantia in
 „ ordinatione criminali Caroli V. non leve
 „ indicium facit, vel ad torturam, *Art. 31,*
 „ vel ut liberetur ab ea si vitam ante bene-
 „ egerit. Egregiam hanc in rem scripsit dis-
 „ putationem B. Stryk. *de vita antea.*
 „ *Quibus, alioqui non malis, subito, &c.*] „
 „ Adeoque qui imbecillitate humana sepa-
 „ rati, & præfenti occasione seducti pec-
 „ cant. *Vid. Laflant. l. 6. c. 24.*
 „ *Non in his, qui totam vitæ genus immu-
 „ tantur*] „ Adeoque qui in perpetuum mali

„ sunt, & ubi omnis emendationis spes
 „ consumpta est. At unde de eo constat? Ipse
 „ Auctor dixit, charitatem dictare, nemi-
 „ nem habendum pro deplorato, *supra*
 „ *§. 7. n. 4.*
 „ *Ezechielem*] „ *Cap. 18. v. 24. Si autem*
 „ *avertit se justus a justitia sua, & fecerit*
 „ *iniquitatem secundum omnes abominatio-*
 „ *nes, quas operari solet impius, numquid*
 „ *vivet? omnes justitia ejus, quas fecit,*
 „ *non recordabuntur. Et v. 26. cum enim*
 „ *avertit se justus a justitia sua, & fe-*
 „ *cit iniquitatem, morietur in iis; in in-*
 „ *justitia, quam operatus est, morietur.*
 „ Num hæc in vita civili usum habere pos-
 „ sint, jam ante dubitavi. Sane, soli Deo
 „ qui corda scrutatur, constare potest, to-
 „ tum vitæ genus immutatum esse, & pec-
 „ cantem in vitæ hoc genere vitioso perse-
 „ veraturum: unde merito ait, *se rationem*
 „ *non habiturum justitia præterita.* Sed
 „ tota hæc ratio cessat in magistratu, qui
 „ de quovis delinquente emendationem spe-
 „ rare potest; adeoque huic prodesse vita
 „ ante acta ad mitigandam pœnam debet.
 „ *Tbucydideum*] „ *L. 1. p. m. 47.* Verba
 „ sunt Schenelardæ, Ephori Laconum. *Conf.*
 „ *Laflant. lib. 6. c. 24.*
 „ *Sed & lex posita adversus vitium, specia-*
 „ *lem quandam malitiam veteri addit*] „ Sen-
 „ sus hic esse videtur: Auctor naturali quo-
 „ que ratione in æstimandis delictis ratio-
 „ nem haberi debere vitæ ante actæ, dixit
 „ *n. 3,* adeo, ut augeatur malitia, eoque
 „ pœna, si antea pravus fuerit, *d. n. 3.* Sed
 „ & hanc ipsam pravitatem, posita lege ca-
 „ nonum speciali, augeri, ait, & per hanc
 „ legem specialem superaddi malitiam ve-
 „ teri, statuit *b. n. 4;* quia peccans non
 „ solum committit id, quod per se malum
 „ est, sed & quod præterea speciali lege ve-
 „ titum est: idque ex *Epistola ad Rom. 7.*
 „ *v. 13.* probat.

A D §. XXXI.

PERSONÆ aptitudo] „ Auctor enim
 „ dixit, in merito examinanda venire cau-
 „ sam, quæ impulit causam, quæ retrahere
 „ debuit, & personæ idoneitatem ad utrum-
 „ que. *Vid. §. 29. n. 1.* Aptitudo enim per-
 „ sonæ auget, vel minuit delictum: unde
 „ minor injuria est quæ a pueris, a femina,
 „ ab iracundo, &c. inferitur.

Aut

Aut ad suscipiendos affectus incitantés]
 „ Nimirum, spem commodi imaginarii, im-
 „ petus, iræ, amoris, &c.

„ Nam & pueri, &c.] „ Ob defectum
 „ judicii, & imbecillitatem sexus, pueri,
 „ & feminæ, minus apti sunt ad confide-
 „ randam delicti gravitatem, & minus ido-
 „ nei ad resistendum affectibus, qui ad de-
 „ linquendum incitant.

„ Et crassi ingenii homines, maleque edu-
 „ cati] „ Unde Prætor nonnunquam veniam
 „ dat hominum rusticitati. L. 2. §. 1. D. Si
 „ quis in jus vos. L. 7. §. 4. D. de jurisdic-
 „ t. l. 1. §. 5. D. de edend.

„ Justi, & injusti discrimina minus habent
 „ cognita] „ Adeoque minor est malitia, eo-
 „ que minor injuria.

„ Iracundi sunt] „ Adeoque leviora sunt
 „ ea, quæ repentino aliquo motu accidunt,
 „ quam ea, quæ meditata, & præparata
 „ inferuntur. Cic. 1. de offic. Conf. Philo de
 „ special. legib. Plato de leg. l. 9. Aristot. Ni-
 „ comach. 7. c. 8. Gutierrez præf. qu. 2.
 „ n. 11. & 12. Carpzov. qu. 47. n. 42. &
 „ p. 3. qu. 145.

„ Ad venerem proxi] „ Furore amoris nihil
 „ est vehementius. Nov. 74. c. 4. De Ti-
 „ berio Paulinæ pudicitiam vindicante ait
 „ Zonaras annal. 1. Mundum in exiliū
 „ egit, penam graviorem ob amoris vim
 „ clementia moderatus.

„ Huc juventus] „ Aut Deus, aut lapis est,
 „ qui non juveniliter ardet.

„ Metum accendit mali imminentis cogita-
 „ tio] „ Adeoque minus est malum, quod
 „ metu committitur; & justior est metus
 „ in pueris, ac feminis, quam in aliis.
 „ Quatenus metus excuset a delicto, tractat
 „ Carpzov. crim. p. 1. qu. 18. n. 9.

„ Et iracundiam recens, &c.] „ Non ergo
 „ ira videtur factum; adeoque nec excusa-
 „ tionem meretur, quod interveniente mo-
 „ ra fit. Lev. 2, 36. Senec. de ira lib. 2.
 „ cap. 28.

„ Ita ut rationem audiri vix fiant] „ Ideo
 „ minor est injuria; non vero desinit esse in-
 „ juria. Cic. ad Herem. 2, 16.

„ Illorum affectuum delicta merito minus odio-
 „ sa, &c.] „ Non enim tam ex proposito,
 „ quam impetu, affectus veniunt.

„ Quo animi eligentis judicium magis impe-
 „ ditur] „ I. e. quo violentior est stimulus,
 „ inprimis naturæ, utut corruptæ, eo mi-
 „ nus peccatur.

Tom. III.

„ Et qua in senum amores] „ Merito in-
 „ crepatur senilia amor, quia impetus, &
 „ affectus in senibus tantus non est, adeo-
 „ que amor senibus excusandi causam non
 „ præbet. Conf. Juven. sat. 10. v. 208. Ovid.
 „ 1. amor. 9, pr.

„ Ex his igitur causis æstimandum meritum]
 „ Nimirum, ex causis, quæ vel impellunt,
 „ vel ex quibus retrahi agens debuit, vel
 „ ob personæ idoneitatem, §. 29. pr. Equi-
 „ dem erudita præcedens est disputatio,
 „ & legi merentur quæ prolixè admodum
 „ tractavit Auctor; sed non opus fuisset
 „ tam operose rem exponere, quæ paucif-
 „ sumis regulis absolvitur: simplicissimam
 „ hac in re est jus naturæ, quod exposui-
 „ mus §. præced. n. 2.

AD §. XXXII.

„ AUCTOR ait, pœnam talionis non
 „ in eo consistere, ut præcisè tantundem
 „ præstetur, sed posse delictum etiam ma-
 „ joris æstimari; exemplo furti, ubi qua-
 „ druplum pœnæ loco solvi debet: quod ex
 „ disputatione B. Parentis de sacrosancto ta-
 „ lionis jure illustravimus supra.

„ Pythagorici] „ Dist. disp. §. 4.

„ Id non ita accipi debere] „ Immo id
 „ omnino ita accipi debet; nam si tantun-
 „ dem passus est, naturaliter injuria repa-
 „ rata est. At id non impedit, quo mi-
 „ nus jure civili pœnæ ad exemplum,
 „ &c. exigi possint; & tunc pœnæ hæ ta-
 „ lionem excedentes sunt mere positivæ.
 „ Vid. supr. §. 1.

„ Quæ legum omnium perfectissimum exem-
 „ plar est] „ Legem Mosis intelligit; de cujus
 „ auctoritate egit l. 1. c. 1. §. 17.

„ Demosthenes in Timocratem] „ Add. Gell.
 „ 11, 18. 20, 1.

„ Cum injuria persona] „ Si v. g. res mo-
 „ bilis vi rapitur, tot. tit. ff. de vi bon. rapt.
 „ Cumulo] „ Per duplum, triplum, &c.

„ Majora leges permittunt pro vindicta exi-
 „ gere] „ Adeoque pœna, quæ ultra talionem
 „ exigitur, a lege est, eoque mere civilis.

„ Supra talionem] „ I. e. ultra ruptionem
 „ membri, adeoque ultra id, quod tan-
 „ tundem est.

„ Manu truncabatur] „ Hoc mere civile
 „ est.

„ Sed & amplius] „ Pœnæ enim lege ci-
 „ vilis

A 2 a

viii

„ vili variis ex causis exasperari possunt.
 „ *Et ideo consummatis minora*] „ Vid.
 „ supra §. 36.
 „ *Nocumentum insipient par cogitato*] „ Im-
 „ mo pro cogitato pœna non inferitur ;
 „ sed si ad aliquos actus externos , uti in
 „ casu Auctoris , cogitatio processit , pœna
 „ infligitur juxta mensuram injuriæ , non
 „ cogitatae , sed actu illatae.
 „ *De falso teste proditum*] „ Ibi delictum
 „ consummatum est , nec pro cogitato pœ-
 „ na infligitur , sed pro injuria facta : te-
 „ stis enim , qui invocato nomine divino
 „ falsum dicit , non tantum blasphemiae
 „ reus est , sed & actu suo vitioso causa
 „ est ut jus alterius violetur.
 „ *Et in lege Romana*] „ *Leg. 1. D. ad leg.*
 „ *Cornel. de Siccar.* Hic quoque securitas ,
 „ quæ cuique hominum debetur , actu
 „ violatur.
 „ *Major respondeat pœna*] „ Hoc verum ;
 „ at intra regulas talionis.
 „ *Sed quia morte nihil est gravius*] „ Post
 „ mortem enim homo nihil mali amplius pa-
 „ ti potest.
 „ *Eaque iterari non potest*] „ Semel enim
 „ homo tantum moritur.
 „ *Ideo intra eam necessario constituitur*]
 „ Quia præter mortem gravior pœna non
 „ datur.
 „ *Additis tamen interdum pro merito cru-*
 „ *ciatibus*] „ Si enim homicidia plura quis
 „ commisit , si præterea spoliavit occisum ,
 „ &c. hæc quoque in æstimationem delicti
 „ naturali ratione venire debent ; & ideo
 „ pœna mortis etiam naturali ratione per
 „ alios cruciatus exasperari potest.

A D. §. XXXIII.

„ *Sed cum respectu ad patientem*] „ Per-
 „ sonæ diversitas diversam quoque facit
 „ quantitatem injuriæ , & pœnæ. *L. 15.*
 „ *D. negot. gest. leg. 6. pr. D. ad leg.*
 „ *Jul. pecul.*
 „ *Nam multa eadem pauperem onerabit*]
 „ Scilicet , in pœnis pecuniariis. *Vid. Mar-*
 „ *cellinus 15 , 3.*
 „ *Et vili ignominia leve erit malum*] „ Ea-
 „ dem igitur pœna ignominiosa onerabit vi-
 „ rum honestioris conditionis , vilem non
 „ onerabit ; neque enim ignominia grave
 „ est malum ei , qui famam non habet ,
 „ vel non curat.

„ *Quo genere diversitatis saepe utitur lex Ro-*
 „ *mana*] „ Ita enim sacrilegii pœnam Pro-
 „ consul pro qualitate personæ statuit , *d.*
 „ *l. 6. pr.* Alia exempla sunt in legibus di-
 „ gestorum à Gronovio *b. nota* §6. indicatis.
 „ *Harmonicam proportionem*] „ I. e. geo-
 „ metricam.

„ *Simplex hic fit , & qualis in numeris*
 „ *æqualitas*] „ Vid. *supra* §. 2.

„ *Meriti ad pœnam*] „ Tantundem enim
 „ mali pati debet , prævia justa æstimatio-
 „ ne , quantum mali fecit.

„ *Sicut in contractibus mercis ad numos*]
 „ Mala hæc est comparatio : nam inter
 „ numum , & mercem , natura nulla est
 „ proportio , sed ea dependet a sola indi-
 „ gentia , & voluntate hominis ; uti id late
 „ probavimus supra *c. 12. §. 14.* At inter
 „ delictum , & pœnam , ipsa natura certam
 „ proportionem , i. e. talionem constituit.

„ *Quamquam alibi merx eadem plus , alibi*
 „ *minus valet , itemque numi*] „ Hoc non
 „ est ex proportionem inter mercem , & nu-
 „ mum , sed ex indigentia , & voluntate
 „ hominum , adeoque ex permissione juris :
 „ at æstimatio pœnarum est ex jure præce-
 „ ptivo ; ibi enim tantundem mali pati ne-
 „ cessario debet qui malum fecit.

„ *At futendum , saepe in lege Romana id*
 „ *non fieri*] Auctor erronee inculcat leges Ro-
 „ manas alicujus respectus personarum. Hic
 „ enim duplex est : *alius* , quo ratio habetur
 „ ejus , quod revera in homine jus facit ,
 „ quæ *προσωποληψία* non tantum licite observa-
 „ tur , sed & observari debet ; ita enim inju-
 „ ria , quæ ab infante , & furioso inferitur ,
 „ non est injuria ; & magis excusatur femina
 „ in delictis ob judicii imbecillitatem , &c.
 „ *Alius* est , quando uterque æquali jure est ,
 „ & propter affectum , metum , aliasque cau-
 „ sas privatas , æqualitas illa tollitur , & unus
 „ alteri præfertur.

„ In *priori* specie inæqualitas rei ipsi inest ;
 „ adeoque si inæqualiter jus tribuitur , jure
 „ id fit : & hic personarum respectus naturalis
 „ est , fatente ipso Auctore §. 31. At in *posse-*
 „ *riori* specie , quod utrique æqualiter debe-
 „ tur , inæqualiter tribui absque injuria ne-
 „ quit. Hic respectus personis jure non inest ;
 „ sed potius æqualitas , quæ in personis est ,
 „ tollitur , & alter injuria præfertur. Talem
 „ autem *προσωποληψίαν* jure Romano admitti ,
 „ verum non est.

„ *Additio.*

„ Gronovius exempla quædam adducit ;
 „ ubi

§, ubi respectus ille personarum nimium extendi videtur. 1^o. In l. 1. §. 5. D. ad leg. Cornel. de Sicar. relegatur in perpetuum maritus occidens uxorem in adulterio deprehensam, si humiliori loco natus est; si in aliqua dignitate sit constitutus, ad tempus. At hic nihil iniqui subest: major enim est injuria violatio thori ejus, qui in dignitate constitutus est; adeoque is minus peccat si injuriam hanc vindicat, & excedit, quam is, qui vilioris est conditionis, adeoque ubi dignitas thori quoque minor est: hic ergo si excedit in vindicta, magis peccat. 2^o. In l. 12. D. de inc. ruin. naufr. is, qui data opera in civitate incendium fecit, bestiis objici solet si humiliori loco natus; si in aliquo gradu natus est, capite plectitur. Poena enim prior ideo statui debebat, quia facilius ad tale crimen feruntur homines vilioris conditionis, adeoque graviore exemplo ad eos deterrendos opus est. 3^o. In l. 45. D. de injur. de injuria extra ordinem ex causa, & persona statui solet. Illi enim, qui vilioris sunt conditionis, fustibus subjiciuntur, ceteri vel exilio temporali, vel interdictione certæ rei. Sed neque hic aliquid iniqui subest: maxima enim poena est viro honoratori ob crimen a civitate expelli, excludi ab omni dignitatum spe, & a consortio cordatorum virorum, ubi aestimari quoque debet necessitas derelinquendi familiam, bona, & alia patriæ commoda. Quid vero curat homo vilioris conditionis civitatem, ubi nihil proprii habet, ubi manibus victum querere tenetur, & ubi propter vilitatem a spe dignitatis obtinendæ excluditur? Talis igitur homo vix injuriæ suæ poenam feret si in exilium mitteretur. 4^o. Ita sepulcrum violantes si honestiores sunt, deportantur; viliores capite plectuntur. Leg. 1. D. de sepulc. viol. 5^o. In crimine abigeatus, qui honestiori loco nati sunt, relegantur, aut moventur ordine; viliores ad metalla damnantur, vel gladio puniuntur, l. 1. §. 3. D. de abig. 6^o. Fures balnearii, qui armis se defendunt, si honestioris conditionis sunt, relegantur; si vilioris, ad metalla condemnantur. l. 1. D. de fur. baln. In his omnibus casibus merito leges distinguunt inter personas honoratiores, & viliores;

„ & de eodem delicto diversas, & quidem in vilioribus graviore poenas statuunt: quia vili ignominia, exilium, &c. leve est malum; honorato grave: adeoque gravior poena vilioribus infligi naturali quoque aestimatione debet.

A quo vitio longissime semper abest lex Moysi] „ Respectus personarum, qui naturali aestimatione inest hominibus, & inæqualitatem aliquam constituit, a legibus abesse non potest, nec a legibus Moysi abest. Exemplo filiarum Levitarum, quæ scortantes igne concremantur. *Intrinsicca est poena taxatio*] „ Quia tantundem mali præcise infligitur nocenti, quantum fecit, per justam aestimationem

A D §. XXXIV.

INTRA concessum modum] „ Si scilicet in arbitrio punientis est, poenam exigere, vel non exigere. Nam si omnino exigenda est, charitas illa locum non habet. Vid. §. 23.

Ducit charitas ejus, qui punitur] „ Auctor ait, charitatem semper ducere ad eam poenam, quæ minor est, nisi intersit reipublicæ majorem eligi, v. g. ad exemplum aliorum. At jam supra diximus, poenam, qua vel injuria alii illata vindicatur, vel quæ jure naturæ statuta est, remitti non posse, nec charitati hic locum esse. Vid. §. 21. seq.

Nisi plurimum justior charitas aliud suadeat] „ Vid. supra §. 12. n. 2. & §. 22. n. 2.

Ob causam extrinsecam] „ Quia forte utilitas publica id exigit.

Ingens periculum ab eo, qui deliquit] „ Si forte incorrigibilis est. Vid. supr. §. 7. *Necessitas exempli*] „ Vid. supr. §. 9.

Ea autem] „ Scilicet, causa illa extrinseca.

Ex generalibus invitamentis ad peccandum] „ Si occasio frequens, & crimen commune sit.

Consuetudo] „ Si plures ejusmodi habitum vitiosum contraxerunt.

Et facilitas] „ L. e. facilis peccandi occasio; tunc enim eo major terror requiritur: atque hinc est, quod furta domestica, incestus, &c. gravius puniuntur.

A D §. XXXV.

OB *facilitatem lex divina gravius punit furtum de pascuo*, [§. c.] „ Fur enim ;
 „ qui rem depositam de domo aufert, dup-
 „ plum saltem restituit ; qui vero bovem,
 „ vel ovem de pascuo furatur, quintuplum,
 „ & quadruplum. *Exod. XXII. v. 1.*

„ Mirum videri potest, cur bove fura-
 „ to quintuplum, ove vero ablata qua-
 „ druplum saltem restituatur ; ratio vide-
 „ tur posita in penuria ovium. Nam apud
 „ Athenienses quoque surrepti bovis pœ-
 „ na suprema erat restitutio triginta bo-
 „ vum ; cum pœna surreptæ ovis esset
 „ duarum ovium : eaque ratio diserte ad-
 „ ditur apud *Gell. lib. 11. c. 1.* Equidem
 „ apud Hebræos hæc ratio vix valere po-
 „ test, cum præcipua eorum professio fue-
 „ rit cultura ovium. *Conf. Rivet. ad d.*
 „ *Exod. 22.*

Nullum scelus apud eos furto gravius]
 „ Ibi igitur major charitas, nimirum, se-
 „ curitas publica, requirit ut ob facilita-
 „ tem delicti pœna augeatur : at id me-
 „ ri juris civilis est.

Custodem legem addidit] „ I. e. pœ-
 „ nam lege statutam : id ergo ex mera
 „ dispositione juris civilis est.

Consuetudo facti etsi aliquid detrahât de culpa] „ Inter causas externas, quæ ma-
 „ jorem pœnam efflagitant, præter facili-
 „ tatem hic refertur consuetudo facti, i. e.
 „ ubi aliquid vitium velut in publicos mo-
 „ res abiit.

In judiciis magis illud sequendum est]
 „ Ut mitigetur, scilicet, pœna, si pec-
 „ catum est usitatum : quia iudex legem,
 „ utut generalém, applicare debet ad fa-
 „ cta singula, in quibus vel major, vel
 „ minor gradus culpæ occurrit.

In legibus hoc sequendum est] „ Nimi-
 „ rum, ut augeatur pœna ob delicti con-
 „ suetudinem : rationem addit, quia lex
 „ in genere fertur etiam de ultimo malitiæ
 „ gradu.

*Ratione habita temporis, quo leges, aut
 judicia feruntur*] „ Legislator enim dum
 „ legem fert, rationem habet ejus tempo-
 „ ris, quo legem statuit ; iudex vero ju-
 „ dicat juxta circumstantias ejus temporis,
 „ quo sententiam profert.

Quia pœna utilitas magis in universalitatē

speclatur] „ Nam ad omnes casus respicit ;
 „ adeoque & de ultimo quoque culpæ gra-
 „ du statuit, & statuere debet.

*Culpa autem major, aut minor est in sin-
 gulis*] „ Unde iudicis est moderari leges ;
 „ & applicare eas ad singula facta.

A D §. XXXVI.

UBI *magna, urgentesque causa ces-
 sant*] „ I. e. ubi plurimum justior charitas
 „ majorem pœnam non suadet, d. §. 34.

Clementia pars altera] „ De prima cle-
 „ mentiz parte egit §. 22. n. 2.

Priorem in tollenda pœna collocabimus]
 „ Si scilicet fines pœnarum vel necessarij
 „ non sunt, aut alij fines ex opposito oc-
 „ currunt non minus utiles, aut alij fines
 „ pœnæ propositi alia via obtineri possunt,
 „ §. 22. n. 1. & §. 25. seq.

Inquit Seneca] „ Loquitur hic de pœ-
 „ nis civilibus, quas magistratus in totum
 „ remittere, nedum mitigare potest.

Minore supplicio, quam legibus, &c.]
 „ Adeoque loquitur de pœnis civilibus.

Leges quidem constitui rigidas] „ Quia
 „ leges etiam in extremum malitiæ gradum
 „ constituuntur, §. 35. in fin.

Pœnas exigi legibus mitiores] „ Quia
 „ culpa in singulis major, aut minor est.
 „ d. §. 35.

Infra peccati modum] „ Si scilicet pec-
 „ catum saltem contra leges civiles com-
 „ mittitur : nam si contra jus naturæ pec-
 „ catur, præcise talio requiritur.

Ut qualia fecerunt, talia patiantur] „
 „ Augustinus improbat crassam, & barba-
 „ ram illam talionem, de qua vide *supra*
 „ §. 1. pag. 321. & ideo hortatur Marcelli-
 „ num, ne eam exerceat, nec omnino
 „ fieri permittat.

*Nec putarent ad culpam officii sui perti-
 nere si quid erga eos misericorditer agerent*]

„ Loquitur de illis iudicibus, qui *ira pro-
 pria concitati* pœnas infligunt, non amo-
 „ re justitiæ, sed quia voluptatem ex pœ-
 „ na capiunt : hoc merito improbat.

A D §. XXXVII.

SPERAMUS, *nihil a nobis præter-
 missum*] „ Quam infeliciter Auctor hanc
 „ materiam tractaverit, & quam parum
 „ vera

1. vera juris naturæ principia intellexerit,
 2. in singulis paragraphis ostendimus,
 3. Magnitudinem peccati, i. e. damni]
 4. Vid. supr. §. 30. n. 1.
 5. Frequentiam] ,, Vid. supr. §. 34. 35.
 6. Quantitatem concupiscentiæ] ,, Vid. supr.
 7. §. 29. & 31.
 8. Et operis facilitatem] ,, Vid. supr. §. 34.
 9. Et seq.
 10. Ad sua loca retulimus] ,, Scilicet, ad
 11. causas, quæ vel impellunt, vel retrahere
 12. debent, vel ad personæ idoneitatem.
 13. Vid. §. 29. n. 1.
 14. Quæ confuse satis in pœnis considerat Sa-
 15. turninus] ,, Immo recte Saturninus in l. 16.
 16. D. de pœn. ait, in pœnis consideranda
 17. esse, 1. causam, quæ in certis personis
 18. potest esse licita, in aliis illicita; 2. per-
 19. sonam, ut aliter puniantur liberi, aliter
 20. servi &c; 3. locum; ut gravior sit pœna
 21. delicti in templo, & curia Principis
 22. commissi; 4. tempus, ut in furem nocturnum
 23. plus liceat, quam in diurnum;
 24. 5. qualitatem, ut furta cum effractione
 25. conjuncta gravius puniantur; 6. quanti-
 26. tatem, qua abigeus a fure discernitur;
 27. 7. eventum, ut delictum non consumma-
 28. tum mitius puniatur, quam consum-
 29. matum.
 30. Quæ hic traduntur clara, & facilia
 31. sunt, nec ullam confusionem sapiunt:
 32. & omnia, quæ tam late Auctor tractat,
 33. ad hæc principia referri possunt.
 34. Aptitudinem] ,, De qua §. 31.
 35. Et persona ejus, qui patitur, interdum al-
 36. quid confert ad æstimandam, &c.] ,, Sic
 37. major est injuria, quæ parentibus, &
 38. magistratibus infertur, quam quæ aliis.
 39. Vid. §. 30. n. 3. Et not. ad §. 33.
 40. Locus injuria culpam aliquam addere so-
 41. let peculiarem] ,, Ratio augmenti consistit
 42. in eo, quod gravior sit injuria, quæ in
 43. loco sacro, vel publico committitur,
 44. quia major securitas esse debet in illis
 45. locis, qui sanctimoniam quandam infe-
 46. rant. Leg. 16. §. 4. D. de pœn.
 47. Aut etiam ad facilitatem operis pertine-
 48. re] ,, Facilitas peccandi quomodo ad pœ-
 49. nam incitet, explicavit supra §. 35.
 50. Tempus] ,, Ratio hujus augmenti non
 51. consistit in libertate judicandi vel majori,
 52. vel minori, nedum in pravitate animi;
 53. sed in periculo, quod a fure nocturno
 54. imminet: quæ ratio meri juris positivi

55. est, adeoque proprie ad causas augen-
 56. di pœnas naturales non pertinet.
 57. Qualitas] ,, Sane, major est malitia ejus,
 58. qui furto violentiam jungit; & major fit
 59. injuria ei, cui & res auferuntur, simul-
 60. que ædes effringuntur.
 61. Partim ad genera appetituum] ,, De qui-
 62. bus §. 29.
 63. Partim ad causas, quæ abstrahere, &c.]
 64. Vid. §. 37.
 65. Quantitas quoque ad appetitum] ,, Male,
 66. sed ad causas, quæ abstrahere deberent:
 67. quia Auctor eo refert injustitiam, quæ eo
 68. major est, quo majus alteri damnum in-
 69. fertur. Vid. §. 30. n. 1.
 70. Eventus ad causas abstrahentes] ,, Ma-
 71. jor enim injuria est consummata, &
 72. §. 30. n. 1.

A D §. XXXVIII.

SOLERE pœna expetenda causa bella
 suscipi] ,, Cum enim Deus cuique hominum
 2. jura quædam propria esse voluerit, simul
 3. concessit media defendendi illa jura con-
 4. tra quoscunque, qui ea turbant, vel
 5. auferunt; idque fit duplici modo: 1.
 6. per actiones in judicio instituendas, si
 7. reus superiorem habet: 2. per bellum, si
 8. superior deficit. Atque hæc bella si pœ-
 9. nam persequuntur, dicuntur Auctori pu-
 10. nitiva.
 11. Et passim docent historia] ,, Hæc docent,
 12. gentes ad talionem obtinendam bella
 13. gessisse.
 14. Ac plerumque hæc causa cum altera de-
 15. dummo reparando conjuncta est] ,, Aliquando
 16. sola esse potest; uti David injuriam lega-
 17. tis illatam bello vindicavit.
 18. Et vitiosus fuit, & damnum re ipsa intulit]
 19. ,, Adeoque ubi non tantum alii ex facto
 20. meo aliquid abest; sed & ubi injuria e-
 21. citra damnum illata; & jus ejus læsum
 22. est.
 23. Ex quibus duabus qualitatibus duo diver-
 24. sa nascuntur obligationes] ,, Altera enim
 25. est rei persecutoria, & tendit ad repara-
 26. tionem ejus, quod e patrimonio nobis
 27. abest; neque hæctenus inspicitur, an fa-
 28. cto alterius licito, an illicito nobis id
 29. absit. Altera tendit ad reparationem inju-
 30. riaz, id est ad pœnam; & semper suppo-
 31. nit factum illicitum.

Non esse autem bella suscipienda ob delicta quævis, constat] „ Immo jure naturæ quævis injuria nobis illata bello vindicari potest; eodem modo uti quamvis injuriam nobis illatam actione injuriarum vindicare possumus. Neque alter, qui læsit, de injuria queri potest.

Nam ne leges quidem suam illam ultionem, &c. omnibus culpis impendant] „ Non valet argumentum a legibus ad jura bellorum. Nam legibus obligantur subditi vi pacti (unde leges sponsones totius civitatis dicuntur in l. 2. ff. de Legibus). Si proinde leges in quibusdam casibus ob utilitatem publicam remittunt poenam, id valet ex consensu; in bellis autem jus naturæ obtinet, quo quamvis injuriam armis vindicare possum: an vero interfit, hoc ad rationes politicas, & an pium sit, ad jura Dei pertinet. Id certum est, læso non fieri injuriam, nec hactenus contra jura homini quæsitæ agi.

Quæ tuto, nec nisi nocentibus nocet] „ Sensus est, quod cum leges aliquando dissimulent injuriam, & poenam, etli hæc tuto, atque sine periculo exigi possit, & non nisi nocentibus noceat; multo magis a bello abstinendum sit: quia ibi nec tuto quis vindictam sumit, cum alea belli ipsi læso exitiosa esse possit; nec folis nocentibus ibi noceatur, quia & subditi nocentis poenam simul ferunt.

Ea, quæ minora, & vulgaria sunt delicta dissimulari, non vindicari] „ Legislatores injuriam sibi illatam dissimulare omnino possunt, neque de eo quæritur: sed alia quæstio est, an dissimulare debeant? Hoc merito negamus, neque Socrates id afferit. Res hæc consilii, & prudentiæ est.

A D §. XXXIX.

Non esse æquum, poenas quemquam dare, &c. quod arguatur male facere voluisse] „ Cogitationis enim poenam nemo patitur. Conf. l. 2. c. 1. §. 5. Add. supr. §. 18. Nulium populi Rhodiensis decretum adferri poterat] „ Adæque certo non constabat, Rhodios bellum contra Romanos meditato esse.

Univesaliter autem hoc recipiendum non est] „ Regula ergo est, actus internos puniri non posse, etiam si casu aliquo ad

notitiam aliorum pervenerint. Vid. supra §. 18.

Nam voluntas, quæ ad externos actus processit, &c. poenis solet esse obnoxia] „ Actus enim injuria facta est, etli non consummata, d. §. 18.

Sic Romani censent bellum incundum cum rege Perseo, &c.] „ Immo non ideo Perseo bellum indictum fuit, quod consilia belli parandi adversus Romanos ceperit; sed vera causa erat, quod Perseus socios Romanorum violasset, contra foedus. Denunciabat enim Eumenès Pergamorum rex, eum Abrupolim socium, atque amicum Romanorum regno expulisse; Artetarum itidem socium, & amicum Romanorum, interfecisse; Everfam, & Callitum, quod facta ejus Romam delaturos minarentur, tollendos curasse, &c. Dolopæ bellum intulisse; Thefaliam, & Doridem cum exercitu pervasisse. Liv. l. 42. c. 17. Atque hinc legati ad Perseum missi petebant reddi sibi res, sociisque suis, quas contra jus foederis habebat, d. l. 42. c. 25. Perseus non negabat factum; sed causabatur foedus a patre ictum ad se non pertinere, d. c. 25. Et cum exercitus Romanus appropinquaret, Perseus declaravit, se de injuriis, si quas sociis factas quererentur, satisfacturum esse, ibid. c. 36. Unde & Marcus in colloquio, quod cum Perseo habuit, non præparationes bellicas, quas Auctor supponit, sed alias rationes allegavit, quod foedus violaverit, socios Romanorum bello invaluerit, &c. Eumenem insidiis, legatos Romanos veneno occidere voluerit, ibid. c. 41.

Atque hoc ipsum in Rhodiensium oratione] „ Nimirum, quod interni actus puniri non debeant. Sane, Rhodii in nullum actum externum processere; neque causam Persei fovebant, sed sua auctoritate bellum se finituros, spondebant. Liv. l. 44. c. 29. Unde pacificandi causa legatos & Romam, & in castra misere, ibid. c. 14. & c. 35. Equidem negari nequit, superbius egisse Rhodios, & pacem Romanis quasi mandasse, addendo minas, Rhodios consideratos esse quid sibi faciendum esset adversus eos, per quos stetit quo minus bellum finis fieret, d. c. 14. Negari quoque nequit, in Senatu acriter disputatum fuisse, an bello petendi sint, affirmante id M. Juventio Falna; negantibus M. Antonio,

„ &

5 & M. Pomponio, Tribunis plebis, d. l. 45.
 6 c. 21. Cum vero ad populum rogatio fie-
 7 ret, *vellet, juberentne Rhodiis bellum*
 8 *indici?* tandem conclusum fuit, ut Rho-
 9 dii nec hostes fierent, nec socii perma-
 10 nerent, d. l. 45. c. 25.

2 *Sed nec omnis perversa voluntas, factio jam*
aliquo indicata] ,, Si injuria vere eo facto
 11 illata sit, poenae locus est: etsi aliquan-
 12 do dissimulari soleat, quod consummata
 13 non fuit injuria. Utrumque egregie expli-
 14 cat Cassiodorus Varior. l. 2. *Deberemus pe-*
 15 *latores deputare pecunia non modica pe-*
 16 *na percellere, qui in tali causa nostram*
 17 *munificentiam fraudaverunt; sed affuit*
 18 *moderatrix, &c. Sufficiat nobis, cupidi-*
 19 *tatem non implese quod voluit.*

1 *Si ne perpetrata quidem peccata omnia*
vindicantur] ,, Fluit hoc ex illo errore, quo
 20 Auctor putat, vindicari non posse inju-
 21 riam, nisi id utile sit. *Vid. supr. §. 4.* Nos
 22 saepius jam diximus, reparari debere in-
 23 juriam, flagitante id laeso, etsi nulla in-
 24 de utilitas in laesum redundet: quanquam
 25 generosius agat, si vindictam remittit.

1 *Multo minus cogitata, ac capta*] ,, De
 26 cogitatis id verum est; de coeptis autem
 27 id negamus si injuria vere inchoata est;
 28 tantundem enim mali justa aestimatione
 29 pati debet.

1 *An satis sit, eum, qui lacefferit, injuria*
sua poenitere] ,, Poenitentia non impedit,
 30 quo minus tantundem mali pati debeat is,
 31 qui mali aliquid fecit, quanquam mitigari
 32 poena civilis ideo quandoque soleat, *Vid.*
 33 *supr. §. 11. n. 1. 2.*

1 *Facilis est error*] ,, Adeoque & facile con-
 34 tra pietatem peccare potest: de quo ple-
 35 nius infra §. 48.

1 *Iracundia impetus*] ,, Quo magis enim
 36 alicujus impeditur judicium, eo minus est
 37 delictum. *Vid. §. 31. n. 1.*

3 *Minime erat ferendum*] ,, Auctor legem
 38 decalogi, *non concupisces* sive rem, sive
 39 uxorem alterius, refert ad actus internos
 40 sed ubi voluntas ad actus externos
 41 processit, per tactus lascivos, per litteras,
 42 domesticos corrupendo, &c.: idque
 43 probat ex interpretatione Evangelistae
 44 *Marc. 10. v. 19.* ubi idem illud praec-
 45 ptum allegatur per verba, *μη ἀποσφραγί-*
 46 *ς est, injuriam non facies, neminem pri-*
 47 *vabis jure suo.* Adeoque concupiscentia
 48 uxoris alienae denotat omnes actus lasci-

20 vos cum aliena uxore extra adulterium,
 21 uti conatus stuprandi, &c. tactus lascivi,
 22 &c. Nam his quoque modis actu injuria
 23 infertur & marito, & uxori. Sic porro
 24 *concupiscentia* rei alienae indigat omne
 25 factum illicitum, quo rem alienam suam
 26 facere vult extra furtum. His consequen-
 27 ter is, qui ex falsis documentis rem alie-
 28 nam tanquam suam vindicat, vel senten-
 29 tia judicis iniqua, aut corruptione adhibi-
 30 ta, eam obtinet, lege praesenti id, facere
 31 prohibetur.

1 *Ceterum, notandum est, peccatum*
 2 *hujus concupiscentiae non consistere in eo,*
 3 *quod in tanta matrimoniorum copia alie-*
 4 *nas nuptias attentare, aut in tam aqua-*
 5 *bili possessionum divisione rei alienae frau-*
 6 *dem struere, ferri non debeat.* Sed vera
 7 ratio est, quod vere jus alienum laeda-
 8 tur, dum mores uxoris corrumpit, vel
 9 ex falsis testimoniis, aut injuria judicis
 10 vincit, &c.

1 *Si scopum specles legis, &c. latius patet*]
 2 Ita ut & actus internos, & vitiosos pro-
 3 hibeat. Equidem lex Moïsis omnino pro-
 4 hibet *internos* quoque actus; at eos non
 5 punit. Adeoque merito asserimus, scopum
 6 Moïsis legislatoris unicum fuisse actus ex-
 7 ternos puniendi.

1 *Vellet enim lex, omnes etiam mente esse*
purissimos] ,, Nos alibi probavimus, Le-
 2 gislatores non excludere mentis puritatem
 3 a suis legibus; idque ex legibus Moïsis,
 4 & Romanorum, demonstravimus supra
 5 *L. 1. c. 2. §. 6. n. 4.* At poenis non coer-
 6 cent eos, qui actus justitiae peragunt non
 7 ex mentis puritate, sed forte metu poe-
 8 nae, &c. *Conf. Diss. proem. II. §. 44.*

1 *Ipsum praecceptum externum*] ,, Solus sco-
 2 pus legis est, actus externos punire.

1 *Ad motus animi pertinet, qui factio pro-*
duuntur] ,, Adeoque ubi non cogitationes
 2 puniuntur, sed injuria actu illo externo
 3 commissa.

1 *Μη ἀποσφραγίς*] ,, *Ne damno adjicias.* Hoc
 2 proinde aliud, & diversum est praecceptum
 3 ab eo, quod antea jam statutum erat
 4 *μη κλέψης, non furaberis:* ut proinde sen-
 5 sus sit, quod nec furto, nec alio quovis
 6 modo damno quis affici debeat.

1 *Idque cum jam ante posuisset*] ,, Adeoque
 2 posterior formula intelligi debet de omni
 3 acquisitione illicita rei alienae extra ejus
 4 ablationem.

Mich.

Mich. II. 2.] „Vulgata ita vertit, & concupierunt agros, & violenter tulerunt. Inchoata ergo delicta armis vindicanda non sunt, nisi res sit gravis] „Immo si levisissima sit injuria, & alter eam reparare nolit, bello locus est, nec de injuria queri potest. Certum mahum secutum jam sit] „Si enim jus alterius violatum non est, deficit injuria, eoque cessat reparatio. Aut certe ingens periculum] „Hoc casu injuria actu facta est, dum securitas alia quaesita violatur. Ita ut vindicatio aut consuetudo sit cum cautione futurae noxae] Ut scilicet caveat ne in futurum noceat. Conf. l. 2. c. 1. §. 2. & §. 17. l. 2. c. 2. §. 13. n. 4. Aut dignitatem laesam tuetur] „Tunc non est injuria inchoata, sed perfecta, quia hic ipse actus, quo dignitas laeditur, verum delictum est. Aut pernicioso exemplo occurrat] „Ut alii inde tuti sint, vel alii deterreantur. At hic finis poenarum est mere civilis.

A D §. XL.

QUERITUR, an Princeps injuriam non sibi, sed aliis illatam vindicare possit? Auctor id affirmat si jus naturae, aut gentium, immaniter violatum sit: uti si gens quaedam impia est in parentes, si vescuntur carne humana, si gentes sunt piratae, aut sodomitici criminis rei: vid. §. 40. ubi tamen tres adhibet cautiones, §. 41. 42. & 43. Item si athei sunt, qui vel Deum negant, vel ejus providentiam, §. 44. seq. vel si irreverenter de Deo sentiunt, §. 51. Non si Christianam religionem, nedum si certam religionis sectam amplecti respuunt. §. 49. & 50.

Nos in genere regulam statuimus, eum qui laesus non est, reparationem petere, & bellum ideo alii inferre non posse; quia tibi non est laesio, ibi quoque non est injuria; adeoque nec reparandi necessitas. Nedum ergo poenae nomine aliquid exigi potest: quia poenae tantum infliguntur a superiore; gens autem alia superior non est.

Exc. I. Si causa hominum communis sit: uti si gens quaedam solvat, vel offendat societatem humanam; & violet securitatem communem hominum, vel dignitatem naturae humanae. Etenim si 1. jus hominibus

commune aufertur, singulis injuria fit; ad eoque unusquisque de ejus reparatione agere potest; quodlibet membrum illius societatis laeditur; indeque singulis jus est injuriam illam vindicandi. Sed & 2. jus hominum commune sub tutela quoque generis humani est; neque diviso humano genere officium hoc sublatum est, aut tolli potuit: nam divisio illa facta est salvo jure gentium, ejusque custodia; non enim divisere homines ut minus, sed ut magis gentes tutae essent. Licet igitur 3. nostri cives laesi non sint, neque v. g. piratae in nostros cives saeviant, tamen periculum commune est, & ad nostros quoque cives spectat: immo securitas, quae toti humano generi competit, violatur. Unde 4. merito laudantur Hercules, Theseus, & alii heroes antiquitatis, quod monstris liberaverint terras scelera puniendo. Vid. §. b. n. 2.

Atque huc jam pertinent crimina ab Auctore allegata, inprimis 1. anthropophagia: cujus prohibitionem ex iisdem rationibus probamus, quibus jus sepulturae supra adstruximus. Nam 1. auferretur jus humanitatis, quod homines humare jubet. 2. Nemo in hominem, & quidquid hominis est, jus habet; cum corpus hominis non sit res ad usum hominum condita, sed pars hominis, cujus causa omnes res conditae sunt. Et si vero 3. pars humani corporis, ut sanguis post venae sectionem, projici possit, & soleat, ex eo non sequitur, totum corpus ita projici posse; quia sanguis ille non est pars necessaria, sed superflua corporis, perinde ut unguis, capilli, & excrementa: in his partibus nulla haeret sanctimonia, nullus eis inest horror, aut abominatio, quia ibi cessat dignitatis humanae memoria, quae in solo corpore superest. Praeterea credimus, bello peti posse 2. gentes, quae sepulturam denegant (vid. *supr.* c. 19. §. f.); 3. quae conscientiam subditorum cogunt (vid. c. 25. §. 8.); 4. quae armis illicitis utuntur, (vid. *Disp. nostr. de arm. illicit.* §. 50.); 5. quoslibet tyrannos. Vid. c. 25. §. 8.

Non ergo poena inferri potest genti 1. ob crimen non a gente, sed a privatis commissum, quia hi natura judicem habent, cui jus puniendi competit, nisi tota gens delictum approbet, vel privati illi superiores non agnoscant, uti piratae, &c. Neque 2. ob stupiditatem ingenii, aut barbariem, bellum gentibus inferre licet, quia nemini faciunt

faciunt injuriati. Equidem si tales inveniantur (quod tamen vix est), in quibus nulla sunt rationis vestigia, nullum imperium, nec imperii ulla capacitas, poterit occupari hoc imperium tanquam vacans, quia jura tantum privata homines illi occuparunt, non imperium, utpote cujus capaces non esse, supponitur: & cum extra societatem humanam esse videantur, in aliquam redigi possunt.

Exc. I. I. Si scelera in Deum agnita committuntur: Omnis ergo summa potestas, etsi nulla accepta injuria, persequi bello potest alienos populos ob crimina in Deum commissa, uti si negant, dari Deam, vel eum non curare res humanas, &c. quo pertinent. Dei abnegatio, seu atheismus, pacta cum hoste Dei, id est cum dæmone, sive vere fiat, sive cum intentione. Nam & hi non sunt in societate humana, quæ a Deo est, quem non agnoscunt, adeoque pax, quæ ex societate oritur, cum ipsis cessat. Causa igitur hæc est humanitatis, quæ omne jus suum a Deo habet, adeoque cujus interest, honorem Dei vindicari; & eum causam humani generis tueri possimus, multo magis causam Dei.

Aliud ergo in iis obtinet, qui male de Deo sentiant, quia modus colendi omnibus revelatus non est: adeoque peccata in Deum tantum intelligi possunt, quatenus Deus natura cognoscitur, id est, quatenus constat, eum existere, & eum providere; opinio enim in cæteris humanæ potestati non subiacet; nec natura contingere potest ut assentiamur in id, quod putamus falsum. Sane, dicere id quidem possumus, sentire non possumus: idque vel ipso exemplo Servatoris probatur, qui venit ut salvos faciat sponte eredentes. Non ergo voluit eos pœnis ad id adigi: si nolint, sibi exitio sunt, & ideo satis jam puniti, quin injuria committitur & in Deum, & in hominem, si conscientie vis infertur. Id agnovit Gordines e societate Jesu, qui in *Chron. ad ann. 1589.* condemnat eam, qui regem, quod hæreticus sit, occidit. *Add. Covarruv. c. peccat. p. 2. §. 10. reg. jur. in 6.* Modus corrigendi sensus, & errores, non est vis, sed persuasio. Suadendam esse fidem, non imperandam, ait Priolus *Rev. Gall. l. 12. p. 505. Thuan. in pref. Vid. Grot. infr. §. penult.* Imperatores Christiani prohibuerunt in *l. 6. C. de pagan.* ne quis religionis auctoritate usus
Tom. III.

paganos, vel Judæos turbet. *Add. cap. 11. q. 8. c. 23.*

Exc. III. si assistunt alijs: tunc enim non suam injuriam vindicant, nec suum jus defendunt, sed alterius causæ accedunt, & jus suum vindicanti assistunt: quod licitum omnino esse, diximus *l. 4. c. 5.*

Additio.

„ Regula naturæ certa est, pœnam sumi non posse nisi ab eis, qui jus nostrum læserunt.

„ Ex hac regula apparet, 1^o. puniri non posse qui offendent societatem humanam; talem enim non existere, probavimus in *Diss. proam. I. 2^o.* nec eos, qui vel subditos, vel extraneos sepelire soliti non sunt, quia jus sepeliendi non est a natura. *Vid. supr. c. 19: 3^o.* nec principes, qui conscientie suorum subditorum vim inferunt; hæc enim injuria ad alias gentes non pertinet, nec earum jus læditur; nec 4^o. illos, qui armis illicitis utuntur; suo enim hosti nocere quovis modo licet, adeoque hoc factum non est illicitum. Nec 5^o. tyrannos punire licet, qui injuria regnum, in quod nullum jus nobis competit, occupant: nec 6^o. Anthropophagos, qui hostium bello captorum carne vescuntur; cæterum, cum omnibus hominibus amicitiam solunt. Nec 7^o. Atheos, aut alia crimina in Deum committentes, punire cuique licet, quia jus alterius non læditur, sed solius Dei, qui ipse suæ injuriæ vindex est.

„ At verum est, pœnam a qualibet gente statui posse in eos, qui jus commune hominum lædunt: i. e. qui omnes alios homines pro hostibus habent, & in omniæ genus humanum promiscue armanantur. Huc pertinent prædones illi Algerienses, Marocenses, &c. Etsi enim actu nos non lædant, factq; tamen ipso declarant, voluntatem eis non deesse, sed occasionem. In hos igitur omnia licent.

„ Sed & assistere alijs, qui ob injuriam sibi illatam talionem exigunt, non tantum licitum, sed & laudabile est; quod alibi probavimus. *Vid. l. 1. c. 5. §. 2.*

Et qui par regibus] „ Scilicet, reliquæ summæ potestates extra reges.

Panas pascendi] „ Id est talionem exigendi.

In se] „ Nam si Principis auctoritas læditur, jus ipsum populi læsum videtur, & bello vindicari potest.

Aut subditos suos] „ Horum enim tuendorum causa rex electus est; adeoque injuriam subditis ab extraneis illatam non tantum bello vindicare potest, sed & tenetur.

Ob eas, quæ ipsos peculiariter non tangunt, sed in quibusvis personis jus naturæ, aut gentium inmaniter violant] „ Quia jus hominum commune læsum est, quod finis guli vindicare possunt. *Vid. b. §. pr.*

Additio.

„ Læsiō illa præsentia juris humani fundamentum habet in societate humana, qualem non agnoscimus: nisi intelligatur talis læsiō humani juris, qua gens quædam promiscue in perniciem reliquorum hominum armatur. Omnium minime tollerari potest, quod Auctor etiam ab iis pœnam sumi posse statuat, qui *jus gentium voluntarium* violant: nam tale jus plane non existere, adeoque nec id violari, nec ideo pœnas sumi, aut bellum inferri posse, alibi ostendimus.

Libertas humana societati per pœnas conferendi civitatibus institutis penes summas potestates residet] „ Verum 1. non est, dari aliquam societatem humanam, vel eam unquam existisse; adeoque verum 2. non est, humanæ societati jus per pœnas conferendi unquam competiisse: unde 3. sponte sequitur, institutis civitatibus jus illud imaginarium, & fictum, non potuisse *residere* penes summas potestates, & singulos jus suum puniendi, quod nunquam habuerunt, in summas potestates conferre non potuisse.

Qua initio, ut diximus, penes singulos fuerat] „ Immo privatis jus pœnas sumendi, a delinquentibus nullo ævo competiisse, demonstravimus in *Diss. proœm. VIII. §. 16. & seq.*

Nox proprie qua aliis imperant] „ Ex hypothesi Auctoris omnino inferri deberet, jus puniendi penes summas potestates ideo residere, quia aliis imperant; illi enim, quibus imperant, jus suum alios puniendi in imperantem transfundere.

Sed qua nemini parent] „ Verba hæc sunt, quæ nihil decidunt. Quod enim principes nemini parent, id est ex voluntate eorum, quibus imperat; adeo-

que ex horum quoque voluntate jus puniendi, si quod habuissent, exerceret.

Tanto honestius est, alienas injurias, quam suas vindicare] „ Hoc verum est si imploratus assistit ei, qui injuriam passus est: sed tunc non injuriam humanæ societati, adeoque & sibi illatam vindicat, sed causæ alterius accedit. Si igitur is, cui injuria facta est, eam dissimulet, nec vindicare eam velit, tertius aliquis ejusdem injuriæ vindictam specie violatæ societatis, seu juris communis hominum, sibi arrogare nequit.

Quanto in suis magis metuendum est]

Res ipsa vera est. Studium causæ propriæ cæcos nos aliquando reddit; sed inde non sequitur, alienas injurias non implorante læso vindicari posse.

Hercules] „ Plures Hercules fuisse, patet ex *Pomey Panth. myth. p. 232. Conf. Arrian. Expedit. Alex. l. 2. p. 125. & Cic. de nat. Deor. l. 3.* Quidam eo nomine Josuam intelligunt: sed cum spurius fuerit Hercules, ex Alcmena natus; cum stupris, libidinibus, adulteriis terrarum orbem inquinaverit, exprobrante id *Lactantio l. 1.* notæ hæc vix conveniunt tanto viro.

Busiride] „ Qui hospites Neptuno patri immolavit.

Diomede] „ Qui equo humanam carnem edendam dedit, & quem Hercules talionis jure equo objecit.

Tyrannis liberavit terras] „ Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello superavit, puniceos ejus boves, qui vorarent hospites, cane bicipiti, & dracone septem habente capita, regis custodibus occisis, abegit, &c; Antæum gigantem in omnes peregrinos inhumanum prostravit; ac cum latronem ignivomum oppressit, ac strangulavit; Hesionem Laomedontis Trojæ regis filiam ceto, marino monstro expositam, liberavit. *Pomey d. l.*

Non concupiscendo, sed vindicando] „ Et quidem *Lactantius l. 1. c. 9.* aliter de eo sensit. *Hercules*, ait, *qui ob virtutem clarissimus, & quasi Africanus inter deos habetur, nomine orbem terræ, quem peragrasset, ac expurgasset narratur, stupris, libidinibus, adulteriis inquinavit? nec mirum, cum esset adulterio genitus Alcmena. Quid tandem potuit in eo esse divini, qui suis ipse vitis mancipatus &*

„ mares,

„ *mares, & feminas, contra omnes leges,*
 „ *infamia, dedecore, flagitio adfecit?*
 „ *Injustos puniendo]* „ Ita enim mactavit
 „ Busridem cum filio; Theodamantem oc-
 „ cidit, quod ei cibum denegasset. *Pomey*
 „ p. 238.

„ *Suscepta communi humani generis cura me-*
 „ *ruisse in Deos referri]* „ Lactantii de Her-
 „ cule opinionem modo recensuimus; obi-
 „ ter hic notamus, Herculem non suo jure
 „ monstra illa domuisse, aut injuriam
 „ aliis illatam, specie violatæ societatis hu-
 „ nane, vindicasse. Nam quod Diomedem,
 „ & Geryonem armis invaserit, jussu Eu-
 „ rysthei fecit, cui Apollinis Delphici
 „ oraculo subjectus fuit, ejusque jussa fa-
 „ cere debebat. *Pomey Panth. myth. d.*
 „ *l. p. 234. seq.* atque eodem jussu Busrim
 „ devicit, & immolavit, *Cacum strangu-*
 „ *lavit, &c. d. l. p. 238.*

„ *Theseus]* „ De quo vid. *Pomey Panth.*
 „ *myth. p. 242. Grav. Thesaur. Antiquit.*
 „ *Rom. tom. 10. fol. 802. b. fol. 838. f. f.*
 „ *fol. 1178. A. fol. 1154. a. Diod. Sicul.*
 „ *l. 4. c. 5. Valer. Max. l. 3. cap. 5.*

„ *Scirona, Sinis, & Procasten]* „ Diodo-
 „ rus Siculus singulorum crimina recen-
 „ set. *Sinis* duas flexas pinus, atque utri-
 „ que alligato hominis brachio, seorsum
 „ dimittens corpus vi discerptum maximo
 „ cruciatu afficiebat. *Sciron* viatores coge-
 „ bat, ut se ipsos præcipiti jactarent loco.
 „ *Procastes* viatoros cogebat super lectum
 „ aliquem ascendere; quod si longiores
 „ erant, partes supereminentes amputaban-
 „ tur; qui vero breviores, pedibus dis-
 „ stendebantur. *Diod. Sic. l. 4. c. 5.*

„ Sed & præterea *Corynetem* sustulit, di-
 „ ctam a coryna, hoc est clava, quo
 „ telo utebatur, & advenas interficiebat.
 „ Sustulit etiam Eleusinam *Cercyonem* cer-
 „ tantem cum prætereuntibus, atque ab
 „ se victos perimentem, *d. l. 4. c. 5.*
 „ Propter hæc, aliaque egregia facta,
 „ divini ei sunt honores habiti, & The-
 „ sea Athenis celebrabantur. *Vid. Grav.*
 „ *Thesaur. antiquit. Rom. tom. 8. fol. 241.*
 „ *Navis* ejus aliquot sæculis in memoriam
 „ tanti viri Athenis servata fuit, *ibid.*
 „ *tom. 4. fol. 885. d.* Apud Romanos quo-
 „ que magni habitus fuit; nam a Parrha-
 „ sio pictus est in Capitolio, *ibid. tom. 3.*
 „ *fol. 86. b.*

„ *Valerius Maximus de eodem]* „ Scilicet,
 „ Theseo, quem imprimis ibi laudat, quod

„ vicatim dispersos cives suos in unam ci-
 „ vilitatem contraxerit, sparsimque, & a-
 „ gressi more viventi populo amplissimæ
 „ civitatis formam, atque imaginem impo-
 „ fuerit, *l. 5. c. 3.* Neque tamen viciis
 „ eum caruisse, ex eodem *l. 4. c. 7.* ap-
 „ paret, ubi ei exprobrat, quod nefan-
 „ dis Pirithoi amoribus subscriperit, &c.
 „ *Qui in parentes impii sunt]* „ Immo
 „ hæc injuria est mere privata. Jus reliqua-
 „ rum gentium inde non læditur; adeo-
 „ que cum his non fiat injuria, cessat o-
 „ mnis reparandi necessitas.

„ *Qui humanam carnem epulantur]* „ Sa-
 „ ne, nec hi injuriam faciunt aliis genti-
 „ bus; adeoque nec poenæ locus est. Ne-
 „ que dici potest, humanam societatem
 „ lædi, quæ nulla est; & si talis daretur,
 „ ea subsisteret etiam singuli carne humana
 „ sive hostium victorum, sive parentum
 „ senio confectorum, vescerentur. Et cum
 „ non sit injuria, nec cum jure homi-
 „ num pugnet, occidere hostes victos;
 „ nedum injuria erit occisorum carnem epu-
 „ lari. Sane, jus sepulturæ plane non ef-
 „ se juris naturalis, alibi vidimus; adeo-
 „ que nec illud violari, certum est.

„ *A quo more abstinere Gallos veteres Her-*
 „ *cules coegit]* „ Sane, plerasque Ameri-
 „ carum gentes anthropophagos esse, i. e.
 „ hostium carne vesci, itineraria testantur:
 „ talemque olim morem in Ægypto obtinuis-
 „ se, fidem facit Solinus *c. 33;* apud Scy-
 „ thas *Mela l. 2. c. 2. Gell. l. 9. c. 4.*
 „ & *Amm. Marcell. l. 31. c. 5.* De Tartar-
 „ is quibusdam hodiernis vide *Thuan. l. 39.*
 „ *p. 791.* apud *Tesm. b.* Unde *B. Becman-*
 „ *nus* in *Hist. terr. orb. c. 9. sect. 4. §. 8.*
 „ merito negat, anthropophagiam esse juri
 „ naturæ contrariam. *Lactantius l. 1. c. 13.*
 „ ait: *scriptum est in historia sacra, Sa-*
 „ *nnerum, & Opem, veterosque tunc ho-*
 „ *mines humanam carnem solitos escitare.*
 „ *Verum, primum Jovem, leges hominibus,*
 „ *moresque condentem, prohibuisse edicto,*
 „ *ne liceret eo cibo vesci.*

„ *An eos, qui piraticam exercent]* „ Vel pi-
 „ ratæ summa gaudent potestate; & tunc
 „ cum illis tanquam cum summis potestati-
 „ bus agitur: nimirum, jure belli poena
 „ ab ipsis sumi potest *l. 5. §. 2. ff. cap.*
 „ *& post.* *Vid. supra l. 1. c. 3. §. 1. m. 1.*
 „ *addit. ad verba mixtum, quod &c.* Ne-
 „ que regeri potest, injuriam vicinis gen-
 „ tibus illatam nondum esse; nam actu

„ infertur injuria, dum se hostem commu-
 „ nem omnium hominum declarat. Si vero
 „ piratæ non sunt cum summa potestate,
 „ sed colluvies quædam hominum, quæ
 „ alieno imperio forte se subtraxit, hi pu-
 „ niri possunt ob violatam securitatem sin-
 „ gulis debitam, non jure belli, sed jure
 „ necessaræ defensionis. Si subditi alterius
 „ Principis prædoneo more nobis injuriam
 „ inferunt, ab eorum magistratu reparatio
 „ exigi debet, *d. l. i. c. 3. §. 1. Conf. l. 3.*
 „ *c. 20. §. 32.*

„ *Abscidit nihilominus illum tanta pravitas*
 „ *animi*] „ Loquitur Seneca de tyrannis
 „ Apollodoro, & Phalari, ac quærit, an
 „ istis quoque beneficium reddere teneat?
 „ Negat Seneca *d. l.* quia nihil juris cum
 „ ipis est; & quidquid erat quo mihi co-
 „ hæreret, intercisâ juris humani societas
 „ abscidit. Adeoque Seneca non ait, tyran-
 „ num hostem fieri, sed beneficium ei non
 „ deberi: non ait, pœnam ab eo sumi a
 „ quocunque posse, sed abscindi eum a ju-
 „ ribus humanæ societatis. Unde notanter
 „ addit: *etiamsi non inimicum, involutum*
 „ *mibi efficit.*

„ *Naturale in eos esse bellum*] „ Aristoteles
 „ naturale bellum vocat, quod perpetuum
 „ sit: uti id explicat *Liv. l. 31. c. 29.* vel
 „ ut *Florus l. 3. c. 17.* ait, quod heredi-
 „ tarium est. Adeoque locus Aristotelis huc
 „ plane non pertinet: cæterum, ob solam
 „ stupiditatem bellum inferre non licere,
 „ ipse Auctor statuit *l. 2. c. 22. §. 12. Conf.*
 „ *l. 1. c. 3. §. 8. n. 4.*

„ *In bellus*] „ *l. e.* in feras, quarum na-
 „ tura est, offendere homines.

„ *Proximum in homines bellus similes*] „ Id
 „ est, in homines, qui animam offendendi
 „ indistincte humanum genus declara-
 „ runt: uti piratæ.

„ *Innocentii*] „ In allegato capitulo,
 „ quod super his de voto, nihil de delictis
 „ in naturam commissis dicitur, etsi
 „ Vasquius quoque *l. 1. contro. 24. pr.*
 „ illud in eum finem alleget.

„ *Qui in naturam delinquent*] „ Id est,
 „ qui aliquid juri naturæ contrarium faciunt.

„ *Contra, quam sentiunt*] „ Horum sen-
 „ tentia vera omnino est. Jus alterius læ-
 „ sum esse debet ad eum effectum, ut re-
 „ paratio peti possit. Bene ait Vasquius
 „ *lib. 1. ill. contro. 24. ex quolibet peccato*
 „ *liceret bellum infidelibus indicere, sique*

„ *bona rapere sua, quia omne peccatum con-*
 „ *tra naturam est; & mox: pari ratione*
 „ *Christianis peccantibus eadem mala infer-*
 „ *ri possent, qui cum omni die innumera*
 „ *peccata non secus, quam reliqua gentes,*
 „ *committant, eo prætextu perpetuo inter*
 „ *se præliari possent.*

„ *Ut qui suscipit, aut læsus sit in se, aut*
 „ *republica sua*] „ Nam reparatio suppo-
 „ nit, injuriam factam esse. Tale bellum
 „ Auctor vocat publicum solenne. *Vide*
 „ *supra l. 1. c. 3. §. 1. §. 4.*

„ *Aut ut in eum, qui bello impetitur, ju-*
 „ *risdictionem habeat*] „ Hoc bellum, quod
 „ Principi in subditos competit, Auctor
 „ vocat publicum minus solenne. *Vid. l. 1.*
 „ *c. 3. §. 4. n. 2.* Quod refutavimus ibi-
 „ dem. Sane, Princeps nunquam in subdi-
 „ tos agit jure belli, etsi arma adhibeat;
 „ sed jure imperii eos cogit, & Pœnas
 „ in eos statuit, *d. l. §. 5. n. 1.*

„ *Puniendi potestatem esse effectum proprium*
 „ *Jurisdictionis civilis*] „ Quali pœna non
 „ possit infligi nisi a superiore

„ *Cum nos eam sentiamus venire etiam ex*
 „ *jure naturali*] „ Naturale enim est ut is,
 „ qui male aliquid fecit, tantumdem ma-
 „ li pati debeat. Hæc talionis pœna etiam
 „ per bellum infligi aliis potest. Hinc Au-
 „ ctor recte talia bella vocat punitiva.

„ *Jam hostis in hostem puniendi jus non ha-*
 „ *bebit*] „ Quia hostis potestati nostræ sub-
 „ ditus non est.

„ *Etiam post susceptum bellum ex causa non*
 „ *punitiva*] „ Id est, etiamsi hostis, con-
 „ tra quem bellum ex causa rei persecuto-
 „ ria inchoavimus, delictum committat.

„ *Quod tamen jus perique concedunt, &*
 „ *usus omnium gentium confirmat*] „ Nimi-
 „ rum, posse talionem pro injuria illata
 „ armis exigi.

„ *Non tantum postquam debellatum est*]
 „ Adeoque ubi per ultimam victoriam ho-
 „ stis in nostram pervenit potestatem, &
 „ subditus fit.

„ *Sed & manente bello*] „ Quia etiam
 „ manente bello ad reparationem delicti,
 „ adeoque ad talionem (in qua natura pœ-
 „ næ consistit) agi potest.

„ *Non ex ulla jurisdictione civili*] „ Quæ
 „ inter gentes, & cum hoste non obtinet.
 „ *Sed ex illo jure naturali, quod & ante*
 „ *constitutas civitates fuit*] „ Quo cuique pri-
 „ vato jus puniendi parem competiisse, fin-
 „ git: quod supra refutavimus.

Et nunc etiam viget, quibus in locis homines vivunt in familias distributi] ,, Verum 1. non est, in ejusmodi locis cuique privato competere jus puniendi patrem, five reus in eadem familia sit, five extra eam: sed 2. in familia soli patri familias jus, & imperium in familiam competit, indeque is solus in membra familiæ pœnas statuere, & jus familiæ contra alias familias defendere potest.

A D §. XLI.

SED cautiones hic nonnullæ adhibendæ sunt] ,, Omnes hæ cautiones supervacue sunt, nec ullam utilitatem habent in disciplina juris naturalis.

Ne mores civiles, &c. sumantur pro jure naturæ] ,, Auctor negat, gentes, quæ violant id, quod per mores inter plures receptum est, ideo puniri posse. Conf. §. præced. n. 1. Quod eo magis verum est, quia illæ gentes ab alia gente puniri non possunt, etiam si verum jus naturæ violant, si jus alterius gentis læsum non est.

Quamvis inter multos populos non sine ratione recepti] ,, Quod jus gentium voluntarium ætliu vocat, l. 1. c. 1. §. 14. ibique not. l. 2. c. 8. §. 1. & §. 12. Prolegom. §. 53. Diff. proem. IV. §. 24. Illa, quæ Persæ a Græcis disparabant] Jus enim naturæ (incestu excepto) æque observabatur apud Persas, quam apud Græcos; in quibus autem discrepabant, meri mores civiles erant, ob quos violatos belli jus non est. Hinc injuria imperaverunt Persæ Græcis, ne canina velcerent, & ut sepelirent magis mortuos, quam cremarent. Justin. l. 19. c. 1.

Ad qua recte Plutarchi illud referas] ,, Qui improbat in Græcis, quod imperium in barbaros quæsierint, sub prætextu reducendi eos ad mores cultiores. Causa ergo justificata bellorum in barbaros erat, quod delicta in naturam commiserint: causa suavoria erat, quod imperium in eos affectarent.

A D §. XLII.

EA, de quibus id non satis constat, & qua lege potius divina voluntatis interdi-

ela sunt] ,, Quomodo, ex hypothese Auctoris, jus divinum voluntarium differat a jure naturæ, explicavimus in Diff. proem. III. §. 4. & 5. At ibidem §. 13. probavimus, tale jus positivum universale, distinctum a jure naturæ, non dari: adeoque hæc quoque cautio Auctoris inanis est.

Innuptor concubitus] ,, Auctor intelligit scortationem. At eam ipsa naturæ ratione vitatam esse, demonstravimus supra l. 2. c. 5. §. 15. Vid. Casarius dialog. 2. interrog. 109. & Dissert. proem. III. §. 44. n. 3. & §. 46. pr. Diff. XII. §. 173.

Et quosdam eorum, qui incesti dicuntur] ,, Nam sola matrimonia parentum cum liberis ob reverentiam natura prohiberi, dixit supra l. 2. c. 5. §. 12. n. 2. seq. reliquos autem incestus solo præcepto divinæ voluntatis iussisse in vitatum, d. c. 5. §. 13. n. 1. & §. 14. At nos ibidem demonstravimus, omnes gradus Levit. XVIII. vitatos, ipsa naturæ ratione prohiberi Add. Dissert. proem. III. §. 20. 23. & Dissert. XII. §. 176.

Et scænus] ,, Immo dubium non est, usuras jure naturæ licitas esse, uti late probavimus l. 2. c. 12. §. 20. simulque demonstravimus, nec jure divino voluntario illicitas esse nisi inter solos Israelitas; quæ prohibitio proinde ad jus forensense pertinet. Vid. Dissert. proem. III. §. 15. 44. n. 3. Dissert. XII. §. 870.

A D §. XLIII.

UT diligenter distinguamus inter principia generalia, & quadam bis proxima, sed ita manifesta, ut dubitationem, &c.]

Tertia cautio Auctoris circa impositionem pœnarum est, ut principia generalia, vel eis proxima fatis cognita, & illationes ex iis principiis certæ, & manifestæ sint, facilemque habeant cognitionem. Esse enim quasdam illationes difficiliiores, & tum merito excusandos eos esse, quibus aut rationis imbecillitas, aut prava educatio obstant: atque eo refert ultionem, quæ utilitatem non habet. Nos alibi demonstravimus, principia generalia certa, ac illationes ex illis principiis manifestas esse, facilemque habere cognitionem: inprimis si Dei lex

revelata, gentiumque consensus, eas adminiculantur.

Quale est honeste vivendum] , Hæc est pars iustitiæ naturalis, quæ scilicet inter Deum, & homines obtinet. *Vid. n. seq. Id est, secundum rationem*] , Quod ex principiis Stoicorum explicavimus in *Diff. proœm. II. §. 16. seq.* qui per formulam *secundum rationem, seu honeste vivere*, intellexerunt, secundum virtutem vivere, quæ est altera pars juris naturalis.

Et quædam his proxima, sed ita manifesta, &c.] , Immo hæc quoque ad principia generalia pertinent, & primam partem juris naturalis, quod inter homines obtinet, constituunt, nimirum, *jus suum cuique tribuere*. Sane, alieni abtinentiam ipse Auctor refert ad jus sociale. *Vid. proleg. §. 8.* Quod vero Auctor legem *de non rapienda re aliena* ad principia proxima referat, id sequitur ex illo errore, quod dominia consensu, & facto hominum demum orta putet, indeque originem dominiorum ad jus naturæ pro certo rerum statu referat. *Diff. proœm. I. §. 79. Diff. VI. §. 8. seq.*

Non admittendum adulterium] , Nam ex istis principiis generalibus necessario inferitur, eom, qui thorum alienum violat, suum cuique non tribuere, nec honeste vivere. *Vid. supra ad l. 2. c. 5. §. Dissert. proœm. XII. §. 141. 521. n. 11. §. 553. n. 7. seq.*

Alia vero difficiliorem] , Dixi, conclusiones rationis certas, & manifestas satis esse adhibitis adminiculis, (nimirum, lege divina, & consensu gentium.)

Ut ultionem, quæ in dolore alterius acquiescit, esse vitiosam] , Auctor putat, pœnam sumere ob ultionem, quæ utilitatem non habet, contrariari juri naturæ: *vid. supr. §. 8.* At quia hæc illatio difficiliorem habeat cognitionem, addit, excusari eos, qui hebetioris sunt ingenii. Nos jam demonstravimus, 1. non esse contra jus naturæ pœnam sumere, etsi solam vindictam contineat; delinquenti enim non fit injuria, quia tenetur ad reparationem injuriæ, quæ non fit nisi per talionem. Adeoque per hanc demum læso jus suum tribuitur. Equidem negari nequit, læsum minus perfecte agere, qui solæ vindictæ cupidine alteri dolorem inferri cupit: at hoc jus Dei est.

Ferme idem his evenit, quod in nuthea

maticis, ubi quadam fuit notitia prima, aut primis proxima] , In jure naturæ unum saltem est principium generale, *jus suum cuique tribuendum esse*. Præterea principia his proxima non dantur, sed omnes reliquæ notitiæ sunt illationes, quæ ex principio illo generali necessario sequuntur. Adeoque hæctenus comparatio non procedit.

Sicut ergo circa leges civiles eos excusamus, qui legum notitiam, aut intellectum non habuerunt] , Etsi enim leges civiles Romanorum intra spatium sex mensium subditis cognitæ esse debeant, tamen si ignorantiam docent, pœna minuitur. At hæc ad leges naturæ, quæ omnibus innotescunt, applicari nequeunt. *Diff. proœm. XII. §. 60.*

Aut prava educatio] , Hanc enim excusare putat, ut liciti, & illiciti discrimina minus habeant cognitæ. *Vid. supra §. 31.*

Nam ignorantia legis sicut inevitabilis fit, tollit peccatum] , Hæc ignorantia in jure naturæ cessat, quia id ex ratione, quæ omnibus communis est, omnibus innotescit. *Diff. proœm. XII. §. 60.*

Ita etiam cum aliqua negligentia conjuncta delictum minuit] , Quia pœnæ juxta proportionem malitiæ inferuntur.

Qui morbo corruptos habent appetitus] , Indeque alimenta eligunt sanitati contraria, & noxia.

Quod semel dico, ne saepe repetam] , Idem jam notavit supra §. 41.

Quæ ad pœnam exigendam suscipiuntur bella suspecta esse injustitia] , Immo, ut ex minima injuria competit actio, ita & jus belli; & lædens sibi imputare debet, quod reparationem injuriæ non offerat; læsus suo jure utitur.

Aut alia simul aliqua causa] , Forte, quod damnum dederit. *Vid. §. 38. n. 1. Non delicta regum illos*] , Simile est Plutarchi effatum. *Vid. supra §. 41.*

A D §. XLIV.

PERDUXIT nos ordo, &c.] , Queritur, an quævis gens delicta ab alia gente in Deum commissa punite, & ideo bellum ei inferre possit? Auctor id affirmat. Equidem fateor, me nullam invenire posse rationem, quæ jus talia delicta

1. nendi genti in gentem tribuat. Sane,
 2. nemini hominum per talia delicta fit in-
 3. juria, adeoque nemo hominum vindica-
 4. re injuriam, quæ facta non est, pote-
 5. rit. Soli igitur Deo illata est injuria,
 6. cujus causam defendere gentes absque
 7. ejus mandato non possunt. Eodem enim
 8. jure illæ quoque gentes, quæ vindic-
 9. tam causæ divinæ suscipiunt, vicissim
 10. bello peti possent: nam & illæ quoque
 11. quotidie crimina in Deum committunt;
 12. indeque mutua sequeretur bellorum li-
 13. centia. Sane, iratum numen sat graves
 14. poenas a delinquentibus sumpturum ali-
 15. quando est; adeoque ei relinquenda est
 16. vindicta. *Conf. L. 2. C. de reb. cred.*
 17. Neque allegari potest, humanam so-
 18. cietatem lædi; nam talem non existere,
 19. alibi probavi; & si existeret, certum
 20. est, non ideo eam tolli, quod civitas
 21. male de Deo sentiat. Auctor pro de-
 22. fendenda sua sententia ait, *Principibus*
 23. *præter peculiarem suam civitatis, etiam ge-*
 24. *neralem pro humana societate curam in-*
 25. *cumbere: religionem autem esse coagulum,*
 26. *et vinculum indissolubile omnis societa-*
 27. *tis, ejusque propugnaculum, et magis il-*
 28. *lius societatis humana, qua sine pietate*
 29. *subsistere nequit. Unde concludit, reli-*
 30. *gionem contaminatam ad omnium perditio-*
 31. *re injuriam. At resp. 1. non dari socie-*
 32. *tatem humani generis, adeoque frustra*
 33. *de ejus vinculo, & de ejus interitu qua-*
 34. *ri: sed & 2. frustra metuitur tolli per*
 35. *taliam delicta humanam societatem, si quæ*
 36. *existeret. Nam cum ex mala de Deo*
 37. *opinionem nulla injuria redundet in ge-*
 38. *neris humanum, nec jus ejus violetur,*
 39. *aut lædatur, nullam video rationem,*
 40. *cur commercium, & societas cum ejus-*
 41. *modi gentibus subsistere non possit. At,*
 42. *ais, nullam fidem cum tali gente esse.*
 43. *Verum, 1. id non concedimus; fides*
 44. *enim servari potest non tantum ob reli-*
 45. *gionem, sed & magis ob utilitatem;*
 46. *nemo enim cum tali perfido contractu-*
 47. *rus esset. 2. Posito quoque, fidem nul-*
 48. *lam cum tali gente esse, abstinendum*
 49. *ideo esset ab ejus commercio: non*
 50. *vero ideo hostis humani generis decla-*
 51. *randa est. Si vero 3. gentes ejusmodi*
 52. *fidem actu violant, jus belli in eos est,*
 53. *non ob impietatem in Deum, sed ob in-*
 54. *juriam illatam; neque jus vindicandi tunc*
 55. *competit humano generi, sed soli læso.*

Quæ in Deum committuntur] „ Si nimi-
 rum contra quatuor pronuntiata aliquid
 admittitur, quæ explicat §. seq. n. 1.

Existimat punitivam potestatem non esse
sine proprie dicta jurisdictione] „ Adeoque
 poenas non statui nisi in subditum, &
 inferiorem.

Præter peculiarem suam civitatis, etiam
generalem pro humana societate curam in-
cumbere] „ Cum nulla societas humani
 generis existat, frustra de ejus cura qua-
 ritur.

Potior ratio pro sententia negante] „ Im-
 mo potior ratio est, quod 1. societas hu-
 mana non existat, adeoque frustra de ejus
 cura quaeratur: 2. quod nemini gentium
 injuria fiat, adeoque nec reparatio peti
 possit.

Quod Deus sufficiat vindicandis quæ in se
committuntur] „ Cum soli Deo illata sit
 injuria, ille solus vindicare debet, & po-
 test. Neque enim inter gentes apparet,
 eum vicarium sibi constituisse, uti con-
 stituit in familiis, ubi patribusfam. jus
 in familiam ex ipsa concessione divina
 competit.

Et perjurium satis Deum habere ultorem]
 Sunt verba *L. 2. C. de reb. cred. Conf.*
Judic. 6. 31. Senec. de benef. 3. 6. Liv.
Histor. 7. 6. & 10. 6. Lactant. Instit. di-
vin. 2. 4. Augustin. de civitat. Dei 2. 12.
Cic. de legib. 2. 8. Vid. Tesmar. b.

Idem et de aliis delictis dici posse] „ Cum
 enim in omnibus delictis Deo fiat injuria,
 allegari posset, Deum fore ultorem.

Et tamen ea ab hominibus recte puniuntur
] „ Ratio diversitatis hæc est, quod in
 prioribus delictis solus Deus lædatur, in
 his vero etiam homo; qui proinde ad re-
 parandum agere jus potest, vel apud
 eum, cui Deus jus vindicandi injurias
 commisit, vel jure belli.

Alia delicta ab hominibus puniri, qua-
tenus homines alii inde læduntur] „ Adeo-
 que ubi homines agunt ad reparationem
 injuriæ sibi illatæ.

Sed notandum contra] „ Verum est, ma-
 gistratum in republica punire posse cri-
 mina non tantum in homines, sed & in
 solum Deum commissa, si cultus lege pu-
 blica definitus est: quia Deus suam po-
 testatem magistratibus vicario jure in sub-
 ditos exercendam commisit. At fallit hoc
 inter gentes, quæ superiorem non habent,
 adeoque ubi non apparet, Deum jus suum
 alicui

33 alicui vicario committere voluisse : unde
33 merito dicendum , eum reservasse sibi soli
33 vindictam injuriæ illatæ.

33 *Quæ directe alios ledant*] ,, Adeoque ubi
33 hominum jus læditur , iisque reparatio
33 fieri debet.

33 *Sed & quæ per consequentiam , qualis sui
33 occisio*] ,, Autocheitiam naturali jure prohi-
33 beri , dubium non est. *Vid. Dissert. pro-*
33 *œm. 12. §. 95. & §. 521. n. 6.*

33 *Concubitus cum bestis*] ,, Sodomiam juri
33 naturæ repugnare , rationibus probavi in
33 *Diss. proœm. XII. §. 43. seq. §. 95. §. 176.*
33 *§. 521. n. III.*

33 *Et aha quadam*] ,, Scilicet , crimen onan-
33 niticum , adulterium , quod consentiente
33 marito fit , &c.

33 *Quantum per se ad conciliandam dei gra-
33 tiam valet*] ,, Religio jus solius Dei est :
33 de ejus cultu agitur , quo neglecto ei soli
33 fit injuria.

33 *Habet tamen & suos in societate humana
33 effectus maximos*] ,, Immo nullos. Nam non
33 datur humana societas , adeoque in socie-
33 tate , quæ non existit , frustra finguntur
33 effectus. *Conf. infra n. 4. pr.*

33 *Neque enim immerito Plato religionem
33 propugnaculum potestatis , ac legum , &c.*]

33 Negari non potest , religionem , seu cultum
33 Dei , maximos effectus habere in re-
33 publica , seu civitate , (non vero in so-
33 cietate humana , qualis non existit) :

33 unde sequitur , crimina in religionem com-
33 missa (qualia autem non sunt nudæ hæ-
33 reses , *vid. Dissert. proœm. XII. §. 544.*)
33 gravissime vindicari posse ab illis , quibus
33 Deus curam respubiicæ , & legum suarum
33 commisit. Plato in *Dialogo de sanctitate*

33 ait : *Si quis grata diis loqui , & agere
33 novit vovens , atque sacrificans , hæc san-
33 cta sunt ; atque hæc officia tum domus
33 proprias tum civitates consecrant : con-*

33 *traria autem iis , quæ diis grata sunt ,
33 impia sunt , ac universa pervertunt , ac
33 perdunt.* *Tom. 1. oper. p. m. 172.* Atque
33 eatenus quoque collimant Plutarchus ,

33 Philo ; aliique allegati Auctores. Adde
33 *Justin. 11. 7. & 12. 7. Xenoph. Inst. 8.*
33 *p. m. 219. Tbuam. l. 55. Liv. 1. 19. Senec.*
33 *epist. 95. Camden. part. 2. & part. 4. Pla-*

33 *to de republ. l. 2. Lactant. de ira Dei.*
33 *c. 8. & c. 12.*

33 *Naturam rescire dei*] ,, Adde Senecam
33 *Epist. 95. Deum colis qui novit ; & mox :*
33 *6 primus est Deorum cultus , Deos credere*

33 *deinde reddere illis majestatem suam , sti-*
33 *re , illos esse , qui præfident mundo , quæ*
33 *universa ut sua temperant , qui humanit.*
33 *generis tutelam quarant , &c. Conf. Diss.*
33 *proœm. II. §. 33.*

33 *De rebus divinis persuasio perniciofa*] ,, Ad-
33 *de Lactant. lib. 5. c. 18.*

33 *Accedente animi perturbatione perniciosiss-*
33 *ima*] ,, Quia facillime inde motus in repu-
33 blica sequi possunt.

33 *Inter curas publicas prima de rebus di-*
33 *vinis*] ,, Hinc Numa ut rem publicam ar-
33 mis conditam jure firmaret , primum om-
33 nium Deorum metum ferocibus animis
33 injiciendum ratus est , *Liv. 1. 19* ; eoque
33 effecit ut fides , ac jusjurandum , proximo
33 legum , ac poenarum metu civitatem re-
33 gerent. *Ibid. c. 21.*

33 *Non tantum in usa aliqua civitate*] ,, De
33 qua sola loquuntur omnes allegati Au-
33 ctores.

33 *Subditos hoc sibi addidiores fore , quo Dei
33 essent metuentiores*] ,, Verba apud Xeno-
33 phont. *Inst. Cyr. lib. 8. c. 1. p. m. 219.*
33 hæc sunt : *Cyrus ipse religiosum suorum*

33 *pietatem sibi quoque utilem esse ducebat ,*
33 *quod eandem sequeretur rationem , quam*
33 *illi , qui certo judicio cum religiosis po-*
33 *thæ , quam cum iis , qui commississe ali-*
33 *quid impte videntur , navigare mabant.*
33 Similia vide apud Aristotelem , quem Au-
33 ctor citat n. 5.

33 *Sed & in communi societate generis hu-*
33 *mani*] ,, Immo talem societatem non exi-
33 stere , sæpius dictam est ; adeoque reli-
33 gio in ea effectum habere nequit , cum
33 non entis nullæ sint affectiones. Quod
33 vero homo homini fidem servare debeat ,
33 non est ex societate , sed ex utriusque
33 dispositione , quæ obligat etfi nulla so-
33 cietas inter homines existat.

33 *Fides etiam , & societas humani generis*]
33 At talem societatem non existere , vidi-
33 mus. Cæterum , sententiam Ciceronis quo-
33 que adoptavit Lactantius *l. 1. c. 12. &*
33 *l. 5. c. 6. Vid. Tefinar. b. lit. k.*

33 *Justitiam adfert*] ,, Ex hoc loco saltem
33 probatur , jus naturæ esse id , quod Deus
33 voluit , non vero quod societas quædam
33 humana existat , quæ sublata pietate tol-
33 latur.

33 *Epicurus*] ,, Quæ late tractat Lactantius
33 *de Ira Dei c. 8. Vid. Dissert. proœm. 8.*
33 *§. 10 seq.*

33 *Quam diuinam providentiam sustulisset*]
33 ,, Status

Statuebat enim, omnia fortuito contin-
gere, Deum otiosum esse, & nullam re-
rum humanarum curam gerere. *Vid. Stan-*
lej. Hist. philosoph. vet. p.

Justitia quoque nihil reliquit, nisi nomen
mane] „ Epicurus diserte nullam natura
esse justitiam, docuit. *Vid. Diss. proœm.*
XII. §. 40. & proleg. §. 3. Sane, cum
Deum legislatorem neget, jus naturæ ad-
mittere non potuit.

Ex sola conventionione] „ Homines enim,
dum in civitates coiverunt, juri suo vi-
agendi renunciassent, & se, suaque, arbi-
trio civitatis subjecisse, statuit; indeque
crimina vitari, ait, non quia natura in-
justa sint, sed quia metus vindictæ, &
pœnæ, vitari non possit. *Vid. supr. pro-*
legom. §. 2.

Neque durare ulterius, quam communis
decareret utilitas] „ Si enim dispositione ho-
minum omne jus statutum est, eadem
dispositione iterum tolli potest. *Vid. Diss.*
proœm. I. §. 52.

Solo pœna metu] „ Non metu violandi
Numinis, nec metu pœnæ æternæ, sed
solo metu pœnæ ab hominibus infligen-
dæ. Nihil igitur hic est, quod homines
a criminibus, si clam committi possunt,
vel si neminem metuunt, absterreat. *Vid.*
Dissert. proœm. I. §. 52.

Diogenem Laërtium] „ Eaque retulimus
in *Dissert. proœm. 8. §. 10. seq. Conf. su-*
pra prolegom. §. 3.

Quem religiosum credat] „ De Scipione
vide *Livium l. 26. c. 19. Add. Gell. l. 7.*
e. 1. Thuan. l. 4. p. 78. l. 5. p. 102. &
l. 7. p. 138. Hinc Principes aliquando
affectare, & fingere solent falsam reli-
gionem, contra quos invehitur Augusti-
nus *de civit. Dei, l. 4. c. 32. Hominum*
velut prudentiam, & sapientium nego-
tium fuit, populum in religionibus fallere,
& in eo ipso non solum colere, sed
imitari etiam demones. *Vid. Tesmar. b.*

Questionem de providentia, agnoscit, usum
esse maximi] „ Invitarentur enim homines
negata providentia ad committenda quæ-
vis crimina, si clam, id est tuto, com-
mitti possunt; quia nihil superest, quod
animis hominum metum incuteret.

Feris, & injustis opponit eos, quibus mens
religiosa] „ Religio homines efficit justos:
religio enim nihil aliud est, quam Deum
colere; colimus autem Deum dum obse-
quimur præceptis Dei.

Tom. III.

Justinus] „ *Lib. 36. c. 2.* Unde apud eos
mos fuit, ut eundem & regem, & facer-
dotem haberent, *ibid.*

Ignorat utique justitiam, qui religionem
Dei non tenet] „ Adeoque qui vindicem
injuriæ non credit. Cæterum, pugnat hæc
assertio cum principiis Auctoris, qui jus
naturæ dari, ait, etsi detur, Deum non
esse. *Vid. prolegom. §. 11. & l. 1. c. 1.*
§. 10.

In majori illa, &c. societate] „ Auctor 6
ut probet, ob contemtam religionem
gentem ab aliis gentibus puniri posse
ait, religionem non tantum in societate
humana habere effectus maximos (*vid.*
n. 3.), sed etiam in societate illa civili
plurium gentium (quas communi con-
sensu ob mutuas necessitates jus aliquod
inter se constituisse, finxit supra *proleg.*
§. 17.); indeque religionem contaminatam
etiam propter violatam *seu gentium*
voluntarium ad omnium pertinere inju-
riam, *vid. n. 6.* Cum autem certum sit,
nec humanam societatem natura cog-
itam esse, nec societatem civilem gen-
tium consensu constitutam existere, neu-
tri injuria per contaminatam religionem
inferri potest.

Quam in civili societate] „ Id est in so-
cietate cœtuum singulorum, *d. §. 17.*

Partem ejus suppleunt leges] „ Pœnas
scilicet civiles quoque statuentes in irre-
ligiosos.

Et facili legum executio] „ Parata enim
semper est executio magistratus in subdi-
tum immorigerum.

In magna illa communitate] „ Inter ci-
vitates omnes, aut pleraque, consensu
constitutæ, *d. §. 17.*

Juris executio fit difficillima, ut quis nisi
armis expleri noqueat] „ Frustra de exe-
cutione juris gentium voluntarii quæritur,
cum tale non existat.

Et leges paucissima] „ Leges, quas Gro-
tius juri gentium voluntario tribuit, ex
universo tractatu Grotiano collegimus in
Dissert. proœm. IV. §. 14; simulque de-
monstravimus, *ibid. §. 23. seq.* omnes illas
leges vel plane non esse leges, vel esse
ipsas leges naturæ.

Sanctimoniam suam præcipue habent a
metu numinis] „ Quia ex mente Grotii Deus
auctor naturæ, pacta servari vult; jus au-
tem gentium ex pacto, & consensu ori-
ginem duxisse, fugit. *Vid. prolegom. §. 17.*

C 6 6

Qui

„ Qui proinde violat religionem , committit in metum illum numini debitum.

Qui in jus gentium peccant , divinum jus violare , &c.] „ Nemo id de jure gentium voluntario (quale non existit) dixit , sed omnes intelligunt jus gentium , quod auctore naturæ statutum est , & ideo divinum merito dicitur.

Religionem contaminatam ad omnium pertinere injuriam] „ Imperatores non statuunt , Manichæos (nam de iis agunt) peccare in societatem humanam , & humanum genus religionem contaminatam vindicare posse : sed hanc hæresin crimen publicum constituunt , quod ab omnibus (scilicet civibus) vindicari possit. l. 4. §. 1. C. de hæret. Nam huic hominum generi nihil ex moribus , nihil ex legibus commune cum cæteris civibus esse , voluit d. l. 4. C. de hæret. Rectius huc quadrat dictum Justini l. 8. c. 2. de Philippo ulciscente sacrilegium : incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloria dedit. Illum vindicem sacrilegii , illum ultorem religionum , quod orbis viribus expiari debuit , solum qui piacula exigere , existisse dignum. Itaque diis proximus habetur , per quem deorum majestas vindicata sit.

A D §. XLV.

RELIGIONEM veram , qua omnium atatum communis est] „ Hic ergo de naturali saltem religione quæritur , non de revelata : de religione , quæ inter omnes gentes , omni ætate obtinuit , hodieque obtinet.

Quatuor præcipue pronuntiatas niti] „ Cæteras enim notiones non esse æque evidentes , ait infra §. 47.

Deum esse] „ Existere enim ens aliquod a se , eoque perfectissimum , ex Auctoris tractatu de veritate religionis christiana probavimus in prolegom. §. 11. lit. d.

Et esse unum] „ Hoc sequenti modo probat Grotius in tractatu de veritate religionis Christiane l. 1. §. 3.

Evidet , Numen esse aliquod , restat , ad attributa ejus veniamus ; quorum primum hoc occurrit , non plures esse deos , sed unum Deum. Hoc inde colligitur , quod Deus , ut supra jam dictum est , est id , quod est necessario , sive per se ; necessario autem , sive

per se quidque est , non qua in genere consideratur , sed qua actu est ; actu autem sunt res singula. Quod si plures Deos ponas , jam in singulis nihil invenias , cur necessario sint : nihilque cur magis duo , quam tres , aut decem , quam quinque credantur. Adde quod multiplicatio rerum singularium congenerum est ex causarum fecunditate , pro qua plures ipsa res enascuntur , aut pauciores. Dei autem nec origo , nec causa ulla est. Tum vero in singulis diversis sunt quedam proprietates singulares , quibus inter se discriminantur : quas in Deo , qui natura est necessaria , ponere non est necessarium. Neque vero usquam signa deprehendus Deorum plurium. Nam tota hæc universitas unum facit mundum : in eo unum pulcherrimum , sol ; in homine etiam unoquoque unum imperat , mens. Præsertim si duo essent , aut plures dii , libere agentes , & volentes , possent contraria velle : impediretur autem alter ab altero , quo minus quod vellet efficeret : impediri autem posse , Deo indignum est.

Deum nihil esse eorum , qua videntur , sed his aliquid sublimius] „ Id est , Deum esse inconspicuum , quia materia caret.

A Deo curari res humanas] „ Probavimus hoc attributum in prolegom. §. 11. lit. d. & e. Quod etiam ad sublunaria , & res singulares , merito extendit Grotius de verit. relig. Christi. l. 1. §. 11. Verba ejus hæc sunt :

Multum autem errare eos , qui providentiam hanc cæli orbibus includunt , cum ex ratione jam allata , & ad res omnes conditas vim suam exerente , apparet : tum inde etiam , quod astrorum cursus , ut philosophorum potissimi agnoscunt , & experientia satis demonstrat , ordinati sint ad usum hominum. Equum autem est ut magis curetur id , cujus gratia est aliud , quam quod in usum alterius comparatum est. Neque minus falluntur qui universalia ab eo curari volunt , non & singularia. Nam si ignorari a Deo singularia volunt , quod quidem profitentur , ne se ipse quidem Deus agnoscat. Neque vero infinita erit scientia , quod jam ante conclusimus , si ad singula non extenditur. Quod si & illa cognoscit Deus , quidni & curet , præsertim cum & singula , qua singula sunt , ordinentur ad finem certum , cum peculiariter , tum universalem : & ipsa rerum genera , qua a Deo conservari , illi ipsi auctores agnoscunt , non subsistant nisi in singulis .

gulis, ita ut si singula perire possint abdicata a divina providentia, possint & ipsa genera.

Et æquissimis arbitriis dijudicari], Quod
ita explicat Auctor in tractat. de verit.
relig. Christ. l. 1. §. 19. 20.

Solent nonnulli, ut de divina providentia dubitent, moveri conspectu scelerum, quorum velut diluvio quodam hic orbis obruitur: qua coercere, atque reprimere, præcipuum contendunt divina providentia, si qua esset, opus futurum fuisse. Sed facilis est responsio: cum hominem Deus condidisset liberum ad bene, maleque agendum, sibi reservata bonitate plane necessaria, atque immutabili, æquum haud fuisse ut malis afflictionibus impedimentum poneret ei libertati contrarium. Ceterum, quacunque sunt impediendi rationes cum libertate data non pugnantes, legis constitutio, ac promulgatio, monitus interni, externique, cum minis etiam, & promissis, earum nulla a Deo prætermittitur: sed nec molitiam effectus finit, quo possent, evagari; unde nec imperia everti, nec legum divinarum cognitio plane deleri unquam potuit. Quæ vero permittuntur scelera, non carent interim suo fructu, cum adhibeantur, ut attingere supra cepimus, aut ad puniendos alios non minus sceleratos, aut ad corrigendos qui extra virtutis viam prolapsi sunt, aut ad exigendum specimen eximium patientia, atque constantia ab his, qui magnos in virtute profectus fecerunt. Postremo & ipsi, quorum ad tempus dissimulata videntur scelera, pœnas eorum cum temporis usura solentolvere; ut de iis fiat quod Deus voluit, qui fecerunt quod Deus noluit. Quod si quando nulla apparent scelerum supplicia, & quod multos infirmos solet offendere, boni quidam malorum violentia oppressi non vitam modo agunt ærummosam, sed & mortem sæpe subeunt, & quidem insanam; non ideo mox tollenda est a rebus humanis Dei providentia, quæ tam validis, ut jam diximus, argumentis esse ostenditur; sed potius cum sapientissimis viris ita colligendum est.

Eundem Deum opificem esse rerum omnium extra se] Quod probat Grotius de veritate religionis Christiana, lib. 1. §. 7. 8. 9.

Quacunque autem subsistunt, a Deo excipiendi habere originem, conexum est his, quæ ante diximus. Conclusimus enim, id,

quod per se, sive necessario est, unam esse. Unde sequitur, ut alia omnia sint orta ab aliquo diverso a se ipsis. Quæ autem aliunde orta sunt, ea omnia in se, aut in causis suis, orta esse ab eo, quod ortum nunquam est, id est a Deo, jam ante vidimus. Neque ratio tantum, sed ipse id quodam modo sensus evincit. Nam si humani corporis admirabilem constructionem intus, extraque conspiciamus, & ut omnia ibi, etiam minima, suos usus habeant, nullo studio, nulla industria parentum, arte vero tanta, ut philosophorum, ac medicorum præstantissimi nunquam ea satis possint admirari, ostendit hoc, opificem naturæ esse mentem excellentissimam: qua de re videri potest Galenus, præsertim qua parte oculi, & manus usus examinat. Immo & inutorum animantium corpora id loquuntur. Non enim ex vi materia, sed ad finem certum collocata, ac figurata sunt eorum partes. Neque animantium tantum, sed & plantarum, & herbarum, ut a philosophis accurate notatum est. Idem egregie Strabo notavit in aquarum positu, quæ, si materia qualitatem respicias, media esse debuerunt inter terram, atque ærem, cum nunc terris interfusæ sint; nimirum, ut terra fecunditati, hominumque vitæ nihil obstaret. Ob finem autem agere non est nisi intelligentis natura. Neque vero singula tantum ad peculiarem suum finem ordinantur, sed & ad communem universi; ut apparet in aqua, quæ contra naturam sibi propriam sursum movetur, ne inani interposito hiet universi compages, ita facta, ut continua partium coactione semet sustineat. Finis autem hic universalis intendi, & vis ad eum finem inseri rebus non potuit, nisi ab intellectu, cui subesset hoc universum. Quin & bestiarum nonnulla animalis exercent ita ordinatos, atque directos, ut omnino eos appareat a ratione aliqua proficisci: quod in formicis, & apibus maxime apparet; sed & in aliis quibusdam, quæ ante omne experimentum aut nocitura fugiunt, aut profutura querunt. Non ipsis inesse vim hoc aut inveniendi, aut dijudicandi, inde apparet, quod semper agunt consimiliter, & ad alia neutiquam graviora nihil valent: quare ab extrinseca ratione ipsas aut dirigente, aut efficaciam suam ipsis imprimente, necesse est ista proficisci; quæ quidem ratio non aliud est, quam quod Deus vocatur. Jam vero cælestia quoque si-

dera, & qua in iis maxime eminent, sol, & luna, cursus agunt ita attemperatos ad terrarum fecunditatem, & animantium valetudinem, ut ne excogitari quidem aptius quidquam possit. Nam cum alioqui multo simplicior fuisset per aequatorem motio, aliam illis attributam videmus per obliquum circulum, quo ad plura terrarum spatia beneficia ipsorum pertingerent. Sicuti vero terrarum usus penes animantia est, ita animantium caterorum penes hominem maxime, qui violentissima quaque exsuperantia ingenii sibi subijcit. Unde mundum hominis causa factum, etiam Stoici colligebant. Cum vero eo usque vis hominis non possit pertingere, ut & caelestia lumina sibi servire cogat, nec illa ultro se homini mancipasse credenda sint, sequitur ut superior quadam sit mens, cujus insperio pulcherrima illa corpora homini tanto infra posito operas perpetuas praestent; qua ipsa mens non alia est, quam opifex siderum, atque universi. Motus autem siderum, qui eccentrici, quique epicyclici dicuntur, manifeste ostendunt non vim materiam, sed liberi agentis ordinationem. Idem testantur astrorum alii ex hac, alii ex altera caeli parte positi, terrarumque, ac marium tam inaequalis forma. Nec alio referri potest, quod sidera in hanc magis, quam in illam partem eunt. Ipsa vero mundi figura perfectissima, rotunda scilicet, & partes ejus in caeli quasi sinu conclusae, atque ordine admirabili dispositae, satis loquuntur, non casu hac confluisse, sed ab intellectu, & quidem excellentissimo, esse constituta. Nam quis adeo stultus est, ut a casu aliquid tam accuratum exspectet, quasi credat, casu lapides, & ligna in domus speciem coalitura, aut ex jaclis forte litteris existiturum poema: cum & qui figuras geometricas in littore viderat, hominis se dixerit videre vestigia, satis perspicuus, a casu talia proficisci non potuisse? Praeterea non ab aeterno existisse hominum genus, sed a certo tempore communem stirpi sumfisse originem, evincunt inter alia, artium progressus, & inculta olim terra, qua habitari postea coeperunt, quod & insularum sermo testatur profectus a terris adjacentibus. Tum vero instituta quadam ita hominibus communi, ut non tam natura instinctui, aut evidenti rationis collectioni, quam perpetua, & vix paucis in locis per malitiam, aut calamitatem interrupta traditi-

ni, accepta ferri debeant: qualis olim fuit victimarum in sacris maclatio, & nunc quoque pudor circa res veneris, nuptiarum solemniam, & incestorum fuga.

Neque ab eo, quod diximus, dimovere nos debet, quod mala multa evenire cernimus, quorum videtur origo Deo adscribi non posse, ut qui perfectissime, sicut ante dictum est, bonus sit. Nam cum diximus, Deum omnium esse causam, addidimus, eorum, qua vere subsistunt: nihil enim prohibet, quo minus ipsa, qua subsistunt, deinde cause sint accidentium quorundam; quales sunt actiones. Deus hominem, & mentes sublimiores homine, creavit cum agendi libertate; qua agendi libertas vitiosa non est, sed potest sua vi aliquid vitiosum producere. Et hujus quidem generis malis, qua moraliter mala dicuntur, omnino Deum adscribere auctorem, nefas est. At sunt qua alio sensu dicuntur mala, quia certa personae doloris, aut damni adferunt aliquid; qua a Deo proficisci, puta ad emendationem hominis, aut etiam in penam delicti respondentem, nihil vetat: cum in eo nihil sit quod bonitati repugnet; immo saepe hac ab ipsa bonitate proficiscantur, sicut a bono medico ingratum saporis pharmacum.

Rejicienda autem hic obiter eorum sententia, qui duo principia agentia, alterum bonum, alterum malum, posuerunt. Ex duobus enim pugnantibus inter se destructio sequi potest, ordinata constructio non potest. Neque vero sicut aliquod est per se bonum, ita aliquod esse per se, & omni modo malum potest: cum malum defectus sit quidam, qui esse nequit, nisi in re existente; ipsum autem existere jam boni est aliquid.

Primo aperte traditur Dei unitas] „ Verba praeccepti sunt: non habebis Deos alios. Exod. 20. v. 3.

Secundo, natura ejus inconspicua] „ Deut. 4. v. 12. 15. seq. Job. 6, 46. 1 Tim. 6. v. 16. 1 Job. 4. v. 12.

Nam propter eam imagem ejus exstrui vetatur] „ Deut. 4. v. 15. & 16. Quia confunderetur Creator cum creatura.

Cognitio, & cura rerum humanarum] „ Vid. Genes. 45, 5. 50, 19. Deut. 8, 18. 1 Reg. 9, 15. Sapient. 12, 13. Tob. 7, 12. Job. 9, 15. 12, 13. Ps. 102, 19. 113, 3. 126. 1. Prov. 10, 22. 16, 4. 9. 19. 21.

33 c. 20, 24. 24, 21. Eccl. 3, 15. Esai. 26, 15.
 34 45, 7. Jerem. 10, 23. 27, 5. Dan. 2, 21.
 35 5, 18. Matth. 6, 33. 11, 26. 20; 14.
 36 Luc. 12, 31. Rom. 9, 15. Hebr. 13, 21.
 37 &c.

38 *Etiā cogitationum*] „ Quia & infinitus
 39 est Deus, & omniscius. 1. Reg. 8, 39.
 40 2 Paral. 6, 30.

41 *Nam id iurisperandi fundamentum est*]
 42 Si enim Deus cogitationes ignoraret, si
 43 nesciret, an vera homo iuraverit, an
 44 non; perjurii pœnas non metuerent ho-
 45 mines, & sic omnis iurisperandi effectus
 46 cessaret.

47 *Deus enim testis etiā cordis*] „ Vid.
 48 *dict. locis.* Idque omnes philosophi fere
 49 communi ore tradiderunt. Vid. *Clem. Alex.*
 50 *Stromat. V. p. m. 594. d. Xenoph. Me-*
 51 *morab. Socrat. fol. 711. e. & fol. 800.*
 52 *seq. Liv. 9, 11. Senec. Epist. 10. & 83.*
 53 *Curt. 6, 10.*

54 *Et si quis fallat, vindex invocatur*] „ Fru-
 55 stra autem vindex invocaretur si testis non
 56 esset cordis. De Deo vindice perjurii late-
 57 egimus supra l. 2. c. 13. §. 10. Conf. *Liv.*
 58 3, 2. 21, 40. 28, 27. *Justin. 19, 3. Se-*
 59 *nec. Thyest. in fin. & in Octav. v. 255.*
 60 *Tesmar. b.*

61 *Quo ipso simul & iustitia Dei significa-*
 62 *tur*] „ Dum fidem datam violantes, & cri-
 63 minum reos punit.

64 *Et potentia*] „ Cum enim Creator sit uni-
 65 versi, & hominum, adeoque absolutum
 66 in suam creaturam habeat dominium, du-
 67 bitari non potest, eum potentiam punien-
 68 di habere. Vid. supr. l. 2. c. 13. §. 10.
 69 Add. 1 *Timoth. 6, 15.*

70 *Origo mundi totius auctore Deo*] „ Sex
 71 enim diebus fecit dominus caelum, & ter-
 72 ram, & mare, & omnia, quae in eis
 73 sunt; & requievit in die septimo: idcirco
 74 benedixit Deus diei sabbathi, & sanctifi-
 75 cavit eum. Exod. XX, 9. 10. 11.

76 *In cuius rei memoriam institutum fuit*
 77 *olim sabbatum*] „ Sabbatum non tempo-
 78 re creationis, sed a Mose in memoriam
 79 creationis institutum esse, vidimus l. 1.
 80 c. 1. §. 17. n. 4.

81 *Pœna legis erat arbitraria, ut de cibis*
 82 *vetitis*] „ Vid. Exod. XXI, 28. XXII, 31.
 83 *Levit. VII, 23. II, 4.* Nisi quis idolum com-
 84 ederit; tunc enim pœna mortis statuta
 85 est. Vid. *Levit. XVII, 9. 10. 11.* Conf.
 86 *dissert. proœm. III. sect. 2. §. 23. seq.*

Quia sabbathi violatio continebat abnega-

87 *tionem mundi a Deo creati*] „ Vera ratio
 88 est, quod Deus ex septem diebus unum
 89 saltem sibi reservaverit diem, quo coli ab
 90 omnibus voluit. Summam ergo injuriam
 91 in Deum committunt illi, qui cultui huic
 92 aliquid contrarium eo die faciunt: inde-
 93 que eadem pœna hic statuta est, quæ in
 94 eos, qui loco non destinato sacrificia offe-
 95 rebant, qui sanguinem idoli comedebant,
 96 &c. i. e. pœna mortis.

97 *Et bonitatem*] „ Nam commoda orbis in
 98 humani generis utilitatem condidit.

99 *Et sapientiam*] „ Ordinem enim mirabi-
 100 lem in orbe conspicimus creato: omnis
 101 autem ordo supponit sapientiam.

102 *Et aternitatem*] „ Quia omnia ab ipso
 103 sunt. Ipse ergo causam non habet, sed a
 104 se ipso oritur, id est ab aeterno existit.

105 *Et potentiam*] „ Infinitæ potentiae indi-
 106 cium est, tantum conficere orbem, tot
 107 creare creaturas viventes, eas tot sæculis
 108 eodem ordine conservare. Inepte ergo ex
 109 vastitate orbis Epicurus concludit, fabri-
 110 catorem illum non habuisse.

111 *Deum honorandum, amandum, colen-*
 112 *dum*] „ 1. Quia vera perfectionis æstima-
 113 tio consistit in honore, & cultu: cum
 114 ergo Deus sit ens perfectissimum, summe
 115 colendus nobis erit. 2. Quia auctor est
 116 omnium rerum, a quo omnia bona pro-
 117 fluunt, & ideo honorandus, ac colendus.
 118 Denique & 3. nulla ratio dari potest,
 119 cur mentem generi humano præ reliquis
 120 animantibus concesserit, cur facultate il-
 121 lud instruxerit cognoscendi Creatorem,
 122 ejusque attributa, voluntatem, & præ-
 123 cepta, si ab hominibus agnosci, eoque
 124 coli noluisse. Conf. *Xenoph. Inst. Cyr. I.*
 125 *p. 27. Lactant. de ira Dei, c. 10. in fin.*

126 *Eique obtemperandum*] „ Is enim nos
 127 creavit, & certa lege creavit; adeoque &
 128 imperium, & dominium in nos nactus
 129 est. Hinc gentiles quoque præcipuam cul-
 130 tus divini partem in eo posuere, impe-
 131 rata fecere. *Lactant. Instit. divin. l. 6. c. 9.*

132 *Non argumentis, sed pœna edomandum*
 133 *dixit*] „ Loquitur de civibus in civitate con-
 134 stitutis, ubi cultus Dei prima lex est.

135 *Deum honore prosequi ubique*] „ Socra-
 136 tes ait, *Deos colere esse legem juris gen-
 137 tium.* Idem docet Pythagoras (vid. *Jam-
 138 blich. in vit. Pythag. n. 1. seq.*); &
 139 cultus Dei a Jctis Romanis inter jura gen-
 140 tium

„ tium refertur , l. 1. l. 7. D. de just. §
 „ jur. Vid. §. seq.
 „ Quas contemplativas diximus] „ Scilicet;
 „ Deum esse , eumque & unum , & provi-
 „ dum.

„ Petitis ex verum natura argumentis de-
 „ monstrari potest] „ Rationes pro existen-
 „ tia divina naturales attulimus in Prol.
 „ §. 11. lit. d.

„ Quod res aliquas esse factas , ostendat sen-
 „ sus ; res autem factæ omnino nos ad
 „ aliquid non factum deducant] „ Absurdum
 „ enim est , effectum agnoscere , & cau-
 „ sam negare. Neque enim datur processus
 „ in infinitum ; subsistendum ergo tandem
 „ est in aliqua causa sine causa. Lactant. de
 „ ira Dei. c. 10. Egregie hoc argumentum
 „ explicat Auctor in libro de veritate religio-
 „ nis Christianæ , l. 1. §. 2 ; verba allega-
 „ vimus in not. ad prolegom. §. 11.

„ Et similes alius] „ Ut a ratione motus ,
 „ ab ordine , &c. desumtas.

„ Sufficit , quod ab omni ævo] „ Rationem
 „ hanc elegantissime explicat Auctor in di-
 „ cto libello l. 1. §. 2. Verba allegavimus
 „ in prolegom. d. §. 11.

„ Paucissimis exceptis] „ Immo nullis ;
 „ quod egregie demonstravit magnus ille
 „ Theologus Fabricius , in Vindiciis pro
 „ humano genere.

„ Et hi , qui crassiores erant] „ Sensus est ,
 „ eos , qui imprudentiores erant , noluis-
 „ se fallere , quia deficiebat iudicium.

„ Et alii sapientiores , quam ut fallerentur]
 „ Si igitur legislatores voluissent fallere po-
 „ pulum sibi subjectum , Deum statuendo ,
 „ gentes sapientiores id passuræ non fuissent.
 „ Lactantius de ira Dei c. 10. rem ita expli-
 „ cat. Quod si fallendi nostri , atque adeo
 „ totius generis humani causa commentum
 „ sunt religionem , sapientes igitur non fue-
 „ runt , quia in sapientem non cadit men-
 „ dacium. Sed ut fuerint sapientes , qua
 „ tanta felicitas mentiendi , ut non tantum-
 „ modo indoctos , sed Platonem quoque ,
 „ ac Socratem fallerent ; & Pythagoram ,
 „ Zenonem , Aristotelem , maximarum se-
 „ clarum principes , tam facile deluderent ?
 „ Est igitur divina providentia , ut sense-
 „ rant ii homines , quos nominavi , cuius
 „ vi , ac potestate omnia , qua videmus ,
 „ & facta sunt , & reguntur.

„ Traditionem a primis hominibus ad nos
 „ propagatam] „ Nam ea , quæ ex homi-
 „ num arbitratu veniunt , nec eadem sunt ,

„ apud omnes , & sæpe mutantur : hæc
 „ autem notitia nusquam non reperitur ,
 „ neque temporum vicissitudine mutatur.
 „ Grot. de verit. relig. Christi. l. 1. §. 2.

„ Ac nunquam solide refutatam] „ Quia
 „ quidquid illi ponunt , sive generum suc-
 „ cessionem absque ullo primordio , sive
 „ atomorum concursum , &c. majores ha-
 „ bere difficultates , alibi ostendimus. Conf.
 „ Grot. d. l. Sed & hæc ipsa æterna ge-
 „ nerationum successio , & motus ille ato-
 „ morum primordio carens , infert æternum
 „ aliquod , quod in universo agit , & ordi-
 „ nem , eoque ens aliquod sapiens , sup-
 „ ponit.

„ Coniunxit ea] „ Scholastici triplici mo-
 „ do existentiam Dei probare solent , per
 „ viam causalitatis , eminentiæ , & nega-
 „ tionis , occasionem sumentes ex Rom. 1.
 „ 20. Ps. 94. 9. & Num. 23. 19.

„ Idem sensus apud Platonem] „ Qui pa-
 „ riter provocat ad Græcorum , barbaro-
 „ rumque omnium consensum , Deos esse
 „ fatentium , L. 10. f. 1061 ; & reprehен-
 „ dit juvenes , qui parentes suos summo
 „ studio pro se , liberisque sacrificare vi-
 „ derent , & omnes Græcos , ac barbaros ,
 „ tam in rebus adversis , quam secundis ,
 „ conspicerent tam suppliciter adorare ,
 „ f. 1063.

A D §. XLVI.

„ Non vacant culpa , qui eas repudiant] „
 „ Tum quia ratio ipsa sufficienter dicat ,
 „ causam aliquam esse debere eorum , quæ
 „ existunt ; tum quia omnes gentes notio-
 „ nes illas amplectuntur.

„ Etiam si hebetioris sint ingenii] „ Expe-
 „ rientia ipsa docet , non dari gentes adeo
 „ hebetis ingenii , qui non Numen aliquod
 „ agnoscant , illudque colant.

„ Cum & ad honestum sint Duces] „ Sub-
 „ lato enim Deo , ejusque providentia ,
 „ cessant omnes regulæ honestatis.

„ Et diversa sententia nullis argumentis
 „ nitatur] „ Nulla enim ratio allegari po-
 „ test , qua probetur , Deum non esse.

„ Sed quia de pœnis , & quidem humanis ,
 „ agimus] „ Auctor materiam de existentia
 „ Dei ideo tractat , quia examinat quæstio-
 „ nem , an delicta in Deum commissu ab
 „ hominibus puniri possint. Vid. §. 44. Res
 „ per se plana est : M A G I S T R A T U S ,
 „ quibus

quibus vicario jure Deus suum puniendi
 jus commisit, punire crimina contra religionem commissa (quo autem non pertinentem nudæ hæreses) omnino possunt; at GENTES INTER se tale jus puniendi non habent, quia genti in gentem jus illud vicarium non competit: adeoque jure belli vindicari talis injuria non potest, quia soli Deo, non gentibus injuria facta est, adeoque tota ratio belli, quæ non nisi ob injuriam factam obtinet, cessat.

Inter notiones ipsas, & inter modum ab iis discedendi] Nam quasdam, Auctor ait, esse notiones, sine quibus nulla religio consistere potest, ut Deum esse, eumque rerum humanarum curam habere; quasdam vero, sine quibus religio aliqua subsistit: atque has notiones, ait, obliteratas esse lapsu temporum, hominesque ab iis discessisse, §. 47. n. 1. Unde concludit, negantes notiones priores puniri posse, non vero eos, qui in reliquis notionibus errant, *ibid.*

Numen aliquod esse, & curari ab eo res hominum, maxime sunt universales] Vid. de supra §. 45. n. 1.

Unum, an plura, sepono] Immo & hoc ratio nos docet. Vid. d. §. 45. n. 1. add. §. seq. n. 1.

Ad religionem, sive veram, sive falsam, constituendam omnino necessariam] Omnes enim falsæ religiones & Deum supponunt, & ejus providentiam. His notionibus deficientibus nulla est religio.

Si moralem effectum respicimus, tantundem valet] Si enim Deus non providet, id est si nec audit, nec videt actiones nostras, si corda hominum non perscrutatur, religio superflua, quin inutilis est: homines enim providentiam negantes nihil a natura malum esse, statuunt, indeque non metuunt vindictam divinam, sed absque metu committunt omnia, quæ nobis crimina dicuntur. Cæterum, minus peccare credo illum, qui negat Deum, quam qui eum impotentem, ignavum, ac nihil agentem statuit.

Ipsa quasi necessitate auctore] Quia sine iis nulla religio, nec falsa consistere potest. Vid. n. 1.

Cicero de nat. Deor. libr. 1.] Cap. 16. Ubi Balbus contra Vellejum Epicureum disputans ait: est enim pietas justitia ad-

versum deos, &c. Sanctitas est scientia colendorum Deorum.

Secundo de Inventione] Cap. 22. Verba hæc sunt: ac natura quidem jus est, quod nobis non opinio, sed quadam immorta vis afferat, ut religionem, &c.

Nota esse Diis & presentia, & futura] Adde Xenoph. Memorab. Socrat. l. 1. p. 725. Ea quoque est sententia Taletis apud Clem. Alexandr. Strom. V. p. 594. d. Epicteti, in l. 1. dissert. c. 8. & c. 14. Senecæ in l. 4. de benefic. c. 4. & 82. & l. 5. in fin. & de vit. beat. c. 20. Plauti in Captivis, Zenonis apud Stob. Serm. 17. p. 161.

Has igitur notitias] Scilicet, Deum esse, eumque curare humana negotia.

Sicut in bene constitutis civitatibus coerceri solent] Atheismus proprie crimen est in Deum commissum, cui soli vindicta competit: at in civitatibus bene constitutis prima lex esse solet, Deum colere: qui proinde negat, Deum esse, contra leges civitatis peccat, adeoque excludi a societate potest. Immo poena ad mortem quoque extendi potest si vel blasphemia accedit, vel publice docetur atheismus.

Ut Diagora Melio] Vid. Gron. b. Add. Minuc. Fel. Octav. p. 8. Diodor. Sic. l. 13. c. 6. Sext. Emp. pyrrh. hyp. c. 3. p. 115. Laëtant de ira Dei c. 9. Bayle voc. Diagoras, Buddaus de atheism. c. 1. §. 19. p. 72. Athenienses talentum ei promissere, qui mortuum, & duo, qui vivum redderet: patria ejus destructa, & crimen æneis tabulis inculptum est. Pictet de la Relig. Cbretien. l. 1. c. 1. fol. 10. Voet. disp. de atheismo. Merito furor hujus philosophi punitus fuit, qui ideo providentiam divinam negavit, eamque doctrinam publice exposuit, quod Dii plagiarium, qui poema ei abstulit, & jurato suum opus esse obtinuit, non exemplo punivissent. Bayle d. l. Theodorus atheus, quod publice atheismum profiteretur, tum apud Athenienses, tum apud Cyrenæos, capite damnatus fuit. Stanlej. Histor. vet. philos. part. 3. in Theodoro. Protagoras exilio multatus fuit, quia librum contra Deum, ejusque providentiam scripsit. Cic. de nat. deor. l. 1. c. 1. & c. 23.

Et Epicureis] Qui publice profiteban-

tur.

„ tur, Deum curam non habere rerum hu-
 „ manarum. Vid. *Lactant. de ira Dei. c. 9.*
 „ Hinc non placiti poenam ab iis exactam
 „ esse, sed impietatis, (quod scilicet pie-
 „ tatem impugnant,) Himerius aut in
 „ allegato ab Auctore loco.

Ita & coërceri posse, arbitror, nomine
 humana societatis] „ Dixi sapius, 1. non
 „ dari societatem humanam; adeoque 2.
 „ frustra de vindicanda injuria ei illata qua-
 „ ri. Sane, 3. gentibus ipsis ex tali im-
 „ pietate nulla infertur injuria: unde neces-
 „ sario sequitur, nec jus ipsis esse repara-
 „ tionem expectendi. Certissimum ergo 4. est,
 „ bella ideo vicinis inferri non posse, quod
 „ athei sint. Exemplum Moxi Lydi nihil
 „ probat; nam bello petiti sunt ob inju-
 „ riam factam, sed capti merfi sunt tanquam
 „ servi bello facti; causa autem movens
 „ fuit, quod athei; adeoque spes nulla
 „ fuerit emendationis.

AD §. XLVII.

„ **C**ETERA notiones] „ Quae non sunt
 „ necessariae ad constituendam religionem,
 „ sive veram, sive falsam. Vid. §. 46. n. 1.
 „ Non aequè sunt evidentes, ut Deos pho-
 „ tes uno non esse] „ Natura satis nos instru-
 „ xit, Deum unum esse; quod supra pro-
 „ bavimus, omnesque gentes moratiores
 „ re ipsa statuerunt, quia Jovem tanquam
 „ supremum numen coluerunt: reliqua nu-
 „ mina vel saltem attributa ejusdem Jovis
 „ sunt, vel spiritus a Diis creati, vel he-
 „ roes propter bene merita in Deorum nu-
 „ merum ab hominibus relati. Vid. *Lac-
 „ tants. de ira Dei. c. 11.* Adeoque nec
 „ hi culpa vacui sunt, qui plures Deos æ-
 „ que potentes, nedum qui duo principia
 „ æterna, malum, & bonum, statuunt.
 „ At ob hanc culpam in Deum solum com-
 „ missam, nec gentibus talia credentibus
 „ bellum inferri, nec subditi morte puni-
 „ ri possunt, nisi aliud crimen, quod inju-
 „ riam vel in gentes, vel in rempubli-
 „ cam infert, accesserit.
 „ Nihil eorum, quae videmus, Deum esse]
 „ Plurimi philosophi univèrsum hoc, quod
 „ videmus, Deum esse existimaverunt; u-
 „ de & formam Dei globosam statuerunt.
 „ Sed hanc opinionem, quam Spinosa quo-
 „ que adeptus, refutavit Grotius *supra*,

„ Præterea ex lumine rationis constare, ceti-
 „ tum est, Deum esse spiritum, id est ma-
 „ teria carere, eoque esse inconspicuum.
 „ Unde impia est doctrina eorum, qui
 „ Deum, & materiam, unam esse substan-
 „ tiam, docent, & univèrsum pro Deo
 „ colunt. Vid. *supr. Conf. Augustin. de ci-
 „ vit. Dei. l. 8. c. 8.* At ideo a gentibus
 „ aliis recte sentientibus puniri non possunt,
 „ Non calum] „ De caliculis vid. *tot. tit.,
 „ C. de Judais, & caliculis.*

Non solem] „ Ignem pleræque gentes
 „ pro Deo coluerunt, quia ex calore om-
 „ nia nascuntur, eoque solo conservantur;
 „ atque ideo solem quoque adorant. Sane,
 „ nomina pleraque gentilium Diis imposita,
 „ solem respiciunt.

Non aërem] „ Quod Anaximenes sta-
 „ tuit, aëra esse Deum, eumque gigni,
 „ Cic. de nat. Deor. l. 1. c. 10. & Acad.
 „ quæst. l. 4. c. 37. Omnes igitur rerum
 „ causas infinito aëri dedit; nec Deos ne-
 „ gavit, aut tacuit: non tamen ab ipsis
 „ aërem factum, sed ipsos ex aëre factos,
 „ credit. *Augustin. de civit. Dei. l. 8. c. 2.*
 „ Mundum non esse ab omni æternitate]
 „ Quia si ab æterno esset, i. e. a se existe-
 „ ret; non differret a Deo: Deus autem in-
 „ conspicuus est, & materia caret.

Ac ne ejus quidem materiam] „ Illi quo-
 „ que, qui mundum conditum statuunt,
 „ simul statuunt, materiam primam esse ab
 „ æterno. Ratio eorum est, quod ex nihilo
 „ nihil fieri possit. Quæ ratio fallit in ente
 „ æterno, & omnipotenti, quod sua vo-
 „ luntate efficere potest ut aliquid existat,
 „ quod antea non fuit.

Apud multos populos obliteratam, & qua-
 „ si extinctam videmus] „ Primi homines ab
 „ Adamo, & Noacho indubie has notiones
 „ accepere; at posteri eorum notiones illas
 „ neglexerunt. Unde idololatria, & doctrina
 „ de æternitate mundi, ac materiae, &c.
 „ orta est.

Quia leges hanc partem minus curabant]
 „ Priores enim notiones, de Deo, & ejus
 „ providentia, legibus latis inculcare subdi-
 „ tis solebant, hodieque solent.

Ut sine qua aliqua saltem consistere re-
 „ ligio posset] „ Sive vera, sive falsa. *Conf.
 „ §. 46. n. 1.*

Ipsa lex Dei] „ Auctor ut probet, paniri
 „ delicta circa has notiones commissa non
 „ posse, & gentes non curasse hanc reli-
 „ gionem

gionis partem, provocat ad legem divi-
nam, quæ falsum quidem cultum detesta-
tur, non vero punit, nisi aliud crimen
accedat. At diximus, neque ob delictum
in priores notiones commissum gentes puni-
ri, i. e. bellum inferri gentibus posse.

Cognitione harum rerum nec obscura, nec incerta imbuerant] „ Argumentum hoc est: Judæi, qui verum Deum traditione cognitum habebant, quibus idololatria tam severe legibus interdicta fuit, non omnes in cultu errantes morte puniverunt; ergo nec gentes in his notionibus errantes a gentibus puniri possunt.

Quasquam falsorum Deorum cultus maxime detestatur] „ Nam *Deuter. 17. v. 3.* lapidibus obrui debent cives, qui adorant alios Deos, solem, lunam, & militiam cœli; & *Deut. 13. v. 15.* deleri debent civitates alienos deos colentes, cum inhabitatoribus usque ad pecora. *Conf. Seldenus de jure nat. & gent. secundum disciplin. Hebr. l. 2. c. 1. & l. 7. c. 9.*

Non tamen omnes ejus culpa convictos morte punit] „ Immo contrarium apparet ex legibus allegatis. Contrarium quoque testatur lex, qua morte puniuntur illi, qui alio, quam ad id destinato loco sacrificia offerebant, & qui sanguinem idoli comedebant. *Levit. 17.* Ipse Deus exemplum temporalis pœnæ in cultores idolorum statuit; sacra enim historia nos docet, Nadab, & Abihu filios Aaronis offerentes Deo ignem alienum ab igne devoratos fuisse. *Levit. 10. v. 1. seq.*

Sed eos demum, quorum facta circumstantiam habent singularem] „ Immo omnes, qui plures Deos credebant, eos adorabant, & colebant ea, quæ videmus, &c. sub illis legibus capitalibus comprehendebantur, etsi aliæ circumstantiæ non adefsent.

Ut eum, qui princeps alios seduxerit] „ Hæc plane diversa lex est ab iis, quas allegavimus: hæc puniunt eos, qui idola adorant; illa punit seductores. Sed & gravior illorum est pœna, quia frater quoque, uxor, & filius seducentis occidi debent. *Deuter. 13. v. 6. usque ad 16.*

Civitatem, qua incepit colere Deos ante ignotos] „ Immo ratio pœnæ non consistit in eo, quod ignota idola adoret civitas, *Tom. III.*

sed quod adoret. Ignota autem dicuntur, quia præter verum Dei cultum omnibus aliis cultus Hebræis ignotus esse debuit.

Eum, qui astra colit, ut legem totam, ac proinde verum Dei cultum deserat] „ Frustra hæc dicuntur. Qui aliis inservit Diis, qui idola colit, hoc ipso legem deserit, & verum Dei cultum; adeoque plectendus est, etsi hæc facta nullam circumstantiam habeant particularem.

Opificio servire, non opifici] „ Nam in eo consistit enormitas criminis, quod homines confundant Creatorem cum creatura.

Eum quoque, qui liberos Molocho dederit] „ Hic nihil singulare est; nam ideo punitur talis idolorum cultor, quia polluit nomen Dei, *Levit. 18, 21*: at hæc ratio in omni idololatria obtinet.

Non statim Deus puniendos judicavit, sed tum demum, cum hanc culpam magnis sceleribus cumulassent] „ Adeoque postquam irreligioni eorum acceperunt circumstantiæ particulares. *Vid. n. præced.* At 1. diximus, gentes puniri non posse etiam si eo ignorantia pervenerunt, ut & notiones evidentes de Deo apud eos sint obliterate: nemini enim hominum hoc factò inferunt injuriam. 2. Exemplum Cananæorum nihil probat; Deus enim jure ejicere eos potuisset, etsi irreligio eorum particulares illas circumstantias non habuisset: quod igitur distulerit vindictam, res ejus arbitrii fuit. Sed & circumstantiæ illæ particulares non demum supervenerunt post Cananæorum idololatriam; sed cum ea originem ceperunt: crimina enim, quæ Cananæis imputantur, omnibus fere gentilibus communia fuerunt, hodieque sunt.

Dissimulavit ignorantia tempora] „ Immo non dissimulavit, sed pœnis æternis eos obnoxios fecit, aliisque pœnis temporalibus affecit, etsi eos non ejecerit ut Cananæos.

Aclorum XVII, 30.] „ Ibi non dicitur, Deum dissimulasse ignorantia tempora, omittendo pœnam (nam æternis pœnis obnoxii omnino fuerunt;) sed in eo dissimulavit, quod Evangelium, & diem judicii per mediatorem exercendi, iis non annuiciaverit, ad eum effectum, ut pœnitentiam agerent; uti diste id ita explicatur *d. v. 30. & 31.*

Ut qua plerumque non ratione, sed affectu dijudicetur] „ Lactantius de origine „ erroris c. 6. graviter id explicat : He „ sunt religiones, quas sibi a majoribus „ traditas pertinacissime tueri, ac defendere perseverant ; nec considerant, quales sint, sed ex hoc probatas, atque veras esse confidunt, quod eis veteres tradiderunt : tantaque est auctoritas vetustatis, ut inquirere in eam, scelus esse ducatur. Itaque creditur ei passim tanquam cognita veritati. Add. Camden. p. 4. Histor. Elisab. sub p. 602. Thuan. l. 25. p. 509. § l. 53. p. 1093. Tesm. b.

Præter eam, quam ipse sequatur] „ Qui philosophi Sectarii dicuntur, & opponuntur Eclecticis.

Plerosque teneri adstrictos, antequam, quid esset optimum, judicare possent] „ Magnam enim in capiendis ingenis vim habet perpetua relatio eorum, quibus vitam debemus.

Sicut autem excusabiles sunt] „ Immo coram Deo excusabiles non sunt.

Et ab hominibus certe non puniendi] „ Hoc extra omne dubium positum est inter gentes, quæ ideo bellum aliis inferre, (nam nec in atheos id licere, diximus §. 46.) non possunt : at in republica, ubi religio publica lege stabilita est, puniri omnino possunt qui contra regulas illius cultus publici aliquid statuunt, vel profitentur. Vid. §. 43.

Cum legem a Deo proditam nullam acceperint] „ Nimirum, per revelationem, uti Judæi.

Aut astrorum, aut aliarum rerum naturalium virtutes] „ Illi enim, qui astra colunt, v. g. solem, lunam, &c. adorant vim illam, seu virtutem, quæ astris inest : immo & hi, qui imaginem faciunt, vel animantia venerantur, respiciunt ad virtutes divinas, quæ per imaginem representantur, vel animantibus insunt. Non enim credendum est, gentes illas divinitatem ligno, æri, auro, animantibus &c. tribuisse ; sed legislatores, ut ideam quandam divinitatis rudiori populo præsentarent, simulacra constituerunt, in quibus perfectiones divinas adarent.

Imaginibus] „ Plerumque adorabant Deum sub figura humana, tanquam in creatura omnium perfectissima.

Sive in animantibus] „ Sic Ægyptii bovem colebant, seu potius utilitatem, & divinum beneficium, quod Deus per bovem humano generi concessit.

Sive in rebus aliis] „ Græci, & Romani, Priapum adorabant, i. e. vim productricem rerum, quæ Priapo inest.

Aut etiam animus eorum, qui virtute, & beneficiis in humanum genus excelluerunt] „ Non enim homines mortuos colebant, sed divinas virtutes, quibus homines illi eminebant.

Aut mentes quasdam incorporeas] „ Scilicet, angelos, genios, &c. Nam Deum, qui res incorporea est, mentes quoque incorporeas creasse, passim philosophi docent. Vid. Stanlej. Histor. vet. philos.

Præsertim si nec ipsi tales cultus comenti fuerint] „ Sed ex relatione parentum eos acceperint, adeoque in iis principis innutriti fuerint. At idem esse, diximus, si quis ipse novam, & falsam de religione opinionem sibi format. Quia jus hic solius Dei est, qui proinde solus injuriam sibi illatam vindicare potest.

Nec summi Dei cultum ideo deserant] „ Nulla gens, quæ idola adorat, summi Dei cultum excludit ; omnes enim auctorem quandam rerum omnium in ipsis suis idolis colunt. At diximus, crimen in eo consistere, quod Creatorem cum creatura confundant ; quod crimen enormissimum quidem est : sed ideo gentes ab aliis gentibus vindictam sumere non possunt, quia eis non fit injuria.

Impiis magis annumerandi sunt, qui aut cacodæmonas] „ Immo nec hi a gentibus aliis puniri possunt : tum quia jus puniendi genti in gentem non competit, tum quia injuria genti facta non est, adeoque nec reparationem exigere potest.

Cæterum, doctrina illa de diis bonis, & malis, omnibus fere gentibus idololatriæ cognita fuit, & hodieque Americæ populis cognita est : adorabant hos ne malum facerent. Ipsi Romani Deos quosdam colebant ne obessent, uti Orbanam, ne orbos faceret, Rosin. Antiquit. p. 97. febrim, ne noceat, &c. idem p. 105. Quin eo delapsæ quædam gentes sunt, ut ens illud summe bonum nullo cultu profequi opus esse, statuunt ; persuasæ, ab eo nullum malum ipsis obventurum esse.

„ Neque

„ Neque inter gentiles saltem obtinuit
 „ mos ille de cacodæmonis colendis ; sed
 „ & inter Christianos quidam existere , qui
 „ duo principia æterna statuerunt , bonum,
 „ & malum , qui Manichæi sunt dicti ab
 „ Auctore suo Manes , & qui severissimis
 „ pœnis merito a legislatoribus afflicti sunt.
 „ Vid. tit. C. de Manich.

„ *Aut homines , quorum vita fuit flagitiis
 „ plena*] „ Romani Claudium in Deorum nu-
 „ merum retulerunt , de quo ipse Seneca
 „ de morte Claudii : *Hunc Deum facere vultis ?
 „ Vide corpus ejus , Diis iratis natum ,
 „ &c. Hunc Deum quis colet ? quis cre-
 „ det ? Denique dum tales Deos creatis ,
 „ nemo vobis Deos esse credet.*

„ *Qui Deos colunt hominum innocentum sangui-
 „ guine*] „ Adeoque eos , qui victimis hu-
 „ manis Deos placare solent , bello puniri
 „ posse , putat : Quod itidem verum non
 „ est , quia aliis gentibus non fit injuria.
 „ *Et Gelo Syracusarum tyrannus*] „ Plu-
 „ tarchus in *apophth. c. 20.* tradit , Ge-
 „ lonem Carthaginenses ad Himeram devi-
 „ ctos coëgisse inter condiciones pacis etiam
 „ hanc adscribere , ipsos in posterum libe-
 „ ros Saturno nunquam immolatuos. Conf.
 „ *Pindar. schol. in Pythiis , od. 11.* At hoc
 „ non dedit causam bello.

„ Alii Iphycratem finem imposuisse huic
 „ mori apud Athenienses recepto , ajunt.
 „ Vid. *Porphyr. de abstinent. l. 2.* Alii hunc
 „ morem usque ad excidium urbis conti-
 „ nuatum ; tradunt. *Curt. 4 , 3. 39.* Ter-
 „ tullianus *Apolog. c. 8.* notat , Carthagi-
 „ nenses sub principatu Tiberii prohibitos
 „ fuisse ne humanas victimas Diis offerant ,
 „ cruci quoque affixis sacerdotibus : nihi-
 „ lominus tamen perseverasse in eo sacrifi-
 „ candi more , etiam sua ætate , sed oc-
 „ culte. At certum est , ideo bellum ge-
 „ stum non esse. Victis autem hostibus ta-
 „ les condiciones imponi posse , negari ne-
 „ quit.

„ *Pœnas daturus Romanis fuisse*] „ Sed
 „ barbari illi armis subacti Romanis parue-
 „ runt , adeoque prohiberi lege publica pos-
 „ tulerant , eodem modo , uti Druidæ a
 „ Claudio prohibebantur. *Suet. Claud. c. 25.*

A D §. XLVIII

„ Quid de illis armis dicemus] „ Respi-

„ cere hic Auctor videtur ad bella cum In-
 „ dis gesta specie promovendæ religionis
 „ christianæ , & quarit , an jure geri po-
 „ tuerint ? quod merito negat.

„ *An talis proponatur , qualis debet , &
 „ quomodo debet*] „ Id est , an Græca , an La-
 „ tina , an Catholico-Romana , an Luthera-
 „ na , an Reformata.

„ *Demus , ita fieri*] „ Id est , inferri bellum
 „ populis , quod Christianam religionem am-
 „ plecti nolint.

„ *Quatenus naturali religioni non superad-
 „ dit*] „ Naturalem religionem quatuor pro-
 „ nuntiatisti niti , vidimus supra §. 45. *pr.*
 „ His præterea addit religio Christiana ,
 „ lapsum primorum parentum , Mediator-
 „ rem Deum , Trinitatem , resurrectionem ,
 „ &c.

„ *Argumentis mere naturalibus persuaderi
 „ non posse*] „ Quia additiones illæ non ex
 „ ratione sequuntur , sed ex sola revela-
 „ tione.

„ *Sed niti historia tum resurrectionis Christi*]
 „ Eiusque divinitatis : utrumque ratione
 „ agnosci , & comprehendi nequit.

„ *Tum miraculorum ab ipso , & Apostolis
 „ editorum*] „ De quibus itidem ex ratione non
 „ constat.

„ *Olim quidem irrefragabilibus testimoniis
 „ probata*] „ Scilicet , cum miracula fierent ,
 „ & Servator sese discipulis exhiberet. Utrius-
 „ que enim facti eo tempore infiniti exista-
 „ bant testes.

„ *Sed olim*] „ Hodie enim testes illi non
 „ amplius superfunt.

„ *Facti sit*] „ De quo non nisi ex certissi-
 „ mis documentis constare potest.

„ *Et jam perantiqui*] „ Quod testibus am-
 „ plius probari nequit.

„ *Penitus in animum admitti nequeat , nisi
 „ secretis Dei auxiliis accedentibus*] „ Auctor
 „ hic non intelligit gratiam aliquam parti-
 „ cularem , & efficacem , utpote quam per-
 „ petuo oppugnat ; sed externam , quam
 „ assidricem vocat.

„ *Ac proinde humano judicio non punibiles*]
 „ Auctor ut probet , religionem Christianam
 „ vi , & pœnis obrudi gentibus non posse ;
 „ hoc argumento utitur , quod amplecti
 „ eam , non sit res arbitrii , sed gratiæ
 „ Veram , aliis rationibus multo fortioribus
 „ id probari potest. Nam 1. eadem hic me-
 „ litant rationes , quibus probavimus , 1.
 „ Atheos nec jus belli obtinere ; nec jus pu-
 „ niendi

niendi. Sane, 2. gens in gentis actiones, eiusve cogitationes, jus sibi arrogare non potest; & injuria hic esset, vim inferre alterius conscientiae, i. e. jus sibi arrogare in alios. Neque 3. gens illa, quae respuit religionem Christianam, cuiquam injuriam facit, neminem hominum laedit; ubi autem injuria non est, ibi nec bellum obtinet, quod est injuriae reparatio. Sed & 4. periculosa admodum haec est sententia. Nam cum unaquaque gens suam religionem putet esse optimam, gentilibus idem jus competeret Christianos cogendi ut eorum recipiant religionem; unde perpetuum inter homines bellum foret. 5. Religio, inprimis Christiana, in fide, in puritate animi, adeoque libertate consistit; pugnant autem haec omnia cum vi, qua incredulitati jungitur hypocrisis: augetur igitur potius vitium, dum simulat gens in Christum credere, quem animo detestatur. Hinc 6. in primæva ecclesia & patrum, & conciliorum communi consensu, vi propagare religionem nefas erat. Neque 7. credere debemus, impietatem gentilium inultam mansuram: Deus enim injurias sibi illatas a suis creaturis fatis severe olim puniturus est.

Caeron Concilii Toletani] „Add. *Tertull. ad Scapul. in pr. Humani juris, & naturalis potestatis est unicuique, quod putaverit, colere: nec alteri obest, aut prodest alterius religio. Sed nec religionis est, cogere religionem, qua sponte suscipi debet, non vi.* Et in *Apologet. adv. gent. ineptum existimaretur, si quis ab alio cogere ad honorem Deorum, quos ultro sui causa placare deberet.* Lactantius de justit. c. 19. *Quis mihi imponat necessitatem, vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi? Nihil tam voluntarium, quam religio, in qua si animus adversus est, jam nulla est.* Conf. *Camden. p. 4. Histor. Elisab. Cassiodor. Var. l. 2. c. 27. & l. 10. c. 26. Euseb. de vit. Constant. 2. §6. Thuan. l. 1. ubi de conversione Indorum ita ait: vterendum tamen est, ne ita divina vocis promulgatio non ex praescripto Dei, qui suos non ferro, & rapinis, sed charitate, & piis admonitionibus grassari voluit, apud Indos instituta sit, &c.* Vid. *Tejmar. b. Conf. §. seq.*

Alterum] „Duo enim in quaestione, an

populi ad religionem amplectendam cogi possint, notanda esse, dixit Auctor n. 1. *Christo nova legis auctori hoc placuisse*] Christum non esse novae legis Auctorem, alibi probavimus. Vid. *Diff. proem. III. sect. 3.* Nam virtutum saltem regulas, natura cuius cognitas, at a Judæis neglectas, inculcat. Add. *l. 1. c. 2. §. 6. n. 3. Nemo hujus vitae poenis*] „Naturalis ratio nos docet, singulis virtutibus praemium destinatum esse: hoc praemio privantur illi, qui perfectiones divinas non imitantur. Atque haec vera ratio est, cur puniri hujus vitae poenis non possint: virtutes enim in puritate mentis consistunt; cogitationis autem poenam nemo patitur. *l. 18. D. de pen. Lex nova*] „Intelligit Evangelium, indeque improprie lex dicitur. *diff. sect. 3. In fabula*] „Seu parabola. *Fabula a fando est, & pro familiari colloquio sumitur.* Vide late *Tejmar. b. Quod quidam jubentur cogi intrare*] Egregie hanc parabolam explicat Bayle in *comment. philosoph. ad verba compelle eos intrare.* *Instantiam vocatoris significat*] „Intelligitur itaque per formulam illam serium studium invitantis: neque enim eos coacti venisse illo loco, asseritur; sed ultro comparuisse, apparet.

A D §. XLIX.

Qui vero Christianismum &c. ipsam rationem] „Auctor ait, gentilium reges contra rationem peccare, si vel docentes in suis terris Christianismum poenis subdunt, vel eos, qui Christianismum profitentur: quia doctrina Christiana pia non tantum est, sed & reipublicae maxime utilis. *Ipsam hic per se considero*] „Quatenus omnes perfectiones comprehendit. *Quatenus ei insincerum, &c.*] „Quo pertinet, quod haereticis non sit servanda fides. *Quod humana societati nocet*] „Immo neque nocet ei, neque prodest; quia talis societas humana non existit. *Vulgi verbum*] „Verba Tertulliani in *apologet. ad pers. gent. c. 3.* *Ita plerique clausis oculis in odium ejus impingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admi-*

scato

„ *ſceant nominis exprobrationem. Bonus vir*
 „ *Cajus Sejus, ſed malus tantum, quia*
 „ *Chriſtianus.*

„ *Nec admittenda excuſationes, nova omnia*
 „ *metuenda, præſertim cætus]* „ Si lege pu-
 „ blica certus Dei cultus ſtatutus, & alii
 „ colendi modi prohibiti ſint, peccat omni-
 „ no contra leges reipublicæ quiſquis contra
 „ leges publicas invito ſuperiore novos co-
 „ lendi ritus docet, aut aliam religionem
 „ publice profitetur. Cum enim ſocietas ſub
 „ certis legibus contracta ſit, ſingula mem-
 „ bra illius ſocietatis vivere juxta leges ci-
 „ vitatis debent, ſi nolint, vel migrare e
 „ republica, vel vi ad obſequium adigi de-
 „ bent.

„ *Nam neque metuenda ſunt dogmata,*
 „ *quomodo nova]* „ Experientia contrarium
 „ docet.

„ *Atque ad exhibendam ſuperioribus obe-*
 „ *dientiam]* „ Atqui ipſi Chriſtiani excipie-
 „ bant caſum, niſi quid contrarium reli-
 „ gioni Chriſtianæ præciperetur: addita ra-
 „ tione, quod magis Deo eſſet obedien-
 „ dum.

„ *Nec ſuſpecti eſſe debent cætus proborum*
 „ *hominum]* „ Semper ſuſpecti ſunt cætus ci-
 „ vium, qui lege prohibente conveniunt.

„ *Et qui latere non quarunt, niſi cogantur*
 „ *]* „ Sed & hæc latitatio, quæ lege pro-
 „ hibente fit, punibilis eſt.

„ *Qui in tales ſerviunt, ipſi in ea cauſa ſunt,*
 „ *ut puniri juſte poſſint]* „ Queritur, an gen-
 „ tiles reges, qui in Chriſtianos ſerviunt,
 „ ideo bello peti poſſint? Auctor id affirmat
 „ exemplo Conſtantini, qui Licinio;
 „ & Menandri protectoris, qui ideo bellum
 „ Perſis indixit. Ego ex tali cauſa bellum
 „ inferri poſſe, nego, quia gentibus inju-
 „ ria non fit ſi quis in ſuos ſubditos ex qua-
 „ cunque cauſa ſævit.

„ *Conſtantine Licinio]* „ Specialis ratio hic
 „ fuit: nam Licinius in Chriſtianos ſæviit,
 „ NB. contra pacta, & edicta, qua ſimul
 „ ediderant Imperatores. Conſtantine ideo
 „ monuit Licinium, qui insolentius respon-
 „ debat, bellumque minitabatur. Vid. Gut-
 „ berlet. Chronol. in Conſtantino Magn.
 „ p. 254. Hic ergo Conſtantine bellum mo-
 „ vit, non quod in Chriſtianos ſævitum eſt,
 „ ſed quod contra pacta, & edicta, Licinius
 „ id fecit: neque alieni ſubditi hic erant,
 „ ſed æque erant ſubditi Conſtantini, quo-
 „ rum deſenſionem etiam contra ſocium re-
 „ gni ſuſcipere tenebatur.

„ *Alii Perſis]* „ Conf. infra l. 2. c. 25. §. 8.
 „ ubi id ex jure ſocietatis humanæ deducit.
 „ *Quantquam hæc bella magis ad innocentium*
 „ *deſenſionem]* „ Fatetur ergo Auctor, exem-
 „ pla illa quæſtionem propoſitam non pro-
 „ bare. Obiter autem hic notamus, nec
 „ aliorum ſubditorum, etſi innocentium,
 „ deſenſionem ſuſcipere nos poſſe contra
 „ regem, de cujus injuria queruntur.
 „ *Ad pæna exactionem]* „ Hæc nunquam
 „ inter gentes obtinet ex cauſa religionis.

A ■ §. L.

„ **C**ELLEBRIS hic eſt quæſtio; *an Prin-*
 „ *ceps in ſubditos hæreticos pæna capitales*
 „ *ſtatueret poſſit?* Prolixe eam examinavit
 „ B. Parens in duabus Diſſertationibus, &
 „ quidem PRIMO in Diſput. de jure circa
 „ hæreticos; ubi §. 5. uſque ad §. 42. ex-
 „ plicat, 1. quinam ſint hæretici, 2. an
 „ puniri homines ob ſolam hæreſin poſſint?
 „ Verba ejus hæc ſunt.

„ **U**T igitur appareret, quæ eſſet communis
 „ univerſa, & Catholica eccleſia ſententia,
 „ & ab ea reliquæ hæreſes, & opiniones ſegre-
 „ garentur, evocavit Conſtantine Magnus to-
 „ tius eccleſia Chriſtiana episcopos, & œcume-
 „ nica ſynodo Nicana inprimis doctrinam de
 „ Chriſti divinitate, cæu fidei noſtra ſontem
 „ ſtabilivit. Cujusmodi deinde concilia univer-
 „ ſalia, & œcumenica, vocatis univerſa,
 „ & catholica eccleſia Chriſtiana episcopis,
 „ etiam a duobus Theodoſiis, & denique a
 „ Marciano Imperatore coacta, & univerſum
 „ illud de ſacroſancta Trinitate dogma, cæu
 „ unicum totius Chriſtiana fidei fundamentum
 „ & ſacra anchora, conſtitutum fuit, hodie-
 „ que Dei providentia, quidquid immantium
 „ fluctuum in hanc rupem illiſum fuerit, im-
 „ motum perſiſtit. Atque hæc quatuor concilia
 „ œcumenica ab Imperatoribus coacta, & ha-
 „ bita fuiſſe, ad unum omnes unanimiter te-
 „ ſtantur eorum temporum annales: neque ul-
 „ lum illius ætatis veſtigium apparet, Ponti-
 „ ficum auctoritatem concurriffe; nedum O-
 „ ſium Cordubenſem episcopum, qui Nicano
 „ præſuit, legatum pontificis fuiſſe: quod utrum-
 „ que Baronius fingit.

„ **S**ynodus quinta a Juſtino, & ſexta a
 „ Conſtantino Pogonato congregata, etiam vul-
 „ go œcumenica dicuntur, c. 5, 6, & 7. diſt. 15.
 „ neque nos earum auctoritati quidquam de-

D d d 3 tractum

tractum volumus. Verum tamen id omnino constare, credimus, non eas esse pari cum prioribus auctoritate, nec ita, ut superiores, vere universales: eo enim tempore jam divisus fuit orbis Christianus in plura regna, & quidem post Marcianum, & Valentianum III. auctores concilii quarti (Vid. l. 8. pr. C. de hæret.) tota Italia avulsa fuit ab Imperio, & inde ab Avito usque ad Augustulum proprios reges habuit. Deinde Gothi regnum Italia tenuere; idque agnoverunt ipsi Imperatores Græci. Vid. Onuphr. de concil. Imper. c. 4. §. 4. Et alias quoque ecclesiæ valde jam lacerata, & segregata fuere. Sed nec pontifex Vigilus, nec episcopi ecclesiæ occidentalis, interesse synodo voluerunt, & subscribere quoque detreclarunt; adeo ut Justinianus Vigilum Papam ideo in exilium miserit, eoque tandem, ut assentiret, perpulerit. Non ergo per modum synodi universalis res acta, & decisa fuit; reliquis quoque occidentis, & Africa episcopis concilium hoc non tam de fide, quam in personis demortuus coactum, & præjudicium Chalcedonensi concilio factum fuisse, causantibus. Vid. Pretav. Rationar. tempor. part. 1. l. 7. c. 7. Quin nec canones, nisi ex post facto, ejus, & sexti concilii facti sunt. c. 7. dist. 17. Sed & ipse Justinianus quatuor tantum concilia pro norma fidei statuit, & recipit in epist. ad Jo. Papam l. reddentes 9. §. 3. C. de summ. trinit. sub cuius tamen antecessore, Vigilio Papa, Concilium quintum jam editum erat. Idem in l. 7. §. 4. vers. hanc alia C. eod. ait: Hanc (scilicet formulam utriusque concilii prioris) alia quoque omnia sancta Concilia, hoc est, Ephesinum prius, & Chalcedonense, susceperunt. Ergo statuit, non esse alia concilia, quæ sint formula fidei, quam hæc quatuor; quia ait, omnia concilia, quæ formula sint, esse quatuor: uti & in c. 1. & 3. dist. 15. reliqua non admittuntur, nisi post illorum quatuor auctoritatem.

Sextæ autem synodo neque Africana, neque Hierosolymitana ecclesiæ intersuere, quæ tum non habuere amplius Patriarcham sui juris, sed Saracenorum potestati subiectum. Septima vero synodus duplex fuit, altera Græcorum, & antiquior; altera Latinorum, quæ priori contraria, & anti-synodus est, hæc deinde synodo Parisina iterum improbata fuit. Vid. doctiss. Spanhem. in epist. isagog. ad histor. eccles. sæcul. 8. cap. 9. & sæc. 9. cap. 10. §. 2.

Igitur de solis prædictis quatuor conciliis vere dici potest, ea a catholica, seu universali ecclesiæ habita, decreta, ac recepta esse, eoque sola (de sacris litteris nunc non queritur) certam ecclesiæ, & fidei catholica, seu universalis, ratione jurium ejus, normam esse, ac in toto jure ita haberi. Hoc patet ex l. 7. §. 4. & §. 5. l. Reddentes 9. §. 3. C. de summ. Trinit. Novell. 115. c. 3. §. 14. ubi Justinianus orthodoxæ, & catholicae fidei regulam, sola hæc quatuor concilia esse statuit, nec suum, quod quintum est, addit. Sed & jure Canonico his quatuor Conciliis tribuitur auctoritas, & norma fidei catholica, c. 1. dist. 15. ibi: Inter cætera Concilia quatuor esse, scimus, venerabiles Synodos, NB. quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina. Et in c. 2. pr. dist. 15. ait B. Gregorius: sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor, &c. Quæ verba regulam, & normam significant, imprimis ob comparationem cum quatuor Evangelii. Unde & alibi additur, reliqua concilia post horum quatuor auctoritatem demum recipienda esse; ut in c. 1. dist. 15. ibi: sed si quæ sunt alia concilia, NB. post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore; & in c. 3. dist. 15. ibi: sed & si quæ sunt concilia a sanctis patribus hætenus instituta, post istorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda de ærnis, & mandamus.

Quin & disertissime regula, & norma ecclesiæ catholicae statuuntur hæc quatuor concilia in d. l. 7. §. 4. pr. C. de summ. Trinit. ubi Justinianus ait: per omnia sequentes sancta quatuor concilia, & quæ ab unoquoque eorum constituta sunt, manifeste omnibus, qui nobiscum sunt, fidelibus sanctæ, catholice, & apostolicæ ecclesiæ traditam NB. regulam fidei, h. e. sanctam formulam, seu symbolum tenemus, & custodimus. Quin additur expresse, quod solum Nicanum sufficiat ad regulam, nec reliqua tria concilia ideo addita fuerint, quasi illud imperfectum esset; sed tantum ad Nicani declarationem, quam veritatis inimici invertere volebant, d. §. 4. vers. non quasi imperfectum; adeo ut anathema esse jussi sint illi, qui aliam regulam catholicae ecclesiæ, & fidei tradunt, quam formulam concilii Nicani, & reliquorum trium, quæ illud declarant.

deklararunt, d. §. 4. in verb. similiter anathematizarunt & eos, qui aliud symbolum, vel sanctam formulam tradunt præter eam, quam 118. sancti patres (in Synodo Nicæna) exposuerunt, & 150. sancti patres, qui in hac regia civitate (in Constantinopolitana synodo) deklararunt, & illustrarunt, (scil. præter duo concilia reliqua, qua jam ante addidit, & mox quoque subjicit). Quemadmodum igitur hæc quatuor concilia, jure constituta, sunt norma ecclesie, & fidei catholice, adeoque catholice ecclesie omnes illi sunt, qui hæc quatuor concilia catholice, & œcumenice recipiunt, atque custodiunt; ita hæreticus in toto jure ille unice dicitur, qui in aliquo articulo ab ecclesia catholica, seu ab his quatuor conciliis recedit; nec ullibi in jure aliter hæc vox hæretici accipitur. Hoc constat ex l. 2. §. 1. C. de hæret. ubi ita definitur: hæreticorum vocabulo continentur, qui vel levi argumento a judicio NB. catholice religionis, & tramite detecti fuerint deviare. Catholica autem religionis tramitem unicum (civilem scil. & post verbum Dei, vid. & seq.) esse prædicta quatuor concilia, jam demonstratum est supra §. 8. & 9. Pariter cum hæresis inter justas causas exheredationis recensetur in Novell. 115. cap. 3. §. 14. & hæreticus filius exheredari possit d. l. is dicitur filius hæreticus in d. §. 14, qui non amplectitur sanctas quatuor synodos; & ideo perhibetur non esse catholice fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare, d. §. 14. Eadem ratione hæreticus describitur, qui non est catholice fidei, d. Novell. 115. cap. 4. §. 8. & ab Inpp. Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, Nicæne fidei assertor, dicitur catholice religionis verus cultor: l. 2. §. 1. C. de summ. Trinit. & tales jubentur catholicorum Christianorum nomen amplecti; reliqui autem demum hæretici dogmatis infamiam sustinere: l. 1. §. 1. C. eod. consentiunt canones in cap. 30. XXIV. quæst. 3.

Neque cum his pugnat, quod orthodoxi merito contendunt, non esse aliam fidei normam, quam sacrosanctum Dei verbum. Etenim non hic quarimus de authentica fidei norma, ejusque vero fonte, & supremo controversiarum iudice; qualis norma, ac fons unice omnino est æternum illud verbi divini oraculum; sed de regula civili fidei, & cultus divini. Nimirum, cum de absconditis illis summa Trinitatis, & incarnatio-

nis mysteriis, adeoque de ipso fidei Christianæ fundamento, plures hæreses, seu opiniones essent, & qualibet ex verbo Dei se pugnare, eoque nexum se testaretur; videndum fuit, quænam esset sententia universalis ecclesie, ut inde formula fieret, quam secuti pro membris ecclesie catholice Christiane haberentur, atque ad ejus ecclesie exercitia, cultus, jura, & beneficia admitterentur, reliqui autem ab hoc catu excluderentur. Potuitque eo securius hæc totius ecclesie sententia pro regula hætenus accipi, quod tali sua ecclesia Servator spiritum veritatis promiserit, nec adeo concessurus sit, si pio zelo, & veritatis studio congregetur, ut a vero aberret.

Hoc sensu ergo hæreseos vox in malam partem accipitur, cum quis a judicio totius ecclesie catholice, seu ab his quatuor conciliis catholicis dissentit: quo sensu quoque sumitur ἀπερὸς ἀδελφῶν ad Tit. III. 10. add. 2 Petr. II, 1. neutiquam autem cum quis cum ab ecclesia aliqua particulari, nedum cum dua particulares ecclesie ab invicem dissentiant: uti cum Græca ecclesia, & Latina, ritibus ordinationum ab invicem discedunt, id pro hæresi nullo modo habetur in c. 11. X. de tempor. ordin. adeo ut Græci cantoris filius ex legitima uxore natus in ecclesia Romana ordinari possit, etsi talia matrimonia in ea improbentur, c. 6. X. de cleric. conjug. Quia tantopere ab invicem dissentiant, ut Græci Latino-rum aras pro impuris habeant, nec supra eis, nisi purgatis, & denuo consecratis, sacra faciant.

Talis est dissensus inter Romanam, & Evangelicorum ecclesias: cum Evangelici, & magis etiam, quam Græci, omnia capita quatuor conciliorum, tamquam normam ecclesie catholice, inviolabiliter recipiant, adeoque plane sincera ecclesia catholice membra sint, per §. 8. & seqq. supra.

Et utrique adeo juri manifeste fraudem faciunt, qui, cum hæreticus utroque jure, etiam canonico, definiatur ille, qui ab ecclesia catholica dissentit, supra h. diss. §. 10. & c. 30. caus. 24. quæst. 1. in ea definitione pro verbo Catholice substituant Romanæ, cum tamen aliud sit ecclesia catholica, & universalis, aliud Romana; quam prorsus esse, constat, ecclesiam particularem, a Græca, Alexandrina, Antiochena, & c. perpetuo distinctam. c. 1. §. 1. ordo dist. 21.

c. 2. c. 6. c. fin. dist. 22. c. 8. X. de majorit. & obed.

Hi ergo, qui Romana ecclesia opiniones pro regula ecclesie catholice obtrudunt, manifeste anathemati illi obnoxii sunt, quo illi, qui aliam, præter Nicani, & reliquorum trium conciliorum formulam fingunt, expresse anathematizantur in l. 7. §. 4. in fin. C. de summ. Trinit. vid. supr. §. 9. h. dist. Constat enim, ecclesiam Romanam plurima sentire ultra formulam quatuor conciliorum; neque de iis, quæ hodie inter Romanos, & Evangelicos disceptantur, agi in horum conciliorum canonibus; uti de summa potestate pontificis in ipsos etiam reges, de hodierna missa, sacramentis, indulgentiis; &c. & proinde hæc formula ecclesie Romana, cum alia sit a formula quatuor conciliorum, non potest non dicto anathemati obnoxia esse.

Unde patet, nullo sensu, nec absque contradictione, Romanæ ecclesie episcopum universalem videri posse; quod & canones abominantur in c. 4. dist. 99. ubi Pelagius II. Papa inquit: nullus Patriarcharum universalitatis vocabulo unquam utatur: quia si unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed NB. absit hoc! absit a fidelis cujusquam mente; &c. Idem in c. 5. d. Dist. 99. Gregorius Magnus Papa ad Alexandria Patriarcham sic improbat: Ecce in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxisti, superbæ appellationis verbum, UNIVERSALEM ME PAPAM dicentes, imprimere curastis; quod, peto, dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat; quia vobis subtrahitur, quod, alteri plus, NB. quam ratio exigit, præbetur. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus. Et mox: si universalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur, universum. Sed NB. absit hoc! Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

Etiamsi vero esset universalis episcopus, nihil tamen id huc faceret: tum quia de iudicio totius ecclesie catholice, non episcopi, quaritur; cum hereticus sit qui ab ecclesia catholica, non qui ab episcopo dissentit, ut offensum supra §. 10. h. dist. tum quia universalem legem, & formulam dare, ex qua iudicandum, quis in cætum, seu gregem, & ad eius ritus, beneficia, & jura admit-

tendus, quis vero inde submovendus sit, vel totius gregis est, vel ejus, qui in grege summum imperium habet; alterum per modum pacti, & consensus valebit, alterum per modum legis. Episcopalis autem auctoritas non consistit nisi in docendo: uti plenius demonstravit Præses in Jurisprud. publ. cap. 18. §. 1. seqq. Certe, cum regula, ac formula catholica ecclesie semel totius gregis consensu, & ut dicitur in c. 1. dist. 16. & in Novell. 109. in præfat. ecclesiarum patribus ex omni terrarum orbe convenientibus, constituta sit, non potest illa, nisi totius quoque gregis consensu, iterum mutari, aus tolli.

Quin Romanam ecclesiam ne primariam quidem ecclesiarum fuisse, concedunt, & fatentur ipsi pontifices, & canones, qui aperte testantur, Antiochenam fuisse omnium primariam, & primatum hunc, jubente Deo, Romam deinde translatum fuisse. Ita enim Marcellus Papa in c. 15. caus. 24. qu. 1. ad Antiochenos scribit: Ipse (Petrus) caput est totius ecclesie, cui aut dominus, tu es Petrus, &c. Ejus sedes, NB. primitus apud vos fuit, quæ postea NB. jubente domino Romam translata est. Et mox in fine: si vero vestra Antiochena NB. quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est quæ ejus non sit subiecta dominationi. Idem traditur in c. 2. dist. 22. ibi: tertia sedes apud Antiochenam B. Petri apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic NB. prius, quam Romam veniret, habitavit, &c. Cum itaque in confesso sit, primatum ecclesiarum Antiochena ecclesie debitum, & jussu Dei, ut dicitur, Romam translatum fuisse, jussu ille Dei aliter, quam dicto isto Salvatoris, tu es Petrus, &c. probandus erat: nam Petrus aequè Antiochenam, & eam quidem primam, fundavit; & in dicto illo tantum de fundatione sedis, non de fundationis translatione in aliam sedem mentio fit. Nec sequitur, una etsi prima cessit: ergo & reliqua cessere. Et o! miseram ecclesie conditionem, cujus petra, Petrus, homo peccator, aut alius quisquam est, quam omnis peccati purus, & morti merito propria virtute vincenda par, id est, ὁ ἁγίος πῦλος. Sed id huc non pertinet.

Cum igitur satis demonstratum sit, hereticos non esse, nisi qui a formula totius ecclesie catholice, & universalis, ex toto orbe collecta, quæ absque controversia prædictis quatuor

quatuor conciliis catholicis comprehenditur, dissentiunt; Evangelici autem omnes hæc quatuor sanctissima concilia, eorumque formulam, omni veneratione suscipiant, quin quintam quoque, & sextam synodum (de septima vide supra §. 7. b. Diss.) etsi, quis illas quoque pro universalibus habere velit, non rejiciant, non possunt illi a Romana ecclesie assensu, citra anathematis prædicti periculum, pro hæreticis haberi.

His ita præmunitis sequitur ut compendio videamus, quid jure circa tales hæreticos ab ecclesia catholica dissentientes constitutum sit; ubi potissimum queritur, an hæresis hujusmodi sit verum delictum, seu crimen, an mera culpa, an ne hoc quidem? Qua in re primum distinguendum est inter ipsam hæresin, seu opinionem, & inter delicta, vel crimina illa, quæ hæresi conjuncta, vel implexa sunt, vel esse solent: uti non tantum, si coherceant studia seditionum, factionum, &c. sed & si qualiscunque alia malitia, vel contumacia, vel injusta cupido, vel pervercia concurrat; uti in c. 28. c. 30. caus. 24. qu. 3.

Deinde differentia facienda inter hæresin, seu opinionem de fide, & inter facinorosa, quæ legibus prohibita sunt, & a fanaticis hominibus defenduntur: uti fuit ille anabaptistarum furor, qui circa annum 1535. monasterii polygiam instituerunt, privato ausu templa destruxerunt, jura magistratus invaserunt, quo cadibus pro lubitu grassati sunt; de quo Sleidan. de statu relig. l. 10. Hæc vero non sunt hæreses, & disputationes de fide, sed flagitia, & scelera jure naturali, omnibusque legibus prohibita; quæ proinde non rationibus convincenda, sed legibus, & suppliciis vindicanda sunt.

Hæresis igitur in se spectata, quatenus in solo opinionis circa fidem, & ejus fundamentum, errore, ac falsitate, consistit, atque ab omni alia malitia segregata est, constat, quod pro crimine haberi nequeat. Crimen enim sine dolo malo non committitur; nec malitia esse potest, ubi nulla est proæresis, vel male agendi voluntas, l. 14. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 3. §. 2. 3. l. 26. D. de injur. l. 5. C. eod. l. 37. D. de usucap. l. 2. §. 2. vers. præced. consil. D. de vi bonor. rapt. perpetuoque, cum in jure, tum apud Auctores, error, & crimen ab invicem separantur; uti Cicero orat. pro Ligar. c. 10. & pass. ac meritissime

Tom. III.

quidem discernit. Si enim crimen est ubi nullum concurrat consilium, aut proæresis, parum abest, quin in brutis quoque crimina statui possint.

Sed & in prædicto sensu culpa quoque abesse ab hæresi potest; nimirum, si paratus aliter edoceri, & veritatis cupidus omnibus probe perpensis, aliud tamen animo persuadere non possit: unde cum usu intraerit ut vox hæretici in malam partem, & pro specie delicti accipiat, eum, qui ita nullo pravo consilio, sed persuasus bona fide errat, inter hæreticos non esse recensendum, dicitur in c. 29. caus. 24. qu. 3. cujus hæc verba sunt: Qui sententiam suam quamvis falsam, atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumtionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, querunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, NB. nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

Itaque in hæresi omnis criminis, & culpæ ratio est a delictis cum hæresi concurrentibus, malitia, pertinacia, prava libidine, vi, disciplina impatientia, &c. Talis species affertur in c. 28. d. caus. 24. qu. 3. cujus hic est contextus: hæreticus est, qui alicujus temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatusque sui gratia, falsas, ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur. Et in c. 31. d. qu. 3. dicitur: qui in ecclesia Christi morbidum aliquid, pravumque sapiunt, si correpti, ut sanum, rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suæque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare perstunt, hæretici fiunt. Ut adeo contet, non opinionis errorem per se, sed scilicet conjuncta appareat cum perversis cupiditatibus, vel contumaciter resistendi affectu, &c. incipere esse crimen hæreses.

Ex quibus inferitur, eandem semper, & certam hæreseos pœnam statui non posse, sed plerimum illam pro modo concurrentium criminum variare. Et hoc quidem omni hæresi commune est, quod hæreticus excludi possit a cœtu ecclesie, & si clericus sit, ab officio ecclesiastico removeri. l. 2. §. fin. l. 3. §. 2. C. de summ. Trinit. Quod ipsum & in eum hæreticum, qui culpa, & delicto vacat, adeoque in usu juris, prout expositum modo fuit, pro hæretico proprie non habetur, statui posse, existimamus: non qui-

E e e

dem

den in penam, quia crimine eum vacare supponimus, sed quia is est cætus recte, & ex formula ecclesiæ catholicæ sentientium, qui in suum cætum admittere non tenentur eum, qui inde discessit, ideoque membrum illius se esse, factio ipso negat. Quanquam si ita ex imbecillitate id fiat, sacra litera id maxime commendat, ut potius tolerantur, eoque occasio fiat exemplo, vita, & argumentis eos ad veritatem pellicendi, Rom. 14. v. 1. seq. Philipp. 2. v. 15. Idque ita in primæva ecclesiâ observatum fuisse, ex antiquis patribus docet Grotius de verit. relig. Christ. libr. 3. c. 9. n. 5.

Sed & illud in omnes edici potest, ne conventus fidei sua causa agere, aut exercitium religionis suæ extrinsecum habere, ipsis integrum sit: tum ne observatiores usu, & conventibus fiant; L. 2. pr. C. de summ. Trinit. tum quia conventus omnes, & collegia, quasi conventicula, metu factionum in urbe legibus prohibita sunt, & pro crimine habentur, tot. tit. D. de colleg. & corpor. l. 1. §. fin. D. de offic. præf. urb. nisi a principe, vel magistratu permisi conventus, & comprobati fuerint, uti collegia opificum, &c.

Reliqua vero in hæreticos jure statuta non pertinent nisi ad eos, quibus aliud delictum commixtum est, scilicet, qui vel seditiose, & turbulenter se gerunt, vel alias mala libidine adducti, aut per contumaciam resistunt. Tales enim hæretici non fruuntur privilegiis istis, quæ intuitu religionis concessa sunt, l. 1. C. de hæret: uti sunt omnia privilegia piarum causarum, v. g. ratione solemnium testamenti, quæ in piis causis non attenduntur, c. 4. X. de testam. Falcidia, quæ legatis ad piæ causas non detrahatur, Novell. 131. c. 12. donationum, quæ non semper indigent insinuatione, nisi 500. solidos excedant; l. 36. §. 1. seq. C. de donat. &c. quæ omnia cessant in his hæreticis, d. l. 1. Qua ratione etiam privilegia dotium, & tacite earum hypothecæ, hæreticis illis non competunt. Novell. 109. c. 1. Auth. it. privileg. C. de hæret. Arg. l. 32. §. 2. D. de condict. indeb.

Sed nec testamenta facere possunt, nec ex testamento capere, l. 4. l. 5. C. de hæret. Auth. credentes C. eod. uti neque conventiculis eorum aliquid relinquere potest, d. l. 5. & domus, in quibus conventus domino convivente habent, ecclesiæ loci cedunt, d. l. 5.

Porro & anathema sunt, seu excommunicati; nec ipsi tantum, sed jure Canonico etiam eorum receptatores, c. 13. §. credentes c. 15. X. de hæret. & simon.

Præter hæc cum dictum sit, hæresi varia coherere aliquando crimina, arbitrio legitimi magistratus pro modo eorum criminum pena quoque statui possunt: uti si seditiones, rebelliones, &c. moverint ultimo supplicio, & aliis penis etiam puniri possunt: eæ enim non nude hæreses, sed criminum istorum ordinariæ pena sunt. Atque hinc omnino mortis quoque pena jure instigitur, dum hæresis ipsa in manifesta blasphemia in Deum, aut simili aliqua atrocitate consistit, uti Manichæorum, &c. qui crimen quasi læsæ majestatis divinæ committunt: in quos proinde ultimum supplicium constituitur; quæ & rerum commercio iis interdicitur, & memoria post mortem quoque damnatur, l. 4. §. 3. 4. l. 11. seq. C. de hæret.

De hac Manichæorum hæresi specialiter statutum est, ut sit crimen publicum, quo omnes accusare possunt, l. 4. §. 1. C. de hæret. In reliquis igitur hæresibus pro crimine publico non habetur; sed estimandum id est ex natura cujusque delicti, quod cum ea concurrat; cum ostensum sit, hæresin, seu nudum opinionis errorem, non esse in se crimen, sed omne crimen esse ab adjuncta ei malitia, v. gr. seditione, violentia, &c. Igitur quale crimen sit, quod hæresi annexum est, publicum, an extraordinarium, videndum, & pro ejus modo jus dicendum est.

Hinc jure communi hæresis non infamat, nisi quod ei coheret crimen famosum sit; uti si illud crimen publicum fuerit, aut alias famosum: hæresi enim jure nullibi imposita est infamia. Neque obstat l. 1. §. 1. C. de summ. Trinit. nam ibi tantum definitur quinam catholici, & quinam hæretici dici debeant; & uti illud honestum, ita hoc infame nomen esse statuitur. Hæc ergo tantum nominum differentia innuitur, non vero pena infamie.

Quod parus attinet, nisi conjuncti criminis ratio aliam penam requirat, (uti si seditiones, vel cædes ex hæresi factæ sunt) jure communi in hæreticos, qui a catholice ecclesiæ formula recedunt, ob conjunctam malitiam pena arbitraria, l. 1. §. 1. C. de summ. Trinit. & communiter relegationis, statuta est, l. 8. §. nullum 4. C. eod. Si quis autem

autem eorum nomen presbyteri, aut aliud publicum recipere, vel iis imponere ausus est, pœna est exilium cum publicatione honorum, d. 1. 8. §. idcirco 2. Si dominus conventibus eorum domum præbuerit, domus publicatur; si alia persona vilis, fustigatur; si honestior, decem libris auri punitur, d. 1. 8. §. 3. Si contra sacram Chalcedonensem Synodum, (quæ est quatuor synodorum ultima, & reliquis confirmata) aliquid ediderit, vel editum vulgaverit, perpetua deportatione; si discendi studio quis disputantes adierit, decem librarum auri multa; si quis publice talem docuerit hæresim, ultimo supplicio afficitur, libris hæreticis igne concremandis, d. 1. 8. §. fin.

Atque ita jure communi, & legibus primorum Christianissimorum Imperatorum, tota hæc causa accuratissime sæculo quarto, & quinto definita est, & omni ex parte pro natura delicti, & modo circumstantiarum, æqua, justaque satis severitate in hæreticos, a catholice ecclesie regula deviantes, animadvertitur. Verum, hæc postea sæculo circiter duodecimo mirandum in modum exacerbata, & pœnarum istarum atrocitas immane quantum aucta, & exasperata fuit. Quod tum factum est, cum orta inter imperium, & Sacerdotium controversia, ecclesia Romana potestatem secularem, & jus in ipsos Imperatores: & Reges sibi vindicaret, & jure quasi imperii leges ferret, quæ deinde in Corpus juris canonici collectæ sunt. Quæ mutationes paucis exponenda sunt. Primum enim cum jure communi omnes hæretici sepeliendi essent, adeo ut nec Manichæi quidem excepti fuerint, l. 9. C. de hæret. contra jure canonico omnes hæretici a sepultura ecclesiastica exclusi sunt. c. 8. X. de hæret. c. 2. eod. in 6. c. 12. X. de sepul. Id vero inhumanius nimis, & impium in jure merito habetur: d. 1. 9. verb. humanum, & pium esse putantes. Satis enim demonstratum est, hæresim in se crimen non esse, sed propter ea, quæ quandoque accedunt, crimina; hæc autem crimina non inferunt privationem sepulture, nisi in perduellionem incidant. Quemadmodum & hoc nimis a ratione, & humanitate alienum est, quod qui eos, vel eorum receptatores sepultura commisit, hoc facto excommunicetur, quoad manibus suis sepultum exemerit, & alio projecerit, c. 2. pr. in hæret. in 6. Quin & cæmeterium reconciliatur, & quasi de

novo consecratur, c. 7. X. de consecr. eccles. Quæ nec in extrema Barbarie audita sunt.

Deinde pœna ignis promiscue in quosvis hæreticos statuta est; nec tantum in eos, qui a catholica ecclesie, & quatuor centurionum formula, sed & qui a Romane ecclesie traditionibus differerint, statuta, & sæpe, superiori quoque sæculo, executioni data est. Hæc vero pœna ignis jure canonico non quidem expressa fuit, quia canonis pœnas capitales, & sanguinis non infigebant, sed per brachium seculare eas exercebant, c. penult. X. de hæret. c. 1. eod. in 6; atque adeo tradiderunt hæreticos igni comburendos seculari potestati: inæque illius pœnæ usus. Ultima vero canonum pœna est carcer perpetuus, & ut vocant, immuratio: quæ de causa alternative pœnam statuunt, ut hæreticus vel curia seculari sit relinquendus, vel immurandus. d. c. 1. de heret. in 6.

Porro jure canonico in genere hæretici sunt intestabiles, officiorum incapaces, & nec testes esse, nec accusare, nec agere, nec testari, nec alios defendere possunt, c. 13. §. credentes X. de hæret. Eorum subditi, vasalli fideles a vinculo, & jurejurando, c. fin. eod. & liberi a potestate eorum solvuntur, c. 2. §. fin. eod. in 6. Omnia acta, ordinationes, collationes, alienationes rescinduntur, c. 1. X. de schismat. quin ipso jure omnes fiunt infames, tot. c. 13. §. credentes. Cujusmodi constitutiones simul, ac eodem tempore, & iisdem fere verbis edidit Fridericus II. Constit. de statut. & consuet. contr. lib. eccl. §. Gazaros 5. & §. credentes 3. (in collat. 10. in fine Corpori juris adjuncta,) & Papa Innocentius III. in d. c. 13. §. credentes.

Porro successionum, & hereditatum nulli sunt capaces; omnium bona publicantur; lex majestatis in eos exercetur, & filii quoque, etsi orthodoxi, hereditate patris excluduntur, c. 10. X. de hæret. quod deinde ad nepotes quoque ex linea paterna extensum est in c. 15. in 6. & uxorum quoque, quæ scientes hæretico nupsissent, dotes confiscantur, c. 14. eod. in 6.

Quin & post mortem damnari, excommunicari, bonaque eorum publicari possunt, c. fin. caus. 24. qu. 2; eaque omnia etiam ad factores, & receptatores eorum extenduntur, tum in d. c. 13. §. credentes, tum in d. const. Friderici II. §. credentes; atque adeo prorsus lex illa majestatis, & perduellionis,

lionis, omnium toto orbe atrocissima, & in atrocissimum crimen lata, in errorem quoque, etiam cum culpa caret, (non enim distinguunt) exercetur, d. c. 10. X. de hæret.

Nos equidem, an pœna hæc in hæreticos a catholicæ ecclesiæ formula, quæ de ipsa Christiana fidei substantia, & indubio fundamento concepta est, recedentes statui possint, nunc in melius relinquimus, & ad prætractata referimus: ceterum, quod spectat eos, qui extra prædictam formulam ab ecclesiæ Romanæ traditionibus dissentiunt, satis quidem jam probatum est, eos nulla specie hæreticos dici posse; quædam tamen sunt, de quibus adhuc ad majorem rei illustrationem tractari opera pretium videtur. Inprimis itaque queritur, cujus sit de hæresi cognoscere, ac statuere? Nec dubitare nos fuit communis gentium ratio, omniumque jurium divinarum, & humanorum, consensus, ejus id esse, qui summum imperium in republica habet. Ita hoc jus fuit Imperatorum, Gratiani, Valentiniani, & Theodosii in l. 1. §. 1. C. de summ. Trinit. ibi: divina primum vindicta, post etiam motus animi NOSTRI, quem ex cœlesti arbitrio NB. sumserimus, ultione plectendos. Ergo hi Christianissimi Imperatores voluit ex sui animi motu, quem ipsi sumserunt, hæreticos esse plectendos. Quod iidem Theodosius, & Valentinianus etiam ad ipsum Papam Hormisdam describunt in l. 3. §. 1. 2. C. eod. ubi cum leges Papæ dixissent, quibus agi in hæreticos vellent, & jussissent ut clerici ejiciantur, laici anathematizentur, secundum ea, addunt, quæ jam a NOSTRA divinitate sunt constituta; & mox: secundum NOSTRAM legislationem. Tum denique aliis pluribus sancitis ita fiunt: hæc igitur tua magnificentia sequens, NOSTRÆ religionis scopum observare, & effectui dare studebit. Ita iidem l. 2. C. de hæret. omnes, inquit, vetitæ legibus divinis, & NB. imperialibus constitutionibus, hæreses perpetuo quiescant. Denique in tot tit. C. de hæret. & alibi, plurimæ sunt Imperatorum constitutiones de hæreticis, & eorum pœnis, &c. ex quibus certissime constat, doctrinam aliquam judicio totius ecclesiæ semel hæreses damnatam, omnem potestatem puniendi, statuendique, penes Imperatores fuisse, non penes Pontificem.

Multo minus itaque, cum inter mem-

bra particularis ecclesiæ quæstio, seu controversia de quibusdam articulis oritur, uti inter Romanos, & Evangelicos: neque enim tum ipsa pars, cum qua controversia est, potest iudex in ea causa esse, nec sibi potestatem arrogare atrocissimas pœnas in alteram partem statuendi, & hæreses eam damnandi; inprimis cum neutra pars auctoritate invicem cedat, & non tumultuarii homines, sed tot regna, principatus, ac republicæ, quæ adeo litterarum studiis, scientiis, ac omnigenæ eruditionis laudibus præclarissime florent, in eandem partem conspirent, atque consentiant.

Quod si vero, inaudito exemplo, pars in partem sibi id arroget, pœnarum diras excogitet, damnet, excruciet, &c. quid aliud illa spirant, quam vindictam, non pœnam? Quid manifestius, quam hos animos esse insectissimi vindicis, non aequi judicis; qui non alios emendare satagit, sed se ulcisci. Quod in causa hæreses satis apparet. Nulla gens unquam tam fera, immanis, ac barbara fuit, nulla e contrario tam superstitiosa, & religionum suarum tenax, ut aliud a se opinantes (jam diximus, non hic agi de dissensu a formula totius ecclesiæ de verissimo ejus fundamento concepta,) exquisitissimis, & atrocissimis suppliciis, pœnisque dignos existimaverit.

Christianis vero id omnium minime conveniebat, qui sane hac ratione crudelissimos tyrannos, & Christianorum persecutores absolvunt, & piissimos martyres damnant: habuere enim gentes formulam religiose traditionis suæ, totius terrarum orbis consensu comprobata, & tot seculorum, tot ætatum usu firmatam, cujus jugulum petebant pauci Christiani, mere subditi; ac privati, in quos proinde pœnas gravissimas principes statuebant; atque ideo meritissimo suo pessime audiant, & nunc indubie pœnas luunt. An vero plus causæ, quam tum gentibus fuit, hodie uni ecclesiæ est in eos, qui salva totius ecclesiæ formula fundamentali, in quibusdam ab ea discrepant, saviendi, eoque persequendi?

„ Eandem quæstionem illustravit B. Pares in Disputatione de evocatione sacrorum, sect. 3. §. 17, usque ad 21. ubi ita differit.

Id enim e contrario certum est, nullum esse imperium in conscientias; & omnium longissime

longissime id excedit fines potestatis humanae. Etenim cum conscientia ne quidem sit in nostra, ipsorumque potestate, nedum in alterius esse concipi potest. Non est illa res voluntatis nostra, quae & nostro arbitrio mutari, & alterius parere potest; sed res intellectus, quem formare, aut necare, humanae opis non est. Non magis itaque hominis est, conscientiam vel alterius cogere, vel propriam refringere, quam vel ipse statuere potest, vel alii statuendum injungere, bis binas esse centum, vel nivem esse atram. Philippus Arabs Christianus fuit, Cuspinian. in Philipp. Arab. sed sacra imperii, quod fere totum adhuc gentile erat, non mutavit; ac mutavit Constantinus M. non coactis civibus, sed quia tum major pars jam erat Christiana.

Thuanus, vir ut eruditione, iudicio, ac ingenio incredibili, ita fide, ac candore pari, provocans ad experientiam, & gesta temporum, quae nemini uni magis comperta fuere, quam ipsi, ita in epistola nuncupatoria operibus suis praemissa scribit: Experientia fati edocti fumus, ferrum, flammam, exilia, praescriptiones, irritasse potius, quam sanasse morbum menti inhaerentem: ad quem proinde curandum non iis, quae in corpus tantum penetrant, sed doctrina, & sedula institutione, quae in animum leniter instillata descendit, opus esse: alia quippe omnia pro arbitrio civilis magistratus, atque adeo Principis sanciantur; sola religio non imperatur, sed ex praecipua veritatis opinione, accedente divini Numinis gratia, bene praeparatis mentibus infunditur. Ad eam cruciatus nihil valent, quin obfirmant potius animos, quam frangunt, aut persuadent: quod de sua illa sapientia tam magnifice praedicavere Stoici, hoc nos multo justius de religione dixerimus. Et in sequentibus prolixè rebus ipsis id demonstrat, tum ex Augustino rem praclare deducit, ex quo in canones id relatam est: deinde ex more, & sententia primæ ecclesiae, quae contenta fuit excludi haereticos ab ecclesia, idem demonstrat, ostenditque, quam illa, & pii episcopi, ac inter eos B. Martinus (quem Sulpicius Severus libr. 2. histor. sacr. circa an. Chr. 386. virum dicit plane apostolis conferendum) inde abhoruerint, etiam in causa Priscilliani exiabilis doctrinae auctoris, & quantopere factum reliquorum episcoporum detestati fuerint; idque ex relatione ipsius B. Ambrosii, cuius

haec verba exhibet: cum vero ex furibulum istorum episcoporum sententia, Maximus (tum Imperator) postea decrevisset tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui haereticos inquirerent, deprehensis vitam, & bona adimerent, idem B. Martinus apud eum tenuit, ut decretum revocaretur. Deinde Sulpicius Severus d. l. 2. circa finem suae aetatis episcoporum violentiam, secutasque inde in ecclesia, & misera plebe Dei calamitates deplorantem, d. l. 2. circa finem exhibet, & inde agnoscit imaginem temporum praevitiae suae (sub Henrico III.) Hinc laudat Ferdinandum I. ut sapientissimum principem, qui pacem religionis sanciverit; tum incidit in ea, quae contra Valesios, homines innocentes, simplices, & conscientiae suae tenaces, horrenda immanitate, & truculentissime acta fuere, pluraque alia lectu per digna in eam rem affert vir pius, ac cordatus, & ingenuus, quibus vim a conscientia abesse debere, evincit.

Nec potest quisquam aliter sentire, nisi immanissimos, & sevissimos primæ ecclesiae persecutores, ac tyrannos, pari ratione absolvere velit, quorum in martyres patrata omnia comprobare, quin laudibus extollere eos oporteret. Illi enim persecutores, non minus persuasi de sua religione, ejusque zelo accensi fuere, quin longe plus causa ipsi fuit contra Christianos faciendi, a quibus tota religione, omnibusque castis dissidebant; cum Christianis inter se de cultu veri Dei conveniat, quin inter eos, qui quatuor conciliis catholicis, quae vera, ac sincera ecclesiae catholicae, post Dei verbum, unica norma, ac regula sunt, & jure habentur, (vid. Novell. 115. c. 3. §. 14. & c. 4. §. 8. junct. l. 7. §. 4. C. de summ. Trinit. Disp. Dn. praef. de jure circa haereticos §. 5. seq.) subscribunt, his magis sit de auctoritate hominis, vel humana, quam de cultu Dei: scilicet, his inter imperium, & sacerdotium, quae factionibus Gibellinorum, & Guelforum ejusdem religionis hominum, cruenta adeo, ac funesta fuit.

Sane, quam injuriosa res ea sit ipsi sanctissimo Servatori, patet ex eo, quod tantopere abominatus fuit factum Pharisaorum, eorumque studium proselythos, id est socios religionis suae, querendi: cum tamen iis nec vis ulla fieret, & ab idololatrio illos volentes ad veri Dei cultum converterent. Quod ergo statuere

tueret de his, qui vero Deo, ac Servatore imbutos, atque ad amissim veræ ecclesiæ catholicæ, seu quatuor conciliorum formatos, sui commodi, non divini cultus causa, ad sua sacra, vi, ac martyriis, fiscoque in immensum hominum, ac Christianorum sanguine, pepellere tantopere laborant, & alias perpetuos hostes profitentur; ut nihil plane reliquum sibi fecerint, quo Phariseis, quo severissimis ecclesiæ persecutoribus irasci possint. Quæ non aliter, quam commendandæ pacis religiose causa, quæ palladium imperii est, dicta sunt. Vid. Jurisprud. nostram publ. d. cap. 18. §. 28.

1 S. d. de quibusdam dubitant, aut errant]
 „ Adeoque qui singularem hæresin, seu
 „ opinionem circa religionem Christianam
 „ foveat.

Aut in lege sensum videntur habere] „ Ut
 „ doctrina de missa, de transubstantiatione,
 „ de gratia, &c.

Et ab antiquis Christianis non eundem in
 modum sunt exposita] „ Adeoque ubi cum
 „ ratione dubitant, aut errant.

Periniquè faciunt] „ Quia credere non
 „ est res arbitrii, adeoque pœnæ in impos-
 „ sibilita statuerentur.

Quod ostendunt & ea, quæ ante dixi-
 mus] „ Nimirum, §. 48. quia pleraque
 capita religionis Christianæ nituntur rebus
 facti, & jam perantiqui: uti historia de
 Messia, de resurrectione Christi, &c.

Qui rejiciebant dogma resurrectionis] „ A-
 „ nimæque immortalitatem negabant.

Verissimum quidem] „ Equidem resur-
 „ rectionis dogma argumentis mere natu-
 „ ralibus probari non potest: pro immorta-
 „ litate autem animæ argumenta ex ratio-
 „ ne desumpta non desunt. Vid. not. ad
 „ proleg. §. 11.

Non nisi obscure, & sub verum invo-
 lucris] „ Verum est, in lege Mosis tem-
 „ poraria saltem præmia, & pœnas ad
 „ hanc vitam pertinentes contineri. Ratio
 „ in apertis est, quia Moses suæ reipubli-
 „ cæ leges dedit, adeoque non nisi pœ-
 „ nas temporales statuere potuit. Cæterum,
 „ dogma illud de immortalitate animæ à
 „ patribus solum Sadducæis in dubium vo-
 „ catum fuit; plerique vero Judæorum
 „ Phariseorum sectæ adhærebant, & ipsi
 „ reges eam doctrinam profitebantur, teste
 „ Salomone, qui ait, redire spiritum ad

„ dominum, qui eum dederat. Neque im-
 „ pune Sadducæi a communi hac Judæo-
 „ rum religione dissentiebant, quia ab
 „ officiis, & honoribus publicis exclude-
 „ bantur.

Quid si vero gravior sit error, &c.] 2
 „ Opponere solent violenti illi reformatores,
 „ errores circa religionem aliquando esse gra-
 „ viores, & cum homines convinci facile
 „ possint, malitiæ indicium esse si resistant,
 „ indeque vi ad assensum adigi debere.

Quanta sit vis inolitæ opinionis] „ Vide-
 „ mus enim, homines quosdam opiniones,
 „ monstruosas maxime, ad martyrium usque
 „ sustinuisse.

In suam cujusque sectam studium] „ Quod
 „ inprimis in materia religionis verum est,
 „ utpote quæ plerumque non ratione, sed
 „ affectu dijudicatur. Vid. supr. §. 47. n. 3.

Ex modo illuminationis, & aliis animi
 dispositionibus, quas hominibus pernoscere
 non est datum] „ Sensus est: quosdam
 „ minori intelligentia a Deo præditos,
 „ vel stupidiore esse, indeque minus pec-
 „ care; easque circumstantias, cum per-
 „ nosci ab homine non possint, non esse
 „ punibiles.

Hæreticus Augustino] „ Veram definitio- 3
 „ nem hæretici exposuimus h. §. n. 1. ubi
 „ hæreticos esse diximus, qui dissentiunt
 „ a quatuor conciliis œcumenicis. Conf.
 „ Camden. 1. p. m. 11.

De Manichæis] „ Qui inter alios errores 4
 „ duo principia cœva statuerunt, alterum
 „ boni, alterum mali: a Manete Perfa
 „ dicti Manichæi, de quibus alibi. In hos
 „ hæreticos prima mortis pœna sub Hono-
 „ rio, & Arcadio statuta est, l. 1. §. 1.
 „ l. 2. C. de Summ. Trinit. l. 3. C. de hæret.
 „ Prima in contradicentes, &c.] „ Vid.

Gronov. h. Cæterum, in Arianos non
 eodem modo sævitum est: nam Ariani
 episcopi damnati in secundo concilio sal-
 tem in exilium abire jussi sunt. Gutbberlet.
 Chronol. p. m. 260,

Bogomilii exustionem] „ Vid. Gronov. h.
 „ Bogomilus incarnationem negabat, &
 „ baptismum æque, ac sacrum cœnam
 „ spernebat. Pietet de la vérité de la relig.
 „ Chret. p. 2.

Errantis penam esse, doceri] „ Error
 „ enim non vi erui, sed rationibus
 „ debet.

A D §. LI.

JUSTIUS illi punientur, qui in eos, quos deos putant, irreverentes, atque irreligiosi sunt] „ Quæritur, an gens ideo alii „ genti bellum punitivum inferre possit, „ quod irreverens sit in Deum. Auctor id „ affirmat exemplo Lacedæmoniorum, & „ Philippi Macedonis: verum, cum ex illa „ irreverentia non redundet injuria in ho- „ mines, maxime extraneos, illi causam „ Dei vindicare non possunt; adeoque eæ- „ dem rationes hic obtinent, quas supra, „ cum de atheis quæstio esset, allegavimus. „ *Inter ceteras*] „ Nam præcipua causa affe- „ rebatur controversia de Sagunto. *Vid. infr. „ c. 22. §. 1.* „ *Et a Philippo*] „ Vid. *Justin. l. 8. c. 2.* „ Sed hic vindex injuriæ religioni illatæ si- „ mile sacrilegium in eodem bello commisit. „ *Justin lib. 8. cap. 3.* Certissimo indicio, „ causam belli nec ipsi justam visam fuisse. „ *Statim pena sequitur post sacrilegium*] „ At gentes, quæ urbem obsidebant, non „ vindicabant hoc sacrilegium, neque ideo „ bellum gerebant; sed Deus ob hoc cri- „ men Assyrios hostium potestati tradidit.

Augustinus] „ Epistola S. Marcellino „ scripta.

Quod cordi illis fuisset, quamvis falsa re- „ ligio] „ Pietatem Romanam maxime com- „ mendat B. Parens in oratione. Num le- „ gibus magis, quam armis respublica de- „ fendi possit?

Etsi non re ipsa, tamen proposito tene- „ rent] „ Id est, ea, quæ pietatis sunt, in- „ tentione, & proposito egerunt, etsi in „ modo erraverint.

Qualiacunque, quæ putantur, numina, & „ c.] „ Quia quanquam sub fallis notis, „ generali tamen complexione numen com- „ prenditur, ideoque verus Deus in suam „ injuriam id factum interpretabitur, *d. „ c. 13. §. 12.* Exempla, ubi post sacrile- „ gium pœna secuta est, refert Gronovius „ *hic.*

Seneca] „ Hic non loquitur de pœna in „ gentes statuenda, seu de bello punitivo; „ sed de pœnis civilibus, quæ eis quoque „ infligi possunt, qui per falsos Deos jurant, „ & de his verum est, quod opinio sua illos „ obliget pœnæ.

Plato] „ Hoc itidem de pœna in subdi- „ tos statuta loquitur, non vero de jure pu- „ niendi gentes.

C A P U T X X I.

De Pœnarum communicatione.

- I. Pœna quomodo transeat ad eos, qui delicti sunt participes.
- II. Communitas, aut rectores, tenentur ex subditi delicto, si adsit scientia, & non prohibitio, cum prohibere possint, & debeant:
- III. Item ex receptu eorum, qui alibi deliquerunt.
- IV. Nisi aut puniant, aut dedant: quod exemplis illustratur.
- V. Jura supplicum ad infortunatos, non ad nocentes pertinere: cum exceptionibus.
- VI. Defendi tamen supplices dum de cau- sa cognoscatur: & ex quo jure facienda cognitio.
- VII. Quomodo delicti rectorum participes sint subditi, aut communitatis hi, qui ejus membra sunt: & quomodo differant pœna communitatis, & pœna singulorum.
- VIII. Pœna jus in universitatem quamdiu duret.
- IX. An sine delicti communicatione pœna transeat.
- X. Distinctio ejus, quod directo infertur, & in consequentiam venit.
- XI. Distinctio ejus, quod fit occasione peccati,

- peccati, & quod ex causa peccati.
- XII. Proprie loquendo neminem juste puniri ob delictum alienum, & cur?
- XIII. Non filios ob parentum delicta:
- XIV. (Respondetur ad Dei facta [vel potius, ad objectionem petitam ex Dei factis] circa filios nocentium.)
- XV. Multo minus cognatos alios.
- XVI. Possit tamen liberis, & cognatis nocentium aliquid negari, quod alioquin habere poterant: cum exemplis.
- XVII. Nec subditos proprie puniri posse ob regis delictum:
- XVIII. Nec singulos, qui non consenserunt, ob delictum universitatis.
- XIX. Haereditas ad poenam, qua poena est, non teneri: & cur?
- XX. Teneri tamen si poena in aliud debiti genus transferit.

+ I. I. **Q**uoties de poena communicanda quaeritur (aa), aut de iis quaeritur, ^a qui delicti sunt participes, aut ⁱ de aliis. Qui delicti participes, ² non tam ex alieno, ⁺ quam ex suo delicto puniuntur. Hi qui sint, ex his, quae ³ supra de damno injuria dato dicta sunt, intelligi potest. Ferme enim ⁺ iisdem modis in delicti partem quis venit, quo in damni dati: ⁺ non tamen semper, ⁺ ubi damni obligatio est, etiam delictum est, sed tum demum, ⁺ si qua malitia notabilior accesserit, ⁺ cum ad damni dati obligationem ⁺ saepe qualiscunque culpa sufficiat.

2. Ergo ^b qui factum vitiosum jubent, ⁺ qui ⁵ consensum requisitum adhibent, ^c ⁺ qui adjuvant, ^d ⁺ qui receptum praestant, aliove modo in ipso crimine participant: ^e qui consilium dant, ^f ⁺ laudant, assentantur: qui cum ⁺ ex

G R O T I I.

^a Qui delicti sunt participes] *Tertullianus* de Resurrectione carnis: dicent enim, ministros, & socios habere arbitrium ministrandi, atque sociandi, & potestatem suae voluntatis in utrumque, homines scilicet, & ipsos; Idcirco cum auctoribus merita communicare, quibus operam sponte accommodant. (Cap. 16.)

^b Qui factum vitiosum jubent, qui consensum requisitum adhibent] *Saulus* manibus omnium lapidabat. *Augustinus* sermone V, de Sanctis, cap. 4. similia sermone ejusdem argumenti primo, c. 3. & sermone XIV. [Qui omnes Sermones falso adscripti sunt *Augustino*.]

^c Qui adjuvant] *Ope Institutionibus* de furtis, [immo *De obligat. ex delict.*] §. interdum, 11. *Edicto Theoderici*, c. 120.

^d Qui receptum praestant] *Hieronymus* [aut quisquis alius scripsit opus illud, pag. 53. B. Tom. VII. *Ed. Baf.* in Cap. 29.] saper parabolae: non fur solum, sed ille reus tenetur, qui furti conscius quaeerente possessor non indicat. *Chrysostomus* de Statuis XIV. ἡ γὰρ οἱ ἐπισηκόντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ συνιδότες μὲν, περιεδόντες δὲ, κοινῶνται τὰν ἐκδικημάτων non enim perari solent, sed & qui, consilii cum sint, celant perjuriam, criminis tenentur. (Tom. VI. pag. 555, 556. *Edit. Savil.*)

^e Qui consilium dant] Vide *Institutiones*, &

edictum Theoderici dictis locis. *Andocides* ex lege Attica, τὸν θελεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῆ χειρὶ ἐργασάμενον qui consilium dedit, eum non minus poena teneri, quam qui manu rem effecerit. (Orat. 1. *De Mysteriis*, p. 219. *Ed. Wech.*) ἡ γὰρ ἢν περιεχθῆναι μὴ βουλευσάμενος neque enim sine consilio res facta fuisset, ait *Aristoteles* de poetica cap. 17. [Immo *De Rhet.* 1. 7.]

G R O N O V I I.

1 *De aliis*] Quibuscum culpa non communicata, communicatur poena, num. 9.

2 *Non tam ex alieno*] Non tam ob id, quod auctor peccavit, quam quod illi peccato ejus adstruxere.

3 *Supra de damno*] 2, 17. 6.

4 *Ubi damni*] Qui tenetur ex damno ad reparandum, potest etiam conveniri ad poenam ex delicto.

5 *Consensum requisitum*] Pctitum ab auctore.

(aa) Confer hic *PUFENDORFIUM*, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. c. 3. §. 23, & *sequ.* ac Cap. 6. §. 12, *J. B.*

G R O T I I.

^f *Laudant, assentantur*] *Chrysostomus* 1. ad Romanos

+ ex jure proprie dicto teneantur vetare & non vetant, aut cum teneantur + ex simili jure + opem ferre injuriam patienti, non ferunt: + qui non dissuadent cum dissuadere debeant: + qui factum reticent, quod notum facere + ex jure aliquo tenebantur; hi omnes puniri possunt, + si in ipsis talis sit malitia, quæ ad meritum pœnæ sufficiat, secundum ea, quæ proxime tractata sunt.

II. I. + Exemplis res fiet illustrior. + Communitas ° ut alia, ita & civilis, + non tenetur ex facto singulorum, 7 + sine facto suo, + aut omissione. Bene enim a Augustinus; aliud est, quod in populo quisque habet peccatum proprium, aliud, quod commune, quod uno animo fit, & una voluntate ad aliquid multitudinem comparata committitur. Hinc in formula federum est: h Si defexit publico consilio. Locri apud Livium b ostendunt senatui Romano, culpam defectionis procul + a consilio publico abfuisse. Narrante eodem, c Zeno pro Magnetibus deprecator apud T. Quintium, & legatos, qui ei aderant, flens petebat, ait Livius, ne unius amentiam civitati assignarent; 9 suo quemque periculo furere. Et Rhodii apud senatum publicam causam a privatorum causa segregant, d dicentes, nullam esse civitatem, quæ non improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat. + Sic nec pater ex delicto liberorum tenetur, + nec dominus ex servi, + nec alii, qui præsumt, + nisi aliquid in ipsis vitiosum hæreat.

a In L. vit. Quest. 26.

b Lib. XXXIX. c. 17.

c Lib. XXXV. c. 31.

d Apud eundem, XLV. 27.

2. Ex his autem modis, + quibus rectores aliorum in crimen veniunt, duo sunt, qui maximum usum habent, & diligentí consideratione indigent: 10 + patientia, + & receptus. De patientia ita habendum est, + qui scit delinqui, qui prohibere potest, & tenetur, nec prohibet, eum ipsum delinquere. + Cicero e in Pisonem: neque vero multum interest, præsertim in Consule, utrum ipse perniciosus legibus, improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiantur. Brutus ad Ciceronem: f alienæ igitur, iniquæ, culpæ meum facies? prorsus alienæ, si provideri potuit ne existeret. ἴσον τῷ πλημμελεῖν τὸ μὴ κωλύειν τὰς πλημμελίαις, ait Agapetus ad Justinianum; & par est

e Cap. 5.

f Ep. LV. ad Brut. g Parænetic. c. 28.

manos circa finem: καὶ γὰρ τὸ πλημμελεῖν ὁ τὴν ἀμαρτίαν ἐπαυῶν χαλεπώτερον ἢ ἄλλον ἔχειν ἡ ἁμαρτίαν αὐτὴν ἑαλέσθαι. (Tom. III. pag. 28.) Qui facinorosum aditans hortatur, pro faciente habetur lege Langobardica, lib. I tit. IX. §. 25. Vide quæ ex Philone, & Josepho mox proferemus ad §. 17.

g Non vetant] Chrysostronus 1. adversus Judæos: (Tom. VI. p. 319.) ὡς περὶ ἐν ἑκ' αἰ κλέπτοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κύριοι μὲν ὄντες κωλύειν, μὴ κωλύοντες δὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις διδάσκει δίκην. sic non ita modo, qui furtum fecerit, sed & qui prohibere cum possent non prohibere, puniuntur, & quidem pari uterque pena. Sic eum, qui sanari ægrotum prohibet, teneri quasi vulnerasset, ait idem Chrysostronus 2 ad Cor. c. VII. (Tom. III. p. 627.)

h Si defexit publico consilio] Chrysostronus de Statu III. ἔτι ἢ καὶ τὴν πόλεως τὸ ἀμαρτήματα ὁρῶσιν, ἀλλὰ ἀνθρώπων τινῶν ἕνεκα καὶ ἐπιλύσαν, ἂν δὲν λογισμῶ ποιεῖται, ἢ γὰρ καὶ κατανόμια πάσῃ καὶ ἐν ἐν οἰκίῳ ὑπὲρ τῆς ολίγων ἀπαυδαίας πάλιν τοσαύτην ἀναγκάζονται, καὶ τὰς ἂν ἡδὲ

Tom, III.

καὶ τὰς διδόναι δίκην. Non commune fuisse delictum civitatis, sed extraneorum, & advenarum, qui cuncta temeritate, ac legum ignorantia potius, quam ratione facerent: neque vero æquum, ut ob paucorum imperitiam tanta urbs everteretur, & pœnam ferrent culpæ exsortes. (Tom. VI. p. 473.) Ammianus libro XXX. de Quadis: nihil ex communi mente procerum gentis delictum asserantes in nostros. (Cap. 6.)

G R O N O V I L

- 6 Ut alia] Quodvis collegim.
- 7 Sine facto suo] Nisi facto ipsa intervenerit, aut aliquid faciendum neglexerit.
- 8 Si defexit publico] Livius, I, 24.
- 9 Suo quemque periculo] Quod quisque privatim insanisset, ipsum Inere debere. Cicer. 3. de Leg. 10. suo periculo progredi.
- 10 Patientia] Diffimulatio, & connivendi propositum.

F f f

G R O.

est delinquere, & delinquentes non prohibere. Quisquis patitur peccare peccantem, is vires subministrat audacia, ait Arnobius. In cujus manu est ut prohibeat, jubet agi si non prohibet admitti, ait Salvianus. Augustinus vere: qui desinit obviare cum potest, consentit.

3. Sic qui ¹¹ Mancipium cum possit eximere ¹² prostitutum esse patitur; + pro prostituente habetur & Romanis legibus. Si servus sciente domino occidit, ¹ in solidum dominum obligat: + ipse enim videtur dominus occidisse. Et ¹³ lege Fabia in dominum animadvertitur, ¹⁴ si servus + domino sciente alienum servum subduxerit.

4. Sed, ut + diximus, præter ¹⁵ scientiam requiritur + facultas prohibendi. Et hoc est, quod ajunt leges, ¹⁶ scientiam, ¹⁷ cum puniri jubetur, accipi pro patientia, + ut qui prohibere potuit, teneatur si non fecerit; & scientiam ¹⁸ hic spectari, quæ habeat & voluntatem: ¹⁹ + scientiam ²⁰ accipi cum consilio: ideoque non teneri dominum si servus ²¹ in libertatem proclamaverit, + si dominum contemserit: + quia scilicet ²² culpa vacat qui scit quidem, sed prohibere non potest. + Sic parentes tenentur ex delictis filiorum, ²³ sed eorum demum, + quos habent in potestate. Vicissim, etiam si in potestate habeant, & alioqui prohibere potuerint, ²⁴ non tenebuntur nisi & sciverint. Pariter enim concurrere hæc debent, + scientia, & ²⁵ non prohibitio, ut quis ex facto alieno teneatur; + quæ omnia ²⁶ ad subditos pariter ratione sunt referenda: + veniunt enim ex naturali æquitate.

5. Egregie ²⁷ Proclus ad illud Hesiodi, (Oper. & Dier. vers. 240.)

Πολλάκι καὶ ζύμπασα πόλις κακῶ ἀνδρῶς ἐπαυρεῖ.

Sæpe luit populus penas unius iniqui,

ait: ὡς ἐξὸν καλύειν, μὴ καλύεσθαι τὴν τοῦ ἐνὸς πονηρίαν, ut qui cum prohibere possit, non prohibet unius malitiam. Sic in exercitu Græcorum, ubi Agamemnon ipse, & alii + concilio communi suberant, non immerito: "

Quidquid delirant reges, plebsquantur Achivi:

+ x Ipsorum

GROTII.

¹ Scientiam, cum puniri jubetur, accipi pro patientia] *Lege Wisigothorum* libro VIII, tit. IV. cap. 11. cap. 26. & alibi. libro IX, tit. 1. c. 1.

GRONOVII.

¹¹ Mancipium cum possit] Quod dominus vendidit hac conditione, ne prostitueretur, atque ut ipse, si prostitueret emptor, manus injectionem haberet, id est, citra ullam in jus vocationem ad se domum abducere posset, non reddito pretio.

¹² Prostitutum] Apud Ionenem.

¹³ *Lege Fabia*] De plagiariis.

¹⁴ *Scientiam*] Ejus, cujus est persequi, & punire commissa, si non punierit.

¹⁵ *Scientiam accipi*] Scientiam intellige ejus, cui liberum fuerit secum consulere, & cogitare, velletne cum posset prohibere, an nollet.

¹⁶ *In libertatem proclamaverit*] Se vindicaverit, & ingenuum, liberumve demonstraverit iudicio recuperatorio. *Suet. Vespas. 3.*

¹⁷ *Non prohibitio*] Cessatio a prohibitione.

¹⁸ *Ad subditos pari*] Ut inter patres, & filios, servosque, ac dominos statuta sunt jure civili Romano: ita & jure gentium valent inter eos, qui præstant, & subiectos.

GRO-

+ k Ipsorum enim erat cogere Agamemnonem, ut 1º sacerdoti filiam redderet. Sic post eorundem classis exulta narratur * :

x Virg. Æn. 1. 39.

1 Unius ob culpam, & furias Ajacis Oilei,

qua de re Ovidius metam. XIV. (vers. 468.)

————— ———— ———— ———— Virgine rapta
Quam meruit pœnam solus, digessit in omnes ;

quia cæteri non impedierant, ne 2º virgo sacerdos raperetur. Apud Livium y est : Propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant. Cumque Laurentes 21 y Liv. lib. jure gentium agerent, apud Tatum gratia suorum, & preces plus potuerunt. Igitur 22 + illorum pœnam in se vertit. Huc proprie pertinet illud Salviani z de regibus : m Potestas magna, & potentissima, qua prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri + si sciens patitur perpetrari. Et apud Thucydidem est : a ó δυνάμεν @ παύσαι, ἀληθέσθεον δῆα magis ille facit, qui potest prohibere. Sic apud Livium b Veientes, & Latini c Romanis se excusant, quod

y Liv. lib. 1. c. 14.
z De Gub. Dei, L. VII. Cap. 19.
a Lib. 1. c. 69.
b Lib. 1. c. 30.
c Lib. VI. c. 10.

G R O T I I.

k Ipsorum erat, cogere Agamemnonem] Ita hanc rem explicat Cyrillus libro V. contra Julianum, (pag. 175. Edit. Spanhem.)

1 Unius ob culpam, & furias Ajacis Oilei] Euripides Troadibus sic loquentem Neptunum facit, (vers. 70.)

Oíd', ήνix' Αίας ειλεε Κασσάνδρου βίη.

Cum Phœbadem vi traxit Ajacis manus.

Et Minervam respondentem, (vers. 71.)

K' εδεν γ' Αχαιών επαθεν, εδ' ήμωσ' υπο.

Nilque audiit, nil passus à Græciæ mali est.

Pari jure omnes Antiochenos statuarum crimine involvit Chrysofostomus, prima [Immo 11. p. 464, 465. Tom. V.] ejus argumenti oratione : ιδά τὸ αἰμαρτημα γέγονεν ὀλίγων, καὶ τὸ ἔγκλημα γίνεται κοινόν. ἰδὰ δὲ ἐκεῖνοις ἀπαντες δεδοίκαμεν γυν καὶ τῶν ἐκείνοις τετολμημένων αὐτοὶ τὰς τιμωρίας ἀναμένοντες. εἰ δὲ προλαβόντες αὐτὸς ἐξιβάλομεν τῆς πόλεως, καὶ τὸ νενοσηκὸς διαφθώσαμεν μέλ@, ἐκ ἂν τὸν παρόντα ἐφοβήμεθα φόβον. Ecce facinus paucorum fuit, accusatio in omnes fertur. Ecce propter illos nunc in metu omnes sumus, & eorum, quæ illi ausi sunt, pœnam vos ipsi spectamus. Quod si antevertissetis eam, illos de urbe pellendo, & partem morbidam sicut oportet tractassetis, abesset jam a vobis hic timor. deinde : δι' αὐτὸ ἔν, τῷτο κολάζω, φησὶ, διὰ δικὴν τὴν ἐχάτην, ὅτι μὴ παρῆς, μηδὲ ἀκούωνες, μηδὲ τὸς ἀνοσμήντας κατήχηες, μηδὲ ἰκν-

δύνευες ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν βασιλῆα τιμῆς. καὶ μετέωρες τῶν τετολμημένων, ἐπαινώ τῷτο καὶ ἀποδέχομαι. ἀλλ' εἰ ἐπέχεσ τὰ γινόμενα τῷτο κατηγορίας ἄξιον' ob hoc ipsum, inquit, fer pœnas, & ultima tue supplicia, quod non adfuisisti, quod non prohibuisti, quod insanientes non retinuisti, quod pericula non subiisti pro honore Imperatoris. Particeps non fuisti facinororum ? Laudo hoc, & boni accipio. sed nec quæ fiebant impediisti; hoc vero jam dignum accusari.

m Potestas magna, & potentissima, qua prohibere scelus maximum potest] Philo in Flaccum, (pag. 970. B.) ὁ γὰρ ἐπιπλήσειν ἢ τὸ πανύστατον ἐπέχειν ἂν δύνηεις, εἰ μὴ κεκώλυκε, δὴλλ@ ἦν ἐφείεις καὶ ἐπιτρέπων αὐτὸς' nam qui castigare, certe inhibere potuit ; si non impediit, habendus est permittisse, aut etiam probasse quod ugebatur. Dion Galba : τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἀπόχη μὴδὲν ἀδικεῖν. τοῖς δὲ δὴ τὰς ἡγεμονίας ἔχουσιν ἀναγκη προνοεῖν ὅπως μὴδ' ἀλλ@ κακουργῆ. Privatis sufficit non delinquere ; in imperio agentibus incumbit & hoc curare, ne delinquat alius, (pag. 199. B. Ed. H. Steph.) In c. 4. Synodi Pistenis posita inter capitula Cavoti Calvi habemus : Non est liber a consensu, qui quod emendare potest emendare negligit ; quapropter sine dubio peccati se participem facit. Vide Nicetam Choniataem libro II. de Andronico. (Cap. 3.)

G R O N O V I I.

19 Sacerdoti filiam] Chryse Chryseida.

20 Virgo sacerdos] Cassandra.

21 Jure gentium agerent] Poscerent noxios sibi dedi.

22 Illorum pœnam] Ipse passus est, quod illi debebant.

F f f a

G R O

^d Polyb. L. II. c. 8. quod hostes eorum a subditis suis adjuti essent, + se inficiis. Contra ^d + Teutæ reginæ Illyriorum non accipitur excusatio, quod diceret, non a se, sed a subditis piraticam exerceri: + neque enim prohibebat. ⁿ Olim ab Amphitryonibus damnati Scyrii, quod suorum quosdam piraticam exercere patiebantur.

6. ²³ Sciri autem facile est ut præsumantur + quæ conspicua sunt, quæ frequentia, τὸ ἐκ πολλῶν συμβαίνειν, ἀνάγκη μηδένα ἀγνοεῖν id, quod a multis fit, necesse est a nemine ignoretur, ait Dion Prusænsis e Rhodiaca. Ætolos graviter reprehendit ^f Polybius, quod cum hostes Philippi videri nolent, suos tamen + palam paterentur agere hostilia, + & eorum, qui talia facerent, principes honoribus ornarent.

^e Pag. 353, 354. ^f Lib. 1V. c. 27.

III. I. Veniamus ad quæstionem + alteram de receptu adversus pœnas. Pœnas, ²⁴ + ut ante diximus, + naturaliter ²⁵ cuius, + cui nihil simile objici potest, exigere licet. + Institutis civitatibus id quidem convenit, ut singulorum delicta, quæ ipsorum cœtum proprie spectant, ipsis, ipsarumque rectoribus pro arbitrio punienda, + aut dissimulanda relinquerentur.

^g C. XX, §. 8, n. 1.

2. At non etiam + jus tam plenum + illis concessum est + in delictis, quæ ad societatem humanam aliquo modo pertinent, + quæ persequi ita civitatibus aliis, earumve rectoribus jus est, quomodo in civitatibus singulis + de quibusdam delictis ²⁶ actio datur popularis: + multoque minus illud plenum arbitrium habent in delictis, quibus alia civitas, aut ejus rector peculiariter læsus est, + & quo proinde nomine + ille, + illave, + ob dignitatem, aut securitatem suam jus habent pœnæ exigendæ, secundum ea, quæ ante ^g diximus. + Hoc ergo jus civitas, apud quam nocens degit, ejusve rector, impedire non debet.

IV. I. Cum vero non soleant civitates permittere ut civitas altera armata intra fines suos pœnæ expetendæ nomine veniat, neque id expediat, + sequitur, ut civitas, apud quam degit ^o qui culpæ est compertus, ²⁷ alterum facere debeat, aut ut ipsa interpellata + pro merito puniat nocentem, + aut ut eum permittat arbitrio interpellantis; ^p + hoc enim illud est dedere, quod in historiis sæpissime occurrit.

2. Sic

G R O T I I.

ⁿ Olim ab Amphitryonibus damnati Scyrii] *Plutarchus* Cimone, (pag. 483. C.)

^o Qui culpæ est compertus] Deditionem enim præcedere debet causæ cognitio. non decet ἀπειρες ἐκδιδοῦναι, homines dedere causa non cognita. *Plutarchus* Romulo, (pag. 21. C.) Rex Scotiæ apud *Camdenum* in anno LXXXV. ait *Elisabethæ*, transmissurum se in Angliam *Fernibursium*, immo & *Cancellarium*, si præcoogitate securitatem violasse, vel cædem concisisse, liquidis, & legitimis probationibus convincerentur.

G R O N O V I I.

²³ Sciri autem facile] Scientia præsumitur in illis, quæ in oculos incurrunt, & læpe factitantur.

²⁴ Ut ante diximus] 2, 20. 3. & 7.

²⁵ Cuius, cui nihil] Cuicumque dumtaxat innoxio, ejusdem, aut paris criminis quemvis nocentem.

²⁶ Actio popularis] In qua cuius de populo agere civiliter permittitur; nam criminales, sive publicæ, aliud genus sunt. Ut de sepulcro violato, de termino moto, de albo corrupto, &c. lib. 47. *Digest.* 21.

²⁷ Alterum facere] Unum ex duobus, quæ statim commemorantur.

G R O T I I.

^p Hoc enim illud est dedere, quod in historiis sæpissime occurrit] *Mithridatem* a *Tigrane* poposcit *Lucullus*, & non dediti bellum intulit; *Appianum* *Mithridatico*; (pag. 228. *Ed. H. Steph.*) &

2. Sic Israëlitæ alii a Benjaminis postulant, ut dedant facinorosos. Jud. XX. ^b Philistæi ab Hebræis, ut Samsonem quasi maleficum sibi dedant. Jud. XV. ⁱ Sic Lacedæmonii ^k Messeniis bellum intulerunt, quod interfectorem quendam Lacedæmoniorum non dederent: & alio tempore ^l ob non deditos eos, qui ²⁸ missis ad sacrum virginibus vim intulerant. + Sic ²⁹ Cæsarem Germanis, ob bellum injuste illatum, dedi voluit Cato. ^q Sic ³⁰ Fabios sibi dedi, Galli postulabant, quod in se pugnassent. Ab Hernicis agri sui populatorum dedi sibi ^m, postularunt Romani; & ³¹ a Pœnis Amilcarem, non illum nobilem ducem, sed alium, qui Gallos concitabat: ^r postularunt ³² & postea Annibalem: item Jugurtham a Boccho his apud Sallustium verbis: ⁿ *simul nobis demeres acerbam necessitudinem pariter te errantem, & illum scelerrimum persequi.* Ab ipsis ^o Romanis dediti, ³³ qui Carthaginensium, quique ³⁴ Apolloniatarum legatis ^p manus intulerant. Achæi a Lacedæmoniis dedi sibi postularunt eos, ^q qui *Lam* vicum oppugnassent, addito, ni dederentur, violatum videri fedus. Sic Athenienses per præconem pronuntiarunt, siquis Philippo insidias struxisset, & Athenas confugisset, ^r *παράδοσιμον εἶναι, in eo statu esse ut dedi deberet.* Bæoti ab Hippotenibus exegerunt, ^s ut qui Phocum interfecerant, dederentur.

3. Quæ omnia tamen sic intelligenda sunt, + ut non stricte populus, aut rex ad dedendum teneatur, + sed, ut diximus, ad dedendum, aut puniendum. Nam ita legimus, Eleos bellum intulisse Lacedæmoniis, (bb) quod illi in eos, qui Eleis injuriam fecissent, non animadverterent, id est, + nec animadverterent, nec reos dederent: est enim ³⁵ + disjunctiva obligatio.

4. Interdum fontes depofcentibus ³⁶ optio datur, quo cumulatus satisfiat. Cærites apud Livium ^t Romanis significant: *transseuntis agmine infesto per agrum suam Tarquinienfes, cum præter viam nihil petiissent, traxisse quosdam agrestium*

& *Plutarchus* Lucullo, (p. 505.) Romani Salyæ ab Allobrogibus dedi sibi, postularunt; *Appianus* excerptis legationum XI. de Episcopo, quem Romani dedere Scythis volebant, vide *Priscum* excerpto legationum 21. (Scil. pag. 21. Ed. *Hæschel.* & initio. *Excerpt. Prisci.*) Dux Beneventanus a rege Valcone deditus Ferdinando Castellam regenti. *Mariana* XX, 1.

^q *Sic Fabios sibi dedi, Galli postulabant*] *Plutarchus* Camillo, (pag. 136, 137.) *Appianus* excerpto legationum 9.

^r *Postularunt & postea Annibalem*] *Diodorus Siculus* in fragmentis, (à *Lib. XXV.*) *Livium*. [Vide not. 32. *Gronovii.*]

^s *Interdum fontes depofcentibus optio datur*] Vide fedus inter reges Angliæ, & Daniæ, memoratum *Pontano* de mari.

GRONOVII.

²⁸ *Missis ad sacrum virginibus*] *Justin.* 3, 4.

²⁹ *Cæsarem Germanis*] *Suet.* Cæf. 24.

³⁰ *Fabios sibi dedi*] *Liv.* 5, 36.

³¹ *A Pœnis Amilcarem*] *Liv.* 31, 11.

³² *Et postea Annibalem*] Si a Pœnis, certe antea. *Liv.* 21, 6. & 10. Sed & postea cum non a Pœnis quidem, sed ab Antiocho, *Liv.* 37, 45. depoposcerunt, &, ut nonnulli volunt, etiam a Prusia. *Justinus*, 32, 4. quamquam paullo aliter *Livius* 39, 51.

³³ *Qui Carthaginensium*] *Liv.* 38, 42.

³⁴ *Apolloniatarum*] *Epit. Livii* 15.

³⁵ *Disjunctiva*] Ad alterutrum, vel ad hoc, aut illud faciendum.

³⁶ *Optio*] Liberum sit, dedi eos, an domi puniri malint.

(bb) ALBERICUS GENTILIS, *Lib. I. De Jure Belli*, Cap. 21. p. 163. à quo hoc exemplum, ut alia quædam, mutuatus est Auctor noster, in margine testem indicat PAUSAN. *Lib. VI.* Locus est non longè ab initio libri, seu Cap. 2. ubi tamen simpliciter dicitur, ob verbera inflicta *Lichæ* Lacedæmonio (non autem *Eleo*) jussu *Hellanicorum*, bellum ortum esse inter *Lacedæmonios*, & *Eleos*. Sic Auctor minus accuratè rem retulit, quam ille, à quo exscripsit, non in recto primo Auctore. *J. B.*

agrestium populationis ejus, quæ sibi crimini detur, comites: eos seu dedi placeat, dedere se paratos esse, seu supplicio affici, daturus penas.

5. In federe Carthaginensium, & Romanorum secundo, quod apud Polybium * existat, locus male vulgo & distinctus, & versus: *εἰ δὲ μὴ, ἰδίᾳ μεταπορευέσθω ἐὰν δὲ τις τοῦτο ποιήσῃ, δημόσιον γινέσθω το ἀδικημαὶ* ni id fiat, (quid id sit, incertum est: nam quæ præcedunt sunt mutila) *privatim quisque jus suum persequitor. Id ubi fecerit,* (nimirum ni jus reddatur) *publicum delictum habetor.* Æschines * in responso adversus accusationem Demosthenis de male obita legatione, narrat se, cum apud Philippum Macedonem ageret de pace Græciæ, dixisse inter alia, æquum esse ut pœnas luerent commissorum criminum non civitates, sed qui peccassent: nec quicquam nocendum civitatibus, quæ accusatos judicio sisterent. Quintilianus declamatione CCLV. *Proximos existimo eos transfugas, & a quibus transfuga recipiuntur.*

6. Inter mala, quæ ex discordiis civitatum nascuntur, & hoc ponit Dion Chrysostomus † oratione ad Nicomedienses: *ἔστι τοῖς ἀδικήσασι τὴν ἑτέραν πρὸς τὴν ἑτέραν καταφυγεῖν licet his, qui alteram injuria affecterunt, & ad alteram confugere.*

7. † Hic de deditis occurrit quæstio, an si a sua civitate dediti, nec recepti sint ab aliis, cives maneant. Non manere censebat † Pub. Mutius Scævola, † quia quem populus dedidisset, † expulisse ex civitate sua videretur, sicut faceret, † cum † aqua, & igni interdiceret. (cc) Contrariam sententiam defendit † Brutus, & post eum † Cicero: quæ & verior est, † non tamen proprie ob id argumentum, quod Cicero affert, quia ut donatio, ita deditio † sine acceptione non possit intelligi. † Nam actus donationis perfectionem non habet, nisi ex duorum consensu. At dedere, de quo hic agimus, † nihil est aliud, quam civem alterius populi potestati permittere, ita ut de eo statuat quod voluerit. † Hæc autem permissio jus nullum dat, † aut adimit; † executionis tantum impedimentum tollit. Quare † si alter populus concessio jure non utatur, erit is, qui deditus est, eo loco, ut a suo populo possit puniri, († quod in † Clodio Corfisi dedito, † nec ab iis accepto

G R O T I I.

† A quibus transfuga recipiuntur] Zonaras Basilio Porphyrogeneto: *ἔπειθε πρὸς Χοσρόην ἀξιῶν μὴ παραδέξασθαι τὸν τυραννήσαντα καὶ κατὰ τὴν εἰρημὴν δεσπότην γενόμενον, ἵνα μὴ καὶ ἑαυτὸν ὑπόδειγμα δοῖν ἐκ ἀγαθῶν μίσητ ad Chosroem postulatam ut dederetur sibi regni affectator, qui domino contraria cepisset arma, neve in semetipsum perniciosum exemplum statueret Chosroës. (Lib. XVII. Cap. 5. ubi agitur de Sclero Magistro Militum.) Vide de piratis Lesbi mendose receptis Chalcondylam libro X. init.*

G R O N O V I I.

37 Aqua, & igni] Profugo, & prætoris, vel populi judicium vitanti justum exilium esse sci- foret.

38 Sine acceptione] 2, 6. 2.

39 Executionis tantam] Impedimentum executionis erat, eum, qui læsit, esse in aliena ditione, ac territorio. Hoc tollit deditio. Jus puniendi non dat, quod ipso jure naturæ, ac gentium jam habebat, qui læsus est. Nec suo juri renuntiat qui dedit, sed si deditio accepta non fuerit, id sibi videtur reservasse. Neque enim nullius sub imperio esse eum hominem, voluit, sed aut sub suo, aut sub ejus, cui eum deditit.

40 Clodio Corfisi] M. Claudio Glycia a. U. C. 517.

(cc) Confer, de hac quæstione, PUFEN- DORF. De Jure Nat. & Gent. Lib. VIII. c. 11. §. 9. Et de L. ult. D. De Legat. quæ diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. J. B.

G R O

cepto evenit) aut non puniri, + ut multa sunt delicta, in quibus utrumvis fieri potest. + Jus autem civitatis, + ut & jura, & bona alia, non amittitur ipso facto, + sed decreto aliquo, aut judicio, nisi lex aliqua ⁴¹ factum velit haberi pro re judicata, quod hic dici non potest. + Hoc denique modo + & bona, si dedita, nec accepta sint, manebunt cujus fuerant. + At si deditio accepta sit, & postea casu aliquo reversus sit is, qui fuerat deditus, is civis non erit, + nisi ⁴² ex novo beneficio: quo + sensu verum est, quod Modestinus c de dedito respondit.

8. Quæ autem diximus de nocentibus dedendis, aut puniendis, + non tantum ad eos pertinent, qui subditi semper fuerunt ejus, apud quem nunc reperiuntur; + verum etiam ad eos, qui post crimen commissum ⁴³ aliquò confugerunt.

+ V. I. Neque obstant illa adeo prædicata ⁴⁴ + supplicum jura, & asy-
lorum exempla. Hæc enim illis profunt, + qui immerito odio laborant, + non qui commiserunt quod societati humanæ, + aut hominibus aliis sit injurio-
sum. Gylippus Laco apud ^d Diodorum Siculum agens de illo supplicum jure
sic ait: qui initio jura ista introduxerunt, infelicibus quidem misericordiam, at
his, qui malo animo injuriam intulerunt, pœnam expectandam voluerunt. Postea
hi vero si dolo malo, si injusta alieni cupiditate in mala hæc inciderunt, ⁴⁵ + ne
accusent fortunam, ne supplicum sibi nomen imponant. Id enim jure hominum
illis debetur, + quibus innocens est animus, irata fortuna. Horum vero vita plena
factis injustis, nullum ipsis locum reliquit, qui ad miserationem, & perfugium
pateret. Duo illa, ⁴⁶ fortunam, & injuriam, Menander + optime distinxit:

c. l. 4. D. de captivitate

d. Lib. XIII. bibl. c. 20.

e. Apud Stob. Tit. 7.

Ἡ Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα διαφοράν ἔχει :
τὸ γὰρ διὰ τύχην γίγνεται, τὸ δ' αἰρέσει.

Injuria

G R O T I I.

^a Supplicum jura] Κοινὸν ἰκονίας νόμος Polybio; & Malebo in excerptis legationum. § Hic dicit: μὴ μὲν τοι θεῖον τότ' ἔστι, ὡς περ ἐδὲ ἄλλοις ἀνθρώποις, κίβητας, ἢ σωτηρίας δεομένους ἀνθρώπους, τοῖς λοβεῖν βυλομένοις ἐκδιδόναι προχέειρας. Pag. 69. Ed. Hæschel.)

^x Quibus innocens est animus, irata fortuna] Oraculum vetus (apud Helianum, Var. Hist. III, 44.)

Ἐκτανας τὸν ἑταῖρον ἀμόνον· ἢ σ' ἰμίων
Αἷμα, πάλιν δι' χεῖρας καθάραται· ἢ πάρε
νοθα.

Charum occidisti, dum vis succurrere; nullum
Crimen habes: manus est tibi purior, ac fuit
ante.

G R O N O V I I.

⁴¹ Factum velit] Diserte statuerit, ut qui tale quid committat, habeatur pro damnato, & exulet; vel ut sola deditio auferat jus civitatis.

⁴² Ex novo beneficio] Nisi denuo beneficio populi, aut regentium, ei fuerit civitas data.

⁴³ Aliquo confugerunt] Ut Andricus Pseudo-philippus ad regulum Thraciæ. Flor. 2, 14.

⁴⁴ Supplicum jura, & asyloforum] Quod passim legimus, supplices rejicere, aut destituere, nefarium esse; fanis, vel templis, lucis, oppidibus etiam compluribus jus asyli concessum, ut illos dedi, his extrahi profugos non liceat.

⁴⁵ Ne accusent fortunam] Ne querantur se in casum indignum incidisse.

⁴⁶ Fortunam, & injuriam] Eos, qui per infelicitatem supplices fieri, & ad asyla confugere compelluntur, & eos, qui hoc faciunt, ut meritam scelere pœnam effugiant.

G R O T I I.

Ἡ Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα] Philo de judicis
ἔλεγε ἐπ' ἀτυχημασιν ὃ δ' ἐκείνη γνώμη πειρησθῆ-
μεν, ἐκ ἀτυχῆς αἰὲ ἀδικῶ· misericordia infor-
tunus debetur; at qui deliberata sententia male agit,
non infelix est, sed injustus. (Pag. 722. A.) Sic
M. Antonius mentem vult impici: ἴνα ἐπιση-
σῆ

*Injuria illud distat infortunio ,
Hoc casus , illam quod voluntas efficit.*

f In A- Non abit hinc + Demosthenis *f* dictum : *δίκαιόν ἐστιν ἐλαΐν , ἔ τοὺς ἀδίκους*
phobum 1. τῶν ἀνθρώπων , ἀλλὰ τοὺς παρὰ λόγον δυστυχῆσθαι. Quod Cicero ita ver-
sub fin. tit & de inventione secundo : *misereri oportet , qui propter fortuniam , non pro-*
pag. 556. A. pter malitiam , in miseris sunt. Et (dd) Antiphaniis illud : *τὸ ἀκέρσιον ἀμάρ-*
g Cap. 36. τημα τῆς τύχης ἐστὶ , τὸ δὲ ἐκέρσιον τῆς γνώμης : quod non sponte fit , for-
b Deut. tunia est ; quod sponte , consilii. Et hoc Lysia : *ἔδενὶ ἔδεν ἐκέρσιον δυσύχημα*
XIX. 1. g γίνεται nemini infortunium sponte sua accidit. Sic in + sapientissima lege , ⁴⁷
seqq. d quibus ^b telum manu fugisset , quo interfectus esset homo , + asyla pate-
i Ibidem , bant : + servis quoque ⁱ perfugium dabatur : at qui deliberato hominem in-
XXIII, 15. nocentem occidissent , qui civitatis turbassent statum , ^k + his ne ipsum san-
k Ex. XXI. ctissimum Dei altare patrocinebatur. Hanc legem Philo explicans ait , *ἄστυ-*
14. 1 Reg. λίαν ἀνιέρους τὸ ἱερόν μὴ παρέχεσθαι profanis in fano nullum esse receptum.
11, 29. + Nec aliter Græci antiquiores. ^m Nauplium ⁿ narrantur Chalcidenses Achi-
II Reg. XI. vis ^z dedere noluisse , sed causa additur , quia + satis ⁴⁹ se purgaverat de
13. g seq. his , quæ ab Achivis objiciebantur.
1 De spec. 2. Erat apud Athenienses + Ara Misericordiæ , cujus meminerunt (ee) Ci-
legibus , cero , Pausanias ⁿ , ^a Servius , etiam Theophilus ^o in Institutionibus , & quam
p. 790. D. late describit Papinius duodecimo Thebaidos. At quibus patebat illa ? Audi
m Plut. poëtam , (*vers. 483.*)
quest. gr.
32.
n Lib. 1.
seu Attic.
c. 16.
o Lib. 1.
Cap. 2. §. 1.

E

σης πότερον ἀγνοίη ἢ γνώμη , καὶ ἀμὰ λογιστὴ ὁ , τι
συγγενὴς : ut novis ignorantia in aliquo , an consi-
lium fuerit , g simul ea consideres , quæ hinc coha-
rent. Sic rā ἢ ἀγνοίας ἢ λήθης , quæ ab ignorantia
aut oblivione veniunt , & τὰ ἐκ προνοίας , quæ
ex consilio sunt , distinguit Totilas apud Proco-
pyium Gotthororum III. Cap. 9. (In loco Marci
Antonini , qui legitur Lib. IX. §. 22. Edit. Ga-
zaker. verba ultima malè vertit Auctor , quæ si-
gnificant , ut Interpres ille eruditissimus reddidit :
cogitesque simul esse tibi cognatum , i. e. naturā.
J. B.)

z Dedere noluisse] Recepti , nec dedit Pipi-
nus ex Neustria ob tyrannidem ad se confugien-
tes. Est id apud *Fredegarium* in rebus Pipini ad
annum DCLXXXVIII. Etiam ab ecclesia Roma-
na ad se confugientes recepit Ludovicus Pius
Imperator , ut apparet ex ejus decreto factō an-
no DCCCXVII. inserto in tomum 11. *concilio-*
vum Gallie : & Carolus Calvus , qui ex parte fra-
tris sui Ludovici ad se profugerant : *Aymonius*
lib. V , cap. 34. De Cegenā Patzinaca non dedito
postulanti Tyracho vide in Constantini Monoma-
chi rebus *Zonaram*. (Lib. XVII. Cap. 26. *Ed.*
Reg.) Sic & Osmanes ab Inungino præfecto non
deditus Eskifari : *Leunclivius* libro II. historię
Turcicæ. Albuquerqueium Lusitani non deditere ,
ut memorat *Mariana* XVI , 18.

a Servius] Ad VIII. *Æneidos* , (*vers. 342.*)

GRONOVII.

⁴⁷ *Quibus telum manu]* Loquitur de Hebræa
Mosis , sed verbo Romanæ legis. *Fugisset* , im-
prudens excidisset , vel emissum esset. sermo
XII. tabb. apud *Ciceronem* topicor. 17.

⁴⁸ *Nauplium]* Palamedis patrem , qui Græco-
rum classem a Troja reducem , quum tempestate
jactaretur , elata face in scopulos , quasi in por-
tum pellexisset. *Seneca* *Agam.* 567.

⁴⁹ *Purgaverat se de his]* Demonstrando , se
justam vindictam summissee de illis , qui per sce-
lestam calumniam filium ejus pro proditore occi-
dissent. *Hygin.*

(dd) Non *Antiphaniis* , ut habent omnes Edi-
tiones , sed ANTIPHONIS , *Orat.* XIV.
XV. pag. 134. *Ed. Wech.* Nomen idem eodem
modo corruptum infra legitur , §. 16. Locus au-
tem thoæ sequens *Lysia* , exstat *Orat.* XXX. seu
contra Philon. Cap. 3. pag. 473. *J. B.*

(ee) Apud Scholiastem *Statii* , in *Theb.* XII.
481. ubi quasi ex *Libro Tusculanarum* id refert.
Sed nil de ea Arā ibi reperitur. *J. B.*

GRO-

Et ^o miseri fecere sacram :

mox convenisse eo, ait, (vers. 507.)

νικτος bellis, patriaque a sede fugatos ;

Regnorumque inopes.

Aristides ^b propriam Atheniensium laudem esse, ait, ἢ τὴν τῶν πανταχόθεν ἡ δυσχερέτων ὑποδοχὴν καὶ παρεμυθίαν, quod omnibus undique infelicibus per-
fugio, ac solatio esset. Et alibi : ἢ τοῖς κατ' ἐκάστας ἀτυχούσι κοινὴ πᾶσιν ὑπερὶ εὐτυχία, τὸ τῆς πόλεως ταύτης ἡθῶς ὅφ' ἔσώζονται his, qui ubi-
vis locorum infelices sunt, communis eis una est felicitas, + bonitas civitatis Arhe-
niensis, per quam salutis compotes sunt. Apud Xenophontem Patrocles Phliasius
in oratione, quam Athenis habebat : ἔζηλῶν τήνδε τὴν πόλιν, ὅτι πάντας
καὶ τοὺς ἀδικημένους καὶ τοὺς φοβημένους ἐνθάδε καταφευγούσας ἐπιχειρίας
θεομένους ἤκων τυγχάνειν laudabam hanc urbem, quod omnes, aut injuria affe-
ctos, aut sibi premetuentes, si huc perfugissent, auxilii compotes fieri intellexeram.
Idem sensus est in epistola Demosthenis ^c pro Lycurgi liberis. Itaque Oedipus
ad Cololum confugiens, in ejus nominis tragœdia, ^e apud Sophoclem ita
testatur, (vers. 512, &c.)

Heu, Cecropidæ, mala multa ¹¹ tuli :
Sed nempe tuli : Deus est testis,
Nihil horum sponte patratum.

Respondet Theseus (vers. 558, & seq.)

Non me pigebat hospitem, qualem, Oedipe,
Te tueor, omni sospitare in tempore,
Homo esse meminì.

Similiter Thesei filius Demophon, (ff) cum Hercules posteri Athenas con-
fugissent, sic ait :

Hæc

G R O T I I.

^b Propriam Atheniensium laudem] Quam Arra-
goniis tribuit Mariana XX, 13. Gepidæ perire
omnes malunt, quam Ildigifalem Romanis, aut
Longobardis dedere. Procopius Gotthicorum IV.
(Hist. Miscell. Cap. 27.)

^c Apud Sophoclem] Vide totum locum; est
enim lectu dignus.

G R O N O V I I.

50 Miseri] Nempe miseri, non facinorosi. Af-
tonius in orat. Ciceronis de prætura urbana : mi-
serum pro innocente Tullius ponit. Sic alibi : ἔ-
στ' ἐρῶντὶ qui illum, si hoc fecerit, non improbum,
Tom. III.

sed miserum, me non diligentissimum consulem, sed
crudelissimum tyrannum existimari volent.

51 Tuli] Passus sum, non feci. Patrem Lajum
imprudens interfecerat, matrem Jocastam uxo-
rem duxerat, & liberos ex ea genuerat : quo co-
gnito sese ultro excæcaverat, regnoque exuerat,
& a Creonte in exilium ejectus erat.

(ff) Non Demophon, sed Chorus, apud Eu-
RIPIDEM, Heraclid. vers. 330, & seqq. Ver-
sus autem, qui mox nam. 3. sequuntur, & quasi
ex eadem tragœdia adducuntur, sunt ex incerta
Tragœdia Euripidis, apud Stobæum, Serm. XLIV-
Tit. 46. Ed. Auctoris nostri, qui inde versionem
suam huc transtulit. Incipiunt Græci versus ita :
Ἐγὼ γὰρ ὄσῃς μὴ δίκαιος τὸν ἀνὴρ &c. J. B.

G G G

G R O

*Hæc patria nostra semper invalidos solet,
Sed jure fretos, ope sua defendere.
Antebac amicis mille relevandis tulit
Discrimina: Et nunc aliud in promptu imminet.*

Et hoc illud factum est, ob quod Athenienses præcipue prædicabat Callisthenes: τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τοῦ Ἡρακλέους τυραννίδα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος. hos enim Et in Eurysthea bellum suscepisse^d pro Herculis liberis, cum Græciam Eurystheus tyrannide premeret.

3. Contra + de maleficis hoc habes in eadem tragœdia :

*Hunc, qui facinorum conscius, nec legibus
Fidens ad aras voluitur supplex Deum,
Trabere ad tribunal nulla religio mihi:
Mala semper æquum ferre qui fecit male.*

Idem Ione (vers. 1315, Et seqq.)

*Non enim tangi decet
Manu nocente numina, at justum fuit
Pius paterè templa contra injurias.*

^f *Advers.
Leocr. pag.
156. Ed.
Wich.*

^u *Ann.
III. c. 60.
x Ibidem,
e. 36.*

^y *Lib. 7.
e. 160, 161.
z Livius
lib. XVII.
e. 33.*

Narrat orator Lycurgus, ^f Callistratum quendam, qui capital commiserat, consulto oraculo responsum accepisse, si Athenas iisset, τεύξεσθαι τῶν νόμων, consecuturum quod jus esset: illum vero confugisse^e ad id, quod Athenis sanctissimum esset altare, impunitatis fiducia: at nihilominus occisum eum ab observantissima suarum religionum civitate, atque ita impletam oraculi fidem. Et Tacitus ^u improbat receptum suo sæculo morem, per Græcas urbes flagitia hominum ^{s2} + ut ceremonias Deum protegendi. Apud eundem est: ^x principes quidem + instar Deorum esse, sed neque a Diis nisi justas supplicum preces audiri.

4. + Tales ergo aut puniendi, aut dedendi, + aut certe ^{s3} amovendi. Sic narrante Herodoto ^y Cymæi Pactyen (gg) Persam cum nec dedere vellent, nec retinere auderent, permiserunt abire Mitylenen. Demetrium Pharium, ^z qui bello victus ad Philippum Macedonum regem fugerat, a rege depoposcunt

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^d *Pro Herculis liberis*] Vide Euripidem Heraclidis, & Appollodorum (Bibl. L. II. c. 8. §. 1.)
^e *Ad id, quod Athenis sanctissimum esset, altare*] In Lusitania Ferdinandum cubiculi præfectum e templo, ad quod confugerat, raptum, & igne combustum, ob vitium nobili virgini illatum, narrat Mariana libro XXI. Vide & de asylyis libri viri magni Pauli Veneti, societatis servorum quæ dicitur.

^{§2} *Ut ceremonias*] Tamquam, nisi essent illæ impunita, jus factorum violaretur.

^{§3} *Amovendi*] Compellendi, ut abscedant, & per fugii loca deferant.

(gg) Non erat Persa, sed Lydus. Inspice locum cum Herodoti, in margine à me distinctè indicatum. J. B.

G R O-

runt Romani. ^f Perseus rex Macedonum, ^a in purgatione ad Martium, de his agens, qui Eumeni inidiati dicebantur: *ego istos, ut primum in Macedonia esse a. Innotuit a vobis comperi, requisitos abire ex regno jussi, & in perpetuum interdixi finibus meis.* Samothracæ Evandro, qui Eumeni insidias struxerat, denuntiant, ^b liberaret ³⁴ religione templum.

^a Livius lib. XLII. c. 41.

^b Livius XLV, 5.

§. Cæterum, jus hoc, quod diximus, deprecandi ad poenas eos, qui extra territorium profugerunt, hoc & proxime actis sæculis, & plerisque Europæ partibus, ⁺ circa ea demum crimina usurpatur, quæ statum publicum tangunt, aut quæ eximiam habent facinoris atrocitatem. ⁺ Minora mutuâ dissimulatione transmitti invaluit, ^g ⁺ nisi federis legibus propius quiddam convenerit. Sed & hoc sciendum est, latrones, ac piratas, qui ita invaluerunt ut formidabiles se fecerint, ⁺ recte recipi, ac ³⁵ defendi, ⁺ poenam quod attinet, quia interest humani generis ut si aliter non possunt, impunitatis fiducia a maleficiis revocentur; ejusque negotium gerere quivis populus, aut populi rector potest.

VI. I. Notandum & hoc, ⁺ interim dum de causæ justitia cognoscitur, ³⁶ defendi supplices. Sic Demophon ad legatum Eurytheos: ^c

^c Eurip. Heracl. vers. 152.

*Si ³⁷ crimen istis aliquod hospitibus struis,
³⁸ + Jus impetrabis: + vi quidem hinc non abstrahes.*

Et in altera tragœdia Thefeus ad Creontem:

*Es facinus ausus (hh) temet indignum, Creon,
Tuisque Thebis, ac tuis majoribus:
Ingressus urbem, quæ colit fas, ac pium,
Quæ cuncta rite legis ex norma facit,*

Nostris

G R O T I I.

^f *Perseus rex Macedonum*] Narrat & Appianus excerpto legationum num. 20. Simile illud in latina vi. a Themistoclis. (Corn. Nepos, c. 8.) *cum ab Atheniensibus, & Lacedæmonis exposceretur publice, supplicem non prodidit* (Admetus rex Molossorum), *monuitque, ut consulere sibi: itaque Pydram eum deduci jussit, & quod satis esset præsidii dedit.* Sic & Hildigim Langobardum dimittunt Gepidæ apud Procopium Gothicozum III. (Cap. 35.) Adde epistolam Theoderici ad Trajanum regem Vandalorum de Giselico suscepto, [apud Cassiodor.] V. 43. & 44. & ea, quæ in vita regis Ludovici. Sic Christophorum Shorovium a se amovit Imperator Rudolphus II, teste Thuanus lib. LXXXIII. in anno MDLXXXV. Elizabetha Scotis respondet, se Bothwellum aut reddituram, aut ex Anglia exterminaturam. *Cum idem id habet circa ann. MDXCIII. (pag. 607.) De Alfonso Gegionis comite a rege Galliarum damnato, ac negato ei in Hispaniam receptu, vide Martianum XIX, 6.*

^g *Nisi federis legibus propius quiddam convenerit*] Ut in federe Helvetiorum cum Mediolanensibus *Similiter* recitat. Federa Anglorum cum Gallis dedi rebelles, & profugos, volunt, cum Burgundis expelli. *Cumdem* in anno MDC. (pag. 758.)

G R O N O V I I.

³⁴ *Religione*] Piaculo.
³⁵ *Defendi*] Ea scilicet conditione, ut posthac piraticam exercere delinant.
³⁶ *Defendi*] Nempe ab illo, ad quem confugerunt.
³⁷ *Crimen istis struis*] Accusare istos, & arguere vis.
³⁸ *Jus impetrabis*] Audieris.

(hh) Est in Græcò *ἔμῃ*, apud SOPHOCLEM, *Oedip. Coln.* vers. 904. In *Excerptis ex Trag. & Comæd. Græc.* habet etiam *τε*, nescio quo fato, quum ibi rectè scripserit *ἔμῃ*, pag. 98, 99. J. B.

Nostris omiſſis moribus, quicquid lubet
 Moliris, & vi cuncta te acturum putas.
 Adeone hominibus vidua, vel patiens iugi
 Urbs iſta viſa eſt, & ego nullius rei?
 Non te iſta docuit ⁵⁹ civitas Amphionis,
 Quippe educare haud ſolita mortales feros:
 Nec approbabit illa cum te audiverit
 Quae ſunt Deorum, quaeque mea pervadere,
 Et rapere ab alma ſede miſeros ſupplices.
 Ego ⁶⁰ Labdacea ſi urbe poſuiſſem pedem,
 Quamvis ⁶¹ fuiſſent juſta mihi certiffima,
 Indubia, nulli injicere tentaſſem manum,
 Niſi annuente qui ſoli regnum tenet,
 Quid in urbe deceat hoſpitem externa memor.
 Tu nec merentem patriam aſpergis tuam
 Probro, atque maculis, & ſenem certe tua
 Te fecit atas, ſed parum mentis potem.

2. Quod ſi id, cujus accuſantur ſupplices, + non ſit vetitum jure natu-
 rae, aut gentium, + res dijudicanda erit ex jure civili populi unde veniunt,
 quod optime oſtendit Aeſchylus Supplicibus, ⁴ ubi rex Argivus Danaidum
 gregem ex Aegypto venientem ſic affatur:

⁴ Pag.
 321. Ed.
 H. Steph.

Εἰ τοι κρατῆσι παῖδες Αἰγύπτου σέθεν,
 Νόμῳ πόλεως Φάσκοιτες ἐγγύλατα γένεσ'
 Εἶναι, τίς ἂν τοῖς δ' ἀντιωθῆναι θέλοι;
 Δεῖ τοί σε Φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἰκοθῆν;
 Ὡς οὐκ ἔχουσι κύρωσθ' εἶδεν ἀμφὶ σοῦ.

Manum tibi ſi immittat Aegypti genus,
 Quod lege patria proximos ſe ſanguine
 Dicant, quis hac objicere ſe contra velit?
 Quare tuum eſt docere natalis ſoli
 Ex lege, nullo jure te illis ſubjici.

VII. 1. Vidimus, quomodo a ſubditis, + aut ⁶² veteribus, + aut adve-
 nis, culpa + in rectores tranſeat: + viciffim a ſumma poteſtate in ſubditos
 culpa tranſibit, + ſi in crimen ſubditi conſenſerint, aut ſi quid fecerint ſum-
 mae poteſtatis + imperio, + aut ſuaſu, quod facere ſine facinore non pote-
 rant:

G R O N O V I I.

⁵⁹ Civitas Amphionis] Ovidius 5, Met. 178.

⁶⁰ Labdacea] Thebis ab antiquo rege Labda-
 co, Laſi patre, Oedipi avo, ſic appellatis.

⁶¹ Fuiſſent juſta] Terent. Phor. 2, 1. 50. qui
 poſſet noſcere tua juſta.

⁶² Veteribus] Qui ſemper, aut olim in ditio-
 ne illorum fuerunt, aut qui nuper ad eos con-
 fugerunt, & recepti ſunt, nam utrique jure po-
 ſcentur ad deditionem poſtulae cauſa, ſi quid deli-
 querint in poſtantes.

G R O

rant: qua de re rectius erit infra agere, ubi, quæ partes sint subditorum, e L. III. C. II. §. 2. examinabitur. Etiam ⁶³ inter universos, & singulos communicatur delictum, quia, ut Augustinus ait loco supra adducto, & ubi universi, ibi ⁶⁴ singuli; ⁶⁵ universi non possunt nisi ex singulis quibusque constare: nam singuli quique congregati, vel in summam reputati, faciunt universos. ⁶⁶ f. C. IX. §. 4. ⁶⁷ In Levit. Quest. 26.

2. Pertinet autem culpa + ad singulos, + qui consenserunt, + non ad eos, qui aliorum sententiis victi sunt. + Distinctæ enim sunt pœnæ singulorum, & universitatis. Sicut singulorum pœna interdum + est mors, ita ⁶⁸ πόλεως θάνατος ἀνάστατον γενέσθαι, + mors civitatis everti: quod fit cum corpus civile dissolvitur; qua de re ⁶⁹ diximus i alibi. Atque hoc modo si civitas esse desinat, + usumfructum + velut morte finiri, recte dixit ⁷⁰ Moëstinus. + Singuli in servitutem pœnæ nomine rediguntur, ut ⁷¹ Thebani sub Alexandro Macedone: + exceptis his, qui decreto ⁷² exuendæ societatis contradixerant. Sic & civitas subit + servitutem civilem ⁷³ in provinciam redacta. + Singuli bona sua amittunt confiscatione. Sic + civitati adimi solent quæ habent communia, muri, navalia, naves bellicæ, arma, elephanti, ærarium, agri publici. ⁷⁴ b Lycurg. orat. p. 139. Ed. Wech. i Supra cap. IX. §. 4. k L. 21. D. quib. mod. usat. fr. am. l Plut. Alex. p. 670. D.

3. At ut singuli ob delictum universitatis citra consensum suum + ea amittant, quæ ipsorum sunt propria, injustum est, ut recte ostendit Libanius in ea, quæ est de seditione Antiochena. Idem ⁷⁵ Theodosii probat factum, qui commune delictum punierat interdictione theatri, balnearum, ⁷⁶ nominis metropolitani.

VIII. I. Egregia hic occurrit quæstio, + an pœna ob delictum universitatis ⁷⁷ semper exigi possit. Quamdiu durat universitas, videtur posse, + quia idem corpus manet, quanquam ⁷⁸ particulis succedentibus, ut ⁷⁹ alibi ostensum est. Sed ex adverso notandum est, quædam de universitate dici ⁸⁰ primo, ac per se, ut habere ærarium, leges, & similia: + quædam non nisi ⁸¹ deri-

G R O T I I.

⁶³ h Theodosii probat factum] Eadem, quæ Libanius de hac re dicit, & Chrysostomus in XVII. de statutis in eisdem Antiochenos paria olim constituerat Marcus Antoninus philosophus, ut testis est Capitolinus (Cap. 25.) & in Byzantinos Severus, demto theatro, thermis, honore, ornamentisque omnibus, sed & ipsa urbs Perinthiis data. vide Herodianum (Lib. III. c. 6. n. 19. Ed. Bacler.) Zonaram, (Lib. XII. Cap. 8.) & quæ supra dicta a nobis.

G R O N O V I I.

⁶⁹ Inter universos] Ut quod peccaverunt universi, luant per occasionem singuli; quod singuli peccaverunt, luant universi.

⁷⁰ Qui consenserunt] Qui, cum deliberaretur de injuria inferenda, sententia sua inferenda fuerunt

auctores; non qui dissuaserunt, etsi passi sunt fieri quod major pars censeret.

⁶⁵ Diximus alibi] 2, 9.

⁶⁶ Usumfructum] Civitati relictum.

⁶⁷ Exuendæ societatis] Defectionis a Macedonibus faciendæ.

⁶⁸ In provinciam] Nam provincia proprie populus subjugatus armis, & subiectus imperio peregrino.

⁶⁹ Nominis metropolitani] Ne posthac Antiochia metropolis vocaretur, & provincie Syriæ caput esset.

⁷⁰ Semper] Quocumque, & quamvis longissimo tempore post delictum, etiamsi nemo eorum, qui proprie peccaverant, superfit, quum superfit corpus in posteritate.

⁷¹ Particulis succedentibus] Personis aliis id corpus constituentibus. s, 9. 3.

⁷² Primo ac] Tanquam, quæ omnino totius sunt, non singulorum.

G g g 3

G R O

ii A:ist.
vii, pol.
13.

73 derivatione a singulis. Sic namque 74 doctam dicimus universitatem, & fortem, quæ plurimos habet tales. De hoc genere est 75 meritum: primo enim convenit + singulis, ut animum habentibus, + quem universitas per se non habet. + Extinctis ergo illis, 75 per quos ad universitatem meritum deducebatur, ipsum quoque meritum extinguitur, ac proinde & pœnæ debitum, quod sine merito, diximus, o non consistere. Libanius in dicta oratione: *ἔμοι μὲν γὰρ δοκεῖς ἀρκεῖν ἡγόμενος τὸ μηκέτ' εἶναι μηδένα τῶν ταῦτ' ἡδικοκώτων* ita enim exijimo, *sufficere tibi ad pœnam, + quod nemo supersit eorum, qui deliquerunt.*

o Sup.
C. XX.
S. 28, seq.

2. Probanda igitur Arriani sententia 77 damnantis vindictam (ii) i Alexandri in Persas, + cum pridem interiissent qui in Græcos peccaverant. + De excidio Branchidarum facta per eundem Alexandrum hoc est p Curtii iudicium: *Quæ si in ipsos proditionis auctores excogitata essent, iuxta ultio esse, non crudelitas, videretur. Nunc culpam majorum posteri lurre, qui ne viderant qui-*

p Lib.
vii. c. 5.

q Lib. III.
c. 18.

r Plu-
tarch. A-
ppropt. p.
176. D. &
de sera
non. vin-
dict. p.
557. B.

dem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere. Simile est alio loco r Arriani iudicium de Persepoli incensa, + in ultionem eorum, quæ Athenis Persæ fecerant: *ἀλλ' ἔδ' ἔμοι δοκεῖ σὺν τῷ δρᾶσαι τῆτό γε Ἀλέξανδρον, ἔδ' εἶναι τις αὐτῆ Περσῶν τῶν πάλαι τιμωρία* + at mihi non videtur hoc prudenter fecisse Alexander; neque vero hæc vera est vindicta in eos Persas, qui pridem esse deserant.

3. Nam + Agathoclis illud nemo non ridet, r qui ad Ithacensium quere-
las

G R O T I I.

G R O N O V I I.

i Alexandri in Persas] Propterea aliam ei bello causam attribuit Julianus in Constantii laudatione: *καὶ ὅτι μὲν εὐεῖς πρὸ πόλεως συνέη πρότερον, ἔδ' ἐπὶ Τροίαν τοῖς Ἑλλήσιν, ἔδ' ἐπὶ τῆς Πέρσης Μακεδόνων, οἵπερ δὴ δοκῶσιν ἐν δίκῃ γενέσθαι, τοσαύτην ἔχων ὑπέδρασαν καὶ παιδί περ δὴ λ. ἢ τῆς μέγας λίαν ἀρχαίων ἀδικημάτων τιμωρίας σφόδρα πωτέρας, ἢτ' εἰς παῖδας ἢτ' εἰς ἐκγόνους γενομένης, ἀλλ' εἰς τὸν ἀφελόμενον καὶ ἀποσερήσαντα τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν εὐσεκησάντων (male legitur ἀδικησάντων) ἀπογόνους nullum unquam bellum, quod quidem iustum censeretur, tali ex causa gestum, non a Græcis in Troianos, non a Macedonibus in Persas, vel puero liqueat; non enim illi obita vetustate crimina seris panis, ne in nepotes quidem, aut liberos, persequebantur, sed illos impetebant, qui virorum bene meritum posteris vim inferebant, regna extorquebant. (Locus est, pag. 95. B. Edit. Illustris Spanheimii: sed vertendum erat in polterioribus verbis: Non enim ille (scilicet Constantius) obita vetustate crimina seris panis, etiam in filios, aut nepotes, persequebatur; verum eum impetebat (i. e. Augustinum), qui posteris virorum bene meritum Imperium vi eripuerat. Unde patet, Julianum laudi tribuere Constantio, quod non imitatus sit veteres Græcos, aut Alexandrum: adeoque non aliam bello Alexandri in Persas causam adtribuere, sed potius aliam non fuisse, in-
venere. J. E.)*

73 Derivatione] Quæ non proprie totius, sed multarum in ea partium, sive singulorum.

74 Doctum] Porcius Latro in Catil. Non ita placuit Atheniensibus, ubi sine dubio doctissime, atque eruditissime. Cicero pro Sex. Roscio 25. Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur.

75 Meritum] Culpa, noxa.

76 Per quos ad universitatem] Illis paucis, ob quorum scelus infamabatur, & pro improbo traducebatur totum corpus alicujus societatis, aut communitatis.

77 Damnantis vindictam] Negantis, belli ab Alexandro in Persas geiti iustum fuisse titulum, quasi ultor electus esset toties a Persis petita Græcia. Justin. 11, 5.

78 Deserant] Eodem loco ponenda, quæ in Tyriis Alexander statuit, aliquot sæculis postquam servi occisis dominis urbem occuparant. Justin. 18, 3.

(ii) Non damnat hanc vindictam Arrianus, Lib. II. Cap. 14. ubi inducit Alexandrum veteres illas injurias Persarum memorantem. Ex memoriz vitio confudit Auctor Arriani iudicium de Persepoli incensa, quod paullo post subiecit, & a primâ Editione aberat. J. B.

G R O N O -

las de damnis illatis respondit, + plus mali Siculos ab Ulyxe olim pertulisse. Et Plutarchus libro contra Herodotum, s minime, ait, vero esse simile, s Pag. 1
Corinthios ulcisci voluisse acceptam a Samiis injuriam κατά τρεῖς γενεάς, 860.
+ post tres hominum ætates. + Nec procedit hujus, & similibus factorum de-
fensio, quam apud Plutarchum legere est de sera numinis vindicta. + Aliud
enim est 79 jus Dei, aliud hominum, ut mox apertius fiet. + Neque, si æ-
quum est, posteros honores, & præmia accipere ob merita majorum, ideo
& 80 puniri eos ob eorum peccata æquum est. + Beneficii enim talis est ma-
teria, ut in quemvis conferri sine injuria possit; + pœnæ 81 non item.

IX. Diximus t de modis, per quos 82 communitas pœnæ accidit ex culpæ
communitate. Restat spectemus, + an & culpa non communicata communi-
cetur pœna; quæ res ut recte intelligatur, & ne, quæ re ipsa diversa sunt,
+ ob vocum similitudinem confundantur, monenda sunt quædam.

X. 1. 83 Primum, aliud esse damnum directe datum, aliud, quod in
consequentiam venit. Directe datum voco, quo cuiquam auferitur ad quod
+ jus proprium habet. Per consequentiam, quo fit, + ut quis non habeat
quod habiturus alioqui fuisset, 84 + cessante scilicet conditione, sine qua jus
non habebat. Exemplum est apud + Ulpianum: " si in meo puteum aperui, 85 L. 24.
quo factum est ut 85 venæ ad te perventuræ præciderentur: negat, operis S. f. d.
mei vitio damnum datum in ea re, in qua jure meo usus sum. Et alibi, x dam. inf.
multum, ait, interesse, utrum damnum quis faciat, + an lucro, quod adhuc x L. 26.
faciebat, uti prohibeatur. Et Paulus jurisconsultus, y præposterum esse, ait, d. t.
86 ante nos locupletes dici, quam acquiserimus. y L. 63. D.
ad L. Falca
princ.

2. Sic + parentum bonis confiscatis sentiunt quidem incommodum liberi,
sed proprie ea pœna non est, quia bona illa illorum futura non erant, nisi
a parentibus ad ultimum spiritum essent conservata. Quod recte ab Alpheno
notatum est, z cum ait, patris pœna amittere liberos id, quod ab ipso per-
venturum esset ad eos: + quæ vero non a patre, sed a rerum natura, + aut
aliunde tribuerentur, ea manere incolumia. Sic Themistoclis 87 liberos eguif-
se, scribit a Cicero; nec iniquum putat, ut eandem calamitatem ferant + li-
beri Lepidi. Idque, ait, antiquum esse, & omnium civitatum; cui tamen
mori + leges posteriores b Romanæ multum temperamenti adjecerunt. Sic cum
EX vid. Intè,

G R O N O V I I.

79 Jus Dei] Recte namque, & jure suo Deus
punit interdum in nepotibus, quod majores illo-
rum peccaverunt, non homo.

80 Puniri eos ob eorum] Sic Demetrius Polior.
Antig. F. perfide interfecto Alexandro Cassandri
F. ultionem aiebat, quia nequisset ab Antipatro,
& Cassandro exigere, ad nepotem, & filium eo-
rum esse translata. Justin. 16, 1.

81 Non item] Quippe quæ personam peccan-
tem non egrediatur, si justa sit.

82 Communitas] Dno, vel plures, aut tam
publicum, quam singuli, tanque singuli, quam

communitas debent pœnam, quia & culpæ sunt
affines.

83 Primum, aliud] Distinguendum inter id,
quod fit per se, & quod per accidens.

84 Cessante scilicet] Nisi factum intervenisset
alterius non tam lædendi nostri, quam sui ju-
vandi animo patratum.

85 Venæ] Rivi subterranei in tuum agrum,
vel prædium aquam ducentes.

86 Ante nos locupletes] Id in bonis computari
nostris, tanquam si intercipiatur, injuria nobis
fiat, quod speramus tantummodo, nondum etiam
habemus.

87 Liberos eguisse] Propter exilium patris.

G B Q

ex delicto majoris partis, quæ, ⁸⁸ ut alibi diximus, personam universitatis sustinet, universitas in culpa est, ⁺ eoque nomine amittit ea, quæ diximus, libertatem civilem, muros, & alia commoda, ⁺ sentiunt damnum & singuli innocentes; ⁺ sed ea in re, ⁸⁹ quæ ad ipsos non pertinebat nisi per universitatem.

XI. I. ⁹⁰ + Præterea notandum, interdum imponi alicui aliquid mali, aut boni aliquid auferri, ⁺ occasione quidem alicujus peccati alieni, sed non ita ut id peccatum causa sit proxima ejus actionis, quod jus ipsum agendi attinet. ⁺ Sic qui ⁹¹ occasione alieni debiti aliquid promissit, malum patitur, ex ⁹² veteri verbo, ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτα sponde, noxa preſto est: ⁺ at proxima causa obligationis est ipsa promissio. Nam ut qui pro emtore fidejussit, ⁺ non proprie ex emto tenetur, sed ex promisso: ita & qui pro delinquente, ⁺ non ex delicto, sed ex sua sponſione. Atque hinc fit quod malum illi ferendum ⁹³ + mensuram accipit non ex delicto alterius, sed ⁹⁴ ex potestate, quam ipse in promittendo habuit.

2. ⁺ Cui consequens est, ut ex sententia, quam veriore credimus, occidi nemo possit ⁹⁵ ex fidejussione, quia statuimus, ⁺ neminem jus tale habere in vitam, ut eam sibi ipse adimere, aut adimendam obligare possit; cum veteres ⁹⁶ Romani, Græcique, aliter ea de re senserint: ideoque & ⁺ vades capitali judicio crediderint obligari, ut in ⁹⁷ + Aufonii est versu, & ex notissima Damonis ⁹⁸ & Pythiæ historia apparet: & obsides sæpe capite plexerint,

G R O T I I.

k Vades capitali judicio crediderint obligari] Apertum id in verbis Rubenis ad patrem Jacobum Gen. XLII, 37. & apud Josephum II. antiquæ historiz, cap. 6. §. 5. Edit. Hudson. Hos vades ἀντιβύχως animæ vicarius vocat Eutropium Caligula; ἐγγυητάς θανάτου, mortis sponſores, Diodorus Siculus, in excerptis Peireſcianis. (ubi de Damone: ἐγγυητὴς ἐνδὸς ἐγενήθη θανάτου.) Chrysostomus ad Galatas II. κατὰ πῆρ τινὸς καταδικασθέντος ἀποθανεῖν, ἔτερεσ ἀνεύθυνος ἐδόμηνος θανεῖν ὑπὲρ ἐκείνου ἐπαράξει τῆς τιμωρίας αὐτόν, sicut homine aliquo ad mortem damnato, innocens alter pro illo se morti devovens illum supplicio liberat. (In Cap. III. 13. Tom. III. pag. 740. Edit. Savil.) Augustinus epistola LIV. ad Macedonium: Est aliquando qui causa fuit mortis potius in culpa est, quam ille, qui occidit: velut si quispiam decipiat fidejussorem suum, atque ille pro isto legitimum supplicium luat. [Mirum, heic ab Auctore Eutropium, Scriptorem Latinum, testem adferri vocis Græcæ Ἀντιβύχως de Vadibus usurpatæ. Neque vocem illam reperiri putes in Versione Græca Pæanii. Sed Auctor noster, dum festinaret, nec satis attenderet, scripsit Eutropium, pro DIONE CASSIO: hic enim, ubi loquitur de Publio Afranio Potito, & Atanio Secundo, qui Caligulæ ærotante juraverant, sese mortem sponte quaſituros, si ille fato fungeretur, ita ait, ἡλλο-

ρον παρ' αὐτῶ, ὡς καὶ ANTIΨΥΧΟΙ οἱ ἀποθανεῖν ἠδελόταυτες &c. Lib. LIX. pag. 741. B. Ed. H. Steph. Cæterum, de re ipsa, ut & de voce, vide SALMASIUM in Spartian. Hadrian. c. 14. & Clariss. CLERICUM, in Matth. XX, 23. post Hammondi Annotat. J. B.]

G R O N O V I I.

- 88 Ut alibi diximus [2, 5. 27.
89 Quæ ad ipsos] Quæ singulorum dominii non erat.
90 Præterea] Distingueudum inter causam remotam, & propinquam.
91 Occasione alieni] Pro alio fidejussit.
92 Veteri verbo] Thaletis Milesii e septem Sapientibus, [apud STORÆUM, Serm. 3.]
93 Mensuram accipit] Majus, aut minus esse debet.
94 Ex potestate] Prout ille magis, minusve se obligare potuit.
95 Ex fidejussione] Quod caput suum pro alterius capite pignori posuit. Plaut. Captiv. 2, 3. 33.
96 Romani, Græcique] 2, 15. 16.
97 Aufonii] In Technopægnio monosyllaborum: quæ subit in pænam capitali judicio i vas.
98 Et Pythiæ] Scribendum Pbitia. Cicero 3, de offic. 10.

plexerint, ¹ ⁹⁹ + ut alibi memorabimus. Quod de vita diximus, idem & + de membris intelligi debet: nam & in illa jus homini datum non est, nisi corporis servandi causa.

3. Quod ¹ si exilium, si pecuniarum damnum in promissione fuerit, & alterius delicto impleta sit conditio, damnum feret fidejussor, quæ tamen in ipso, si exacte loquimur, ² + pœna non erit. + Simile quid occurrit in eo jure, quod quis habet sic ut ab alterius voluntate pendeat, + quale est ³ jus precarii, respectu habito ad rei dominium; + & jus privatorum, respectu habito ad eminens dominium, quod utilitatis publicæ causa civitas habet. Nam si quid tale alicui auferatur occasione delicti alieni, + pœna in illis proprie non est, + sed exsecutio juris antecedentis, quod erat penes auferentem. Sic quia + in bestias proprie delictum non cadit, ubi bestia occiditur, ^m ut lege ^c Mosis ob concubitum cum homine, + non ea vere pœna est, sed usus domini humani in bestiam.

XII. + His distinctionibus positis, dicemus, neminem + delicti immunem, + ob delictum alienum, puniri posse. + Cujus rei ratio vera non est ea, quam adfert Paulus jurisconsultus, ^d quod pœnæ constituentur in emendationem hominum: nam exemplum videtur statui posse + etiam ³ extra personam delinquentis, in ea tamen persona, quæ ipsum tangat, ut mox ^e dicemus; + sed quia obligatio ad pœnam ex merito oritur: + meritum autem est personale, + quippe ex voluntate ortum habens, + qua nihil est ⁶ magis nobis proprium, unde ⁷ αὐτεξέσιον vocatur.

+ XIII. I. Neque virtutes, neque vitia parentum, inquit ^f Hieronymus, liberis imputantur. Augustinus vero, ^g Deus, ait, ipse foret injustus, si quemquam damnaret innoxium. Dion Chrysostomus oratione ultima, cum ^h sanctione Atheniensium adjecta Solonis legibus ⁹ devoveri posteros dixisset, de ^b Dei lege hæc subjicit: πλὴν παίδας καὶ γένεον οὐκ ἐπέξεισιν, ὡς ἐκαὶ τῶν ἀμαρτανόντων ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶ γίνεται τῆς ἀτυχίας αἰτία. ¹⁰ verum ¹¹ hac non, ut ¹² illa, liberos, ³ posteros peccantium punis: sed sibi quisque sit infortunii causa. Et huc illud vulgatum pertinet: ¹² + noxa caput sequitur. Sancimus,

^c Levit. XXII, 27. XX, 15, 16.

^d L. 20. D. De Pen.

^e §. seq.

^f Epist. 3. de morte Nepotiani, p. 23. A. Tom. I.

^g Epist. 105. (aut potius 106. ubi tamen verba non eadem.)

^h Immo Jovis pag. 667. D.

G R O T I I.

¹ Ut alibi memorabimus] Libro III, cap. IV. §. 14.

^m Ut lege Mosis] De qua vide Maimonidem ductore dubitantium III. 40.

G R O N O V I I.

⁹⁹ Ut alibi] 3, 4. 14.

¹ Si exilium] Quis promiserit, se in exilium iturum, summam annuorum numeraturum, quo casu alter peccet, aut non sine culpa maneat, & hic peccaverit, ut iste ad solvendum promissum teneatur.

² Pœna non erit] Sed debitum ex temeraria stipulatione.

³ Jus precarii] Nam precarium est, cum conceditur alicui uti re, vel jure alieno tamdiu,

Tom. III,

quam per dominum licuerit: qui si repetat illud, non punit possidentem, sed jure suo utitur. Justin. 43, 4.

⁴ Delicti immunem] Vere, atque omnino infontem, & innoxium.

⁵ Extra personam] Ut cum Deus maximos natu filios in Ægypto in pœnam parentum mori jussit.

⁶ Magis nobis proprium] Atque ideo minus communicabile.

⁷ Αὐτεξέσιον] Propria facultatis.

⁸ Sanctione] Sanctio est pœna, quæ statuitur in fontes illa lege. Cicero pro Bal. 14. Livium 3. 55. Festus in Sanctum. Brisson. de form. p. 139.

⁹ Devoveri] Ut qui eas violaret, ejus liberi quoque, & posteri devoti, & execrabiles forent.

¹⁰ Hæc] Dei lex.

¹¹ Illa] Solonis.

¹² Noxa caput] L. 43. de nox. action.

H h h

G R O

i L. Sancimus, 22. C. de penis.

Sancimus, ajunt Imperatores Christiani, i ibi esse penam, ubi e noxa est. Deinde: peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiat delictum.

k Lib. II. de leg. Spec. p. 802. E.

2. Justum est, n ait k Philo, eorum esse poenas, quorum sunt peccata; + reprehendens morem 13 quarundam gentium, quæ tyrannorum, aut proditorum infontes liberos morte puniebant. + Quem reprehendit (kk) & Dionysius Halicarnassensis, ostenditque, iniquam esse rationem, quæ obtenditur, + quod parentibus similes futuri putantur, cum id incertum sit, + nec incertus metus ad mortem cujusquam sufficere debeat. 14 Nescio quis Christiano Imperatori Arcadio ausus est hoc dictare, l debuisse paterno perire supplicio, in quibus paterni criminis exempla metuuntur: & Ammianus m narrat, interemtam sobolem, parvam etiam tum, ne ad parentum exempla succresceret. + Nec magis justa causa metus ultionis, n unde natum est Græcum proverbium:

15 Desipit occidens patrem, qui pignora servat.

l L. S. I. C. ad L. Jul. maj. m Lib. XXVIII. c. 2, in sup. n Vict. de jure belli n. 38.

o Sen. lib. II. de Ira c. 34. p Herodot. Lib. IX. c. 87.

3. At o Seneca: nihil est iniquius, quam aliquem heredem paterni odii fieri. + Attagini, qui Thebanis ad Medos deficiendi auctor fuerat, liberos nullo malo affecit Pausanias Græcorum Imperator, p φας τῶ Μιδίου παίδας ἰδὲν εἶναι μεταίτιος: dicens, illos extra culpam esse partium Medicarum. Marcus Antoninus in epistola ad Senatum: o quare filiis Avitii Cassii (is in eum conjuraverat), e genero, e uxori veniam dabit. Et quid dico veniam, cum illi nihil fecerint?

XIV. I.

G R O T I I.

n Ait Philo] Idem libro de Pietate, (immo de Nobilitate, p. 910. in fin. Confudit Auctor, lapsu memorie, εὐθείαι cum εὐγενεία.) ἢ δὲ ἐν ὅδ' εἰ τις βλαβερώτερα γένοιτ' ἂν εἰσηγησῆς, εἰ μὴ τε τοῖς ἐξ ἀγαθῶν ποιηθενομένοις ἐπακολούθησαι τιμωρὸς δίκην, ἢ τε τοῖς ἐκ πονηρῶν ἀγαθοῖς ἐρχεται τιμὴ, τῶ νόμῳ δικάζοντ' ἕκαστον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτῷ μὴ συγγενῶν χρετάς ἐπαυνοῦντ' ἢ (addendum hic κακίαις) κολάζοντ'. haud scio, an possit ullum pejus induci institutum, quam si nec malos e bonis genitos sequetur pena, nec honos habchitur bonis, qui ex malis parentibus nati sunt. Aliter lex, quæ de suis actionibus quemque judicat, non ex cognatorum virtutibus laudat, aut ex eorundem vitiis punit. Josephus (Ant. Jud. XIII. Cap. 14. §. 2. secundum divis. Hudson.) contrarium factum in rege Judæorum Alexandro vocat ὑπερ ἀνθρώπων δίκην, exactionem penæ, quæ humanum excolit modum. Ovidius:

Illic immeritam maternæ pendere lingue Andromedam pænas injustus jusserat Ammon. (Metam. Lib. IV. vers. 668.)

o Quare filium Avitii Cassii] Vide Vulcatium vitam Avitii, (cap. 12.) Laudat parem Constantii humanitatem Julianus.) Orat. II. pag. 100, 101.

Ed. Spanh.) ostenditque, sæpe ex malis parentibus bonos venisse liberos, sicut e saxis apes evolvant, e liquo amaro nascuntur ficus, e spinis prodit pomum Puniceum. Ejusdem hæc sunt: καὶ τὸν πατέρα τῆ τελευτηηκότ' (τερόλυμκότ' habent. Edid.) νήπιον κομιδὴ τῆς πατρὸς ἰδὲν εἰκόσας μεταχρῖν ἡμῶν. ἴτω σοι πρὸς ἐπιεικίαν ἢ πράξῃς βέβαια τελέεις κατῆς ὑπάρχει γνηρίων etiam mortui filium infantem admodum non siviisti pena paterna implicari; ita tua agendi ratio ad lenitatem semper vergens perfecta virtutis est testimonium. (Orat. I. in fin. pag. 49. A.)

G R O N O V I I.

13 Quarundam gentium] Ut Persarum, Justin. 10, 2. & Carthaginienfium, 21, 4.

14 Nescio quis] Eutropius Eunuchus, tunc domini dominus, & aulæ Constantinopolitanæ arbiter, quod tamen parum ei profuit, ut apparet ex duabus in eum Claudiani invectionibus. Videndus Jacobus Gothofredus ad eam legem capit. XVI.

15 Desipit] Νῆπιτ' ὅς πατέρα κρείνας νῆς ἀπολείπει.

(kk) Minimè reprehendit, sed in medio relinquit, utrum mos ille sit justus, an injustus. Inspice locum, Lib. VIII. c. 80. J. B.

G R O

XIV. 1. Deus quidem in lege Hebræis data ^q + paternam impietatem in posteros se vindicaturum minatur: sed ipse jus dominii plenissimum habet, ut in res nostras, ita in vitam nostram, ¹⁰ ut munus suum, + quod sine ulla causa, & quovis tempore auferre cuivis quando vult potest. Igitur si morte immatura, ac violenta rapit liberos ^r Acanis, ^s Saulis, ^t Jeroboami, ^u Achabi, ^p + in ipsos jure dominii, non pœnæ, utitur, + sed eodem facto ¹⁷ gravius punit parentes. Nam sive ¹⁸ superstites sunt, quod maxime spectavit lex divina, atque ideo lex minas istas ^q + ultra abnepotes non extendit, Exod. XX, 5. quia ad eorum conspectum pertingere potest humana ætas: certum est, parentes puniri tali spectaculo: + gravius enim id illis, quam quod ipsi ferunt: ut a Chrysofomo ^x recte dicitur, quicum consentit Plutarchus, ^y οὐ λυπούσα μᾶλλον ἑτέρα κόλασις ἢ τοὺς ἐξ ἑαυτῶν κακὰ πάσχοιτας δι' αὐτοὺς ὁραῖν' nullum durius supplicium, quam eos, qui ex se sunt, ob se miseros spectare: sive non eousque provivunt, + tamen ¹⁹ cum eo metu occidere, magnum est supplicium. Duritia populi, inquit Tertullianus, ^z ad talia remedia compulerat, ^r ²⁰ ut vel posteritatibus suis prospicientes legi divinæ obedirent.

^q Exod. XX, 5.
^r Jos. VII, 24.
^s II Samuel. XXI.
^t I Reg. XIV.
^u II Regum VIII, 19, 20.
^x Homil. 29. in 9. Gen. Tom. I. pag. 231.
^y De sero Num. vind. p. 561. A.
^z Advers. Marcion. Lib. II. c. 15.

2. Sed simul notandum est, hac graviore vindicta + non uti Deum, nisi adversus scelera proprie in suam contumeliam perpetrata, ut + falsos cultus, + perjurium, + sacrilegia. Nec aliter Græci existimarunt: nam quæ crimina credita sunt posteritatem obstringere, ^s quæ ἄγνη ipsi vocant, + omnia istius sunt generis: quo de argumento facunde differit Plutarchus, libro de fera Numinis vindicta. Existat ^t apud ²¹ Ælianum oraculum tale Delphicum:

*At scelerum fontes divinum persequitur jus,
Nec pote vitari; non si genus ab Jove ducant:
Sed capiti ipsorum, quique enascuntur ab ipsis,
Imminet; inque domo cladem subit altera clades.*

^u Ageba-

G R O T I I.

^p In ipsos jure dominii, non pœnæ, utitur] Hæc est sententia Rabbini Simeonis Barsema, longe verissima.

^q Ultra abnepotes non extendit] Exempla habes in Zimri, & Jehu.

^r Ut vel posteritatibus suis prospicientes legi divinæ obedirent] Alexander apud Curtium libro VIII. Non oportebat vos scire quid de his statuissem, quo tristiores periretis. (Cap. 8.)

^s Quæ ἄγνη ipsi vocant] Vide Plutarchum Pericle: (Tom. I. pag. 170. A.) & quæ supra dicta hoc libro c. XIII. §. 1.

^t Apud Ælianum] Libro III, 43.

G R O N O V I I.

¹⁶ Ut munus suum] Tanquam in beneficium precarium.

¹⁷ Gravius punit] Nam morientium liberorum brevis, & vix intellectus mali sensus est, parentum superstitem ob amissos perpetuus, aut longus cruciatus. Seneca ad Marciam 2.

¹⁸ Superstites] Vivunt, & vident ipsi properatam mortem liberis, aut nepotibus, cum conscientia orbitatem sibi a Deo pœnæ loco statui.

¹⁹ Cum eo metu] Ut expectent suos non diurnatos, mori.

²⁰ Ut vel posteritatibus] Si pro sese nihil timentes, at propterea, ne pœnam in posteros derivarent.

²¹ Ælianum] 3, var. 43.

Τοὺς δὲ κακῶς μέλλουσι δίκης τέλει ἔχει χρόνισόν, Οὐδ' ἀπαλείπτον, ἢ δ' εἰ Διὸς ἔγγονοι εἴεν. Ἄλλ' αὐτῶν κεφάλῃσι καὶ ἐν σφαιροῖσι τέκτονισιν, Εἰλαῖται, ἢ σῆμα ὁμοῖς ἐπὶ πῆματι βῆναι.

^a Agebatur autem ibi de sacrilegio: quod & historia comprobat ²² + auri Tholofani apud ^a Strabonem, & ^b Gellium. De perjurio similes sententias ²³ supra adduximus. Deinde vero etsi id comminatus est Deus, non tamen semper eo jure utitur, maxime si ^x insignis quædam virtus in liberis eluceat, ut videre est + Ezech. cap. XVIII. ^c & exemplis quibusdam a Plutarcho dicto loco probatur.

3. Et cum in novo federe + apertius, quam olim declarata sint supplicia, quæ impios post hanc vitam manent, y ideo in eo federe nulla exstat comminatio ²⁴ + personas peccantium egrediens; + quo præcipue, quanquam minus aperte, ut mos est vatibus, spectat dicta jam Ezechielis oratio. + Factum autem illud Dei hominibus imitari non licet: neque par ratio est, quia, ut jam diximus, Deus ²⁵ + sine culpæ intuitu jus habet in vitam; + homines non nisi ex gravi culpa, & quidem + quæ personæ sit propria.

4. Quare eadem illa divina lex, ^d ut + parentes pro liberis, ita ob parentum facta liberos mortis poena affici vetat: quam legem ^z pii reges etiam in perduellibus secuti leguntur; eamque legem valde laudant ^e Josephus, & ^f Philo, ut & similem Ægyptiam (II) Isocrates ^z, & Romanam ^a Dionysius Halicarnassensis. Platonis ^b est πατρός ἐνείδη καὶ τιμωρίας παιδῶν ἔδει ζυέπεσθαι. Quod Latine ita exprimit ⁱ Callistratus Jurisconsultus: crimen, vel poena paterna, nullam maculam filio infligere potest. Addita causa: ⁱ L. 26. D. namque unusquisque ex suo admisso ²⁷ sorti subicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Ferretne, inquit Cicero, ^k ulla civitas latorem ijuisiodi legis, ut condemnetur filius, aut nepos, si pater, aut avus deliquissent? Hinc factum ut

G R O T I I.

^a Agebatur autem ibi de sacrilegio] Ut & Libanius: ὡς οἱ μὲν ἔδοσαν ἢ ἄνευ δίκης, οἱ δὲ ἄνευ μὲν. ἢ ἔστι δὲ ἐπὶ αὐτῶν ἐξουσιοῦται. λέγω δὲ αὐτῶν καὶ παιδῶν, λέγω ἢ τὰς ἐξ ἐκείνων quorum alii jam poenam dedere, alii nondum quidem, sed nemo eos poena excimet: nec ipsos tantum dico, sed & liberos, & ex iis nascituros. Similia habet idem Libanius oratione, quam edidit Gothofredus.

^x Insignis quædam virtus] Et publica paterni criminis detestatio, qualem fecit Andronicus Palæologus Imperator, apud Gregoram libro VI. pag. 81. (Ed. Colon. seu Genev. 1616.)

^y Ideo in eo federe nulla exstat comminatio personas peccantium egrediens] Tertullianus de incontinentia: desivit uva acerba a patribus manducata dentes stiorum obstupescere; unusquisque enim in suo delicto morietur. (Cap. 7.)

^z Pii reges] Ut Amasias (II Reg. XIV. 6.) a Dionysio Halicarnassensis] Qui sic ait Libro VIII. (c. 80.) τὸ ἔθῶ τὰτο Ῥωμαίους ἐπιχρῆσιν ἀγνοῦν, ἀφείδου τῆς τιμωρίας ἀνάσσει τὰς παροῦσας, ὡς ἂν οἱ πατέρες ἀδικήσωσι, ἢ ἢ Ῥωμαῖοι προπρῆου, a poena omni liberos excimere, quorum parentes deliquerunt. Habet idem lex Wisigotibica libro VI, tit. 1. cap. 8. [Non aperte laudat mox illum Dionysium Halicarnassensis, ut jam ob-

servavimus, & ex inspectione loci patebit. J. B.]

G R O N O V I I.

²² Auri Tholofani] Justin. 32, 3.

²³ Supra adduximus] 2, 3. I.

²⁴ Personas peccantium egrediens] Quæ in pateros eorum porrigatur.

²⁵ Sine culpæ intuitu] Deus jure suo vitam repetit a quocumque vult, etiam non gravius peccante.

²⁶ Perduellibus] Reis adversum sese insidiatum, aut læsæ majestatis.

²⁷ Sorti subicitur] Calculis, & urnæ judicium. Vide ad Sen. Hercul. fur. 732.

(II) Nil de tali lege apud ISOCRATEM, in laudatione Byfridis, ad quam Auctor nos remittit, nec alibi, quod sciam: immo de illa silere video eos, qui ex professo mores, & leges Ægyptiorum collegerunt, e. g. BOECLERUM, Tom. II. Dissert. XXIII. MARSHAMUM, in Cumme Chronico, &c. Occasionem errori dederunt verba ista, ἢ δὲ εἰς τὰς παῖδας ἀναβιβάζηται τὰς τιμωρίας &c. quæ leguntur pag. 226. C. Ed. H. Steph. Sed ubi agitur de vindictâ divinâ, quam putabant Ægyptii non differri, ut posteri demum illam experirentur. J. B.

G R O

ut ^b pręgnantem mulierem mortis supplicio afficere, ²⁸ + nefas habitum sit (mm) Ægyptiorum, Gręcorum (nn), & ^c + Romanorum legibus.

XV. Quod si injultę + leges humanę, quę liberos occidunt ob parentum delicta, injultior sane + lex ^l Persarum, & Macedonum, ^d ²⁹ devovens & propinquorum capita, quo qui in regem peccarant, + tristiores perirent, ut Curtius ^m loquitur: cujus legis diritate exsuperari leges omnes, scripsit ^e + Ammianus ⁿ Marcellinus.

XVI. Illud tamen est notandum, siquid habeant, aut expectare possint perduellium liberi, ³⁰ + in quod jus proprium sit non ipsis, + sed populo, aut regi, id auferri ipsis posse. + jure quodam domini, ³¹ + cujus tamen usus + simul in poenam redundet eorum, qui peccaverint. Huc refer quod (oo) Antiphani ut proditoris posterum ἀτιμοὶ ἐνεργάθησαν, narrante Plutarcho, id est ^f honoribus prohibiti sunt, ut Romę liberi + a Sulla proscriptorum. Sic in dicta Arcadii lege ^o illud tolerabile in liberos: ad nullos honores, ad ³² nulla sacramenta perveniant. + Servitus autem quomodo, & quatenus in liberos sine injuria transeat, ³³ alibi a nobis est explicatum.

XVII. I. Quod de liberis malo afficiendis ob parentum delicta diximus, + idem aptari potest & ad ³⁴ populum + vere subditum + (nam ³⁵ qui subditus non est, + ex sua culpa, id est ex negligentia, puniri potest, ³⁶ + ut diximus), + si quęratur, an is populus malo possit affici ob regis, aut rectorum facinora: non jam quęrimus, ^g + si ipsius populi consensus accesserit,

G R O T I U S

^b Pręgnantem mulierem mortis supplicio afficere, nefas habitum] Laudat Philo libro de humanitate, (pag. 710.)

^c Romanorum] L. Imperator Adrianus, 18. D. de statu hominum. l. pręgnantis, 3. D. de panis.

^d Devovens & propinquorum capita] Philo more esse tyrannus, dixit, cum damnatis una tollere quinque familias eis proximas. Vide Herodianum libro III. & exemplum Mediolanense occiso Galeatio apud Bizarum lib. XIV. [Locus Philonis legitur Lib. II. De specialib. Legg. pag. 802. D. sed insipienti patebit, sensum ejus valde mutatum fuisse ab Auctore nostro Ille etiam, aut exscriptor, sine dubio posuit heic Herodiam, apud quem nil huc faciens reperitur, pro HERODOTO, qui Lib. III. Cap. 119. narrat, Isotaphernem, cum liberis, & uiverfa familia, capite damnatum fuisse a Dario, secundum Persarum morem. J. B.]

^e Ammianus Marcellinus] Abominandas leges vocat. Vide & concilium Toletanum IV.

^f Honoribus prohibiti sunt] Simile reperies in C. in quibusdam, 12. De Penis. (DECRETA L. V. 37.)

G R O N O V I I.

²⁸ Nefas habitum] Sed id differri iustum, donec pepererit, fatum ediderit. l. 3. D. de panis.

²⁹ Devovens &] Etiam supplicio destinaus.

³⁰ In quod jus proprium] Quod beneficio, aut indulgentia principis in eos collatum sit.

³¹ Cujus tamen usus] Quod dum exercet princeps, aut populus, incommodum aliquod sentiat in heredibus suis is, qui peccavit.

³² Nulla sacramenta] Nullum militie gradum.

³³ Alibi] 2, 5. 29.

³⁴ Populum vere subditum] Cuius, & in quem omne jus habet princeps.

³⁵ Qui subditus non est] Regem, vel principem habet legibus alligatum, aut reddendis rationibus obnoxium.

³⁶ Ut diximus] Num. 2.

(mm) Vide DIODORUM SICULUM, Biblioth. Lib. I. Cap. 77. J. B.

(nn) Pręter Historicum Gręcum, modo laudatum, vide PLUTARCHUM, De sera Numinis vindicta, pag. 552. D. Tom. II. Ed. Weck. & ÆLIANUM, Var. Hist. Lib. V. Cap. 12. J. B.

(oo) Ita omnes Editiones: sed legendum Antiphantis. Vide locum PLUTARCHI, Vit. X. Rhetor. pag. 833. A. Tom. II. J. B.

G R O N O V I I.

^g Si ipsius populi consensus accesserit] Philo de Ægyptii regis subditis Abrahami tempore, (De Abrab. pag. 363. D.) κατὰ κληρονομίαν δὲ τῆς τιμωρίας

H h h 3

^l Dan. VI, 24. Just. lib. X. c. 2. m Lib. VIII. c. 2. n Lib. XXIII. c. 6.

^o L. 22. C. De Pen.

cesserit, + aut factum aliud, quod per se sit poena dignum, + sed agimus ³⁷ de eo contactu, qui ex natura oritur ejus corporis, cujus caput est rex, membra cæteri. + Deus quidem ob Davidis peccatum populum pestilentia confecit, & quidem, ut David censet, innocentem; sed Deus in vitam ipsorum jus habebat plenissimum.

¶ *Questi.*
ad orb.
138.

2. Interim hæc poena erat + non populi, sed Davidis: nam, ut ait scriptor P Christianus, *πικροτάτη τιμωρία τῶν ἡμαρτηκότων βασιλέων ἡ τιμωρία τοῦ λαῶ* + *acerbissimum est delinquentibus regibus supplicium id, quod populis infligitur.* Perinde enim hoc est, ait idem scriptor, ac si quis, qui manu peccavit, ³⁸ in tergo feriat: quomodo in simili argumento Plutarchus ⁹, non aliter id, ait, accipiendum, quam si medicus ad curandam coxam urat pollicem. Hominibus cur id non liceat, + jam antea diximus.

q *De sera*
Num.vind.
p. 559. E.

XVIII. + Idem dicendum de singulis, qui non consenserunt, malo afficiendis circa ea, quæ ipsorum sunt, ob delictum universitatis.

r *L.20.D.*
de panis.

XIX. Hæres vero cur ³⁹ + de cæteris debitis teneatur, ^h + de poena non teneatur, sicut a Paulo jurisconsulto scriptum est, *si poena alicui irrogatur, receptum est* ⁴⁰ + *commentitio jure, ne ad hæredes transeat,* + vera causa hæc est, quod hæres personam defuncti refert, non in meritis, + quæ sunt mere personalia, ⁱ sed ⁴¹ in bonis, quibus ut cohærerent ea, quæ alicui debentur + ex ipsa rerum inæqualitate, + simul cum dominio fuit introductum.

Dion

ρίας σύμπαρος αὐτῷ ὁ οἶκος, μηδένος ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ διαφερανῶν, ἀλλὰ πάντων ἐνεκα τῆ συναιεῖν μονονυ συγχειρησάντων τὸ ἀδικημα. *sensit* *Et poenam omnis cum eo familia, quod nemo indignatus esset super injuste facto, sed omnes laudando pene Et ipsi illud fecissent.* Josephus, ubi vitium contra Jeroboamum prolatum narrat: *μεδέει δὲ τῆς τιμωρίας καὶ τὸ πλῆθος ἐκπεσὼν τῆς ἀγαθῆς γῆς, καὶ διασπαρὲν εἰς τὰς πέρας Εὐφράτης τόπος, ὅτι τοῖς τῆ βασιλείας ἀσέβημασι κατακολάθης* *particeps poena Et populus erit, excidit quippe felice terra, sparsusque per loca transsephraten-sia exsulabit, quod impietati regis socium se fecerit.* (Ant. Jud. Lib. VIII. Cap. XI. §. 1. Ed. Hudson.)

h *De poena non teneatur*] Maimonides titulo, *מגילת*, c. VII, sectione 6. Gemara Baba Cama cap. X. §. 1.

i *Sed in bonis*] Vide concilium Toletanum VIII, in causa Recceswinthi vide quæ supra hoc libro, c. XIV. §. 10. Nulla est persona, quæ ad vicem ejus, qui e vita emigraverit, propius accedat, quam hæres, ut Cicero ait secundo de legibus, (cap. 19.)

GRONOVII.

³⁷ *De eo contractu*] De casu, in quo populus non alia laborat contagione criminis regii, quam quod corpus est illius capitis, quod peccavit. (Ex illa interpretatione patet, Virum Doctissimum heic legisse *contactu*, ut nos reposuimus in ipso con-

textu, ex Editione prima, & illa anni 1632. non autem *contractu*, quod in præcedentes Editiones dudum irreperat, & planè alienum est à sensu Auctoris. Editores vocem *contactu*, pro contagione sumtam, non intellexerant: quamquam illius exempla reperiantur apud TACITUM, non uno loco, & SENECAM, ut patet ex Additamentis GRÆVII ad FABRI *Thesaurum*, Edit. 1710. J. B.)

³⁸ *In tergo*] In alia quacumque parte corporis.

³⁹ *De cæteris debitis*] Defuncti.

⁴⁰ *Commentitio jure*] Excogitato, & invento, instituto, introducto a legum latoribus. [Difficile fatis est definire, quid intelligat Paulus, dum illud *ius commentitium* vocat. Vide A. FABRUM, *Jurispr. Papinian.* Tit. I. Princip. II. Illat. §. MARC. LYCKLAMAM, *Membran.* I. 9. JAC. GOTHOFRED. in *L. 1. De Regg. Jur.* pag. 5. Cl. SCHULTING. *Jurisprud. Ante-Justin.* pag. 675. col. I. *init.* Expendi etiam potest nova interpretatio, quæ legitur in *Actis Eruditorum Lipsiensibus*, ann. 1714. pag. 555. ubi vult Auctor. Clar. WÆCHTLERUS, *ius commentitium* esse, quod ex notione quadam communi oritur. J. B.]

⁴¹ *In bonis, quibus ut*] Quibuscum ut subirent onera, quæ defunctus habuit ex contractibus, in quibus paria non fecit, atque adeo plus pene ipsum resedit, quam reddere debuit; accipiendum est, jam tum placuisse populis, cum discessum est a communione rerum, & introducta sunt privata dominia.

GRONO-

Dion Prusæensis Rhodiaca: ἀπαντα ὀφείλοσι τὰ τῶν προγόνων εἶχ ἤττον αὐτῶν ἐκείνων εἰς εἰς ἂν ποτε καθήκετο γένεσθαι. ἔ γὰρ ἀφίστασθαι φήσετε τῆς διαδοχῆς: *que debuerunt majores, ea non minus debent posteris; neque enim dicere potestis repudiatam a nobis hereditatem.* Pag. 129. C.

XX. Et hinc sequitur, ut ⁺ si ultra meritum nova quædam causa ⁴² obligationis extiterit, ^{ut} deberi ¹³ jam possit id, quod in pœna erat, ⁺ quanquam non proprie ut pœna. Sic ⁺ alibi post sententiam, ⁺ alibi post litem (pp) contestatam, quibus rebus ⁺ vis contractus datur, ⁺ pœna pecuniaria ab hærede debetur, ⁺ ut & ea, quæ in (qq) conventionem deducta est. ⁺ Jam enim nova accessit debendi causa.

G R O N O V I I.

§ 58. D. De Oblig. § act. L. 139. 164. De divers. Reg. Jur. L. 3. §. 11. De Peculio.

⁴² Obligationis] In defun. Po.

⁴³ Jam possit] Ab hærede.

(qq) Vide L. 47. D. De actionib. emti, § vend. Sed hæc est pœna improprie dicta.

(pp) Ita Jure Civili Romanorum. Vide L. 26.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTTII

L I B. I I. C A P. X X I.

V I D E T U R titulus hic inutilis, quia nemo obligatur ex alterius delicto, cum pœna suos saltem teneat auctores, L. 22. C. pœn. Sane, pœna est æstimatio delicti, & mensura meriti, quod est personalissimum. At jam supra cœpimus dicere, quod ille quoque delinquat, qui quocunque modo causa est damni dati: adeoque propter actum, quo causa est damni, puniri omnino potest; is enim actus verum delictum est. Vid. c. 17. Atque de hac communicatione pœnæ hic agitur.

Duobus autem casibus quis puniri potest ex alterius delicto: 1. si ipse est causæ damni, & injuriæ factæ, uti si in alieno quid vel facit, vel omittit, quod faciendi, vel omittendi jus non habet: 2. si princeps

peccat; tunc enim subditi tenentur ex ejus facto. Vid. infr. §. 2. Prioris ratio in apri- co est; pœna enim est ubi injuria est, ad cujus reparationem tenetur is, qui eam fecit. Hinc necessario sequitur, posse communicari pœnam cum eo, qui particeps est injuriæ, & qui concurrit ad patrandum actum injustum. Hoc enim casu omnia requisita delicti adsunt; est enim actus illicitus, quo quis facit, vel omittit in alieno, quod agendi, vel omittendi jus non habet. Si igitur hoc facto alii aliquid abest, vel jus ejus læsum est, necessario id reparari debet tum restituendo damnum, de quo supra c. 17, tum patiendò tantundem mali, quantum ipse fecit, de quo cap. 20.

Causa

Causa autem damni, & injuriæ sunt, adeoque pœna communicatur cum iis, qui 1. opem, & auxilium ferunt; 2. qui hortantur, mandant, aut consilium dant, modo alter aliter facturus non fuisset; 3. qui omittunt quod facere debent; 4. qui recepto securitatem delinquentibus præstant.

Posteriori casu communicatio fit delicti, eoque & pœnæ, quia subditi sequi judicium principis, ejusque factum operis, & opibus defendere tenentur; adeoque causa sunt quo minus reparatio injuriæ a principe fiat.

A D §. I.

QUAM ex suo delicto puniuntur] „ Quia „ scilicet causa sunt injuriæ, sive faciendo, „ sive omittendo id, quod facere debebant.

Iisdem modis in delicti partem quis venit, quo in damni dati] „ Uti enim damnam „ datum restituit qui causa est damni, ita „ eadem ratione injuriam illatam luit qui „ causa est injuriæ.

Non tamen semper ubi damni obligatio est, etiam delictum est] „ Immo semper: „ nam damnum non reparatur, nisi dolo, „ vel culpa datum sit (casum enim præstat „ dominus.) Jure naturæ autem omne damnum, etiam culpa levissima datum, injuria est, & pœnam meretur: quanquam „ leges civiles imbecillitate humana mortæ, solam intentionem pœnis afficiant, „ culpam vero non nisi graviolem, & „ in paucissimis casibus.

Si qua malitia notabilior accesserit] „ Immo jure naturæ quælibet culpa, qua jus „ alterius læditur, est punibilis.

Cum ad damni dati obligationem qualiscunque culpa sufficiat] „ Dixi, etiam ad „ delicti obligationem qualemcunque culpam jure naturæ sufficere.

Sape] „ Immo semper: nam distinctio „ illa inter culpam latam, levem, & levissimam, est ex jure mere civili.

Qui factum vitiosum jubent] „ Vide „ Lib. 2. cap. 17. §. 6.

Qui consensum requisitum adhibent] „ d. „ c. 17. §. 6.

Qui adjuvant] „ Vide d. c. 17. §. 6.

Qui receptum præstant] „ Vide d. c. 17. „ §. 6.

Laudant, assentiuntur] „ Vide d. c. 17. „ §. 7.

Ex jure proprie dicto] „ Non ex charitatis regula, seu, quod idem est, ex virtute. Vid. supr. c. 17. §. 9.

Non vetant] „ Vid. d. c. 17. §. 8. uti „ si dominus, vel pater, præsentibus filium, „ vel servum non prohibent.

Ex simili jure] „ Proprie sic dicto. Vid. „ supr. c. 17. §. 9.

Opem ferre injuriam patienti, non ferunt] „ d. c. 17. §. 8. Uti si custodes publico tumultu orto non accurrunt.

Qui non dissuadent cum dissuadere debeant] „ d. c. 17. §. 9.

Qui factum reticent, quod notum facere debeant] „ Vid. d. c. 17. §. 9.

Ex jure aliquo] „ Forte quod mea interpreti. Vid. tamen d. c. 17. §. 9.

Si in ipsis talis sit malitia] „ Immo sufficit, culpa injuriam datam esse; quia „ facto suo illicito alter causa est injuriæ.

A D §. II.

EXEMPLIS res fiet illustrior] „ Scilicet „ cet, materia de communicatione pœnæ.

Communitas] „ Queritur, an universitas obligetur ex delictis singulorum? „ Negatur: quia pœna suos saltem tenet „ auctores, nisi universitas illa approbet „ factum singulorum, & impediatur reparationem injuriæ.

Non tenetur ex facto singulorum] „ Quia „ uti delictum, ita pœna suos tenet auctores.

Sine facto suo] „ Nam si factum communis concurrat, hæc tenetur ex sua „ injuria.

Aut omissione] „ Si enim communitas „ aliquid omittit, quod facere debebat, „ itidem tenetur ex hoc facto illicito.

A consilio publico abfuisse] „ Querebantur „ Locri de Pleminii crudelitate, quod in „ eos tanquam rebelles ageret, cum tamen culpa defectionis procul a consilio „ publico abfuerit. Similia exempla vide „ apud Charcellin. 30. c. 21. Arrian. expedit. „ Alex. c. 4. p. 284. Liv. 21. 18. l. 6. „ c. 6. C. 10. l. 8. c. 14. l. 9. c. 42. „ Tesm. b.

Sic nec pater ex delicto liberorum tenetur] „ Etsi enim pater, & liberi, pro eadem persona habeantur, ea tamen ratio „ cessat in delictis; nec e contrario liberi „ tenentur ex delicto parentum.

Nec

- Nec dominus ex serui*] „ Non enim est
 „ causa injuriæ. Hinc meri juris civilis est,
 „ quod dominus ex delicto serui civiliter te-
 „ neatur, *pr. Inst. de noxal. act.*
Nec alii, qui præsumunt] „ Sic v. g. cau-
 „ po non tenetur ex delicto famulorum.
Nisi aliquid in ipsis vitiosum hæreat]
 „ Uti si non prohibent, cum prohibere pos-
 „ sunt, vel si male eligunt.
- 2 *Quibus rectores aliorum in crimen veniunt*]
 „ Adeoque Auctor hic quæstionem tractat,
 „ quando quis ex delicto eorum, qui po-
 „ testati nostræ subsunt, teneatur.
Patientia, & receptus] „ In genere di-
 „ cendum, participare eos de pœna, quan-
 „ do causa sunt injuriæ.
Et receptus] „ De quo vide §. seq.
Qui scit delinqui, qui prohibere potest,
& tenetur, nec prohibet] „ Adeoque qua-
 „ tuor requiruntur ad hoc, ut ex delicto
 „ ejus, qui potestati meæ subest, puniri
 „ possim: 1. ut sciam, delictum committi;
 „ 2. ut prohibere possim, 3. ut tenear pro-
 „ hibere; 4. ut omiserim prohibere. *Vid.*
L. 2. c. 17. §. 7.
Cicero] „ Verba hæc reperiuntur quo-
 „ que apud Marcellinum *L. 27. cap. 25.*
Tesim. b.
- 3 *Pro prostituta habetur*] „ Casus est,
 „ ubi quis ancillam vendit ea conditione,
 „ ne prostituatur, si contra fiat, licitum fore
 „ venditori manus injicere, & eam abdu-
 „ cere. *L. 1. C. si manc. ita ven.* Si ven-
 „ ditor secuta prostitutione non abducit,
 „ sed accepta pecunia manus injectionem
 „ vendidit, Hadrianus constituit, ut pro-
 „ situta libera esset; quia cum venditor
 „ possit eximere, & non eximit, ipse eam
 „ prostituere videtur. *L. 7. ff. Qui sine ma-
 „ num.* indeque in pœnam non eximentis,
 „ venditio illa nulla declaratur.
Ipse enim videtur dominus occidisse] „ Is
 „ enim vera causa homicidii est, tum quia
 „ mandavit fieri, tum quia servus aliter fa-
 „ cturus non fuisset.
Domino sciente] „ Ubi prohibere servum
 „ potuit, & debuit.
 4 *Ut diximus*] „ *Vid. n. 2.*
Facultas prohibendi] „ Aliud enim est,
 „ auctorem esse servo delinquenti, aliud,
 „ pati delinquere; quæ sunt verba *Legis 3.*
ff. Nox. act. Hinc non tenetur dominus,
 „ qui, cum servus noxam committeret, in
 „ altera stetit ripa, nec prohibere potuit.
L. 4. ff. nox. act.

Tom. III,

Scientiam, cum puniri jubetur, accipi pro patientia] „ Adde *L. 3. & 4. ff. de nox. act.*
 „ *l. 45. pr. ad legem Aquil.*

Ut qui prohibere potuit, teneatur si non fecerit] „ Nam vere causa est delicti, quia
 „ prohibendo impedire & potuisset, & de-
 „ buisset.

Scientiam accipi hic cum consilio] „ *L. 4.*
 „ *ff. Noxal. act.* Adeoque non sufficit, do-
 „ minum vidisse, si prohibere non potuit,
 „ *ibid.*

Si dominum contemserit] „ Adeoque non
 „ obstante prohibitione noxam commiserit.
Quia culpa vacat] „ Non enim tunc causa
 „ dici potest noxæ.

Sic parentes tenentur ex delicto filiorum]
 „ Si prohibere potuerunt: uti si pater filium,
 „ quem in potestate habet, patitur uxorem
 „ ducere intra annum luctus: *L. 1. vs. qui*
 „ *eam, &c. ff. bis, qui notant. inf. l. 11.*
 „ *in f. eod.* vel si bina sponsalia ejus no-
 „ mine, quem in potestate habet, contra-
 „ hit. *d. l. 1. in f. l. 13. §. 1. eod.*

Quos habent in potestate] „ Adeoque in
 „ quos prohibendi jus habent.

Non tenebuntur, nisi & sciverint] „ Si
 „ enim nescivere, nec prohibere potuerunt;
 „ adeoque ipsi causa actus dici nequeunt.
Scientia, & non prohibitio] „ Et præte-
 „ rea prohibendi facultas.

Quæ omnia ad subditos pari ratione sunt referenda] Quæritur, an subditi obligentur
 „ ex delicto magistratus? Affirmat Auctor,
 „ quia subditi prohibere debuissent; quod si
 „ omittunt, ipsi causa sunt criminis. At fallit
 „ hæc ratio in subditis, qui prohibendi jus
 „ non habent. Distinguendum igitur est inter
 „ factum Principis notorie injustum, uti si sta-
 „ tum evertit, & quod dubium saltem est.
 „ *Posteriori casu* subditi necessario tenentur
 „ sequi principis judicium, & factum ejus ap-
 „ probare, illudque pecunia, & manu sua
 „ defendere; adeoque subditi participes sunt
 „ delicti, eoque causa injuriæ. *Priori casu*
 „ subditi non tenentur sequi judicium princi-
 „ pis, qui extra fines imperii agit; sed eum
 „ prohibere possunt, utpote cum desinat omne
 „ imperii jus, quod solum causa erat cur ci-
 „ ves teneantur. Si igitur populus non pro-
 „ hibeat principem, tunc eorum culpa cor-
 „ ruit, & hæctenus ex suo delicto tenentur.

Additio.

„ Alibi jam dixi, populum etiam in i
 „ jura notoria, seu quæ populo noto:
 „ videtur, sequi judicium principis debere.

I i i

„ Nara

» Nam si princeps neget notorietatem injuriam, populus autem illam affirmet, quis judex erit? Non populus, utpote qui omne jus suum, omneque judicium in principem transtulit.

Veniunt enim ex naturali jure] „ Cujus ratio non consistit in eo, quod is, qui scit, & non prohibet, teneatur ex delicto alieno: sed quia populus sequi judicium principis, ejusque facta vi primæ delationis approbare tenetur.

Concilio communi] „ Non vi summæ potestatis, sed ex pacto. *Vid. supr. l. 1. c. 3. §. 7. n. 2.*

Ipsorum eras, cogere Agamemnonem] „ Hoc casu, ubi imperium non uni delatum est, sed communi concilio, verum est, hoc & potuisse, & debuisse Agamemnonem prohibere; quod cum concilium omitteret, merito suæ culpæ pœnas luit.

Illorum pœnam in se vertit] „ In hoc casu subditi non tenebantur ex delicto principis, sed principes ex delicto subditorum. Alibi enim dictum est, non statim jus belli obtinere si subditi vicino principi, vel ejus subditis, injuriam inferunt; sed eo casu requirendum esse principem subditi lædentis, ut is puniat reum. Si nolit, ipse causa est injuriæ, & sic & princeps, & subditi, ex propriis delictis tenentur.

Si sciens patitur perpetrari] „ Quia cum prohibere possit, & debeat, nec tamen prohibet, causa est delicti.

Se insciis] „ Non publico consilio. *Vid. pr. b. §.*

Teuta] „ Adde supra *L. 2. c. 17. §. 20. Neque enim prohibebat*] „ Cum jure imperii prohibere debuisset.

Qua conspicua sunt, qua frequentia] „ Immo id non ex præsumtionibus judicari debet; sed is, qui allegat alterum scivisse, id probare, & altero id negante bello res decidi debet. Jure civili certæ regulæ, ex quibus scientia colligitur, statuta sunt, quas refert *Tesm. h.*

Palam patebantur agere hostilia] „ Nam Scopas, & Dorimachus, regi Ætolorum Aristoni affinitate juncti, connivente rege, non advocata Ætolorum concione, neque expectato magistratuum jussu, nec jure aliquo servato, Macedonibus bellum intulerunt emittendo piratas, qui navem

» & vectores Macedonum ceperunt, & vendiderunt, eorum socios deprædarent, &c. *Polyb. l. 4. c. 2. §. c. 5. in f.*

Et eorum, qui talia facerent, principes honoribus ornarent] „ Scopam enim, qui omnium illarum injuriarum Auctor erat, ducem non tantum elegerunt, sed & legati munus ei decreverunt.

A D §. III.

ALTERAM de receptu] „ Prima enim erat de patientia. *Vid. §. 2. n. 2.*

Ut ante diximus] „ *Lib. 2. cap. 20. §. 3.*

§. 7. n. 2. §. 9. n. 2. §. 10.

Naturaliter cuius exigere licet] „ Late hunc errorem refutavimus supra *l. 1. c. 4. §. 2.*

Cui nihil simile objici potest] „ Si objici simile potest, læsum eo ipso superiorem esse lædente, putat, *vid. l. 2. c. 20. §. 3. §. 9. n. 2.* Quod refutavimus ibidem.

Instituti civitatibus] „ Auctor judicium non esse a natura, sed ex pacto hominum, statuit. Quod oppugnavimus supra *L. 1. c. 4. §. 2. l. 2. c. 20. §. 7. §. 8.*

Aut dissimulanda] „ Scilicet, in casibus, quibus civitas dissimulare potest; de quibus actum late est *l. 2. c. 20. §. 21. seq.* Sane, in præjudicium eorum, qui læsi sunt, dissimulare nequit.

Jus tam plenum] „ Ut scilicet civitatibus pro arbitrio puniendi, aut dissimulanda relinquerentur delicta talia.

Illis] „ Civitatibus, nimirum, earumque rectoribus.

In delictis, qua ad societatem humanam aliquo modo pertinent] „ Adeoque quæ illorum cœtum, seu civitatem proprie non spectant. In illis enim jus vindictam fœmendi non rectori tantum, sed universo humano generi licere, in præcedentibus dixit. *L. 2. c. 20. §. 40. n. 1.* Quod admitti non potest. Nam præterea quod non existat talis societas humana, indeque in id, quod non est, delinqui non possit, alibi probatum dedi, diviso humano genere in civitates, imperium cuique civitati competere intra fines illius civitatis, & omnes extraneos ab eo imperio excludi. Solius ergo civitatis, ejusque rectoris est, imperii actus exercere; inter quos præcipuus est pœnas statuere.

Qua persequi ita civitatibus atis, &c.
juu

„ *ius est, quomodo in civitatibus singulis actio datur popularis*] Uti igitur in singulis civitatibus cuique ex civibus ius est injuriam toti civitati illatam actione persequendi, ita in magna illa civitate generis humani cuique membro ius esse, ait, injuriam societati humanæ illatam armis vindicandi. *Conf. l. 2. c. 20. §. 40.* At toties diximus, verum non esse, cuique licere injuriam aliis illatam vindicare. Actiones populares legibus Romanis introductæ sunt, & pœna non ab actore infligebatur, sed id saltem actione instituta petebat actor: adeoque admitti nequit quod Auctor ait; pactis demum civitatum factum esse ut civitas, ejusque rectores delicta puniant.

„ *De quibusdam delictis*] „ Quæ securitatem publicam turbant, adeoque ubi injuria ad singulos quoque pertinet, *tot. tit. ff. de popul. act.*

„ *Multo minus plenum arbitrium habent in delictis, quibus alia civitas peculiariter læsa est*] „ Adeoque si cives nostræ civitatis vicinæ civitati, vel ejus rectori injuriam inferunt, non est in arbitrio nostræ civitatis punire delictum, vel illud dissimulare; sed ex hypothesi Auctoris, civitas læsa jure naturæ punire reum etiam in aliena civitate potest: idque demum jure gentium mutatum esse, fingit §. seq. „ *Et quo proinde nomine*] „ Scilicet, propter delicta, quibus alia civitas, aut ejus rector, peculiariter læsus est.

„ *Ille*] „ Scil. rector læsus.

„ *Ille*] „ Scil. civitas læsa.

„ *Ob dignitatem, aut securitatem suam jus habent pœna exigenda*] „ Auctor utilitatem ejus, cujus interest non peccatum esse, in eo sitam esse, dixit, ne posthac tale patiatur; id enim tendere ad dignitatem, ac securitatem, *vid. supr. cap. 20. §. 8.* „ Hunc igitur pœnarum finem etiam obtinere, putat, si alia civitas a nostro cive peculiariter læsa est: atque ideo civitati illi jus puniendi nostrum civem competere, ait. At verum non est, civitatem læsam nostrum civem punire posse, sed modum procedendi in tali casu exposuimus in *Diff. proœm. IX. §. 166. n. 6.*

„ *Hoc ergo jure civitas impedire non debet.* „ Immo jure impedire potest ne puniat civitas læsa; id enim jus tantum magistratui civis lædentis competit; si hic repa-

„ rare injuriam recusat, justa cum illo belli „ causa est. *Vid. §. seq.*

A D §. IV.

„ *SEQUITUR ut civitas, apud quam degit qui culpa est compertus, alterum facere debeat*] „ Immo id non sequitur ex principiis ab Auctore positis. Si enim quilibet extraneus jus pœnas sumendi habet ab alterius civitatis cive, potius dicendum, hanc civitatem impedire non posse vindictam extranei; nec allegari posse, quod non expediat civitatem alteram armatam in alterius civitatis fines intrare: hic enim utilitatis prætextus, aut metus, jus natura cuique læso quæsitum auferre non potest. Apparet ergo, consilium hoc, quod gentibus Auctor suppeditat, esse ipsum jus naturæ: hoc enim jure rector civitatis requiri ab extraneo læso debet, ut vel puniat ipse, vel dedat; quem naturæ processum non tantum in *Differt. proœm. IX. §. 167. sed & late supra l. 1. c. 3. §. 1. n. 1. exposui.*

„ *Pro merito puniat nocentem*] „ Quo casu causæ cognitio tota est rectoris illius civitatis; testes ei sisti, & ab eo examinari debent; ipse sententiam pronunciat. „ Quanquam hodie vel commune iudicium constitui, vel arbitri eligi, vel saltem observator aliquis iudicio jungi soleat. *Vid. §. 6.*

„ *Aut ut eum permittat arbitrio interpellantis*] „ Quo casu interpellans iudicium format, dirigit, causam cognoscit, testes examinat, &c. *Vid. d. §. 6.*

„ *Hoc enim illud est dedere, quod in historiis sapissime occurrit*] „ Romani deposcebant Demetrium Pharium, bello victum, a Philippo Macedonum rege, ad quem confugerat. *Liv. l. 22. c. 33.* Alexander dedi sibi vult duces, & oratores, quorum fiducia sæpius rebellaverant Athenienses. *Just. 11. 4.* Legatus Galliæ Elisabetham rogat, ut perduelles; ac patriæ proditores dedat. *Tbuan. l. 33. p. 665.* „ Andreas Doria a Solymanno petiit, ut sibi dedatur famosus ille pirata Dragutea. „ *Tbuan. l. 7.* Polus ex Anglia profugus, & a Papa ad Henr. VIII. missus, ab hoc dedi sibi postulatus est. *Gratian de Caussib. illustr. Rubr. de Reginaldo Polo. p. 111. 2.*

- „ m. 209. Laurentes dedi sibi postularunt
 „ propinquos Regis Tatii, qui legatos illo-
 „ rum pulsarunt. *Liv. lib. 1. cap. 14.*
 2 *Sic Cesarem Germanis*] „ Catonem studio
 „ causæ consilium id dedisse, probavit Au-
 „ ctor supra *l. 1. c. 3. §. 5. n. 4.*
 3 *Ut non stricte*] „ Nam imperium illius
 „ rectoris in personam civis, ejusque actus,
 „ fundatum est; extraneus autem nullum
 „ jus in civem illum habet: neque deli-
 „ ctum civis imperium tollit; omnium mi-
 „ nime autem illud in læsum transfert.
 „ *Sed ut diximus*] „ Adeoque alternative.
 „ *Nec animadverterent, nec reos dederent*]
 „ Nam hæc quoque est species animadver-
 „ sionis, reos dedere.
 „ *Disjunctiva obligatio*] „ Cujus effectus est,
 „ ut sufficiat præstare alterutrum. *Vid. Dd.*
 „ *ad l. 124. ff. V. S.*
 6 *Ad alteram confugere*] „ Quia ob dissi-
 „ dium inter civitates dedi criminum rei
 „ non solebant.
 7 *Hic de deditis occurrit questio*] „ Quæ-
 „ stionem, an dediti a sua civitate cives
 „ maneant, late explicavit B. Parens in
 „ *Disput. de postliminio in pace Vol. I.*
 „ *Disp. pag. 1123. §. 13. usque ad §. 28. &*
 „ *nos explicavimus in Dissert. proæm. XII.*
 „ *§. 748. n. 8.*
 „ *Publius Mutius*] „ Disputantur hæc a
 „ Scævola in *l. fin. ff. de legat. Larrea decis.*
 „ *Granat. 9. n. 68.*
 „ *Expulisse ex sua civitate videtur*] „ Idque
 „ ob delictum commissum.
 „ *Cum aqua, & igni interdiceret*] „ Ma-
 „ xime deditio, & illa interdictio, disse-
 „ runt. *Hæc enim statuitur a solo superio-*
 „ *re, & statim effectum habet, ex quo su-*
 „ *perior interdicit: illa autem fit consensu*
 „ *civitatis, quæ læsa est; illi enim injuria*
 „ *facta est, eique fit deditio: quæ proinde*
 „ *si non vult recipere, imperfectum est ne-*
 „ *gotium.*
 „ *Brutus*] „ In *l. 4. ff. capt. & postl.*
 „ *Non tamen proprie*] Immo ex sola illa
 „ ratione. Deditio est actus inter duos, &
 „ conditio ei inest si deditus ab altero reci-
 „ piatur: quamdiu igitur alter non acceptat,
 „ negotium imperfectum est. Atque ita argu-
 „ mentatur Jctus in *l. 34. ff. acq. poss.* Sane,
 „ libertas non amittitur dum civis deditur,
 „ sed dum ab hoste acceptatur, & ita capi-
 „ tur. Non enim servus dici hostium potest,
 „ quia non est in hostium potestate; in ho-

stium enim potestatem nemo pervenit nisi
 occupatione, & acquisitione hostili: non
 ergo sola deditio, nisi acceptatio hostis
 sequatur; uti res donata non pervenit in
 donatarii potestatem, nisi ab ipso acceptetur.
Vid. sup. l. 2. c. 6. §. 2. Quod est argu-
mentum Ciceronis.

Cæterum, longe alia questio est Scævolæ,
 & Bruti in *l. 4. capt. & postl.* ibi enim non
 quæritur, an deditus, & non receptus ab
 hoste maneat civis; sed an deditus, & *NB.*
ab hoste receptus, sed postea reversus, reci-
 piat jus civitatis postliminii jure, si a ci-
 vitate sua non recipiatur? Quod recte nega-
 tur, quia non videtur reversus ad limen ci-
 vilitatis suæ, si ab ea non recipitur.

Nam actus donationis perfectionem non
habet, nisi ex duorum consensu] „ Auctor
 „ rationem Ciceronis refutaturus differen-
 „ tiam inter donationem, & deditioem,
 „ hanc ponit, quod actus donationis non
 „ habeat perfectionem, nisi uterque con-
 „ sentiat; deditio autem in solo facto de-
 „ dentis consistat. Tale factum autem nul-
 „ lum jus dare, vel adimere, ait, quia
 „ saltem permittit alteri ut de dedito pro-
 „ lubitu statuatur. Si proinde altera civitas
 „ concessio jure non utitur, deditum eo
 „ esse loco, ait, ut a suo magistratu puniri
 „ possit; jus civitatis enim non amitti ipso
 „ facto, sed. accedente demum decreto,
 „ aut judicio.

„ At verum non est, actum deditioem
 „ consistere in solo facto dedentis; deditio
 „ enim æque, ac donatio, requirit accepta-
 „ tionem ejus, cui deditur. Sane, uti res
 „ donata non transit in potestatem, ac cu-
 „ stodiam donatarii, nisi hic acceptet; ita
 „ deditus (qui in servitutem transire debet)
 „ non constituitur in alterius dominio, nisi
 „ is, cui deditur, recipiat: invito enim
 „ non acquiritur, nec jus in re transit nisi
 „ apprehensa possessione corporali. Adeo-
 „ que deditus, & non receptus, manet ci-
 „ vis; priorem enim statum hæcenus non
 „ mutavit.

Nihil aliud est, quam civem alterius po-
testati permittere] „ At hæc permissio esse-
 „ tum non habet si alter permissione non
 „ utitur. Res ergo manet in pristino statu.
 „ *Hæc autem permissio jus nullum dat*]
 „ Scilicet ei, cui deditio fit. Nam ex hy-
 „ pothesi Auctoris, jus puniendi jam ei com-
 „ petiit, & jure gentium executio saltem
 „ impedita

„ impedita fuit ob rationes politicas. Vid.
„ n. 1. Hoc vero impeditum secuta per-
„ missione cessare, ait.

„ Aut adimit] „ Quia potuisset suo jure
„ punire, ut membrum magnæ societatis.
„ Executionis tantum impedimentum tollit]
„ Sensus ergo est, quod jure naturæ læso
„ ante deditionem quoque competat jus
„ puniendi; hoc jus autem exerceri non
„ potuisse ideo, quia lædens fuit in aliena
„ potestate: hoc impedimentum tolli, ait,
„ per deditionem. At cum verum non sit,
„ læso jus puniendi unquam competuisse,
„ certum est, per deditionem demum id
„ jus ei tribui: adeoque verum non est,
„ deditione illa executionis saltem impedi-
„ mentum tolli.

„ Si alter populus concessio jure non utatur,
„ erit is deditus eo loco, ut a populo suo,
„ [&c.] „ Si deditus non recipitur, manet
„ in jure, & potestate prioris populi, qui
„ punire civem, & reum potest, vel remitte-
„ re pœnam si casus est remissibilis.

„ Quod in Clodio Coris dedito] „ Hic tur-
„ pem cum Coris inivit pacem, adeoque
„ fines mandati imperii excessit; unde me-
„ rito qua civis suæ civitati pœnas dedit.

„ Ut multa sunt delicta, in quibus utrum-
„ vis fieri potest] „ Vid. sup. l. 2. cap. 21.
„ §. 21. seq.

„ Jus autem civitatis non amittitur ipso
„ facto] „ I. e. ex sola illa permissione civi-
„ tatis. At fallit hæc regula, quia bello ca-
„ ptus ipso facto jus civitatis amittit, etiam
„ invita civitate.

„ Ut [& jura, & bona alia] „ Immo ali-
„ quando hæc quoque ipso facto amittuntur,
„ ut specificatione, perceptione fructuum
„ ex re aliena, &c.

„ Sed decreto aliquo, aut judicio] „ At qui
„ hosti deditur, ex decreto civitatis in ser-
„ vitudinem hosti offertur; adeoque, posita
„ sententia Auctoris, vi hujus decreti ci-
„ vitate privaretur, quia servus civis esse
„ non potest. Certum igitur est, decreto
„ huic inesse conditionem si recipiatur,
„ adeoque deditum non amittere civitatem,
„ nisi per receptionem alterius populi actu
„ fiat servus. Ut proinde res semper ad
„ Ciceronis redeat rationem, quod uti do-
„ natio, ita [& deditio sine acceptione non
„ possit intelligi.

„ Hoc denique modo] „ Et illo principio,
„ quod civitas non amittatur facto ipso,

„ Et bona si dedita, nec accepta sint, ma-
„ nebunt cujus fuerunt] „ Vera ratio est,
„ quia negotium ante acceptionem est
„ imperfectum, & omnia manent in priori
„ statu.

„ At si deditio accepta sit, [& postea casu
„ aliquo reversus sit is, qui fuerat deditus,
„ is civis non erit] „ Immo erit per expres-
„ sam dispositionem legis 4. ff. de capt. [&
„ postl. rev. ubi postliminium est in deditis.
„ Nisi novo beneficio] „ Immo reversus
„ pristina jura recipit jure postliminii.

„ Quo sensu verum est, quod Modestinus de
„ dedito respondit] „ Immo simpliciter id
„ verum est, & absque restrictione.

„ Non tantum ad eos pertinent, qui subditi
„ semper fuerunt ejus, apud quem nunc re-
„ periuntur] „ Adeoque in quos originarium,
„ & perpetuum jus habet rector civitatis,
„ a quo deditio flagitatur.

„ Verum etiam ad eos, qui post crimen
„ commissum aliquo confugerunt] „ Vidimus
„ enim supra, fundatam esse territorii ju-
„ risdictionem etiam in advenas, quamdiu
„ in illo territorio sunt: adeoque rector il-
„ lius territorii in hos quoque advenas ani-
„ madvertere, vel dedere eos potest, &
„ debet. Exemplum refert Gron. b.

A D §. V.

„ POSTQUAM Auctor ib. 3. [& seq.] asse-
„ ruit, unicuique civitati licere alterius civi-
„ tatis subditos punire, hoc adeo verum esse,
„ ait, ut nec asyla lædentibus profint, sed
„ necessario puniendi sint si aliquid commise-
„ runt, quod aut societati humanæ, aut civi-
„ tatis aliis sit injuriosum. At diximus, ve-
„ rum non esse unicuique civitati licere alte-
„ rius civitatis subditos delinquentes punire;
„ adeoque frustra hæcenus quæritur, an hoc
„ jus etiam obtineat in asylis.

„ Rectius quæritur, an magistratus punire
„ delinquentem in suo territorio possit, qui
„ ad asylum confugit, i. e. ad locum aliquem
„ sanctum, ut in ædes legatorum, in tem-
„ pla, in loca, quibus lege publica talis se-
„ curitas est promissa? & merito affirmatur.
„ Equidem negari nequit, templa, legatorum-
„ que ædes exemptas esse injuriis hominum,
„ & sine maximo scelere violari non posse;
„ atque hinc merito loca illa sancta, & in-
„ violabilia dicuntur: at inviolabilitas illa non

Infert prædium malitiæ, & refugium criminum. Sane, nec ipsorum sacerdotum, nec legatorum sanctimonia extenditur ad impunitatem facinorum, nedum loca sacra, vel a legatis habita. Salomon abstrahi iussit ab altari Joabum, 1 Reg. 2. Jojada Athaliam, 2 Reg. 11. Meleager dux Alexandri M. in templum confugit; at loci religione tutus non fuit. *Curt. l. 10. c. 9. in fin.* Tacitus ait: *multis templis tributa sanctitas est, & ut jus esset inviolabile. Ann. l. 3. c. 62. & l. 4. c. 14.* Dion in Cæsare Octavio ait, Romanos nulli Deo unquam tribuisse, ut criminis causa ad ejus aram confugere liceret, c. 42. Idque confirmatur exemplo asyriorum a Deo ipso institutorum, quæ toties securitatem indulgent, quoties persecutio vitium aliquod habet, vel quod innocens est reus, vel quod is, qui reum persequitur, non habet jus puniendi. Immo princeps non potest tale asyllum statuere, quo impunitas delictis conceditur, quia remissio pœnæ tenderet in præjudicium læsi. Idque late probat *Heigius l. 2. q. 24. n. 44.*

Neque obstat 1. asyllum Romuli, quod impunitatem spe religionis dedit supplicibus *Dion. l. 47. Liv. l. 1. Halic. 2. 15.* Resp. Specialissima fuit ratio ut rempublicam nascentem civibus auget, & contra vicinos defenderet, adeoque excusari potest specie necessitatis publicæ. Obstat 2. nullum fore asyllum effectum, quia innocentes etiam in locis non sacris contra injurias defendi debent. Resp. Sanctimonia in eo consistit, quod gravior statuatur pœna in eos, qui lædunt asyla, quæ speciali sanctione ab injuriis hominum exempta sunt. Sed & specialis effectus in eo est, quod vi ex loco illo extrahi non possint (etsi nocentes), sed postulati dædi debeant.

Additio.

„ Plenius hæc explicantur a B. Parente in „ *Disp. de immutabilitate juris naturæ Vol. 1. „ Disp. p. 988 §. 13. & 14.* his verbis.

CUM rerum Creator Deus adeo detestetur scelera, & crimina, imprimis homicidia, quibus nullo modo parcendum voluit, adulteria, quæ severissime in Hebræis sanctissimis punita, ut nihil magis cum eo pugnet; quis non horreat eorum morem, qui homicidias, & pessimorum scelerum reis impunitatem promittunt, ac præstant ea lege, si ad eorum religionem transeunt. Adeo invertitur divina voluntatis, religionumque omnis

ratio, ut cum Deus severissime jufferit puniri scelera, imprimis vero probibuerit homicidiis gratiam facere, exempla satis frequentia homicidarum bodieque sint, qui profugi ad monasteria commissis criminibus confugerunt, mutatæque religionis pretio sine ulla pœna dimissi, honoribusque aucti sunt; eademque religio, qua coercendus, & delendis sceleribus a Deo unice constituta est, ad effrenis licentia, impunitatisque mercatum adibeatur.

Nec minus horrendum est, ab iisdem erigi in templis scelerum asyla, quibus incestant sacra, admittendo scelerosus, & debita supplicia fugientes; cum ea sit sacrorum ratio, ut inde separentur, & profugentur profani, nedum scelerati, qui facinorum suorum impunitatem in sanctimonia loci querant. Nihil ergo indignius, quam quod sanctitas loci, quæ crimina quam maxime averfatur, & Deus ipse, criminibus patrocinandis auctoritatem, securitatemque præstet. Longe melius itaque rex Salomon sensit, dum Joabum homicidam apud aram quoque mactari iussit. 1 Reg. 2. v. 30.

Supplicum jura], Supplicum jura dicuntur, quia supplices ad Deos confugiunt. *Vid. Liv. l. 27. c. 17.* Unde differunt a supplicibus, qui clementiam hostis implorabant, & pœnam precibus evitare cupiebant. Quales supplices tam in pace, quam in bello dari, Auctor ait *l. 3. c. 11. §. 3;* ubi late de hoste supplice agitur.

Qui immerito odio laborant], Adeoque qui non ex proposito delinquant.

Non qui commiserunt quod societati humana, &c.], Frustra de tali crimine queritur, cum non detur societas humana.

Aut hominibus aliis sit injuriosum], Quia sanctimonia asyllum securitatem præstat contra injuriam; non vero criminibus indulget, vel facinorum impunitatem procurat.

Ne accusent fortunam], *Vid. Gron. b.* Sub fortuna autem continetur quoque culpa. Nam Laco opponit fortunam dolo malo, quem Athenienses admiserunt, dum decretum fecere injustissimum de Syracusanis in servitutem redigendis. *Diod. Sicul. d. l.*

Demosthenis dictum], Hic itidem fortunam opponit malitiæ; & sic non excludit culpam.

Sapien.

Sapientissima lege] „ Scilicet Mosis. Num.
 35. 6. Deut. 4. § 19. Jos. 20.
 Quibus telum manu fugisset] „ Verba in
 Deut. 19. v. 4. hæc habentur : Hæc erit
 lex homicidæ fugientis , cuius vita ser-
 vanda est : Qui percusserit proximum suum
 nesciens , & qui , &c. nullum contra
 eum odium habuisse comprobatur , sed
 abiisse cum eo simpliciter in sylvam ad li-
 gna cadenda , & in succisione lignorum
 securis fugerit , ferrumque lapsum de ma-
 nubrio amicum ejus percusserit , & occi-
 derit ; hic ad unam supra dictam urbem
 confugiet , & vivet.
 Asyla patebant] „ Lege Mosaica is , qui
 dolose aliquem percussit , a proximis ag-
 gnatis statim ut invenirent , & ut appre-
 henderent , jugulari poterat , Num. 35.
 v. 19. § 21 ; modo percussus statim
 mortuus fuerit , *ibid.* v. 16. Deut. 19.
 v. 11. Si enim percussus surrexit , &
 super baculum foris ambulavit , innocens
 percussor fuit. Exod. 21. v. 19.
 Cum vero ultores sanguinis dolore
 stimulati vix examinare soleant , an dolo,
 an culpa , an casu quis percussus fuerit ,
 facile contingere potuit , ut innocens a
 vindice sanguinis occideretur. Hinc utrius-
 que , & proximi , & occisoris securitati
 prospicere volens Deus , asyla in vicinia
 constituit , quo fugere innocentes , &
 vindictam vindicis sanguinis evitare pos-
 sint. Jos. 20. v. 3. Sane , ipsius vindicis
 curam habuisse Deum . vel exinde pa-
 tet , quia si innocentem , & qui mortis
 reus non invenitur , antequam ad asy-
 lum perveniat , in via occidat , ipse san-
 guinis reus fit. Deut. 19. v. 6. 10. Hinc
 si homicida in locum asyli se recepit ,
 causa inter vindicem sanguinis , & oc-
 cisorem , præsentem populo ventilabatur.
 Num. 35. v. 12. § 24. Jos. 20. v. 4.
 6. § 9.
 Si causa cognita apparebat , fugitivum
 dolo alterum percussisse , seniores arri-
 piebant eum de loco effugii , eumque
 tradebant in manus vindicis sanguinis ,
 ut morti traderetur. Deut. 19. v. 12.
 ab altari avellebatur ut moriatur , Exod.
 21. v. 14. etiam is , qui percussus est ,
 servus fuerit. Exod. 21. v. 20. § 21.
 Ultor sanguinis remittere vindictam non
 potuit , nedum pretium accipere , Num.
 35. v. 31 ; expiari enim sanguis non

potuit , nisi vicissim effuso sanguine rei ,
 Num. 35. v. 33. Deut. 19. v. 13 : adeo
 ut remissa a vindice poena , judicia ordi-
 naria successerint , *Selden. de jur. nat.*
 L. 4. c. 1. § 2,
 Si culpa , vel casu homicidium factum ,
 & percussor nolens , Deut. 4. v. 42.
 Num. 35. v. 11. § 15. nesciens , Deut.
 19. v. 4. Josu. 20. v. 3 , fortuito , & abs-
 que inimicitia , Deut. 19. v. 4. § 5.
 Num. 35. v. 11. 15. 22. § 23 , alte-
 rum occidisse probatur , adeoque si Deus
 ipse læsum in manus occisoris tradidisse
 videtur , homicida liberabatur de ultoris
 manu , & ex decreto populi reduceba-
 tur in urbem , ad quam confugerat , ea
 tamen lege , ut ibi maneret usque ad
 mortem magni sacrificatoris , Num. 35.
 v. 25. Josu. c. 20. v. 6. & seniores inte-
 rim ei dabant habitationem , Jos. c. 20.
 v. 4. Si proinde extra fines habitatio-
 nis inveniretur percussor , impune ab ulto-
 re sanguinis occidi potuit , Num. 35. v. 16.
 Quid si appareat , casu alterum percus-
 sum esse , merito quæritur , an percus-
 sor exilio mulctari , & si fines asyli egre-
 ditur , a vindice sanguinis occidi potue-
 rit ? Equidem id statui lege Mosica vi-
 detur ; nam lex illa præcise loquitur de
 occisore , qui nolens sanguinem fuderit ,
 Num. 35. v. 11. § 15. Deut. 4. v. 42.
 qui fortuito , & absque odio , ac inimi-
 citia id fecerit , *ibid.* v. 22. & exem-
 plum affertur in eo , qui cum amico in
 sylvam ad ligna cadenda abiit , & cui
 in succisione lignorum securis fugit ma-
 nu , ferrumque lapsum de manubrio ami-
 cum percussit , & occidit. Deut. c. 19. v. 4.
 At verior est sententia , hanc legem
 supponere culpam ejus , qui alium occi-
 dit , adeoque formulas illas opponi ei ,
 qui ex proposito sanguinem alterius ef-
 fundit. Nam culpa quoque poenam me-
 retur , adeo ut illa aliquando ad mor-
 tem extendi potuerit , exemplo , quod
 occurrit Exod. 21. v. 29. Sane , si
 quis culpa occidit , casus ille provideri
 potuit , & debuit : factum igitur est il-
 licitum , quod talionem meretur ; talio
 autem ab ipso numine exilio mensura-
 tur. Confirmantur hæc ex ipsa justitia
 divina : nulla enim ratio dari potest ,
 cur homo , cui nihil imputari potest ,
 adeoque qui nihil mali egit , exilio mul-
 ctari ,

„ Clari, & si fines asyli egreditur, occidi
 „ possit. Rabbiorum sententia est, Senio-
 „ res talem percussorem liberum declaraf-
 „ se, & percussorem dimissum fuisse. Vid.
 „ *Seiden. jur. nat. l. 4. c. 1. § 2.*
 „ Cæterum, vix exstant exempla, ubi
 „ vindices sanguinis privata auctoritate pœ-
 „ nas a reo sumere, quia facultas illa
 „ admodum restricta fuit, indeque metu
 „ ne excedant in vindicta, & ipsi san-
 „ guinis rei fierent, deterrebantur: tutius
 „ igitur duxere, officium iudicis im-
 „ plorare.

„ *Servis quoque perfugium datur*] „ Vid.
 „ *inf. l. 3. c. 7. §. 8.* ubi locum *Deut.*
 „ *23. v. 15. § 16. explicabimus.*

„ *His ne ipsum sanctissimum Dei altare pa-*
 „ *trocinabatur*] „ Sed causa cognita, &
 „ sententia desuper lata, reus tradeba-
 „ tur vindici sanguinis. *Deut. 19. v. 6.*
 „ Exempla retulit B. Parens *initio huius §.*
 „ *Nec aliter Græci antiquiores*] „ Pausanias
 „ Græciæ proditor confugiens ad asylum
 „ fame expugnatur. *Tbucyd. l. 1. Add.*
 „ *eund. l. 4. p. m. 261.*

„ *Satis se purgaverat*] „ Vid. *Gron. b.*
 „ At bene notandum est, exemplum hoc
 „ æque, ac ea, quæ Auctor in notis af-
 „ fert, non pertinere ad eos, qui ad
 „ asylum confugiunt; sed exempla illa lo-
 „ quuntur de his, qui ad extraneam ci-
 „ vilitatem profugiunt: & quæritur, an ci-
 „ vilitati cives reclamanti dedi debeant?
 „ Hoc casu vel dedi debent omnino, vel
 „ causa cognosci ab eo, ad quem confu-
 „ giunt: quod ultimum ab Achivis fa-
 „ ctum est.

„ *Ara misericordiæ*] „ Hæc saltem eis,
 „ qui vel injuria vim patiebantur, vel si-
 „ ne proposito mali aliquid patrabant, se-
 „ curitatem præstabat. Unde Callistratus,
 „ qui spe impunitatis ad eam confugiebat,
 „ criminis pœnam passus est, referente Au-
 „ ctore: de ara illa misericordiæ vide
 „ *Diod. Sicul. l. 13. Statium Thebaïd. 12.*
 „ *Claud. bell. Geld. Alex. ab Alex. Gen. x.*
 „ *c. 13. apud Tesmar. b.*

„ *Bonitas civium Atheniensium*] „ Quam
 „ etiam laudat Justinus *l. 2. c. 4.*

„ *De maleficis*] „ i. e. Qui scelus commi-
 „ serunt, & ad aram profugerunt.

„ *Us ceremonias Deum*] „ Vid. *Gron. b.*
 „ Loquitur autem Tacitus de iis, qui ad

„ statuas principis confugiebant. Vid. *l. 281*
 „ §. 7. ff. *pœn.* Decisa hæc res est in *Nov. 17.*
 „ c. 7. ibi: *Neque homicidis, neque adul-*
 „ *teris, neque virginum raptoribus delin-*
 „ *quentibus terminorum custodibus cautelam;*
 „ *sed etiam inde extrahes, & supplicium*
 „ *eis inferes, &c.* Templorum cautela non
 „ nocentibus, sed *lesis datur a lege; &*
 „ non erit possibile, utrumque tueri cau-
 „ tela sacrorum locorum, & *ladentem,*
 „ & *lesum.* Tiberius sustulit morem asy-
 „ lorum. *Suet. Tib. cap. 37. Add. Seide-*
 „ *num de J. N. l. 4. e. 2. Alex. ab Alex.*
 „ *Gen. dier. l. 3. c. 20.*

„ *Instar Deorum esse*] „ Quorum quippe
 „ imaginem gerunt.

„ *Tales ergo aut puniendi, aut dedendi*] „
 „ Hoc enim esse in arbitrio ejus civitatis,
 „ ad quam confugiunt rei, dictum est §. 4.

„ *Aut certe amovendi*] „ Ego id non
 „ sufficere, puto. Nam is, cui injuria fa-
 „ cta est, ad ejus reparationem agere po-
 „ test, requirendo magistratum ejus, qui
 „ injuriam fecit; & cum magistratus offic-
 „ cium sit jus reddere, non potest dici
 „ officio suo satisfacisse si reum amovet:
 „ non enim hoc modo injuria reparatur.

„ *Circa ea demum crimina usurpatur*] „ Ita
 „ Patkul a rege Sueciæ sub prætextu, quod
 „ in statum publicum commiserit, postu-
 „ latus; a rege Poloniæ deditus est. E
 „ contrario Knigt Anglus a Brabantinis
 „ dedi noluit, etsi instante acerrime re-
 „ ge Angliæ. Neque Solimannus piratam
 „ Dragut Andree Doria dedere voluit.
 „ *Tbuan. l. 7. p. 153.* Hinc etsi aliquan-
 „ do remitti rei hodie ad forum delicti so-
 „ leant, id tamen saltem est urbanitatis.
 „ *Gail. de pace publ. l. 1. c. 16. n. 30.*
 „ *Carpz. p. 3. qu. 110. n. 54. Sand. decis.*
 „ *Fris. l. 1. §. 1.*

„ *Minora mutua dissimulatione transmitti*
 „ *invaluit*] „ Immo nec in majoribus, nec
 „ in minoribus criminibus remissio est,
 „ vel olim fuit, necessitatis. Sed & olim,
 „ & hodie moris est, aut dedere talem
 „ reum, aut punire.

„ *Nisi fœderis legibus propius quiddam con-*
 „ *venerit*] „ Tale pactum inter Electores
 „ Brandenburgicos, & Duces Pomeraniæ,
 „ refert *Tesmarus b.*

„ *Recte recipi, ac defendi*] „ Ponamus,
 „ piratam, qui pluribus gentibus injuriam
 „ fecit, se certi cujusdam regis potestati

„ ea lege subicere, ne ulli eorum, quos
 „ læsit, dedatur, addita promissione, se
 „ quoque in posterum ab omni depræda-
 „ tione destitutum. Auctor putat, hoc casu
 „ piratam aliis eum ad pœnam deposcen-
 „ tibus dedi non debere; quia negotium
 „ humani generis utiliter geritur, dum pi-
 „ rata hoc pacto, cum aliter non possit,
 „ a maleficiis revocatur.

„ Ego talem quoque prædonem ad in-
 „ stantiam ejus, qui injuriam ab eo pas-
 „ sus est, dedi, vel puniri debere, om-
 „ nino existimo; quia reparari injuria de-
 „ bet, eaque lex naturæ est. Neque alle-
 „ gari potest, utiliter per receptionem
 „ piratæ geri negotium humani generis,
 „ quia paucissimæ, & vicinæ saltem gen-
 „ tes piratæ illius injuriæ expositæ sunt,
 „ adeoque negotium hoc generis humani
 „ plane non est. Sane, promissio piratæ
 „ de non ulterius delinquendo jus punien-
 „ di læsis auferri nequit; & cum Auctor
 „ id fateatur circa reparationem damni,
 „ eadem ratio obtinebit circa pœnas

Pœnam quod attinet] „ Nam quod rei
 „ ablatæ restitutionem attinet, omnino
 „ obligatus manet iis, quibus injuria ab-
 „ stulit. Nos idem obrinere, diximus, in
 „ pœna, quia injuria aliis facta reparari
 „ naturali ratione debet per passionem tan-
 „ tundem mali, quantum fecit.

Interim dum de causa justitia cognoscitur,
defendi supplices] „ Dixit Auctor, popu-
 „ lum non præcisè teneri ad dedendum,
 „ § 4. n. 3; sed vel ad dedendum, vel
 „ puniendum. Posteriori casu causa prius
 „ cognosci debet, quia populus judicis of-
 „ ficio fungitur; & quamdiu reus decla-
 „ ratus per sententiam non est, ab eo, ad
 „ quem confugit, contra vim postulantis
 „ defendi debet, d. §. 4. in pr. ibique
 „ not. Exemplum est apud Livium lib. 23.
 „ cap. 10. ubi Magius, qui ab Hanniba-
 „ le vincus ad statuam regis Ptolemæi
 „ confugit, causa cognita liberatus fuit:
 „ quo jure, alibi vidimus.

Jus impetrabis] „ Causa cognita jus ti-
 „ bi dicetur.

Vi quidem hinc non abstrahes] „ Sed
 „ interim, & pendente processu, contra
 „ vim tuam defendetur.

2 *Non sit vestitum jure naturæ, aut gen-
 „ tium*] „ Si enim crimen est jure naturæ ve-
 „ titum, (jus gentium non agnoscimus)

Tom. III.

„ dijudicari res debet ex principiis juris
 „ naturæ, i. e. ex sola ratione.

*Res dijudicanda erit ex jure civili popu-
 „ li*] „ Nam cum delictum commissum sit
 „ contra leges loci, unde profugit, illud
 „ reparari debet juxta leges ejusdem loci.

A D §. VII.

A U T veteribus] „ i. e. Qui originarie, r
 „ & perpetuo nobis subjecti fuere, & ad
 „ alios confugerunt. Vid. §. 4. n. 8.

Aut advenis] „ Qui aliis subjecti fuere,
 „ & profugi ad nos se recipiunt. d. n. 8.
In retores transeat] „ Vid. §. 2. n. 2.
 „ Quod fit si vel dedere reum, vel pu-
 „ nire eum recusent.

*Vicissim a summa potestate in subditos culpa
 „ transfibit*] „ Confundit Auctor tres quæ-
 „ stiones: 1. an subditi teneantur ex cul-
 „ pa principis? quod supra §. 2. affirma-
 „ vimus: 2. an teneantur subditi si jussu
 „ principis mali quid egerunt? & affirma-
 „ tur, quia tunc ex proprio quoque deli-
 „ cto tenentur: 3. an singuli ex delicto
 „ civitatis teneantur? Distinguendum hic
 „ est, an publice factum illud, quo in-
 „ juria infertur, approbetur; tunc enim
 „ pars minor quoque tenetur ex facto
 „ majoris partis ad injuriæ illius reparati-
 „ onem, quia tota civitas reparare debet.
 „ Si singuli delinquant, et si plures ex ci-
 „ vitate, reliqui non tenentur, quia civi-
 „ tas non fecit injuriam, sed singuli.

Si in crimen subditi consenserint] Uti si
 „ impedire potuerunt, & debuerunt, uti de-
 „ bent si notoria sit injuria: si vero dubia
 „ est injuria, subditi tenentur judicium regis
 „ sequi, ac illud opibus suis, & operis tue-
 „ ri; adeoque tunc consensisse in crimen cen-
 „ sentur.

Additio.

„ Alibi jam diximus, distinctionem inter
 „ injuriam notoriam, & non notoriam,
 „ effectu carere: quid si enim princeps
 „ neget injuriam notoriam esse, quis ju-
 „ dex erit? Sane, subditi, qui omne suum
 „ judicium in principem transtulerunt, fa-
 „ ctum ejus semper defendere tenentur;
 „ adeoque ex injuria ejus obligantur.

Inperio] Si tamen resistere huic impe-
 „ rio non potuere, delictum solius principis
 „ est.

K k k

Additio.

Additio.

„ Diximus, iudicium semper esse prin-
cipis, in quem populus omne jus suum
contulit.

Aut suafu] „ Tunc enim ultro faciunt,
& sic ex proprio facto illicito tenentur.

2 *Ad singulos, qui consenserunt*] „ Non
autem consensere singuli, nisi 1. convo-
catis singulis membris, 2. delinquendi
consilium publice iurum sit. Non ergo
sufficit, sono tubæ, vel campanæ, con-
vocatō cives, & hoc modo delictum
commisissum esse, *Menoch. arbitr. cas.*
598. n. 5; probari enim tunc debet,
cives singulos actū deliquisse.

Non ad eos, qui aliorum sententiis vi-
li sunt] „ Quia non sunt causa injuriæ.

„ Si tamen illi, qui contradixere publicis
edictis, postea hæc exequuntur, tenen-
tur ex hoc facto illicito: quanquam ge-
nerosi hoites parcere illis soleant; uti
exemplo Antenoris, & Æneæ constat.
Liv. l. 1. c. 1. Adh. notata ad rubr. ab
hinc sextam.

Distincta enim sunt pœna singulorum,
& universitatis] „ Bene Auctor distinguit
inter pœnas universitatis, & inter pœnas
singulorum: pœnæ universitati inflictæ
etiam singulis nocent, uti si civitas dis-
solvitur, si judicia, leges, mœnia, &c.
ei auferuntur: hic singulis quoque præ-
iudicium fit; quod in nocentibus est pœ-
na, in innocentibus calamitas. At singu-
lis inflictæ pœnæ aliis non debent nocere,
qui criminis non sunt participes.

Est mors] „ Quæ omnia jura personæ
tollit.

Mors civitatis everti] „ Quia per ever-
sionem omnia jura civitatis tolluntur.

Velut morte finire] „ Cum enim omnia
jura civitatis intereant, etiam usufru-
ctus tollitur.

Singuli in servitutem, &c.] „ *Vid. su-*
pra L. II. c. 9. §. 6.

Exceptis his, qui decreto exuenda societatis
contradixerant] „ Quos vide apud *Plu-*
tarch. in Alex. Testatur Arrianus, Pin-
dari familiam exceptam fuisse, item Sa-
cerdotes, & Macedonum hospites. *Vide*
Plin. 7. hist. 29. De Capua vide non dis-
similia apud *Liv. 26. 33.*

Servitutem civilem in provinciam reda-
ta] „ *d. c. 9. §. 6.*

Singuli sua bona amittunt confiscatione]

„ Adeoque servitus illa civilis non infert
„ privationem bonorum ad singulos spe-
„ ctantium, sed ea demum tolluntur con-
„ fscatione.

Civitati adimi solent qua habet commu-
nia] „ Exempla punitarum civitatum ex-
„ hibet *Menoch. arb. cas. 598. n. 27.* Ita
„ Antiochenfibus insignia, & ornamenta
„ publica abstulit Marcus Vulcatius in Avi-
„ dio Cassio. Idem fecit Severus Byzanti-
„ nis. *Herodian. 3. 6.* Cæsar Pragenses o-
„ mnibus privilegiis, immunitatibus, tri-
„ buum, & societatum juribus, jurisdic-
„ ctione, &c. privavit. *Tbuanus l. 4. ad*
ann. 1547. p. 83. Ita Burdegalenses pri-
„ vilegiis omnibus, decurionatu, conci-
„ lio, ac sigilli jure, jurisdictione, pecu-
„ nia communi, possessionibus publicis,
„ &c. mulctatos legimus apud *Tbuan.*
l. 5. p. 105.

Ea amittant, qua ipsorum sunt propria,
iniustum est] „ Quia singuli non peccave-
„ runt, sed universitas.

A D §. VIII.

AN pœna ob delictum universitatis sem-
per exigi possit] i. e. An obligatio repara-
randi etiam ad successores universitatis tran-
seat? Equidem de *reparatione damni* id
indubium est, quia hæctenus non tantum
civitas obligatur, sed & territorium; adeo-
que hæc obligatio non desinit etsi singuli
cives mutantur: adeo ut licet unus tan-
tum superfit civis, tota obligatio in eo
hæreat, nisi vel civitas ipsa tollatur; de
quo late egimus supra c. 9. §. 3. *seq.*

At de *pœna*, seu de *talione*, aliud dic-
endum. Nam quando de pœna *universi-*
tatis agitur, omnino ea nocet successoribus,
quia pars sunt ejus civitatis, quæ deli-
quit. Si vero *singuli* puniendi sunt, tunc
nocentes ab innocentibus probe sunt dis-
tinguendi: & horum successores neque ex
suis bonis tenentur, neque iis servitus im-
poni potest.

Quia idem corpus manet] „ Quanquam
„ particulis succedentibus. Singuli enim non
„ debent, sed corpus, quod non mutatur
„ etsi aliæ personæ corpus id constituent.
„ *Vid. l. 76. ff. Jud.*

Quedam non nisi derivatione a singulis]

„ Quæ

Quæ non proprie corporis totius sunt, sed ideo corpori tribuuntur, quia pluribus civibus ea qualitas propria est. *Singulis ut animum habentibus*] „ i. e. Propositum delinquendi.

Quem universitas per se non habet] Quia non decreto publico delictum commissum est.

Extinctis ergo illis, per quos ad universitatem meritum deducebatur, ipsum quoque meritum extinguunt] „ Quia corpus, & universitas non peccavit, neque hæc propositum delinquendi habuit: adeoque culpa fuit singulorum, quibus extinctis poena cessat.

Quod nemo superfit eorum, qui deliquerunt] „ Loquitur de poenis singulis, non universitati infligendis. Universitas enim jam satis punita erat interdictione theatri, &c. *Vid. §. præc. n. 3.*

2. *Cum pridem interissent qui in Græcos peccaverant*] „ Inquirendum saltem est, an Græci quoad præsens bellum justam habuerint causam, quod nemo negaturus est, cum Persæ vi, & clam libertati Græcorum eo tempore infidiarentur. *Curt. ex edit. Freinsb. L. 1. c. 8.* Alexander igitur jure victoriæ in urbes victas eo magis quævis statuere potuit, quod Persæ eodem jure in præcedentibus bellis usi erant. *Curt. l. 3. c. 10.* Hinc alibi ait, imperium sibi a Græcis delatum esse ut & novas, & antiquas injurias vindicet. *Curt. l. 2. c. 2. ex supplement. Freinsb.*

De excidio Branchidarum] „ Dixi jam, hostem in victos pro lubitu statuere posse: adeoque cum jus vitæ, & necis, in deditos Alexander quæsierit, jure in Branchidas sævire potuit, imprimis cum injuria ab eorum antecessoribus patriæ illata accesserit.

In ultionem eorum, quæ Athenis Persæ fecerant] „ Voluit enim Alexander Persarum facinus ulcisci, qui cum in Græciam venissent, Athenas subverterant, templaque incenderant, aliaque multa in Græcos perpetraverant. *Arrian. cit. ad marg. l.*

At mihi non videtur hoc prudenter egisse] „ Hinc etiam Parmenio dissuadebat *d. l.* Sed & ipsum Alexandrum postea ex India reversum facti poenituit. *Arrian. l. 6. p. m. 145.* Merito igitur ait

Arrianus, minus prudenter id peractum esse: nam jure omnino id fieri potuit. *Agathocles*] „ Qui civitatem Uticam sibi rebellem excidio punivit. *Diod. Sicul. l. 20. p. m. 680.*

Plus mali Siculos ab Ulyxe olim pertulisse] „ Agathoclem natura facetum, & gesticulatorem fuisse, testis est Diodorus Siculus, *d. l. p. 683.* Ad has facetias quoque referenda videtur hæc responsio. Vera belli causa erat, quod Itacenses rebellassent, *d. p. 680.*

Post tres hominum aetates] „ Præscriptio jure gentium non datur: adeoque vindicari semper injuria ab universitate illata potest, nisi pace de injuria illa transactum fuerit.

Nec procedit] „ Recte Auctor ait, probari ejusmodi facta non posse prætextu vindictæ divinæ, quasi ad exemplum Dei posterius ab homine quoque puniri possint. Nam 1. id periculosum admodum esse, merito ait *Pufend. l. 8. c. 3. §. 23.* Sane, 2. cum omnes homines peccent, eadem ratione jure talionis alia gentes a nobis quoque poenas sumere ob delicta tum propria, tum parentum nostrorum, possent.

Aliud enim est jus Dei, aliud hominum] Quod late explicavimus *supra L. I. c. 1. §. 10. n. 5. §. 6.* Nam homo homini jus a Deo concessum auferre nec ob delictum antecessorum potest: at Deus, vi domini sibi reservati, pro lubitu calamitates hominibus inferre etiam sine eorum culpa potest, nedum ob peccata parentum.

Neque si aquum est] „ Plutarchus hoc argumento utebatur, ut probet, posteros ob delicta parentum puniri posse; quia præmia quoque iis ob merita parentum tribui solent. Seneca *de benef. l. 4. c. 31.* ait: *Excusare hoc loco Deos volo: Quid sibi voluit providentia, quæ Aridaem regno imposuit? illi putas hoc datum? patri ejus datum est, & fratri. Quare C. Casarem orbi terrarum præfecit, hominem humani sanguinis avidissimum? Quid ergo tu illi hoc datum existimas? patri ejus Germanico datum, datum avo, proavoque, &c.*

Beneficii enim talis est materia, ut in quemvis conferri sine injuria possit] „ Beneficia igitur conferri possunt ob meri-

ta majorum, quia id dependet a dispositione conferentis. At pœnas statuere in successores ob delicta majorum, non dependet ab arbitrio statuentis, quia pœna suos saltem tenet auctores.

Pœna non item] „ Quia statuitur in invitum, & in eum tantum, qui peccavit.

A D §. I X.

Am & culpa non communicata communicetur pœna] „ Recte Auctor id negat §. 12. quia culpa non nisi suum tenet auctorem, adeoque nec filii ex delicto patris, §. 13. nec subditi ex delicto principis, §. 17. nec hæredes ex delicto defuncti tenentur. §. 19.

Ob vocum similitudinem confundantur] „ Immo Auctor his monitis magis confundit rem: omnia perspicua sunt ex definitione damni, & pœnæ.

A D §. X.

PRIMUM] Auctor distinguit inter damnum, quod directe datur, & inter illud, quod accidenter contingit; atque ex hoc nullum jus agendi competere, ait, ei, qui damnum passus est. Ratio naturalis hæc est, quod is, qui suo jure utitur, nemini faciat injuriam; licet forte inde damnum aliquod tertio detur, vel in futurum jus alii auferatur. Atque hinc concludit, filiis non fieri injuriam si a futura successione excluduntur; nam cum ea demum bona liberis debeantur, quæ supersunt tempore mortis, revera nihil damni ipsis datur si patri ante mortem bona illa auferuntur.

Jus proprium habet] „ Damnum dicitur, a demendo, quando demitur id, quod meum est. *Vid. supra c. 17. §. 2. seq.*

Ut quis non habeat quod habiturus alioqui fuisset] „ Hoc non est damnum, nec per consequentiam, quia nihil, quod alterius est, demitur.

Cessante scilicet conditione, sine qua jus non habebat] „ Vera ratio est, quia jus ejus non est, adeoque nihil ei demitur.

Ulpianum] In *leg. 24. §. f. de damn. inf.* Damnum enim tunc dicitur, cum alii aliquid demitur, quod ejus est: at aqua,

quæ ex meo fundo in vicinum fluit, non est ejus nisi quatenus defluit; aqua autem perventura ejus esse dici nequit: inque si non amplius defluit, totum jus ejus cessat. Neque ego injuriam facio præscindendo venas, quia jure meo utor.

An lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur] „ Lucrum enim, quod non, dum comparavit, ejus non est, adeoque nihil demitur.

Parentum bonis confiscatis] Hoc casu ² damnum non inferitur liberis, nedum pœna: non *illud*, quia liberis nihil demitur, utpote qui jus demum habent in parentum bona post mortem; at Majestatis rei non relinquunt bona, nihil ergo auferitur liberis: non *hoc*, tum quia ipsi non privantur aliquo bono, tum quia nihil mali egere.

Qua vero non a patre] „ Nam in his bonis verum jus habent, quod ob culpam parentum illis auferri nequit.

Sed a rerum natura] „ Per modos acquirendi juris gentium.

Aut aliunde] „ Ex peculio, &c.

Liberi Lepidi] „ Cujus bona publicata erant.

Leges Romana] „ *Leg. 5. §. 1. C. L. Jul. Maj. L. 7. ff. bon. damn.* Hinc passim improbatum hic mos. *Plut. in Syl. la Vellej. Pat. 2. 28.*

Eoque nomine amittit] „ Jura publica, & universitatis.

Sentiunt damnum & singuli innocentes] „ Immo non est damnum, quia jus eis proprium non demitur.

Sed ea in re, qua ad ipsos non pertinebat, nisi per universitatem] „ Singuli jus in rem universitatis non habent, nisi quatenus universitati propria est; jure ergo universitatis cessante, extinguitur etiam jus singulorum, qui in hunc casum nullum jus unquam habuerunt: adeoque id nec damnum est, nec pœna.

A D §. X I.

PRÆTEREA] „ Hoc est alterum, quod monendum censet Auctor (*Vid. §. præced. n. 1.*): distinguendum nimirum esse inter causam proximam, & remotam mali, quod patimur.

Occasione quidem alicujus peccati alieni, sed

sed non ita ut id peccatum causa sit proxima] Late, & obscure hæc ab Auctore proponuntur. Innuit, nimirum, exemplum fidejussorum, qui pro crimine alieno intercedunt, & qui proinde ex alieno crimine obligari videntur. Auctor recte ait, talem fidejussorem malum ferre ex sua sponfione, adeoque non tanquam pœnam; & hinc concludit, non teneri eum ad majus malum, quam de quo disponere potest. Cum autem de sua vita disponere nequeat, facile constat, fidejussorem mortem, aliamque pœnam corporalem pro alio subire non posse. Cum vero æstimari delictum possit per pecuniam, is, qui ita cavit, tenetur præstare æstimationem, non in pœnam, quia nihil mali egit, sed ex conventionione.

Sic qui occasione alieni debiti aliquid promissit, malum patitur] Immo non magis malum hic patitur, quam si fidejussor id, quod ex stipulatu jure proprio debet, solvit; id enim, quod ex cautione solvit, debet ex promisso.

At proxima causa obligationis est ipsa promissio] Vere igitur non est malum, quia sua voluntate tenetur.

Non proprie ex emto tenetur, sed ex promisso] Nam duo hic sunt negotia, 1. *emtio*, quæ intercedit inter emtorem, & venditorem: 2. *fidejussio*, quæ intercedit inter venditorem, & fidejussorem, qui venditori cavet. Ex illo negotio datur actio ex emto inter solos contrahentes; ex hoc actio ex stipulatu inter venditorem, & fidejussorem.

Non ex delicto, sed ex sua sponfione.] Hic itidem duo esse negotia, diximus: 1. *delictum*, unde obligatio oritur inter læsum, & lædentem: 2. *cautio*, unde obligatio oritur inter læsum, & caventem. Ex illo læsus tenetur ad pœnam ex delicto suo, & factio illicito: ex hoc cavens tenetur ad id, quod interest ex pacto, & dispositione. Hic ergo pœna non est, nec pœnæ communicatio, quia non est malum passionis propter malum actionis.

Mensuram accipit] Pœna mensuram accipit a merito, & tantundem delinquenti infligitur mali, quantum egit: at fidejussor non tenetur juxta meritum illud, sed in tantum, quantum promissit, & quantum spondere potuit.

Cui consequens est] Nimirum, ei, quod modo dixit, malum fidejussori in-

fligendum mensuram accipere ex potestate, quam ipse in promittendo habuit.

Neminem jus tale habere in vitam] Quod late exposuimus *supra l. 2. c. 19. §. 5.* Adeoque cessat disponendi facultas, quia de jure alieno disponderet; eoque nulla est talis sponfio.

Vader capitali supplicio crediderint obligari] Hac de re actum est *supra l. 2. c. 15. §. 16 n. 3. in fin.* Ubi exempla retulimus obsidum, qui caverunt ut capite luerent si pacto non stetur. Alia exempla vide apud *Liv. l. 25. c. 4. l. 3. c. 13. l. 4. cap. 42. Quint. decl. 6. Puf. l. 8. c. 2. §. 6. Larrea decis. Granat. 9. n. 38. in f.*

Ausonii] Vid. *Gron. b.* Huc pertinet Germanorum proverbium vetus: *Dere Birgen musz man würgen.*

Ut alibi] *Lib. 2. c. 15. §. 16. n. 3. §. l. 3. c. 4. §. 14.*

De membris intelligi debet] Nam nec membrorum suorum quis dominus est, *l. 13. ff. Leg. Aquil. Barbosa in loc. com. voc. membrum. Amesena de pot. in se ipsum. l. 1. c. 2. 3. 34.*

Pœna non erit] Damnum enim hoc non fert ob malum actionis, sed ex pacto: potest autem quis disponere de suo jure habitandi, de bonis, &c.

Simile quid occurrit in eo jure, &c.] Obscura admodum sunt quæ hic sequuntur.

Quale est jus precarij] Dominus enim dum revocat precarium occasione delicti alieni, nullo jure privat eum, qui precario utitur, quia nullum jus in re habet, sed solum rei possessionem: adeoque nulla hic privatio juris subest.

Et jus privatorum respectu habito ad eminentis dominium] Nam privati quidem de re sua disponere possunt; sed juri huic semper inest conditio, nisi repugnet utilitati civitatis; adeoque jus hoc privatorum dependet a voluntate civitatis. *Vid. supr. l. 1. c. 1. §. 6.* Si proinde jus hoc civi occasione delicti alieni auferatur, civitas saltem exequitur jus, quod ei vi imperii competit, & in eo consistit, ut ob utilitatem publicam jus quæsitum civibus auferre possit.

Pœna in illis proprie non est] Quia non privantur jure aliquo, quod eis proprium fuit, sed quod ab arbitrio alterius dependebat.

Sed executio juris antecedentis, quod erat

pena auferentem] „ Adeoque quod dominus
„ simpliciter, civitas vero ob utilitatem pu-
„ blicam auferre potuit.

In bestias proprie delictum non cadit] „
„ Bestiæ juris non sunt capaces. *Vid. l. 1. r.*
„ *c. 1. §. 11.* Adeoque nec privatio juris ibi
„ locum habere potest.

*Non ea vere pœna est, sed usus domini
humani in bestiam*] „ Vera ratio legis est,
„ quam jus canonicum affert, ne bestia vi-
„ vens, & oberrans oculos refricet conti-
„ nuo memoriã tam infandi sceleris, *c. 15.*
„ *c. mulier q. 1.* Si enim effectus domini
„ esset, invito domino occidi bestia non
„ posset.

A D §. XII.

His distinctionibus positis] „ Quæ ex
„ vera definitione damni, & pœnæ, sponte
„ sequuntur.

Ob delictum alienum puniri posse] „ Quia
„ malum passionis esse non potest absque
„ malo actionis.

Cujus vera ratio non est] „ Immo est
„ verissima. Nam Jctus rationem allegat,
„ cur pœna morte finiatur, *quia scilicet*
„ *pœna constituitur in emendationem homi-*
„ *num, que mortuo eo, in quem constitui*
„ *videtur desinit.* Loquitur igitur Jctus de
„ emendatione ipsius delinquentis, non de
„ exemplo, quod tantum per accidens fit,
„ & consequens est. Hic emendationis effe-
„ ctus omnis cessat mortuo delinquente:
„ sed & pœna est æstimatio meriti, quod
„ personæ inhæret: accedit quod effectus
„ pœnæ consistit in ejus sensu; at non sen-
„ tit mortuus.

Etiã extra personam delinquentis] „ Uti
„ cum liberi malum ferunt propter deli-
„ ctum parentum. At hoc exemplum pœ-
„ næ non est extra personam delinquentis,
„ sed in ipso patre: ille privatur bono ali-
„ quo suo propter culpam; liberi culpam
„ non commiserunt.

*Sed quia obligatio ad pœnam ex merito
ortur*] „ Eodem res recidit. Meritum enim,
„ ex quo quis ad pœnam obligatur, corri-
„ rigi debet; post mortem autem meritum
„ non est, adeoque emendari illud non
„ potest.

Meritum autem est personale] „ *Vide Diff.*
„ *proam. XII. §. 555. 556.*

Quippe ex voluntate ortum habens] „ Sine

„ voluntate enim, & intentione, delictum
„ non committitur.

Qua nihil est magis nobis proprium] „
„ Ex mea igitur voluntate alius obligari
„ nequit.

A D §. XIII.

AUCTOR examinat quæstionem, an li-
beri ob delicta parentum puniri possint?
Nos totam rem expeditivimus in Disputatio-
ne de obligatione hæredis ex delicto defuncti.
Secl. IV. §. 25. Verba hæc sunt.

Ex præmissis abunde constat, hæredes non
teneri ex crimine defuncti ad pœnam, sive
crimen sit publicum, sive privatum, & ex-
traordinarium, *l. 25. pœn. l. 22. c. eod. l.*
ult. ad *L. Jul. Majest. Tot. tit. C. si reus,*
vel acc. *l. unic. in fin. si quis jus dic. per*
thes. 8. *Cui accedit, quod hæc pœna ne qui-*
dem sit res patrimonii, sed vindicta; eaque
non privata, ex qua actori acquiritur, sed
publica, ex qua fisco. th. 15. Quin nec ten-
entur hæredes, etsi is cum defuncto conte-
stata fuerit, d. l. ult. l. 2. l. 3. & 4. l. fin.
C. si reus, vel acc. l. 6. ff. de publ. jud.
quia litis contestatio in criminibus non po-
test pro quasi contractu haberi, cum nec pos-
sint privati contrahere de jure publico, seu
de crimine, cujus vindicta, & pœna ad rem-
publicam pertinet, l. 27. §. 4. de Pact. &
si possit, ex eo acquiri deberet pœna parti-
bis contrahentibus, per l. 38. §. 17. de V.
O. quod non fit, sed acquiritur fisco, vel
judici, qui non contraxit. Cum igitur non
possit deberi ex quasi contractu, sed ma-
neat pœna criminis, hæres teneri nequit, per
thes. 8.

Nec movet quod 1. *Deus minetur, se*
puniturum parentes in Jobok. Deut. 5. v. 9.
& 2. perduellionis pœna in liberos quoque
extendatur, l. 5. C. Majest. Resp. Non esse
pœnam filiorum, quia ipsis non propter de-
lictum suum infligitur, per thes. 6. Non
magis, quam si alias homo, Deo disponente,
morte præmatura eripitur, morbis affligitur,
vel a prædonibus spoliatur. Hæc enim bene-
ficia fortune sunt, quæ Deus suo jure, ac
libitu dare, vel auferre potest: sed hæc ca-
lamitas filiorum pœna parentum est, qui non
tam suo, quam liberorum innocentium ma-
lo, cui ipsi imprimis delictis suis causam de-
derunt, arguntur. thes. 6.

Ita quoque quantum ad *l. 5. C. Majest.*
perduel-

perduellium liberi extorres, ac infames fieri ex aliis causis, absque ratione pœne, possunt, quia dignitates, & jus domicili sunt beneficia civitatis, quæ illa ex aliis quoque causis denegare potest; uti cum lex illegitime, aut a vili patre (necum perduelle) natos, excludit a præmiis, ac dignitatibus publicis, & a juribus domicili. Hæc igitur calamitas liberorum iterum est pœna parentum: unde de Lepido in rempublicam armato ait Cicero ad Brut. epist. 12. Si damnatus esset, eandem calamitatem subirent liberi, bonis publicatis, & ita Lepidum crudelem in liberos esse, non legem, quæ Lepidum damnat. At qui potest extra rationem pœna videri, quod præterea isti liberi ex d. l. 5. bonis suis proprii exuuntur, & supplicii paterni digni existimantur, in quibus metuantur exempla paterni criminis; quin quod aliarum gentium legibus actu supplicii maculantur, uti eam Macedonum legem refert Curtius lib. 6. cap. 11. & quod Pœni propter Hannonis perduellionem filios ipsius, omnesque cognatos occiderunt, ne quisquam, aut ad scelus imitandum, aut ad mortem ulciscendam, ex tam nefaria domo superesset, ut ait Justin. hist. 21. c. 4. Non enim utique civitas, subditis suis vitam, aut dominia jure gentium quasita auferre potest, nisi in pœnam delicti; neque ad id sufficit solus delicti metus. Est equidem præterea quoque jus aliquod civitatis in vitam, ac bona civium suorum, scil. quatenus necesse est ad defensionem communis patriæ, uti quod tenetur, etiam cum discrimine vita, hostem propellere, & bona sua ad communem defensionem contribuere. Quin & usitatum inter gentes fuit, quod pacis obtinenda gratia, primarii cives obsides hostibus dari potuerint, cum potestate necandi si pacis non staretur, vid. Alb. Gentil. l. 2. Jur. bell. cap. 19; occurruntque occisorum exempla passim. Sigon. de occid. imper. l. 18. pag. 453. &c. Quanquam & Scipio generose id more suo improbaverit apud Liv. lib. 28. c. 34. & Narfes Justiniani dux & hostium perfidia, & suorum adhortationibus, licet accensus, non tamen ad obsidum Lucensium cadem perPELLI potuerit. Agath. lib. 1. Hist. Sane, ob solam futuri delicti suspensionem, metumque, in innocuos supplicii grassari, non videtur alia ratione defendi posse, quam quia id, quod ex iniquo habet, securitate publica pensatur. Ita quidem Cicero in eos,

qui Diis eam vim tribuunt, ut si quis morte sceleris pœnas effugerit, expetantur ea pœna a liberis, a nepotibus, a posteris, ita invehitur: O miram æquitatem Deorum! ferretne ulla civitas latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius, aut nepos, si pater, aut avus deliquisset? Eoque adducit auctoritates Poetarum, & Stoicorum, lib. 5. de natura Deor. in fin. Idem tamen in prædicto exemplo Lepidi, quem perduellem judicabat, ait: Parantum scelera filiorum pœnis lui, acerbum quidem, at id præclare legibus comparatum esse, ut charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet. Ad Brut. epist. 12. Idque facilius admitti potest in sanctione d. l. 5. quæ pœna catione bonorum contenta liberos non afficit supplicii, sed affici dignos tantum judicat. Pœnorum vero, Macedonumque exempla motum omnino justitiæ excedunt. Nec ullo modo inter exempla referri debent parricidia Antonini Bassiani, quibus in fratrem, ac collegam, ejusque amicos omnes sævit, apud Herod. l. 4. c. 11. Non enim id ulla juris species fuit, sed plus quam belluina immanitas. Nec minus impia vox Demetrii, qui occiso per insidias Alexandro Cassandri filio, causatus est apud exercitum: Scelerum ultionem, quia nequisset ab ipso Cassandro exigere, ad liberos ejus transulisse. Just. l. 16. c. 1.

Noxa caput sequitur], Vide Brissonium, 1
& Seileri relegationes, voce, Noxa.

Reprehendens morem quarundam gentium] 2
Rationem hujus moris allegavimus in Dissertatione de justitia pœna in absentes c. 2. §. 14. seq. Hujus enim criminis perduellionis tantus inter gentes metus, tantumque periculum visum fuit, ut ei exarmando, quidquid machinarum, mutique terroris inveniri potuit, oppositum fuerit. Nec immerito. Non enim tantum periculi ab extraneo hoste impendit, ac ab eo, qui intus alitur, & in ipsis visceribus nostris quasi pascitur. Unde pleræque gentium non tantum in auctorem sceleris, sed in totam ejus familiam supplicii sævierunt. Exemplum Hannonis Pœni, una cum ratione tantæ acerbitalis, compendio refert Justinus l. 21. c. 4. in fin. his verbis: Filii quoque, cognatique omnes, etiam innocui, supplicio traduntur, ne quisquam ad imitandum sceleris, aut ad mortem ulciscendam, ex tam nefaria domo superesset. Talem quoque Macedonum

donum legem refert *Curt. lib. 6. c. 11. § lib. 8. c. 6. in fin.*

In hoc vero crimine id singularissimum est, quod inde iudicium post mortem rei quoque inchoari possit. per *l. fin. ff. ad l. Jul. Maj. l. 1. §. 3. ff. de suis, § leg. l. 31. §. fin. ff. de donat. l. 86. §. 1. ff. de acqui- rend. her. l. 6. fin. C. ad l. Jul. Majest §. 3. Inst. de Publ. Jud.* Minus igitur dubium est, etiam in absentes iudicium hoc Maje- statis intentari posse, cum & in mortuos possit; idque speciali constitutione, *ad re- primendum, &c.* expressit Henricus VII. Imp. quæ sub finem Corporis Juris adjecta est, & in quam Bartholus commentatus est.

Nec ratio in obscuro est, cum agatur de fulcienda nutantis, ac sub potentium insidiis, ac machinationibus periclitantis reipublicæ. Hujus necessitatis cedunt, & post- ponuntur omnes privatorum rationes: eademque sollicitudo, & cautela reipublicæ, quæ leges Majestatis armavit in filios innoxios, & alicubi in omnes cognatos eandem quoque intruxit adversus mortuos, & ab- sentes, aliæque in reipublicæ præstium singularissime constituit, quæ remoto ejus metu, ac periculo, plena injuriarum, & truculentæ viderentur.

Pœnæ vero præcipuæ, quibus lex Maie- statis munita est adversus perduelles ad qua- tuor capita ferri possunt. I. Capitalis, & principalis pœna in ipsum perduellum con- stituta, scilicet, ultimum supplicium, cujus genus variat *l. 5. pr. C. ad l. Jul. Maj. O. d. Crim. art. 124. II.* Confiscatio bonorum, quæ & hodie recepta est, *d. l. 5. pr. Ord. Crim. art. 218. in fin. III.* Filiorum exilium, infamia, & successionum privatio; quod ho- rum periculo magis terri parentes soleant, quam suo, *d. l. 5. §. 1. IV.* Damnatio memo- riæ, *l. 6. l. fin. C. eod. tit.*

Horum omnium capitum (excepto pri- mo) executio vere, & reapse fit, etiam perduelle mortuo, vel absente, perinde, ac vivo, & præsentate. In his igitur nihil simulati, vel imaginarii est, sed pœnæ exe- cutio realis; nec pertinet illa ad persona- tam illam executionem, quæ moribus in- valuit, & in effigie fieri dicitur, sed ad veram, quæ jure constituta est, de qua *c. 3. b. Diss.* Damnatio vero memoriæ aliud quid est, quam infamia, & multo latius patet. Pœna enim infamiæ in futurum tantum ope- ratur, ne quis in posterum admitti ad ho-

nores, aut dignitates possit: at damnatio memoriæ omnia honorum, & dignitatum, quas gessit, vestigiis abolet, in præteritum memoriæ eorum delet. Quicquid igitur oc- currit, quod ad perduellis laudem, hono- rem, decus, famam, aut memoriæ factum, scriptum, compositumve fuerit, extingui- tur, insignia franguntur, nomen ex albis aufertur, statuar, imagines, monumenta, &c. destruantur; ipsa domus diruitur, at- que in universum id agitur, ut ejus homi- nis, gestorumque honestam recordationem perpetua oblivio sepeliat: quæ fines infam- iæ longe superant. Aliquando & solum sale conspergi, & statuar facinoris mentio, & execratio inscribi, quin & aliæ atrocites excogitari, atque in cumulum solent addi. Exquisitissima damnationis memoriæ formu- la, qua Athenienses Philippum Macedonem execrati sunt, ejusque memoriæ damna- runt, extat apud *Livium 31. cap. 44.* Cæ- terum, hæc omnia pœnæ perduellium ca- pita ad amissum ita exacta fuere in Dania anno 1663. d. 24. Jul. in causa Cornificii Comitis ab Ulefeld, vivi, & absen is; quæ sententia extat in *Theatro Europ. tom. 9. ad an. 1663. fol. 1002:* & indignissime in Gal- lia in causa illustissimi herois Colinii jam ante occisi, cujus sententiæ capita refert *Tibullus Hist. l. 55. in med. ad ann. 1572.*

Quem reprehendit § Dionysius Halicar- nassensis], *Rom. antiq. l. 8. p. m. 290.*
„ Improbatur quoque Pufendorf. de jur. nat.
„ l. 8. c. 3. p. 1102.

Quod parentibus similes futuri putantur]
„ Vera ratio fuit hujus pœnæ, ut deter-
„ reantur parentes, & ut ipsi puniantur in
„ liberis.

Nec incertus metus ad mortem cujusquam
sufficere debeat], *Nullum enim adest ma-*
„ lum actionis, propter quod malum ali-
„ quod pati debeat.

Nec magis justa causa metus ultionis]
„ Nam 1. metum hunc aliis modis civitas
„ evitare potest, v. g. per carcerem perpet-
„ tuum, &c. 2. Idem metus obtineret in
„ omnibus pœnis capitalibus: adeoque si
„ pater ob furtum, ob adulterium, &c.
„ capite plecteretur, etiam liberis pœnun-
„ dum esset.

Attagini], De ejus prodicione *vid. Pau-*
„ Jan. l. 7. pag. 380. (pag. 215. Edit. Wech.
„ 1583.)

A D §. XIV.

PATERNAM impietatem in posteros se vindicaturum minatur „Dixit Auctor §. præcedenti liberos non posse puniri ex delicto parentum. Objicit hic, Deum tamen id facere. At bene respondet, Deum id jure facere, tum vi absoluti dominii, tum quia nemo intuitu ejus infons est. *Vid. supr. §. 8. n. 3.*
Quod sine ulla causa, & quovis tempore auferre „Quæ tota ratio cessat in hominibus, qui jus aliis a Deo concessum auferre non possunt citra eorum culpam: vita enim, & bona, non sunt munus hominum, adeoque nec ab horum arbitrio dependent.
In ipsos jure dominii, non pœna utitur] Ratione liberorum igitur pœna non est, si Deus jure suo utitur; nec liberis fit injuria, quia ea illos creavit lege, ut mori aliquando debeant.
Sed eodem facto gravius punit parentes] His enim ob malum actionis bonum aliud aufertur, quod ipsis in liberis positum est.
Ultra abnepotes non extendit] „Minatur Deus pœnas in tertium, & quartum saltem gradum; quia eo usque superstites solent esse parentes.
Gravius enim id illis, quam quod ipsi ferunt „*Vid. Jerem. cap. 52. v. 10. Sen. l. 1. benef. c. 11. Quintil. Inst. l. 2. c. 1; Tesm. b.*
Tamen cum eo metu] „Quem metum, Deo ipso minante, vanum non esse, sed pœnam certo secuturam, sciunt.
Non uti Deum, nisi adversus scelera proprie in suam contumeliam perpetrata „Quæ quia vel clam committuntur, vel ab iis, qui superiorem in terris non habent, impunita in foro soli manent.
Falsos cultus „*Vid. c. 20. §. 44.*
Perjurium „Deus enim in liberis Saul vindicavit perjurium a patre commissum: qui Gabonitas contra fidem jurisjurandi a patre eis præstiti occidit. *2 Sam. 21. v. 1. junct. v. 9.*
Sacrilegia „Quo pertinet Achanis exemplum, cujus uxor, & liberi, jussu divino lapidati sunt. Causa erat sacrilegium, quod Achan commisit surripiendo vasa
 Tom. III.

anathemate affecta, & Deo dicata. *Jos. c. 6. v. 17-19. junct. c. 7. v. 11. 21. 24. & 25.* Ubi tamen uxor, & liberi complices fuisse videntur, quia in tætorio, ubi præsentibus erant, defossus fuit aurum. *d. v. 21.*

Omnia istius sunt generis] „Scilicet, in contumeliam Dei perpetrata.

Auri Tolosani] „Tectosagi cum in antiquam patriam Tolosam reverterentur, & pestifera lue comprehenderentur, non prius sanitatem recuperaverunt, quam Aruspicum responsis moniti aurum, argentumque bellis, sacrilegisque quæsitum in Tolosanum lacum mergerent. Cepio Romanorum consul id magno post tempore abstulit, eoque & ipse, & ejus exercitus periit. *Just. l. 32. c. 3.* Similia exempla vide apud *Justin. l. 29. c. 8. & cap. 18.*

Ezech. C. XVIII.] „Ubi ita loquitur Propheta: *Quod si genuerit (scilicet impius) filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis, &c. hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet. Quare non portavit filius iniquitatem patris? videlicet quia filius judicium, & justitiam operatus est, &c. vita vivet. Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris, &c. d. c. 18. v. 14. 17. 19. 20. 21.*

Apertius, quam olim, declarata sint supplicia, &c.] „Quia in veteri testamento traditur jus Hebræorum civile, adeoque pœnæ quoque saltem civiles ibi statuuntur.

Personas peccantium expediens] „Quæ in posteros eorum porrigatur. Quid ergo illud *Job. 2. v. 2.* Quis peccavit? An hic, an parentes ejus? *Vid. Tesm. b.*

Quo præcipue spectat dicta jam Ezechielis oratio] „Optime Auctor, ut conciliet locum hunc cum cæteris S. Scripturæ locis, conjecturatur, Prophetam loqui de pœnis æternis. Nam in suppliciis post mortem infligendis verum est quod ait, *Dominum unumquemque juxta vias suas judicare, d. c. 18. v. 30;* & certissimum est, vitam, ac mortem, quæ ibi præmiū loco proponuntur, de æterna vita, vel morte, intelligenda esse.

Factum autem illud Dei hominibus imitari non licet] „i. c. Hominibus non licet

liberos punire propter delicta parentum ,
quia homo non absolutum jus in homi-
minem habet , uti Deus. *Vid. n. 1. b.*
Sine culpa intuitu] ,, Vitam , & bona
homo tenet ex solo beneficio divino , &
Deus ea concessit ut munus suum. *Vid.*
n. 1. b.
Homines non nisi ex gravi culpa] ,, Ad-
coque tantum ob malum actionis : quia
magistratus imperium in homines ea lege
a natura accepit , ut jura eorum defendat ,
non ut pro arbitrio suo ea auferat.
Que persone sit propria] ,, Eamque non
excedat.
Parentes pro liberis] ,, *Execb. d. c. 18.*
v. 20.
In perduellibus] ,, Exempla vide *2. pa-*
ral. 25. v. 4. 2 Reg. 14. v. 6. Sane , con-
traria exempla excusari non possunt nisi
ex argumento Cassii apud Tacitum *An-*
nal. Lib. IV. Habet aliquid ex iniquo
omne magnum exemplum , quod in singu-
los utilitate publica rependitur.
Nefas habitum] ,, Ne partus innocens de-
lictum matris luat.
Romanorum] ,, Adeo ut nec quaestio de
muliere praegnanate habeatur , *d. l. 3. Mo-*
ribus indulgeri solent sex septimanæ an-
tequam supplicio tradatur mulier partum
enixa , ne hic alimentis careat. Carpz.
p. 3. q. 137. n. 22. § 9. 144. n. 55.

A D §. XV.

LEGES humana] ,, Quas Nebucadne-
zar secutus accusatores Danielis cum li-
beris in fossam leonis dimisit. *Dan. 6.*
v. 6.
Lex Persarum] ,, *Curt. 6. 11.* Claudianus
ad Honorium de Persis ait : *Unaque toti*
pæna manet generi , &c.
Tristiores perirent] ,, Nam & ideo sup-
plicii diritatem auget , causari mortem
agnatis innocentibus.
Ammianus Marcellinus] ,, Exstat locus
apud A. *Marcell. l. 23. c. 31.* Exemplum
præterea exstat in Sejano , cujus tota do-
mus extincta fuit. *Tuc. 5. ann. 9. § 1. 6.*
c. 19. Conf. Herod. l. 3. c. 119.

A D §. XVI.

IN quod jus proprium sit non ipsis] ,, Bo-

na enim , & jura liberis propria auferri
eis ob delictum parentum nequeunt. *Vid.*
§. 10. n. 2.
Sed populo ; aut regi] ,, Uti jus domicilii ,
honores publici , &c.
Jure quodam Domini] ,, Quia scilicet in
potestate regis est , civem habere , quem
velit , & honores conferre , cui vult.
Simul in pœnam redundet] ,, Puniuntur
igitur parentes , qui culpa sua liberos ex-
torres fecerunt , & insapaces omnium ho-
norum.
A Sulla] ,, *Vellej. Pat. 2. 28.* Idque in-
ter crudelitates Sullæ refertur. *Sen. de*
ira l. 2. c. 4. Cæsar legem hanc neglexit.
Suet. in Jul. c. 41.
Servitus autem quomodo , & quatenus
ne injuria in liberos transeat] ,, Servitutum
in liberos jure naturæ transire , diximus
l. 2. c. 5. §. 29.

A D §. XVII.

IDEM aptari potest & ad populum] i
Quatenus populus ex delicto principis te-
neatur , jam expositum est supra §. 2.
Vere subditum] ,, In quem Rex jure pro-
prio imperium habet.
Nam qui subditus non est] ,, Uti non est
qui voluntate sua communi concilio se
subjecit.
Ex sua culpa , i. e. ex negligentia puniri
potest] ,, Quia non prohibuit cum prohibere
& potuerit , & debuerit , *d. §. 2. n. 4.*
Conf. l. 1. c. 3. §. 8. n. 16.
Ut diximus] ,, Idque exemplo Agamem-
nonis probavit Auctor *d. §. 2. n. 4.*
Si queratur , an is populus malo affici
possit ob regis facinora] ,, Populus , qui
facta regis approbat , & defendit , vel
defendere tenetur , omnino puniri potest.
Vide supra §. 2.
Si ipsius populi consensus accesserit] ,, Tunc
enim populus ex propria culpa , & suo
delicto tenetur. *Vid. supr. §. 2. n. 1. in f.*
item n. 5. § 7. n. 1.
Aut factum aliud , quod per se] ,, Uti
si quid fecit summæ potestatis suasu ,
quod facere sine facinore non poterat ,
d. §. 7. n. 1.
Sed agimus de eo contractu , &c.] ,, Ad-
eoque queritur , an ille contractus , quo
populus omne jus suum in principem
transulit , hunc effectum habeat , ut sin-
guli

guli ex delicto principis puniri possint?
 quod negat Auctor: nos affirmamus.
 (Conf. heic nota GRONOVII 37. eique
 subjecta BARBEYRACII animadver-
 sio. D.)

Deum quidem] „ Auctor ad objectionem,
 quod Deus ob solum Davidis delictum
 puniverit populum, respondet, Deum
 jure domini, quod in bona, & vitam
 hominum habet, utrumque hominibus
 auferre pro lubitu posse, & hactenus in-
 juriam eis non fieri: sed poenam fuisse non
 ratione populi, sed ratione Davidis, ut-
 pote qui miseriis populi sui maxime af-
 fliciebatur. Equidem populum puniri pos-
 se propter crimina in homines commissa,
 exinde probavimus, quia facta principis,
 in quem omne suum judicium transtulit,
 probat, vel probare tenetur: at ratio
 hæc cessat in criminibus in solum Deum
 commissis; nam populus non defendit ta-
 lia facta in Deum commissa, nec defendere
 tenetur.

Non populi] „ Utpote quem David ipse
 innocentem declaravit.

Acerbissimum est delinquentibus regibus]
 Salus principis consistit in salute populi.
 Jam antea diximus] „ Quia Deus libere
 agit; homines autem non nisi intra ter-
 minos facultatis a Deo concessæ.

AD §. XVIII.

IDEM dicendum de singulis, qui non
 consenserunt] „ In genere dictum est, sin-
 gulos non teneri ex delicto universitatis;
 nisi quatenus participes sunt delicti, vid.
 §. 7; adeo ut ea, quæ ipsis propria sunt,
 ideo auferri non possint, d. §. 7. n. 3.
 Aliud esse, diximus, in illis commodis,
 quæ ad singulos non pertinent nisi per
 universitatem; nam his commodis uni-
 versitati ablatis singuli innocentes quo-
 que damnum sentiunt. Vid. §. 10. n. 2.
 Conf. §. 16. pr.

AD §. XIX.

De cæteris debitis] „ Defuncti scilicet,
 quæ patrimonio inhærent, & ex bonis de-
 bentur.
 De pœna non teneatur] „ Quia eam per-
 sona sola debet.

Commentitio jure] „ Alii id interpretan-
 tur de jure fabuloso; nam pro synonymis
 ea habet Suet. in Cæs. c. 18: ne quis fa-
 bulosam, aut commentitiam putet. Alii
 de jure invento, & legibus introducto.
 Vid. Gron. n. b. Rectius intelligendum
 est de jure antiquo, seu quod antiquitus
 receptum est; quod ex Suetonio in Claud.
 c. 21. probat Gotbfredus ad l. 20. ff. Pen.

Vera causa hæc est, quod hæres personam
 defuncti refert non in meritis, &c.] „ Vera
 causa est, quod quisque ex suo malo
 actionis teneatur, non ex alieno; adeo-
 que nec ex delicto defuncti: excipere
 pœna debetur ex patrimonio; hoc enim
 cum sua qualitate, & omni onere,
 transit in hæredem. Quod alibi late ex-
 plicavimus.

Quæ sunt mera personalia] „ Adeoque in
 quæ hæres non succedit. Vid. supr. §. 12.

Ex ipsa rerum inæqualitate cum dominio
 fuit introductum] „ Ex hypothesi Auctoris
 omnis obligatio, quæ ex contractu est,
 venit ex inæqualitate. Vid. cap. 12. §. 8.
 Si proinde inæqualitas fuit in defuncti
 bonis, eam etiam transire, ait, in hæ-
 redem, & hactenus hæredem represen-
 tare personam defuncti. Equidem in mo-
 nitis ad d. §. 8. jam observavi, æquali-
 tatem proprie non esse obligationum cau-
 sam, indeque defunctum non teneri ideo;
 quia inæqualitas est in ejus bonis, sed
 quia plus habet in bonis, quod restitue-
 re tenetur ei; cujus est: & hæc obliga-
 tio, quæ bonis inhæret, transit cum
 bonis ad quoscunque possessores. Vid.
 c. 14. §. 10.

Sinul cum dominio] „ Auctor enim in-
 troduco dominio hanc quasi societatem
 inter homines contractam esse, ait, ut
 qui rem alienam in sua haberet potestate
 eam domino redderet, l. 2. c. 10. §. 1.
 n. 2. Quod refutavimus ibid.

AD §. XX.

Si ultra meritum nova quadam causa
 obligationis exstiterit, deberi jam posse,
 &c.] „ Rectius, si pœna ex patrimonio
 debetur.

Quamquam non proprie ut pœna] „ Sci-
 licet, ratione hæredis: nam proprie est
 pœna ratione defuncti, ex cujus bonis
 debetur.

Alibi post sententiam] „ Uti si ob crimen
 „ pecuniaria pœna per sententiam inflictâ
 „ lit. *L. 20. ff. Accus. L. Pen. C. Si reus*
 „ *vel accus.* Illa enim pœna non ex crimine,
 „ sed ex sententia debetur.

Alibi post litem contestatam] „ Tunc
 „ enim pœna quasi ex contractu debetur;
 „ quod verum est in actionibus ex delicto
 „ civili oriundis: in delictis enim publicis
 „ nec post litem contestatam actiones in
 „ hæredes transeunt, *l. fin. leg. jul. Maj.*
 „ *l. 6. ff. iud. publ. §. 1. Inst. de perp. &*
 „ *temp. act.*

Vis contractus datur] „ Partes enim ad-
 „ eundo iudicem quasi compromittunt in ejus

sententiam.

Pœna pecuniaria ab herede debetur]
 „ Quia pœna ex bonis defuncti debetur,
 „ quæ bona sunt penes hæredem.

Ut & ea, quæ in conventionem deducta
est] „ *Vid. l. 56. pr. & pass. Eoit. l. 38.*

„ §. 17. *V. O. §. 18. invit. stip.* Nam hæc
 „ pœna conventionalis debetur ex pacto,
 „ adeoque obligatio inhæret bonis defuncti.

Item enim nova accessit causa debendi]
 „ i. e. Pœna non solvitur ab herede ob
 „ malum actionis, seu ob culpam suam;
 „ sed ideo, quia possessor est bonorum de-
 „ functi, ex quibus pœnæ illæ debentur.

C A P U T XXII.

De Causis injustis.

I. Explicatur discrimen inter causas ju-
 stificas, & suasorias.

II. Bella, quæ utroque causarum genere
 carent, ferina esse.

III. Bella, quæ suasorias causas habent,
 non justificas, esse prædonum.

IV. Quasdam esse causas, quæ falsam ha-
 beant justæ speciem:

V. Ut metum incertum:

VI. Utilitatem sine necessitate:

VII. Negatum matrimonium in magna
 feminarum copia:

VIII. Cupiditatem melioris soli:

IX. Inventionem rerum occupatarum ab
 aliis.

X. Quid si priores occupatores amentes
 sint?

XI. Injustam causam esse, & libertatis
 desiderium in populo subdito:

XII. Et voluntatem regendi alios invitatis
 quasi ad ipsorum bonum.

XIII. Item titulum universalis imperii,
 quem quidam adscribunt Impera-
 tori, qui refellitur:

XIV. Alii ecclesie, qui item refellitur:

XV. Item voluntatem implendi vaticinia
 sine Dei mandato.

XVI. Item id, quod debetur non ex ju-
 re strictè dicto, sed aliunde.

XVII. Distinctio belli, cujus causa in-
 justa, & ejus, cui aliunde vitium
 accedit: & diversi utriusque ef-
 fectus.

^a Lib. II. + I. I. **D**iximus ^a supra, + cum de causis agere institueremus, + causas
^{c. 1.} alias esse justificas, alias suasorias. ^b Polybius, qui id discrimen
^b Lib. III. primus notavit, + illas vocat *προφάσεις*, quia palam proferri solent, + (ti-
 tulum dixit aliquoties (aa) + Lælius) has generis nomine *αιτίας*.

2. Sic

(aa) Exempli gratiæ, *Lib. XXXVII. Cap. 54.*
 num. 13. & B.

G R O T I I.

^a Illas vocat *προφάσεις*, quia palam proferri solent.

2. Sic + in bello Alexandri adversus Darium *πρόφασις* fuit ultio injuriarum, quas Persæ Græcis intulerant, *αἰτία* cupido gloriæ, imperii, divitiarum, + cui accedebat spes magna facilitatis concepta ex ¹ + Xenophontis, & ² + Agésilai expeditionibus. Sic *πρόφασις* + belli Punici secundi controversia de Sagunto, causa indignatio Carthaginiensium, ob pactiones, quas Romani iniquis temporibus ipsis expresserant, & aucti spiritus ex secundis per Hispaniam rebus; quæ Polybio ^o notata. Similiter ^d Thucydides belli Peloponnesiaci veram causam censet fuisse vires Atheniensium augefcentes, & Lacedæmoniis suspectas, + obtentum vero ³ controversiam Corcyrensiū, Potidænsium, & alia; ^b ubi tamen ille *αἰτίας*, & *πρόφάσεως* nomina permiscet. Est idem discrimen in oratione Campanorum ad Romanos, ^e cum adversus Samnites pugnasse se, ajunt, verbo pro Sidicinis, re pro seipsis: quod viderent, ubi conflagrassent Sidicini, + ad se trajecturum esse incendium. [†] Antiochum (bb) quoque, Livius ^f memorat, in Romanos bella suscepisse, in speciem causas habentem ⁵ + Barcillæ necem, + & alia quædam, [‡] revera quod ex ⁶ labente Romanorum disciplina spem magnam concepisset.

c Lib. III. c. 5. 7. 8. 9.
d Lib. I. c. 23. 56.
88.

e Livius lib. VII. c. 30.

f Lib. XXXVI. c. 6.

• Sic

lent, (titulum dixit aliquoties Livius) has generis nomine *αἰτίας*] Sic & Plutarchus distinguit in Galba, (pag. 1062. D.) & Dion in rebus Cæsaris, & Pompeii. [aut potius Xiphilin. pag. 13. Ed. H. Steph.] & Polybius, ubi de Romanorum bello in Illyrios agit, excerpto legationum 125. Cum Suetonio recte illas *prætextum*, has *causas* dixeris. Ita enim ille de Julio Cæsare: *Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur*, (cap. 30.) Thucydides alibi distinguit *πρόφασιν* & *τὸ ἀληθές*, (Lib. VI. c. 6.) ut in Atheniensium motu adversus Siciliam, prætextum fuit opitulari Egestanis, res ipsa, cupiditas Siciliæ sibi acquirendæ. Hermocrates in oratione de Atheniensibus loquens illud *πρόφασιν* prætextum vocat, hoc *διάνοιαν* propositum. Utrumque est in libro Thucydides VI. [postremum in Cap. 33. ubi tamen est *ἀλλήδεις*, ut in priori *διάνοια*, quæ Auctor heic permutavit.] Appianus etiam *πρόφάσεων* vocem usurpat in Mithridatico, (pag. 209.) Idem civilium V. ubi de rupta pace inter Octavium, & Sextum Pompejum agit, dicit *αἰτίας* causas alias intus fuisse, alias, quæ præferebantur, (pag. 716. Ed. H. Steph.) *Agathias* libro quinto id, quod alii *πρόφασιν*, vocat *σκέψιν* & *προκάλυμμα*, figmentum, & obtentum; cui opponit *αἰτίαν* in historia Hunni Zaberganis. (Cap. 5.) Adde quæ diximus supra libri hujus capite 1, §. I. *Procopius* Perficorum 11. dicit, stultum esse non libere loqui, ubi dux est justitia, comes utilitas. (Cap. 15.)

b Ubi tamen ille *αἰτίας*, & *πρόφάσεως* nomina permiscet] Sic & libro V. (c. 53.) de Argivis contra Epidaurios agens, quam prius vocaverat *πρόφασιν*, mox vocat *αἰτίαν*, quomodo & Græcum *αἰχρών*. Latinum *principiorum* vocem, aliasque ejus generis, esse sentius ambigui, notavimus

d. c. 1. §. 1. hujus libri. Scriptores Constantino-politani Imperii id, quod alii *πρόφασιν* sepe *πρότροπον* vocant, nimirum, ex Achillis historia, qui ad resumenda arma ex Patroclo sumpsit materiam. [De hoc vide MEURSIUM, *Gloss. Græco-Barbar.* pag. 415. SALMASIUM, in *Achill. Tatium.* p. 581. DUPORT. *Gnomolog. Homeric.* p. 112.]

GRONOVII.

1 *Xenophontis*] Post Cyri minoris mortem; dum reducit domum decem millia Græcorum, quæ Cyro militabant, reliquo ejus exercitu dissipato. *Justin.* 5, 11.

2 *Agésilai*] De quo *Justin.* 6, 2.

3 *Controversiam Corcyrensiū*] Quod Athenienses Corcyræis Corinthiorum hostibus auxilium tulissent, eorundem coloniam Potidæam ad se avertissent, Megarensibus portu, & foro interdixissent, Meginetas liberos, & sui juris esse non sinerent.

4 *Antiochum in Romanos*] *Justin.* 31, 1. Flor. 2, 8.

5 *Barcille*] *Brachylle*, Liv. 33, 27.

(bb) Auctor dum festinans legeret, & ad verborum constructionem non adtenderet, *Antiocho* tribuit quod de *Bæotis* dicit LIVIUS: *In Bæotiam ipse [Antiochus] profectus est; causas in speciem iræ adversus Romanos eas, quas ante dixi, HABENTEM*: *Brachyllæ necem*, &c. Eundem errorem, sine dubio hinc haustum, errat BOECLERUS, *Dissert. De Clarigatione*, Tom. II. pag. 1212. J. B.

GRONOVII.

6 *Labente disciplina*] Non de Romanorum, sed

L I I 3

Philipp.
II. 22.

Sic Plutarchus notat ⁷ non ex vero objectum Antonio a ⁸ Cicerone, quod causa esset belli civilis, cum Cæsar bellandi certus ^c prætextum tantum ab Antonio cepisset.

h Ethic.
Nicom. 7. 1.
i Lib. II.
de Clem.
c. 4.
k Cap. 7.

II. Sunt qui ⁺ neutro causarum generè feruntur in bella, ^d ⁺ periculum, (cc) ut Tacitus loquitur, ⁸ propter ipsa avidi. ⁺ Horum vitium humanum excedit modum, *θρησότητα* ^b Aristoteles vocat. De his Seneca: *ἰ ποσ-
sum dicere, non esse hanc crudelitatem, ^c sed feritatem, cui voluptati sevitia est:
possumus insaniam vocare: nam varia sunt genera ejus, ⁸ nullum certius, quam
quod in cedes hominum, ⁸ laniationes pervenit. Cui sententiæ perquam si-
milis est illa Aristotelis ultimo ^k Nicomachiorum: *δ'όξαι γὰρ ἀν παντελῶς
μαίφονός τις εἶναι, εἰ τὰς φίλων πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φό-
νοι γίγνοντο* omnino enim crudelis habendus sit, qui ex amicis hostes faciat,
pugnandi, ⁸ fundendi sanguinis cupiditate. Dion Prusænsis: *τὸ δὲ καὶ
χωρὶς ὑποθέσεως πολεμεῖν καὶ μάχεσθαι, τί ἄλλο ἢ μανία παντελής ἐστι,
καὶ διὰ ταύτην κακῶν ἐπιθυμία; nam sine causa in bella, ac pugnas ferri,
vera est insania malum sibi querens. Idem ille Seneca epistola XIV. ⁺ nemo ad
humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci.**

l Orat.
XXXVII.
m 473. B.

III. I. Plerique vero bellantium ⁺ causas susforias habent, aut sine justifi-
catis, ⁺ aut cum justificis. ⁺ Sunt qui justificas plane non curant, de qui-
bus dici potest illud, quod ^a Romanis jurisconsultis est proditum, prædo-
nem

de Thebanorum ibi disciplina loquitur *Livius*
lib. 36, 6. & hæc non fuerit cause, vel prætextus
belli per Antiochum Romanis illati, sed irarum,
quas Bœoti conceperant adversum Romanos, &
ob quas Antiocho promptius accessere. Antiochus
volebat cedere urbibus in Thraciæ Chersoneso per
occasionem belli Ro. cum Philippo, cujus in di-
sione fuerant, occupatis. Accedebat gloria rerum
in Asia gestarum adversus defectores, unde Ma-
gni cognomentum acceperat, Tum Ætoli Roma-
nis indignati, quod Macedoniam, victo Philip-
po, prædam non accepissent. Denique exsul Han-
nibal.

⁷ Non ex vero objectum] Si Plutarchus hoc
notavit alicubi, falsum notavit; nam constat,
Antonium armatum fuisse, ut D. Bruto provin-
ciam Galliam eriperet, antequam concivit veto-
fanos Cæsar Octavianus. *Appian.* 3. civil. 552.
Dio 45, 276. quamquam omnes fere Græculi san-
ctissimas, & ex optimo erga rempublicam ani-
mo susceptas actiones criminantur, & pessime
interpretantur. (Vir Doctissimus falso existima-
vit, Auctorem nostrum loqui de *Cæsare Octavia-
no*; quum in animo habuerit *Julium Cæsarem*.
Nec ullus locus fuisset reprehendendi *Plutarchum*,
aut dubitandi, an id, de quo agitur, ille nota-
verit, si locus inspectus fuisset, cujus finem in
Nota sua adfert Auctor, & quem nos distinctè
indicavimus. *J. B.*]

⁸ Propter ipsa avidi] Sic Pyrrho non major
ex imperio, quam ex bello voluptas erat. *Ju-
stini* 25, 4.

G R O T I I.

^c Prætextum tantum ab Antonio cepisset] *Ταῦτα
πάλαι δοκίμω προφάσεως ἤματι καὶ λόγον ἑπαρ-
τῶ πολεμῶ παρέχεν* hæc pridem prætextu opus ha-
benti speciem aliquam, ⁸ decorum titulum bellan-
di dedere. Verba sunt in hac historia *Plutarchi*,
(*Vit. Ant. Antonii*, p. 918. C. D.) *Lucani* autem,
(*Pharsal.* 1. 263. &c.)

— *Cunctasque pudoris
Rumpunt fata moras. Justos fortuna laborat
Esse ducis motus, ⁸ causas invenit armis.*

^d Periculorum, ut Tacitus loquitur, propter ipsa
avidis] De Alanis *Ammianus* libro XXXI. *Ut
hominibus quietis, ⁸ placidis, otium est volupta-
bile, ita illos pericula juvant, ⁸ bella.* (Cap. 2.
p. 672. Edit. Gron. Vales.)

^e Sed feritatem] Idem libro II. de Ira c. 5.
de Apollodoro locutus, & Phalaride: *hec non est
ira, feritas est.*

(cc) Dicit equidem *TACITUS Hist.* III.
41. & V. 19. *periculorum avidi*: Sed illud propter
ipsa deest. Alibi: *Non tam præniis periculorum,
quam ipsis periculis letus.* *Hist.* II. 86. *Propius
SENECA: Periclitamur periculi causa.* *Quæst.*
Nat. V. 18. J. B.

G R O

nem esse eum, f + qui rogatus de possidendi causa, nullam aliam adfert, nisi quod possideat. Aristoteles m de belli suavoribus; *ως ουκ αδικον τους ασυγειτονας καταδελασθαι, και τας μηδεν αδικησας πολλακις εδεν φροντισι;* qui justum sit vicinos innoxios in servitutem redigere, & 9 eos, qui nullam faciunt injuriam, sepe nihil curant?

2. Talis 1º Brennus, n + qui omnia dicebat esse validiorum. Talis Silio n Livium v. 36.

— — pro federe, proque
Justitia est ensis. — —

m r Rhet. 3.
n Livium v. 36.
o De Bell. Pun. Lib. xi. vers. 183.
p Senec. Herc. fur. vers. 407.

Talis Attila, & quibus illud in ore est: ?

Quæritur belli exitus,

Non causâ.

Et: ?

+ Hac acies victum factura nocentem est:

Et: ?

+ Id in summa fortuna æquius, quod validius.

q Lucan. vii, 260.
r Tacit. Ann. xv. 1.

Nec male his aptes illud + Augustini: *inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate contere, ac subdere, quid aliud, quam grande latrocinium nominandum est?* De talibus bellis Vellejus: *bella 1º non causis inita, sed prout eorum merces fuit.* Apud Ciceronem legimus de officiis primo: *ea animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus, si justitia vacat, non modo virtutis non est, sed potius & immanitatis omnem humanitatem repellentis.* Andronicus Rhodius: *οι μεγαλων ενεκα κερδων λαμβανοντες οθεν εδει, πονηροι και ασεβεις και αδικοι κληνται οιοι εισιν οι τυραννοι, και οι τας πολεις πορθυντες* qui magni compendii sui causa accipiunt unde non oportet, hi pravii, impii, injusti appellantur, h quales sunt tyranni, & urbium vastatores.

s Lib. iv. de Civ. Dei c. 6.
t Lib. ii. c. 6.
u Cap. 19.
x In Ethic. Nicom. iv. 2. pag. 202.

IV. Alii

GROTII.

f Qui rogatus de possidendi causa, nullam aliam adfert, nisi quod possideat] L. pro herede. ii. §. ultimo & sequentibus legibus, D. de hereditatis petitione. Talis Herulorum in Langobardos πόλεμος ἀπροφάσις, bellum sine pretextu. (Apud PROCOPIUM, Gotth. ii. 14.) Galli apud Livium V. in armis se jus ferre, & omnia fortium virorum esse. (Cap. 36.)

g Immanitatis omnem humanitatem repellentis] Agathias libro II. *οτοι δε κερδης εκατι η δυσμενειας αλογη, μηδεν εγκλημα ενδικον εχοντες, επειτα φοιτων ανα την ονειαν τας μηδεν ηδικηκotas σινόμενοι, οτοι δε αλάσωνίς εισι και ατάοθαλοι* qui vero aut lucri causa, aut cæco odio, nullam habentes justam querelam, alienas terras invadunt innoxios noxii, hi homines sunt, & superbi, & improbi. (Cap. 1.) Exemplum nobis dat illustre Menander Protektor: *οτι Βαιβιν ο των Αβαρων χαγα-*

ν ο εδεμης αφορμη; η σκληρωσ λαβόμενος, εδδ ψευδη γων κατα Ρωμαίαν αιτιαν αξιωσας τινε συνθειναι, ανιχροντάτα και βασιβακικάτα παρελυσε τας συνήκας Βαβανις Αvarorum chaganus, nulla occasione, aut obtentu, ne conatus quidem causam vel falsam contra Romanos commisisi, invectunde plane, barbarum in morem exiit pacia (Cap. 21.)

GRONOVII.

9 Et eas, qui nullam faciunt injuriam] Hæc defunt in vetustioribus exemplaribus.

10 Talis Brennus, qui omnia] Liv. 5, 36.
11 Non causis] Non adversus quos justa bellandi causa erat, sed quos opera pretium erat vincere ob divitum prædam.

GROTII.

h Quales sunt tyranni] Bene Philo in Decalogum:

• Lib.
XXI. c. 6.
z Vit.
Pyr. p.
389.

IV. Alii causas quasi justificas adferunt, + quæ expensæ ad rectam rationem injustæ reperiuntur : & , ut Livius loquitur , y non certamen juris , sed vim queri apparet. Reges plerisque , ait Plutarchus , * duobus nominibus , pacis , & belli , + tanquam nummis uti , non ad id , quod justum est , sed ad id , quod expedit. Quæ autem sint causæ injustæ , + cognosci aliquatenus potest ex justis causis , quas hactenus explicavimus. + Rectum enim obliqui est index. Sed perspicuitatis causa summa genera annotabimus.

V. 1. + Metum ergo ex vicina potentia non sufficere , ¹² supra diximus. Ut enim justa sit defensio , necessariam esse oportet , qualis non est nisi constet , non tantum de potentia , + sed & de animo , & quidem ita constet , ut certum id sit ¹³ + ea certitudine , quæ in morali materia locum habet.

• Zona-
ras , Lib.
IX. Cap.
15.
b Pausan.
I. I. c. 10.
c Germ.
c. 35.

2. Quare minime est probanda eorum sententia , qui justam belli causam statuunt , si vicinus nulla pactione impeditus in suo arcem faciat , aut munitionem aliam , quæ damnum aliquando dare possit. Nam adversus tales metus contrariæ in suo munitiones , & siqua sunt + similia remedia querenda sunt , non vis bellica. Injusta igitur bella ¹⁴ Romanorum ^a in Philippum Macedonem , ¹⁵ + Lyfimachi in ^b Demetrium , ¹⁶ + ni alia causa adfuit. Valde mihi placet ^c Taciti illud de Chaucis : *populus inter Germanos nobilissimus ; quique magnitudinem suam malit justitia tueri , sine cupiditate , sine impotentia : quieti , secretique : nulla provocant bella , nullis raptibus , aut latrociniis populantur : idque precipuum virtutis , ac virium argumentum est , quod , ut superiores agant , non per injurias assequuntur. prompta tamen omnibus arma ,*

ac

gum : ὅσοι τῶν τῶν κλεπτῶν ἰχθύν προτίθεν , ὅλας σὺλῶσι πόλεις , ἀλογούντες τιμαριῶν , διὰ τὸ ἐπικινδύεροι τῶν νόμων εἶναι δοκεῖν ἔτοι δὲ εἶσιν οἱ ὀλιγαρχικὴ τὰς φύσει , οἱ τυραννίδος καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμῶντες , οἱ τὰς μεγάλας ἐργάζεσθαι κλεπῆς , σεμνοῖς ὀνόμασι τῆς ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπικερῶσιντες λαοῖσιν τ' ἀληθέσθων . qui vero furum vires nacti sunt , hi totas prædantur urbes , pecuniarum securi , quod supra leges eminere videantur. Tales sunt homines ingenio minime civili , dominatum , & potentatus avidi , magna furtiva committentes , qui pulchris nominibus magistratum , & imperiorum id obtegunt , quod verius latrocinium appellatur. (Pag. 763. C. D.) Optime conveniunt hæc cum iis , quæ ex Curtio , Justino , Seneca , & Augustino producta sunt ad dictum cap. I , §. I. libri hujus.

tempore fuerat : dein contra foedus Sopatrum cum 4000. Hannibali auxilio miserat , quæ simul cum illo adversus Scipionem in acie steterunt : & Athenienses Rom. socios obsidebat. Videntur auctoris memoriae illusisse tres urbes , in quibus præsidium habebat Philippus , quasque non contumeliosus , quam verius , compedes Græciæ appellabat , Demetrias in Thessalia , Chalcis in Eubœa , Corinthus in Achaia : quibus quod prædarios educere nollet , bellum jam inceptum continuatum est : Liv. 32 , 37. Sed hoc non erat in suo solo arcem vicinam iis , qui damnum inde metuebant , ponere. Rectius dixisset , injustam fuisse Samnitium causam adversus Romanos indignantium ob Fregellas. Liv. 8 , 23. & Ætorum ob Albam. 10 , 1. & Istrorum ob Aquilejam. 41 , 1. in vicina illis populis , Romanorum tamen colonias deductas. [Non opus erat ut Vir Doctissimus conjiciendo quæreret , quid occasionem dederit errori Auctoris nostri : neque enim ullus error est , quum ZONARAS , in orâ libri laudatus , disertè testetur , causam Belli à Romanis adversus Philippum Macedonem suscepti , fuisse metum , ne ille auxilio esset Pænis , aut in Italiam irrumperet : hoc autem sufficit ad scopum Auctoris nostri , qui munimenta vicina exempli loco tantum addit rerum , à quibus periculum aliquod imminere potest ; non tale tamen , ut justam causam bello præbeat. J. B.)

G R O N O V I I

¹² Supra diximus] 2 , I. 17.

¹³ Eu certitudine] Non quidem mathematica necessitate , sed quatenus in actionibus humanis , quæ inpenumero ambiguae sunt , potest fides haberi.

¹⁴ Romanorum in Philippum] Liv. 30 , 42.

¹⁵ Lyfimachi in Demetrium] Pausan. I , 17. Plutarch. Dem. 908.

¹⁶ Ni alia causa] Certe fuit in bello adversus Philippum , qui Romanis insidiatus belli Punici

GRO-

ac, si res possat, exercitus: plurimum virorum, equorumque, & quiescentibus eadem fama.

VI. ¹⁷ + Nec utilitas par jus facit cum necessitate.

+ VII. Ita ubi laxa est matrimoniorum copia, negatum aliquod matrimonium causam bello præbere non potest: qualem (dd) olim Hercules arripuit in Eurytum, ⁱ + Darius in Scytas (ee).

VIII. + Nec magis mutandæ sedis amor, ut paludibus, & solitudinibus relictis solum fecundius possideatur, + quam ¹⁸ Germanis veteribus bellandi causam fuisse, ait ^d Tacitus.

IX. Æque est improbum, ¹⁹ + inventionis titulo sibi vindicare ea, quæ ab alio tenentur, ^c + etiam si is, qui tenet, sit improbus, de Deo male sentiens, + aut hebetis ingenii. + Nam inventio est eorum, quæ nullius sunt.

+ X. 1. Neque + ad dominium requiritur aut ²⁰ virtus moralis, aut religiosa, aut intellectus perfectio: + nisi quod hoc videtur posse defendi, ^f si qui sint + populi omnino destituti ²¹ a rationis usu, eos dominium non habere, + sed ex charitate tantum iis deberi quæ ad vitam sunt necessaria. Nam quæ alibi ^g diximus ²² + de sustentatione dominii, quam pro infantibus, & amentibus facit jus gentium, + ad eos populos pertinet, ²³ cum quibus est pactorum commercium: + tales autem non sunt populi siqui reperiuntur toti amentes, de quo merito dubito.

2. Male ergo Græci Barbaros ob morum diversitatem, forte & quod ingenio cedere viderentur, + hostes sibi ²⁴ quasi naturaliter ^b dicebant. Quatenus autem ob peccata gravia, & naturam, aut societatem humanam impugnantia, auferri dominium possit, alia est quæstio, & modo, ⁱ + cum de pœnarum jure ageremus, nobis tractata.

+ XI. Sed ^k nec libertas, + sive singulorum, + sive civitatum, id est, ^{αὐτονομία}, quasi naturaliter, & semper quibusvis competat, jus bello præstare potest. Nam + libertas cum natura competere hominibus, aut populis

^d Hist. IV. c. 73.

^e Vict. de Ind. rel. I. n. 3 r.

^f Vict. de bello n. 5. 6. 7. 8. Id. l. 11, n. 18. ^g Lib. II. C. III. §. 6. C. IV. §. 10. C. XI. §. 14.

^b Plato de rep. Lib. v. pag. 470. C. ^{Arist.} Polit. I. 2. ^{Eurip.} Iphig. in Aul. vers. 1400. & Livius, XXXI. c. 29. ^{Isochr.} Panathen. p. 267. B. ^{Ed. H.} ^{Steph.} ⁱ Hoc libro c. XX. dicitur, 3.

G R O T I I.

ⁱ Darius in Scythas] Antoninus Caracalla in Artabanum Parthorum regem. Vide Xiphilinum (pag. 356. C. Ed. H. Steph.)

^k Nec libertas sive singulorum, sive civitatum, id est, αὐτονομία, quasi naturaliter, & semper quibusvis competat, jus bello præstare potest] Vide concilium IV. Toletanum, & quæ nos supra cap. IV. hujus lib. §. 14.

G R O N O V I K.

¹⁷ Nec utilitas] Nec si quis videat, valde utile sibi fore si alium bello petat, id ei jus largitur petendi, perinde, ut necessitas.

¹⁸ Germanis] Et Helvetiis ad Galliam invadendam. Cesar. Florus 3, 10.

¹⁹ Inventionis titulo] Qui titulus Hispanorum in subjugandis Indis.

²⁰ Virtus moralis] Ut aliquis sit jure domi-

Tom. III.

nus, non est necesse ut sit vir bonus, aut pius, aut sapiens.

²¹ A rationis usu] 2, 3. 6. ²² De sustentatione dominii] Per legem 2, 4. 10.

²³ Cum quibus est pactorum] Pacta, fœdera, conventiones fieri possunt.

²⁴ Quasi naturaliter] Tanquam populi servientibus liceat semper, ubi possunt excutere jugum, quia per naturam omnes liberi nascuntur.

(dd) Narrat id DIODORUS SICULUS, Biblioth. Lib. IV. c. 31. unde Anstos habet. Nam si sequamur APOLLODORUM, Lib. II. Cap. 6. n. 1. exemplum huc non faciet, quum, secundum istum, ex pacto peteret Iolem Hercules: violatio autem fidei datæ justam bello causam præbet. J. B.

(ee) Vide JUSTINUM, Lib. II. Cap. 7. n. 9. J. B.

M m m

G R O

dicitur, + id intelligendum est de jure naturæ ²⁵ præcedente factum omne humanum, & de libertate ²⁶ κατά σέρησιν, non de ea, quæ est ²⁷ κατ' ἐναντιότητα, hoc est, ut natura quis servus non sit, + non ut jus habeat ne unquam serviat: nam hoc sensu nemo liber est. Quod pertinet illud Albutii: ^k + neminem natum liberum esse, + neminem servum; hæc postea nomina singulis imposuisse fortunam. Et Aristotelis illud: νόμος τὸν μὲν δῆλον εἶναι, τὸν δ' ἐλευθερον + e lege venisse ut alius esset liber, alius servus. Quare + qui legitima causa in servitutem sive personalem, + sive civilem devenerunt, contenti sua conditione esse debent, ut & Paulus Apostolus docet: ^m δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω. + vocatus es ad servitutem? ne id te torqueat.

^k Senec. III. contr. 21.
^l 1 Polit. 2. 3.
^m 1 Cor. XI, 21.

XII. Neque minus iniquum, + armis subigere aliquos velle, quasi ²⁸ dignos qui serviant, quos naturaliter servos interdum + philosophi vocant. + Non enim siquid alicui est utile, id statim mihi licet ei per vim imponere: Nam + his, qui rationis habent usum, + libera esse debet utilium, & inutilium electio, + nisi alteri jus quoddam in eos quaesitum sit. + Infantium plane alia est ratio, + quorum regimen, + cum ipsi jus exercendæ αὐτοπραγίας, actionumque suarum moderandarum non habeant, ²⁹ occupanti, & idoneo natura concedit.

ⁿ Vici. de And. n. 24.

^o Ayala de jur. bell. lib. 1, c. 2. n. 29. Co-var. o. pec-catum. p. 2. §. 9. n. 5. § seq. p Ad L. 24. D. de capt. § L. αζζιω-αις. 9. Ad l. Rhod. r Petron. c. 119. Ed. Binn.

XIII. I. Vix adderem, + stultum esse titulum, o quem quidam tribuunt Imperatori Romano, quasi ipse etiam in remotissimos, & incognitos hactenus populos jus imperandi habeat, nisi jurisconsultorum diu princeps habitus + Bartolus hæreticum ausus esset p. pronuntiare, qui id negat; nimirum, quia & + Imperator interdum se ¹ mundi dominum q vocet, & in Sacris literis imperium illud, quod ^m Romaniam posteriores scriptores vocant, appelletur ⁿ τῆς οἰκουμενης nomine: qualia sunt & illa:

+ Orbem jam totum victor Romanus habebat,

multaque similia ³⁰ per complexionem, + aut ³¹ excessum, + aut ³² excellentiam

G R O T I I.

¹ Mundi Dominum vocet] Ut in concilio Chalcedonensi actione XI. & XII.

^m Romaniam posteriores scriptores vocant] Ut & Asbanusius ad solitarios. (Tom. I. pag. 832.) Id vix sexta pars erat mundi tunc cogniti.

ⁿ Τῆς οἰκουμένης nomine] Philo de legatione: τῶν πλείων καὶ ἀναγκασιότατων μερῶν τῆς οἰκουμένης, ἃ δὴ καὶ κυρίως ἂν τις οἰκουμένην εἴποι, δυοῖ ποταμοῖς ὀριζομένην Εὐφράτη τε καὶ Ῥήνω de pluribus, utilissimisque orbis partibus loquor, quas & eminenter aliquis orbem appellet, definitum omnibus duobus Euphrate, & Rheuo. (Pag. 993. D. E.)

G R O N O V I I.

²⁵ Præcedente factum] Statu hominis, qualis est ipso naturæ ordine, antequam arbitrium vel

ipsum, vel aliorum in certam personam imposuerit.

²⁶ Κατὰ σέρησιν] Per privationem, sic, ut est ablit servitus.

²⁷ Κατ' ἐναντιότητα] Per contrarium, quasi servitus ei supervenire non possit.

²⁸ Dignos qui serviant] Qui sint ingenio minus liberali.

²⁹ Occupanti, & idoneo] Ejus imago ex lege Lycurgi erat penes Lacedamonios: constituerat enim, ut senex quivis alterius liberis, perinde ac suis, imperaret, & indecore agentes eos coerceret. Crug. lib. 3, p. 160.

³⁰ Per complexionem] Cum plura complectimur verbis, quam re, aut sententia significamus.

³¹ Excessum] Hyperbolen.

³² Excellentiam] Cum omnia tribuimus nisi soli, cui aliquid præcipuum ante alios esse significamus.

G R O :

lentiam dicta : quippe cum & in iisdem sacris literis sola ° Judæa sæpe venit, nomine τῆς οἰκουμενῆς, quo sensu accipiendum dictum vetus Judæorum, medio telluris sitam urbem Hierosolyma, p id est in medio Judææ, sicut in medio Græciæ Delphi similiter dicti orbis umbilicus. Neque est quod quemquam moveant + Dantis + argumenta, quibus probare nititur, Imperatori jus tale competere, + quia id humano generi expediat. Nam commoda, quæ adfert, suis compensantur incommodis. Ut enim navis aliqua ad eam magnitudinem pervenire potest, quæ regi nequeat, sic & hominum numerus, & locorum distantia tanta esse, + ut unum regimen non ferat.

2. Deinde vero, + concessio, hoc expedire, * jus imperii non sequitur, ut quod + nisi ex consensu, aut pœna nasci nequit. Ne in omnia quidem, quæ olim fuere populi Romani, + Imperator Romanus jus nunc habet: + multa enim ut bello quæsitæ, ita bello amissa sunt; + alia pactionibus, + alia derelictione q in aliarum gentium, aut regum jus transferunt. Quædam etiam civitates olim plane subditæ, + postea tantum ex parte subditæ, aut tantum + inæqualiter federatæ esse cœperunt. Nam + omnes hi modi aut amittendi, aut mutandi juris, non minus adversus Rom. Imperatorem, quam adversus alios valent.

+ XIV. E. Sed & + Ecclesiæ jus fuerunt x qui adferrent etiam in (ff) populos ignotæ hæctenus partis terrarum, cum tamen ipse Paulus apostolus aperte dixerit, + eos, qui extra Christianismum sunt, judicandi sibi jus non esse. τὶ γὰρ μοι τοὺς ἕξω κρίνειν; I Cor. V, 12. Et quod jus Apostolis judicandi competiit, quamquam + etiam ad res + terrenas suo modo pertinebat,

G R O T I I.

° Judæa sæpe veniat nomine τῆς οἰκουμενῆς] Hieronymus: nomen terræ, etiam cum additur particula omnis, restringi debet ad eam regionem, de qua sermo est. [Vide Palæstinum Eruditissimi R. LANDI, nuper cum summo Reip. literariæ damno his terris erepti, Lib. 1. Cap. 5. ubi & testimonia Veterum referuntur de Hierosolyma in medio Terræ sita. J. B.]

p Id est in medio Judææ] Discas hoc ex Josephi lib. III. belli judaici, (cap. 3. §. 5. divis. Hudson.)

q In aliarum gentium, aut regum jus transferunt] Exemplum sume in Hispania, de qua vide Gomezium in §. fuerat. num. 5. de actionibus. Panormitanum in c. venerabilem. col. 9. de electione. Jasonem in l. cunctos populos, 1. col. 2. Cod. de Summa Trinitate. Menochium conf. 11, num. 102. Cardinalem Trischum practicarum conclusionum 345. §. rex Hispaniæ. Molinaum in conf. Parif. in pr. num. 20. Cassanum de gloria Mundi parte V, confid. 28. Azorium institutionum moralium lib. II. c. 5. p. 2.

G R O N O V I I.

33 Οἰκουμενῆς] Sic orbis terrarum pro impe-

rio Alexandri. Justin. 17, 1. pro Græcia eidem. 42, 2.

34 Orbis umbilicus] Cicero 2, divin. 56. Ovidius 10, 168. Livius 41, 23.

35 Ut unum regimen] Ideo Augustus, libello post mortem ejus in senatu lecto, addiderat consilium coercendi intra terminos imperii, Tacit. 1. ann. 11. Sic Florus optat pop. Rom. Sicilia, & Africa contentum fuisse, aut etiam his carentem, sola in Italia regnare maluisse, quam eo magnitudinis excrefcere, ut viribus suis conficeretur. Flor. 3, 12.

36 Nisi ex consensu, aut pœna] 2, §. 1.

37 Ecclesiæ jus] Alludit eo, quod Alexander VI. Papa divisit inter Lusitaniz, & Castellæ reges, bello subigendos Indos (A. C. 1494.) Pæjus, quod etiam jus sibi tribuit transferendi regna, siquis ambitioni Paparum adversetur. Sic Julius II. regnum Navarræ, quod ad Joannem Albretem pertinebat, quia se ille Ludovico XI. regi Galliarum adversus Papam, & Hispanos junxerat, donavit Ferdinando Arragonensi A. C. 1512.

38 Terrenas suo modo] Quatenus eas communes faciebant primi Christiani.

(ff) Confer hæc Opus Auctoris nostri De Imperio Summarum Potestatum circa Sacra, Cap. IV. J. B.

M m m 2

G R O.

bat, + erat tamen ³⁹ celestis, ut ita dicam, non terrestris ingenii, exercendum scilicet + non per arma, & flagra, sed + per verbum Dei generaliter propositum, & ad circumstantias peculiare aptatum, + per ⁴⁰ sigillorum divinæ gratiæ exhibitionem, aut negationem, prout cuique conducirer: postremo loco etiam + per vindictam non naturalem, sed natura ipsa superiorum, ac proinde a Deo procedentem: qualis in ⁷ Anania, ⁸ Elyma, ⁹ Hy-menæo, & aliis apparuit.

y Añ.
XXIII. 2.
z ib. XIII.
3.

a II Ti.
moth. II. 17.
b Job.

XVIII, 36.
Vid. Petr.
Dam. LII.
epist. 9. &
Bern. epist.
A21.

c Tractat.
CXV. B. 2.

d Añ. Ap.
Tom. IV.
pag. 626.

hom. III.
ep. ad Tit.
(p. 385.)
hom. I. ep.
I. ad Theff.
hom. II.
p. 168, 169.
de sacerdot.
Lib. II.

2. Christus ipse, + a quo omnis potestas Ecclesiastica fluxit, & cujus vita + exemplar est Ecclesiæ, ⁴¹ qua talis est, propositum, + negavit ^b, regnum suum esse de hoc mundo, + hoc est, ejus naturæ, cujus sunt cætera regna: addens, + alioqui futurum fuisse ut more aliorum regum opera militum uteretur. Nunc vero etiam si legiones voluisset poscere, + poposcisset non hominum, sed Angelorum. Matth. XXVI, 53. Et quicquid fecit pro jure suæ potestatis, + id fecit non humana, sed divina virtute, + etiam tum, cum nundinatores e templo ejecit. Flagrum enim tum quoque + divinæ iræ ⁴² erat signum, non instrumentum; + ut alias sputum, & oleum, ^c signum medendi, non remedium. + Augustinus ad indicatum Johannis locum: ^c *Audite ergo*

Judæi, & gentes: audi circumcisio: audi præputium: audite omnia regna terræ: non impedio dominationem vestram in hoc mundo: regnum meum non est de hoc mundo. Nolite metuere mesu vanissimo, quo Herodes ille major, cum Christus natus nuntiaretur, expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis, quam irascendo crudelior. Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? venite ad regnum, quod non est de hoc mundo: venite credendo, & nolite sevire metuendo.

3. Episcopo inter cætera interdicit Paulus, + ne ⁴³ percussor sit, I Tim. III, 2. *ἀνάγκη κρατεῖν, imperare* ⁴⁴ *imposita necessitate*, ea scilicet, quæ ex humana vi proficiscitur, regum esse, non episcoporum, ^d dixit ^d Chrysofomus.

Et

G R O T I I.

r *Signum medendi*] Bene hoc explicat *Abulensis* ad Matth. IX.

s *Non impedio dominationem vestram in hoc mundo*] *Hilarius Arelatensis*: non enim ad hoc venerat Christus ut alienam invaderet gloriam, sed ut suam donaret: non ut regnum terre præteret, sed ut celeste conferret.

G R O N O V I I.

39 *Celestis*] Supra humanum modum, quale visum in Apostolis divino instinctu.

40 *Sigillorum divina gratia negationem*] Ut fiebat excommunicatis.

41 *Qua talis*] Potest referri & ad vitam Christi, & ad ecclesiam. Si voluit illud, significat, quatenus est imitabilis, non miraculosa, & quatenus edidit exempla recte vivendi hominibus, non argumenta divinæ cum humana conjunctæ naturæ. Si alterum, quatenus ecclesia est, seu cætus hominum verum Deum in Christo recte

colentium; non, ut hostile plurimum accipitur, pro dominatu in terras, & populos, ipsosque reges.

42 *Erat signum*] Flagro utebatur, non quasi hæcenus tantum puniret, sed ut ostenderet, se graviter puniendum profanationem ædis suæ.

43 *Percussor*] Πληκτής, qui plagas intentet, aut jus habeat virgarum, vel falcium.

44 *Imposita necessitate*] Cum jure coercendi carere, vinculis, mulctis, supplicio.

G R O T I I.

t *Dixit Chrysofomus*] Verba ejus sunt de sacerdotio libro II. (Tom. VI. pag. 90. Edit. Savvii.) *μήλις α μὲν ἐν τοῖς χριστιανοῖς ἀκἀφεῖται πρὸς βίαν ἐπακορῶν τὰ τῶν ἀμικρατονόντων πλάσματα ἀλλ' οἱ μὲν ἐξῆθεν δικαῖαι τὰς κακῆρας, ὅταν ὑπὸ τοῖς νόμοις λάβωσι, πολλὴν ἐπιδείκνυνται τὴν ἐυσίαν, καὶ ἀκοντες τοῖς τρῶποις κωλύει χρῆσθαι τοῖς αὐτῶν. ἐνταῦθα δὲ ἡ βία βέβαιον, ἀλλὰ πειθόντων δὲ ποιῶν ἀμείνων τὸν τριούτον ὅτι γὰρ ἡμῖν ἐξουσία τοιαύτη παρὰ τῶν νόμων δίδεται πρὸς τὸ κωλύει*

Et alibi: *non est nobis data potestas ut auctoritate* ⁴⁵ *sententia* (talis scilicet , quæ jus exsequendi per manum regiam , aut militarem , u aut juris qualiscunque humani ademptionem in se contineat) *cohibeamus homines a delictis* : & episcopum officio suo fungi , ait , *οὐ βιάζόμενοι , ἀλλὰ πείθοντα* , non cogendo , sed suadendo . Et ex his quidem satis apparet , ⁴⁶ episcopos , ⁴⁶ quales sunt , jus regnandi in homines humano more nullum habere . x Hieronymus regem , & episcopum comparans : *ille nolentibus præest , hic volentibus* .

4. An vero reges ipsi + iis , qui Christianam religionem rejiciunt , arma , quasi poenæ nomine , inferre possint , supra capite de poenis a nobis disquisitum est quantum instituto sufficit .

XV. Hoc quoque monebo non frustra , sed quia veteribus recentia conferens magnum malum , ni caveatur , prævideo , justam belli causam non dare

τὸς ἀμαρτανόνας ἔτε , εἰ καὶ ἰδίοτο , εἴχομεν ἐπε καὶ χρῆσώμεθα τῇ δυνάμει , ἢ τὸς ἀνάγκη τῆς κακίας , ἀλλὰ τὸς προαιρείει ταύτης ἀπεχομένους ἐφαινοῦντ' ὃ τῷ Θεῷ . δια τῆρ πολλῆς χρεῖα τῆς μηχανῆς ἐν πειθῶσιν ἰκόντες ἑαυτῶς ὑπάρχειν τοῖς παρὰ τῶν ἱερῶν θεραπειῶν οἱ κἀνοντες ὀννιαν μαζιμε Christianis non licet vi castigare fontium delicta . Seculi quidem judices , ubi maleficos sub legum potestatem nacti sunt , multum potestatis jus exercent , & invidios quomvis prohibent ex suo ingenio vivere . At apud nos non cogendo , sed suadendo id agendum est , ut qui ejusmodi sit , melior evadat . Neque enim nobis a legibus ad coercendos peccatores potestatis jus datum est , & si datum maxime esset , locus non esset jurii ejus exercendi , cum Deus coronet non eos , qui necessitate , sed qui voluntate libera a malo abstinant : quare multo labore opus ut persuadeantur morbidi sponte sua se præbere sacerdotali curationi . Et mox : (Pag. 10.) ἢ γὰρ ἐκείνου πρὸς βίαν ἔστιν , ἠδὲ ἀναγκάσαι φέρεται neque enim qui a fide aberrat vi pertrahi , immo neo auctu compelli potest . Idem ad Ephes. IV. εἰς διδασκαλίαν λόγου προεχειροδημεν , ἕκ εἰς ἀρχὴν , ἠδὲ εἰς αὐθεντίαν , συμβῶλων ταῖς ἐπιτέχομεν παραινῶσιν . ὁ συμβαλεῶν λέγει τὰ περὶ ἑαυτῆ , ἕκ ἀναγκάσων τὸν ἀκροατὴν , ἀλλ' αὐτὸν ἀφίησι τῆς τῶν λεγομένων αἰετῶσας κύριον . ad docendos vero homines constituti sumus , non ad imperium , non ad exercitium potestatis . Consiliariorum locum obtinemus suadentium ; qui consilium dat , de suo dicit , auditorem non cogit , sed liberam ei relinquit electionem circa ea , quæ dicuntur . (Tom. III. pag. 323.) Ambrosiu libro II. de Cain , & Abel c. 4. Sacerdos quidem officium suum exhibet , at nullius potestatis jura exercet . Citatur c. verbum , de poenitentia distinct. 1. (Cap. 51.)

u Aut jurii qualiscunque humani ademptionem] Ad reges enim , non ad ecclesiam pertinet judicare de feudis . c. novit 18. de judiciis : de possessionibus . c. causam quæ inter 7. qui filii sint legitimi . Reges enim superiorem in temporalibus minime recognoscunt . c. per venerabilem , 13. cod.

tit. Christus voluit ut Christiani Imperatores prae vita aeterna Pontificibus indigerent , & Pontifices pro cursu temporalium rerum imperialibus legibus uterentur , quatenus spiritualis actio a carnalibus distaret incurribus , & Dea militans minime secularibus negotiis se implicaret . c. quoniam , 8. distinct. X. & c. cum ad verum , 6. distinct. XCVI. unde aliena non sunt quæ libro primo sunt posita , c. 11. §. ultimo , num. 8. ex secundo , & octuagesimo canone eorum , qui apostolici dicuntur , & quæ in eam rem ibi plura in textu , notisque afferuntur .

x Hieronymus] Idem in epitaphio Nepotiani : *minus licet episcopo , quam regi . Ille enim nolentibus præest : hic volentibus . Ille terrori subjicit , hic servituti donatur .* (Tom. I. p. 25. Edit. Basil.) Cassiodorus lib. XI. in epistola ad episcopos . (Ep. 3.) *episcopus doceat , ne judex possit invenire quod puniat .* Fredericus primus Imperator apud Guntherum Ligurino de Pontifice : (Lib. VI. vers. 362 , 363.)

Ecclesiam regat ille suam , divinaque jura Temperet : imperium nobis , fascesque relinquat .

Suenonem Danicæ regem excommunicatum cum Roschildensis episcopus Wilhelmus ab ingressu ecclesie oppositu baculi pastoralis arceret , & regii capulis admoverent manum , fecit quod episcopi erat , & cervicem porrexerat . (Vide Saxonem Grammatic. Lib. XI. pag. 189 , 190.) Adde quæ supra habuimus libro I. c. 5 .

GRONOVII.

45 Sententia] Quasi pronuntiatæ pro tribunali .

46 Quæ tales sunt] Tanquam concederet habere , quatenus concessione regum , aut populorum etiam sunt principes . Quæ sunt episcopi tantum , non etiam domini regionum , & gentium , quod nunc plerisque locis cum episcopatu conjunctum est .

dare ⁷ + spem conceptam ex aliqua divinorum vaticiniorum explicatione. Nam præterquam quod ² quæ nondum impleta sunt oracula interpretari certo vix contingit sine prophetico spiritu, + etiam rerum certarum latere nos possunt tempora. Ac postremo + prædictio, + nisi expressum adfit Dei mandatum, jus nullum dat, cum Deus, quæ prædixit, sæpe + per improbos homines, aut pravas actiones. ad exitum ire permittat.

XVI. Illud quoque sciendum est, si quis quid debet, ⁴⁸ + non ex justitia propria, sed ex virtute alia, puta liberalitate, gratia, misericordia, dilectione, + id sicut in foro exigi non potest, ita nec armis deposci. Nam ad + utrumque horum non sufficit, ut id, quod postulatur, + sit ⁴⁹ ex morali ratione faciendum, + sed præterea opus est in nobis jus quoddam sit ad illud, + quale jus interdum leges divinæ, & humanæ dant etiam circa ⁵⁰ debita aliarum virtutum; quod cum sit, + nova tunc debendi ratio accedit, quæ jam ad justitiam pertinet. + Id cum deest, + injustum ex hac causa bellum

G R O T I I.

⁷ Spem conceptam ex aliquo divinorum vaticiniorum explicatione] Vide de Theodoro quodam, Gratiani tempore, *Zozimum* (Lib. IV. cap. 13.) & *Annumianum Marcellinum* (Lib. XXIX. c. 1.) de Joanne Cappadoce *Procopium Perficorum II.* (Cap. ult.) & *Leucclavium historix Turcicæ lib. XVIII.*

² Quæ nondum impleta sunt oracula interpretari certo vix contingit sine prophetico spiritu] Clausi enim, obsignatique sunt libri prophetici ad præfixitum usque tempus, ita ut intelligi nequeant, *Danielis XII, 4. 8. 9.* Hieronymus ad *Danicilem* (Tom. V. p. 606. B.) *si propheta audivit, & non intellexit, quid facient hi, qui signatum librum, & usque ad tempus consummationis multis obsecrationibus involutum præsumptione mentis edisserunt?* *Procopium Gotthicorum I.* (Cap. 24.) τῶν γὰρ Σιβύλλης λόγων τὴν διάνοιαν πρὸ τῆς ἔργου ἐξουσίαν ἀνδρώπων εἶναι ἀδύνατα εἶναι. *Sibyllinorum oraculorum sensum ante rei eventum invenire, existimo supra hominem esse.* *MoX: ταῦτα τε ἀδύνατα εἶναι ἀνδρώπων ὁσαῦν πρὸ τῆς ἔργου τῶν Σιβύλλης λόγων ζυνεῖναι, ἢν μὴ καὶ ὁ χρόνος αὐτὸς ἐκβάλῃ. ἢδὴ τῶν πρὸ γράμματος, καὶ τῶν λόγων εἰς πείραν ἐλθόντων, ἀκρίβης τῆς ἔργου ἱερμνευτῆς γένηται. fieri nequit, ut homo qualiscumque ante exitum Sibyllina oracula intelligat, sed expectandum, donec ipsa dies, re jam consummata, & verbis experiendo comprobatis, certa sit carminum interpres.* *Gregoras libro V.* ἀλλ' ὡσπερ καὶ τ' ἄλλα τῶν χρησιμωδουμένων δυσίκανα εἶναι καὶ δυσζυμβολα καὶ πλείστας δεχόμενα τὰς ἀνελίξεις καὶ ἀναπτύξεις μέχρις αὐτῆς ἐκβάσεως. ἢτως καὶ εἶπεν ὁ χρησμός ἐπὶ τὰς πλείστας, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον μέχρις αὐτῆς τελείης, ὡς εἰρήσεται. ἐξ ἀνδρώπων δὲ αὐτῶν γενόμενος, αὐτὸς ἐαυτὸν ὁ χρησμός διεσάφησεν. sicut & prædictiones aliæ difficillimæ conjectu, interpretatae sunt, quod & multa habeant involucria, &

explicationes recipiant multas: ita & hoc oraculum decepit omnes, ipsumque Imperatorem, quamdiu ἐπιβίωτο mansit. Eo autem erepto rebus humanis, ipsum semet oraculum hominibus aperuit. (Pag. 67. Edit. Genevens.) Cavete vobis nimis audaces theologii: cavete vobis a nimis audacibus-theologis politici. Dignus qui inspicatur locus apud *Thuanum* libro LXXIX, in anno MDLXXXIII. de *Jacobo Brocardo.*

G R O N O V I I.

⁴⁷ Spem conceptam] Ut *Judæi*, quum antiquis sacerdotum literis contineretur fore, ut valesceret oriens, & *Judæa* profecta rerum potestatis, (quod de *Messia* verum erat; de *Vespasiano* interpretabantur *Romani*) sibi tantam magnitudinem fatorum velut ex oraculo spondebant. *Tacit. 5. hist. 13.* Sic *Carolus VIII. Galliarum rex* ad *Ncapolitanam* expeditionem inflammatus est, quod pervaserat in vulgus ex antiquis vatum carminibus fama, *Carolo* maximum totius orbis imperium portendi, & mathematicorum responsis fatum esse, illum occidentis simul, & orientis imperium nascisci. *Jovius lib. I. histor. p. 11.* Et nostro fuere tempore bellicosi reges, qui sperarent se *Babylonam* subversuros, quod nummo signato *Ludovicus XI* promisit. (Adde *JUL. PAULI Recept. Sentent. Lib. V. Tit. 21. §. 1.* ibique *Eruditissimum SCHULTINGIUM J. B.*)

⁴⁸ Non ex justitia propria] Quod nisi prætet, sit injustus, ac legibus reus, ex ea, quæ in contractibus observatur.

⁴⁹ Ex morali ratione] Decens, honestum, officium, justitiæ διακρητικῆς opus.

⁵⁰ Debita aliarum] Ut pietatis, & obsequii liberorum erga parentes, officii parentum in testamento erga liberos.

G R O T I I.

bellum eſt, ut ¹ Romanorum in ² regem Cypri tanquam ingratum. + Nam qui beneficium dedit, nullum habet jus ad repocendam gratiam: + alioqui contractus eſſet, non beneficium.

XVII. 1. Notandum, & hoc ſæpe accidere, * ut bello cauſa quidem juſta ſubſit, + ſed vitium actioni accedat ex animo agentis: ſive quod aliud quiddam, non illicitum per ſe, magis, & principalius animum movet, quam jus ipſum, puta ³ honoris ſtudium, + aut utilitas aliqua, ſive privata, ſive publica, quæ ex bello ipſo ſeorſim a cauſa ſua juſtifica conſiderato expectatur: + ſive quod adeſt affectus plane illicitus, ut gaudium acquieſcentis in malo alieno + ſine boni reſpectu. Sic Ariſtides *f* de ſocietate ſecunda, + Phocenſes, ait, merito periſſe, + at non bene feciſſe Philippum cum eos perderet, quippe non religioni ſtudentem, quod præfererat, ſed augendo imperio.

2. Una, & ea vetus cauſa bellandi eſt, inquit & + Salluſtius, profunda cupiditas imperii, & divitiarum. Aurum, & opes, præcipue bellorum cauſa, apud Tacitum; & in i tragœdia:

*Rupere fœdus impius lucri furor,
Et ira præceps.*

Quo & Auguſtini illud recte referas 1: nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, implacatus, & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure culpantur.

3. Sed hæc, ubi cauſa juſtifica non deeſt, ¹ + peccatum quidem arguunt, + ipſum tamen bellum proprie injuſtum non faciunt: + unde nec ex tali bello reſtitutio debetur,

GROTII.

¹ Honoris ſtudium] Quod vitium maxime nobis virtutis quadam imagine blanditur. Sed recte monet Auguſtinus libro III, de Civitate Dei cap. 14. Satius eſſe, cuiuſlibet inertia panas luere, quam illorum armorum gloriam quæſere. Repete quæ ex Agathia ſupra poſuimus hic ad §. 3. (Sed in illis locis bella arguuntur per ſe injuſta. J. B.)

GRONOVII.

⁵¹ Romanorum] Immo ſeſſeſſimi hominũ

P. Clodii, ringentibus omnibus bonis, plebem inſtigantis. Cic. pro Sext. 26.

⁵² Regem Cypri] Ptolemaum Flor. 3, 9. Plutarchus in vita Catonis. (Adde STRABONEM, Geogr. Lib. XIV. pag. 634. Ed. Pariſ. ubi cauſa ingrati animi diſerte exprimitur. J. B.)

⁵³ Honoris ſtudium] Ut quum Antigonus divulgavit, ſe Olympiadis a Caſſandro interfectæ mortem ultum ire, & Alexandri regis ſui filium obſidione Amphipolitana liberare. Juſt. 15, 1. qui revera omne imperium Alexandri affectaret.

e Viſt. de Jure bell. n. 2. f Tom. II p. 256, 257 g Fragm. IV, 3. Ed. Waſſ. h Hiſt. IV, 74. i Seneca Hippol. verſ. 540 k Contra Faustum ib. XXI, l. 74. l Cocarr. d. P. 2. in c. Pecc. §. 9. n. 2. Cajet. 2, 2. q. 40. art. 1. Silv. verb. bellum n. 2. Summa Ang. verb. bellum n. 5. Sum. Roſ. ib. n. 3. & 8. Tb. 2. 2. 66. 8.

HENRICI DE COCCEII
 COMMENTARIUS
 I N
 HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XXI.

NON opus fuisset speciatim exponere causas belli injustas : nam positis principiis causarum iustarum, ex natura oppositorum injustæ sufficienter cognosci possunt, uti ipse fatetur Auctor §. 4.

Additio.

„ Auctor discrimen inter causas iustificas
 „ & suasorias, exponit in §. 1. 2. 3. & 4.
 „ hisque expositis ordine recenset causas
 „ belli injustas : bellumque justum non esse,
 „ ait 1°. ob metum vicinæ potentia, §. 5 :
 „ 2°. ob matrimonii negationem, §. 6 :
 „ 3°. ob solam utilitatem, §. 7 : 4°. ob
 „ necessitatem mutandi sedes, §. 8 : 5°. ob
 „ inventionem terrarum ignotarum, §. 9. &
 „ 10 : 6°. ob cupiditatem pristinæ libertatis,
 „ §. 11 : 7°. ob stupiditatem, §. 12 :
 „ 8°. ob dominium orbis, quod Imperatores
 „ Romani præterdunt, §. 13 : 9°. ob
 „ concessionem Papæ, & Romanæ Eccle-
 „ siæ, §. 14 : 10°. ob vaticinia, §. 15 :
 „ 11°. ob id, quod ex virtute debetur.
 „ §. 16.

A D §. I.

CUM de causis, &c.] „ Ex quibus, nimirum, bellum licite geri possit.

Causas alias esse iustificas, alias suasorias] Causas suasorias varias hic affert, cupidinem gloriæ, divitiarum, imperii, metum vicinæ potentia, &c. *Vid.* §. 1. Aliquando autem, ait, bella geri ex causa nec suasoria, nec iustificata, sed quia motu naturali quis ad pericula, & bella fertur. *Vid.* §. 2. Tandem addit, plerosque causas iustificas

non curare, *vid.* §. 3 ; alios causas quasi iustificas afferre, quæ tales non sunt, *vid.* §. 4 : & harum catalogum recenset in §. 5. *seq.*

Cæterum, supra l. 2. c. 1. §. 1. diximus, causas belli *iustificas* esse, quibus pars contendit, jure bellum geri, licet ex iis ad bellum gerendum non moveatur : atque hinc bellum justum esse potest etli causa movens sit vitiosa. *Vid.* §. f. b. c. *Suasoria* sunt, quibus pars expendit an utile sit. *Priores* ad jus, *posteriores* ad rationes politicas pertinent. *Illas* solas allegare, *has* vero occultare solent bellum gerentes.

Illas vocat *προδοτικæ*, quia palam proferrî solent, *has* generis nomine *αιρίας*], . *Προδοτικæ* sunt prætextus, quia scilicet bellum gerentes magis ad bellum moveri solent ex causis utilitatis, quas occultant, quam ex illis, quas prætexere solent.

Titulum dixit aliquoties Livius] Titulus nihil aliud est, quam causa, cujus vi, ac potestate jus alicui acquiritur, & competere dicitur. Unde tituli dominii translativi sunt causæ, seu negotia illa, quibus dominium transfertur ; sicut venditio, donatio, solutio, usucapio, permutatio, legatum, &c. Uti e contrario alii tituli, seu causæ sunt, ex quibus non dominium, sed usus tantum, vel custodia, aut simile quid transfertur ; uti commodatum, depositum, &c.

Dicitur autem titulus a tuendo, teste Varrone : quia factum auctoris, & jus indatum, titulus tuetur ; quasi titulus : nam ita promiscue ea olim scribebantur ; uti *maximum*, *optimum*, & *maximum optimum* scribebant.

bebant. Unde milites olim tituli dicti sunt. Festo auctore, quia tuendæ civitati assumuntur: & Titus militem significabat; ut apud Pers. Sat. 1. v. 20.

Ingentes trepidare Titos, &c.

Atque ita jus omne a titulo, vel causa sua æstimatur, atque defenditur. *Vid. Disp. nostra de Titul. & commend. differentia §. 4. & §. 5.*

Livius] „ Item *Justinus* l. 5. c. 1. & „ *Curtius* l. 7. c. 5.

2 *In bello Alexandri*] „ *Curt.* l. 2. c. 2. Cui accedebat] „ Ipse causas has allegat d. c. 2. & *Supplem. Freinsb.*

Ex Xenophontis] „ *Xenoph.* l. 2. seq. *Agesilai*] „ *Plutarch. in Agesil.* c. 8. seq. *Belli Punici secundi*] „ *Polyb.* l. 2. c. 5. & §. 6.

Obtentum] „ i. e. Prætextum, seu causam justificam, quam allegabant.

Ad se trajedurum esse incendium] „ Adeoque causa suasoria ibi erat metus vicinæ potentæ; causa justificam, quod bellum fociis inferretur. d. c. 30.

Barcylia] „ Bœotorum præfecti, *Liv.* l. 33. c. 13. quem occiderunt Romani, *ibid.* c. 14. & l. 35. c. 47. l. 36. c. 6.

Et alia quedam] „ Scilicet bellum a Quintio Coronæ propter Romanorum militum cædes illatum. *Liv.* l. 36. c. 6.

Revera quod ex labente Romanorum disciplina spem magnam concepisset] „ Non de Romanorum, sed de Thebanorum disciplina loquitur. *Vid. Tesm. b. Livius* l. 36. 6.

A D §. II.

Neutro causarum genere] „ Nec ob causas justificas, nec ob suasorias.

Periculorum, ut Tacitus loquitur, propter ipsa avidi] „ *Vid. Gron. b. Adde Liv.*

„ l. 10. c. 31. *Justin.* 2. Priolus de Anna Borbonia, Longavillæ uxore, ait: *Turbida gratuito, ex motu nihil sperare præter motum. Tesm. b.*

Horum vitium humanum modum excedit] „ Prædones hi sunt, & prædonum jure habendi.

Nemo ad humanum sanguinem] „ Nam seposita ratione, instinctus naturæ genus **Tom. III.**

„ a suo congenerere tutum reddit. *Vid. proleg. §. 6.*

A D §. III.

CAUSAS suasorias habent, aut sine justificis] „ Tunc latrocinia sunt, non bella.

„ *Vid. L. 2. c. 1. §. 1. n. 3. l. 3. c. 16. §. 1. Aut cum justificis*] „ Nam supra dictum

„ est, non semper inchoari bellum ob injuriam illatam, sed eam sæpius dissimulari, forte quod rationes politicæ dissuadeant.

Sunt qui justificas plane non curant] „ Hos prædones esse, Auctor ait, & merito.

Qui rogatus de possidendi causa, nullam aliam adfert, nisi quod possideat] „ Hoc

„ verum est si domino rei id opponitur. „ *L. 11. §. f. l. 12. l. 13. pr. ff. De hered.*

„ *pet.* At aliud dicendum si is, qui dominum non est, nec antiquiorem possessionem docet, de possidendi causa pos-

„ sessorem rogat; hoc enim casu prædo quoque hoc ipso, quod possidet, plus

„ juris habet, quam is, qui non possidet l. 2. ff. *uti possid. l. 3. §. 5. ff. de*

„ *Acq. poss.* Quod verum esse, naturæ quoque rationibus alibi probavimus. *Vid.*

„ *Diff. proæm. XII. §. 597. n. 5. Qui omnia dicebat esse validiorum*] „ Si-

„ milia late cumulavit Auctor *in proleg.* „ §. 3. 19. 24. 25. 26.

Hæc acies victum factura nocentem est] „ Hoc effatum æque pertinet ad eos, qui

„ justo bello invicem pugnant, & utrinque causam justificam allegant: cum enim

„ judex hic non sit, per ultimam demum victoriam deciditur quis nocens sit. *Vid.*

„ *Proleg. §. 28. & l. 2. c. 1. §. 17. & 18. Id in summa fortuna æquius, quod validius*] „ Allegavit id Auctor *in proleg. §. 3.*

„ & desumptum est ex Tacito *Ann. 15. c. 1. Augustini*] „ Similia habet contra Fau-

„ stum. 22. c. 74.

A D §. IV.

Quæ expensæ ad rectam rationem injustæ reperiuntur] „ Et quarum catalogum

„ hoc capite exhibet. *Tanquam numis uti*] „ Quibus comparatur id, quod utile nobis est.

N n n Co.

Cognosci aliquatenus potest ex justis causis, quas hactenus explicavimus] Omnes enim causæ, quæ non tendunt ad reparationem juris nostri, injustæ sunt.

Additio.

„ Auctor causas, ex quibus bellum juste geri potest, oriri, dixit, vel ex injuria non facta, vel ex facta. Ex injuria facta dari, ait, actionem ut vel reparetur, vel puniatur: reparationem autem spectare aut id, quod nostrum est, vel fuit, unde vindicationes deducit; aut id, quod nobis debetur sive ex pactione, sive ex maleficio. Vid. supra l. 2. c. 1. §. 2. ibique not.
 „ Rectum enim obliqui est index, &c.]
 „ Injustum igitur esse, ait, quicquid justum non est. Vid. supr. l. 1. c. 1. §. 3. n. 1.

A D §. V.

1 METUM ex vicina potentia non sufficere, supra diximus] „ L. 2. c. 1. §. 2. n. 1. §. 17. Jus enim belli 1. oritur ex injuria facta. Ubi igitur metus saltem est injuriæ, ibi nondum est facta, adeoque nec bello vindicari poterit. Sane, non sequitur, nocere potest, ergo nociturus est. Cessat ergo 2. defensio juris nostri necessaria, seu reparatio injuriæ, in qua tota ratio belli consistit: frustra enim quis se defendit, ubi nemo est qui aggredditur; & frustra reparatio petitur, ubi nihil nobis ablatum, nec jus nostrum læsum est. Negari 3. nequit, unicuique jus competere suam augendi potestatem: hoc jus qui turbat, injuriam facit; invidia hæc est, non defensio. Unde merito Themistocles castigat Athenienses, quod tutiores se reddere velint potius in aliorum debilitate, quam sua virtute. Corn. Nep. in Themist. Et Dionysius egregie ait; si quas in futurum timetis injurias, iram quoque oportet servare in illa tempora, l. 2. c. 27. Conf. Euripid. in Jon. v. 1300. & in Herc. fur. v. 210. Burgers observ. cent. 1. o. 4. Tesim. b. Exceptiones vidimus supra l. 1. c. 1. §. 17. Sed & de animo] „ Immo nec animus sufficit, quia injuria facta non est, nisi animus in actus quosdam externos deductus sit: de quo late actum est supra c. 20. §. 18. 19. & 39.
 „ En certitudinem, qua in morali materia

locum habet] „ Vid. Gron. b. §. infra c. 23. §. 1.

„ Arcem faciat, aut munitionem] „ Nam suo jure utitur, & de re sua disponit.
 „ Idem est si exercitum conscribit, vel classem colligit.

„ Similia remedia querenda sunt] „ Thuanus l. 10. p. m. 202. ait: Senatui Veneto solent esse arma parare, ubi videt vicinos in armis esse.

„ Lyfimachi in Demetrium] „ Paus. 1. 17. Ubi ita rem refert: Ubi vero Demetrius Antigoni filius regnum adeptus est, ne se ille provocaret metuens, prior contra eum arma movet.

„ Ni alia causa adsuit] „ Alia quoque allegatur a Pausania d. l. nimirum, quod Demetrius in Macedoniam profectus Alexandro Cassandri filio, a quo accersitus fuerat, interemto, ejus regno potitus sit; & tunc addit, probabilem belli causam eum natum esse.

A D §. VI.

Nec utilitas par jus facit cum necessitate] „ Necessaria juris mei defensio sola justa belli causa est. Non ergo sufficit, utile mihi esse bellum gerere; utilitas enim nullum mihi jus tribuit in res alterius: uti late probavi L. 1. c. 1. §. 1. seq. & c. 2. §. 6. & 13. n. 4. Sed nec necessitatem jus belli in res ejus, qui hostis non est, tribuere, alibi demonstravimus.

A D §. VII.

„ QUÆRITUR, an denegatio matrimoniorum sit justa belli causa? Auctor id videtur affirmare si copia matrimoniorum sit restricta, secus si laxa sit. Nos dicimus, bellum ob denegata matrimonia inferri nunquam posse, quia hæc a consensu partium dependent: adeoque unicuique liberum est matrimonia oblata respuere; modo quædam gens non excludatur ex contemptu. Quod latius explicavi supra l. 2. c. 2. §. 21. 22. & 23.

„ Darius in Scythas] „ Alia exempla vide apud Crantz. 1. Dan. 7. Senec. in Herc. Orl. v. 420.

A D

AD §. VIII.

NEC magis mutanda sedis amor] „ Sa-
 „ ne, neminem teneri extraneis fedes con-
 „ cedere, licet inculta sit terra, vidimus
 „ supra l. 2. c. 2. §. 16. & 17.
 „ Quam Germanis veteribus] „ Conf. Gron.
 „ b. Add. Suet. l. 3. §. 4. Liv. 5. 36. Mar-
 „ cell. 3. 1. & 9. 12. Tesein. b.

AD §. IX.

INVENTIONIS titulo] „ Quo usi
 „ sunt Hispani in occupandis Americæ pro-
 „ vincias, quæ tamen occupatæ jam erant:
 „ adeoque non erant res nullius, in qui-
 „ bus folis jus occupandi locum habet.
 „ Etiam si is, qui tenet, sit improbus]
 „ Tunc enim in Deum quidem injuriam
 „ committit: at hominibus jus non aufert;
 „ hi ergo ad reparandum agere non pos-
 „ sunt. Idque verum est etiam si populus
 „ circa religionem in quatuor notiones omni
 „ ævo communes peccet: quicquid dissen-
 „ tiat Auctor supra c. 20. §. 45. n. 1. &
 „ §. 46. n. 1.
 „ Aut hebetis ingenii] „ De quibus vide
 „ §. seq. & supra l. 1. c. 3. §. 8. n. 4.
 „ Nam inventio est eorum, quæ nullius
 „ sunt] „ Quæ enim jam occupata sunt,
 „ non demum inveniuntur, sed jam sunt
 „ inventa; adeoque jus quæsitum est in-
 „ ventori, quod ei auferri nequit. Vid.
 „ l. 2. c. 8. §. 6.

AD §. X.

AUCTOR regulam, quam ante posuit,
 „ ubi stuporem bellum populis inferri non posse,
 „ limitat hoc §. ut si rationis usu destituun-
 „ tur, dominia rerum auferri ipsis possint.
 „ At merito ipse dubitat, tales populos a-
 „ mentes dari. Fabula de ejusmodi populis
 „ inde nata est, quod in populis recenter in-
 „ ventis, cum non potuerint intelligi, & cæ-
 „ teris moribus nobis essent dissimiles, ac fe-
 „ ris propiores, inventores finxerunt, non
 „ habere eas gentes rationis usum, qui in-
 „ ventoribus non apparuit; & ideo prætex-
 „ tum hunc suæ occupationis quæsierunt:
 „ cum tamen certum sit, non sequi, alium

alio esse sapientiore, adeoque & superio-
 „ rem. Cæterum, supra demonstravimus, non
 „ tantum stupidos, sed furiosos quoque do-
 „ minii esse capaces.

Equidem si adeo feræ sunt quædam gen-
 „ tes, ut separatim in antris, ferarum instar,
 „ sine legibus, & absque imperio vivant,
 „ (prout quasdam describit *Becm. Hist. univ.*
 „ c. 9. S. 4. §. 8.) hæ gentes erant extra so-
 „ cietatem humanam, & extra imperium,
 „ quod natura humano generi dedit, quod-
 „ que postea in plura imperia distributum est:
 „ hujusmodi igitur homines redigi ad socie-
 „ tatem hominum potuerunt, etiam si aliter
 „ fieri non possit, constituto ipsis imperio.
 „ Occupari igitur hoc imperium potest, quia
 „ hæcenus eis jus quæsitum non est.

Additio.

„ Recte B. Parens notavit, non dari
 „ gentes omni rationis usu destitutas; nec
 „ si darentur, dominia ipsis jure belli au-
 „ ferri posse. Sed nec admittimus, impe-
 „ rium in ejusmodi gentes, quæ separatim
 „ in antris habitant, ideo quod extra hu-
 „ manam societatem videantur constitutæ,
 „ vi occupari posse. Nam 1. negamus, da-
 „ ri aliquam societatem humanam, ad quam
 „ homines illi redigi debeant: 2. & si da-
 „ retur talis societas, negamus, homines
 „ illos extra illam societatem constitutos
 „ esse; nam homo, qui in deserto vivit,
 „ ideo non est extra jus commune homi-
 „ num positus, licet non sit sub imperio
 „ singulari. 3. Negamus, homines illos si-
 „ ne legibus, & sine imperio esse: nam cum
 „ in familias sint dispersi, pater cujusque
 „ familiæ est rex, & imperator suæ do-
 „ mus; & licet legibus scriptis non utan-
 „ tur, leges tamen naturæ sequuntur. Adeo-
 „ que 4. certum est, jus imperii, quod
 „ etiam hebetis ingenii hominibus in fami-
 „ liam, ejusque membra, res, & jura com-
 „ petit, ac a natura eis quæsitum est, au-
 „ ferri ipsis non posse, nedum rerum do-
 „ minia. Quod pluribus rationibus probavit
 „ Grotius de mari libero c. 2.

Neque ad dominium requiritur aut vir-
 „ tus moralis, aut religiosa, aut intellectus
 „ perfectio] „ Adeoque vitium tale non im-
 „ pedit dominii acquisitionem. Sane, Deus
 „ facultatem occupandi res terræ concessit
 „ toti humano generi, & singulis specia-
 „ tim, adeoque probis æque, ac impro-
 „ bis, & stupidis æque, ac prudentioribus.

„ Jus hoc ex voluntate Dei singulis hominibus concessum nemo auferre prætextu religionis, vel stupiditatis potest, inprimis cum gens in gentem non habeat jus de ejus probitate, aut prudentia iudicandi.

Nisi quod hoc videtur posse defendi] „ Immo nec hoc defendi ulla ratione posse, vidimus *pr. b. §.*

Populi omnino destituti a rationis usu] Tales non dari, ipse fatetur Auctor.

Eos dominium non habere] „ Quod refutavimus supra *l. 2. c. 3. §. 6.* Ubi etiam furiosus jus domini competere, diximus.

Sed ex charitate tantum] „ Cum non dentur gentes omni ratione destitutæ,

frustra quæritur, an nil nisi alimenta eis, debeantur. Adeoque errat Auctor, 1. quod populis stupidis dominium neget, & alimenta eis saltem relinquenda statuat: 2. quod ex charitate eis demum necessaria relinquenda esse putet; quia inde sequeretur, in arbitrio prudentioris esse, num stupidos ejusmodi fame necare velit. Neque enim stupidis fieret injuria, quia ex charitate (juxta hypothesein Auctoris) jus proprium non nascitur.

De sustentatione domini] „ Auctor enim finxit *c. 3. §. 6.* humanum genus in acquirendo dominio sustinere personam infantium, & jus gentium supplere in illis possidendi, ac acceptandi animum: quod refutavimus *ibidem.*

Ad eos populos pertinet, cum quibus est pactorum commercium] „ Dictum jam est, 1. sustentationem illam domini ex jure gentium fabulam esse. Unde 2. frustra asseritur, fictionem hanc saltem pertinere ad eos populos, cum quibus commercium est, cum ad nullos populos pertineat. Sed & 3. falsum est, dari populos, cum quibus non sit pactorum commercium; cum omnibus enim populis jus est commerciorum, idque jure naturali. *Vid. supr. c. 3. §. 6.*

Tales autem non sunt populi, &c. toti amentes] „ Frustra hæc disputantur, cum tales gentes non dentur, fatente ipso Auctore.

2 *Hostes sibi quasi naturaliter dicebant]* „ Adeoque in quos sibi jus belli esset. Hinc extraneus, & hostis, illis sunt synonyma. *Vid. l. 2. c. 15. §. 5. & l. 2. c. 6. §. 14. n. 2. Sallustius de ord. rep. l. 1.*

„ *externa nationes natura nobis sunt hostes;* & Livius ait: *cum barbaris æternum Græcis bellum est, l. 31. c. 29. Conf. Liv. l. 7. c. 30. & l. 8. c. 4.*

Cum de penarum jure ageremus] „ Quam infeliciter Auctor hanc materiam tractaverit, demonstravimus *d. c. 20. §. 38. usque ad fin.* Diximus enim, his peccatis non jus hominum lædi, nec societatem humanam (utpote quæ non existit); sed jus Dei tantum, adeoque huic soli vindictam relinquendam esse.

A D §. X L

QUÆRITUR, an homo, cui libertas ablata est, vel civitas, quæ autonomiam, seu libertatem civilem amisit, armis eam recipere jure possit? Negatur si libertas illa iuste, i. e. legitimo bello, & per ultimam victoriam ablata sit. Autonomia enim amissa civitas illa fit subdita, coque jus belli cessat; & sic esset rebellio subditorum contra superiores.

Sive singulorum] „ Servus, qui iusto bello servus factus est, non potest vi recipere libertatem amissam ex iudicio civitatis, ubi servus est; de quo plenius *l. 3. c. 7. §. 7.*

Sive civitatum, id est, ærovoluta] „ Populus, qui semel sui juris esse desit, (*vid. l. 1. c. 3. §. 12.*) qui autonomiam iusto bello amisit, & non suis, sed alienis legibus vivit, libertatem amissam vi, & armis recipere nequit; uti late exposuimus *l. 2. c. 4. §. 14. Conf. l. 3. c. 9. §. 9.* adeo ut nec postliminio locus sit, *l. 3. c. 9. §. 9. & l. 2. c. 16. §. 4.*

Libertas cum natura competere hominibus, aut populis dicitur] „ Omnes enim homines natura liberi sunt; & civitas quæ naturaliter liberam facultatem disponendi de jure suo habet, adeoque libertatem civilem quoque a natura esse, recte asseritur *l. 4. §. 1. ff. de stat. hom. Conf. supra l. 7. c. 7. §. 1.*

Id intelligendum est de jure natura præcedente omne factum humanum] „ Adeoque antequam facta hominum libertas illa ablata sit. Etsi enim quilibet homo liber nascatur, certum tamen est, jure auferri posse libertatem quibusdam casibus. Nam hæc ipsa est definitio libertatis, quod sit facultas agendi quicquid lubet,

donec

donec vel vi, vel jure prohibeatur, d. l. 4. pr. Libertas igitur, uti alia hominum jura, auferri possunt vel ex propria dispositione, vel vi legitima. Non ut jus habeat ne unquam serviat] Nam jus hoc naturæ vi, vel jure auferri potest; d. l. Neminem natum liberum esse, &c.] Quia potest in servitutem deduci. Nam statim addit: scis & nos nuper servos fuisse. Senec. contr. l. 3. c. 21. p. m. 274. Neminem servum] Quia uti liber volente fortuna potest fieri servus, ita volente & eadem servus potest fieri liber. E lege venisse ut alium esset liber, alius servus] Immo ex naturali ratione id venit; uti alibi probavimus. Conf. l. 4. §. 5. ff. just. & jur. l. 5. §. 1. ff. Stat. hom. Qui legitima causa in servitutem deveniunt] Scilicet, in pœnam, vel ex sua dispositione. Sive civilem] Qua scilicet populo autonomia, seu jus propriis legibus vivendi, aufertur. De quo discrimine late actum est. l. 1. c. 3. §. 12. Vocatus es ad servitutem] i. e. Fortuna te servum fecit.

A D §. XII

ARMIS subigere velle quasi dignos qui serviant] Tales homines non dari, diximus supra l. 1. c. 3. §. 8. n. 4. Sane, ob imprudentiam nemini jus natura questum auferri potest. Vid. supr. §. 10. Philosophi] Auctor hujus sententiæ est Aristoteles. Vid. d. §. 8. n. 4. Non enim si alicui quid est utile, id statim mihi licet ei per vim imponere] Beneficia enim obtrudi nemini possunt. His, qui rationis usum habent] Aliud enim esse, dixit, in iis, qui rationis usum non habent, vid. §. 10; & quales non existere, ipse Auctor fatetur ibid. Libera esse debet utilium, & inutilium electio] Quia nemo jus habet in eorum actiones. Nisi a'teri jus quoddam in eos questum sit] Sive jure belli, sive ex lege superioris. Infantium plane alia ratio] Adeoque infantibus, si quid eis est utile, id per vim imponere licere, statuit. Quorum regimen occupanti, & idoneo,

natura concedit] Nollem tanto viro hæc excidisse. Mens Auctoris hæc est: Infantes ob defectum rationis jure naturali dominii esse incapaces, vid. l. 2. c. 3. §. 6: jus gentium voluntarium autem ob communem utilitatem introduxisse, ut infantes dominia accipere, & retinere possint, d. §. 6. & supra §. 10; & statuisse, ut genus humanum interim sustineat eorum personam, d. §. 6. d. §. 10. & ut e genere humano is præferatur, qui prior regimen occupavit, & qui idoneus est, §. 6. Diximus allegatis locis, jus dominii infantibus non ex jure aliquo gentium voluntario, & quasi genus humanum eorum personam sustineat, sed ex ipsa naturæ ratione competere; etsi administratio ob defectum rationis iis concedi non possit. At hunc defectum ipsa supplet natura per familiam, cujus officium est, membra sua tueri. Vid. l. 2. c. 5. §. 2. seq. Unde in imperiis quoque, ex dispositione populi delatis, proximis agnatis delata tutela naturali jure videtur, d. §. 2. seq. Monstruosa ergo est sententia Auctoris, naturam concedere regimen infantis occupanti idoneo. Quæ non bellorum inde leges? Unusquisque se magis idoneum prædicabit; idque, cum inter gentes concurrentes judex non sit, armis vindicare conabitur.

Cum ipsi jus actionum suarum moderandarum non habeant] Confundit Auctor dominium, & administrationem: illud infantibus quoque natura competit, adeo ut exercere quoque illud, v. g. consumendo res, possint: hæc vero cessat in infante, & natura eam aliis commisit, d. l. 2. c. 5. §. 2. seq.

A D §. XIII

STULTUM esse titulum, quem quidam tribuunt Imperatori Romano, &c.] Recte Auctor refutat eos, qui Imperatori Romano verum imperium in totum terrarum orbem concedunt, adeoque eum jure bellum in omnes gentes gerere posse, statuunt. Sane, Imperatores Romani, qui mundum se dominos dixere, nunquam eo sensu id allegaverunt, quasi actu imperium in terrarum

N n n ;

terrarum orbem habeant, sed per eminentiam: atque ita intelligenda est. *Lex. 9. t. ad leg. Rhod.* Et cum peculiari dissertatione, cui titulus est: *De dominio orbis*, &c. mentem hujus legis explicaverim, caput ejus tertium, & quartum hic inferere licebit. Verba hæc sunt:

NON nostrarum equidem partium est, stare ab immanibus Bartoli ausis, qui in l. Hostes 24. n. 2. & seq. ff. de Capt. postl. ut illum textum componeret cum sacro codice, compulsus se putavit, ut statueret, omnes Reges totius orbis jure quodam subiectos Imperatori Romano, idque & dicendum, & credendum esse; ita ut qui aliter sentiunt, eos præcipiti nimis, & incompetenti iudicio, hæreticos proclamaverit.

Nos ut nihil detractum volumus majestati nominis Romani, ita nec juribus, & dignitati Germaniæ. At enim si causam hanc Bartolo, ipsam quoque victricem Romaniam Romanis, victorem victo subjecimus: & si populi olim Romani imperium in omnia orbis regna fuit, etiam in Germaniam fuisse fatendum erit. Quo fieret, ut nunquam populus Romanus hostem habere, nunquam ulli regno cum populo Romano bellum esse potuisset; cum Bartolo auctore nulla regna libera, sed Romano Imperio obnoxia, atque adeo non hostes Romanis, sed perduelles, nec bella in Romanos fuissent, sed rebelliones. Quæ non alia re efficacius, quam ipso hoc textu refelluntur.

Etenim definitur ibi, quinam jure gentium hostes dicendi sint, ita ut jura, & effectus belli, captivitatis, postliminii, &c. inter eos valeant: scil. liberi populi, qui neque invicem, neque aliis subiecti sunt, adeoque iudicem non habent nisi Martem; uti est populus Romanus, & populi ei similes, qui invicem bellum indicunt, adeoque hactenus pares sunt. Exempla hujusmodi populorum refert Jctus in d. l. 24. Germanos, & Parthos, duos Imperii Romani ab utroque latere, Orientis, & Occidentis, vicinos, eoque perpetuos hostes. Per hunc itaque textum, adeoque ipsius populi Romani iudicio, post Cæsares, Augustos, Tibérios, Germanicos, qui orbis terrarum prope vires in Germaniam, & Belgium converterant, Germani perinde liber populus fuerunt, ac Romani ipsi.

Qua ratione porro labi videtur Bartolus, cum duo adhuc populorum genera refert, quos imperio quidem Romano non parere,

& tamen subesse autumat. Quosdam enim ait, esse populos, qui non parent imperio, quia dicunt id se facere ex privilegio Imperatoris; & in id allegat Venetos, ad d. l. 24. n. 4. Quod nunc mittimus; etsi quam inepta, & frivola ejus ratio sit, quod cum ex privilegio Imperatoris id sit, ille id revocare possit, nemini obscurum esse poterit.

Alios vero esse contendit, qui non parent, quia asserunt, se libertatem habere ex contractu; & hoc refert terras domino Papæ donatas, & Reges Sicilia, Francia, Angliæ, & reliquos ad d. l. 24. n. 6. Enim vero etsi de terris istis, & Sicilia concedimus, Angliæ certe, seu Britannia, ex quo ab Anglo-Saxonibus & Cimbrica Chersoneso occupata fuit, in nullius deinde potestatem pervenit, & nec a Merovingis, nec Carolingis, nec sequentibus tentata fuit. Francia vero Gallica subjugata quidem fuit a Francis Germanis, quibus Imperium Romanum Occidentis deinde accessit; at postea divisionis usque ad Scaldin, Mosam, Ararim, Rhodanum, inde separata, ac sui juris facta est.

Major Bartolo labor est qua ratione Grecos, Tartaros, & Saracenos, in hujus imperii unitatem conciliet; quos, ait, extraneos esse, & suum singulos regem Dominum orbis asserere. Sed brevibus se expedis ad d. l. 24. n. 8. hoc verbo: Parum ad nos, qui foris sunt. Ut adeo in cassum laborare cum Bartolo non lubeat. Conf. §. 15. inf. h. Diss.

Etsi vero Romani Imperii magnitudo plenum, & quasi exundantem illum, ac immodicum dominii orbis sensum non impleat, qui nec cum humani generis conditione satis pacari potest; nihilominus tamen solenni, & eximia quoque ratione, (qua si non Bartolum, at Antoninum sapientissimum, ac pientissimum Imperatorem, ac sacrum omnino codicem plane absolvet) verissime a laudato Antonino dictum est, Imperatorem Romanum esse dominum orbis terrarum.

Etenim certum inprimis est, Romanum Imperium præcipuum totius orbis esse; uti ex Livio l. 1. c. 4. jam produximus illud Romæ maximum secundum Deorum opes, imperium esse. Id vero evidenti hac ratione demonstratur, quoniam tria superiora orbis imperia summa armis vicit; victor autem in omne jus victi succedit, ejusque locum, eminentiam, ac dignitatem, ultima victoria sibi acquirit. Grot. de jure B. & P. l. 3. c. 8.

c. 8. & 15. Unde non tantum prima illius partes erunt si cum reliquis sui avi regnis, sed & si cum superioribus imperiis summis contendatur. Primo enim a Persis subacta, post ejus, & excellentia omnis ad alterum; hoc pariter domito, utriusque majestas ad tertium; & hoc quoque a Romanis superato, omnium in Romanum Imperium confluit: & coaluit.

Accedit, quod priora summa imperia destructa penitus, nec unquam deinde restituta fuere, sed in busta, & tumbas suas evanuerunt, & ruinis suis in perpetuum conspulta nunquam e naufragiis emerferunt.

At Romanum Imperium iterum destructum ita ab alio non fuit, sed adhuc perdurat. Est enim cum barbararum gentium invasionibus quoque diu, nactumque confistauerit, quin & sedes ipsius, Italia, a Gotbis, & Longobardis capta, & totum deinde Occidentis Imperium Francorum, seu Germanorum regum armis, ac virtute victum fuerit; eorum tamen victoriis est occupatum, & populo suo Germanico acquisitum, non tamen destructum, sed e contrario defensum, & restauratum felicissime fuit. Etenim hi piissimi, & vere heroica indole reges Germani Romanum Imperium non Romanis, sed Romanorum hostibus, & invasoribus bellica virtute, ac felicitate abstulerunt, ereptumque iis cum victrice sua Germania, individuo nexu, aeternoque sedere univerunt. Adeo quicquid in reliquis omnibus Imperiis insedit gloria, majestatis, ac eminentia, id omne inde quasi collectum, congregatumque in populum Germanum, & quod ei quasitum est, Imperium Romano-Germanicum, transfusum fuit, atque in ejus visceribus resocillatum gloriosissime revivuit.

Hoc igitur Imperium recte, ac vere dominium orbis dicitur, quod precipuum orbis membrum, atque adeo orbis caput est. Hic enim verus principatus est orbis terrarum, quem gerit princeps terrarum populus: uti in civitatibus precipuum Senatus membrum princeps civitatis, seu princeps Senatus dicitur, qui principatum in civitate gerit, non potestate imperii, quod penes totum Senatum, vel populum fuit, sed auctoritate, & facultate directrice rerum Senatus communium. Atque id proprie Principatus est, quem ita accurate describit Doct. Gronov. ad Grot. de J. B. & P. lib. I. c. 3. §. 10. n. 1. ubi ait: Principatus est

primus dignitate, & auctoritate locus inter jure liberos: adeoque non insert imperium, seu propriam potestatem magistratus, sed dirigendi auctoritatem. Ita Scipio Africanus Principatum Senatus obtinuisse dicitur. Plut. in Scip. Afric. c. 39. Et apud Athenienses Aristides, & Themistocles, de principatu civitatis certasse, Corn. Nep. in Aristide c. 1. quemadmodum & duae illae clarissimae civitates, Athena, & Sparta, de principatu Graeciae acerrimis studiis contendisse, idem in Themistocle c. 6. & Rhodii principatum maris obtinuisse, servantur. Polyb. l. 4. hist. c. 47. Quae Graecia, qua fuit & armorum, & sapientiae eo tempore summa, ac gloria, Princeps orbis terrarum dicta est. Justin. l. 8. c. 4. Et in eodem sensum Pompeius, apud Ciceronem sapius, & Aemilius apud Livium l. 3. c. 1. Princeps civitatis; & alius, princeps gentis Aetolorum, apud eund. l. 34. c. 23. quemadmodum apud Tacitum principes juventutis, &c. Quibus locis omnibus per principatum intelligi patet precipuam in rebus gerendis auctoritatem, & quandam, ut Thucydides l. 1. fol. 64. appellat, ἡγεμονίαν, seu quasi directivam potestatem.

Hujusmodi igitur principes etiam κῆποι, Domini, recte dicuntur, atque ita princeps Romanus, κῆπος τῶ κόσμου, Dominus mundi, in l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. laudatur. Voces enim domini, ac domini, in publicis eandem vim habent, ac principatus, ut primariae auctoritati tribuantur: quemadmodum principes Domini dicuntur etiam ab iis, in quo potestatem non habent. Et solenne Romanis fuit, eos, qui curam habebant ludorum, ac certaminum publicorum, & in factiones distincti erant, dominos factionum dicere, Sueton. in Neron. c. 5; etiam in inscriptionibus publicis, ut in illa Lanuvii, quae refertur ad dictum locum Suetonii in not. Voce enim ea non solum dominium proprietatis, sed & omnium jurium, nec tantum jurisdictionis, sed & cuiusque potestatis diuini. In d. l. 9. igitur dominium mundi est principatus inferiorum mundi, id est caput, seu primarium mundi imperium: de cuius vi, & effectibus deinceps.

Hoc dominium, seu principatus universi, etiam regnum, seu imperium mundi eodem sensu dicitur: quomodo Roma Regina urbium, urbs Venetiarum regina insularum quandoque vocatur. Haec enim verba generatim

valiter cum ad omnem præminentiam singularem referri solent, tum omnem regendi, ac curandi potestatem complexu suo continent. Nam & rex sacrorum erat apud Romanos, Liv. l. 2. cap. 2. Gell. Noct. Att. lib. 15. c. 27. cujus præcipua sacrorum cura; at ab omni alia administratione ipse exclusus fuit, Dionys. Halic. l. 4. c. 79 in f. & lib. 5. cap. 1. in f. ejusque uxor regina dicta fuit, Rosin. Antiq. Rom. lib. 3. c. 25. Atque Spartanor Reges fuere, quibus præcipua bellorum potestas commissa erat ex instituto Lycurgi. Justin. lib. 3. c. 3.

Atque hic orbis principatus, hoc dominium, hoc regnum nemini unquam justius, quam populo Romano vindicatum fuit. Nullum enim a superioribus regibus imperium tanta virtute, tanto justitia, & pietatis studio questum, gestum, munitum, & cultum fuisse, quam Romanum, non poterit inficius ire qui res gestas ejus populi, & bellorum causas evoluerit, & perspectus habuerit. Etenim incredibile dictu est, quanta animorum constantia casus omnes, cladesque pertulerint: quanta fortitudine, ac prudentia, rem labantem restituerint, ac fulserint: quanta sollicitudine caverint, ne quicquam nisi auspiciato, id est peractis ante sacris, nec bella nisi ex justis causis sedulo primum excussis inciperent; ne quid vel in hostem injuria, vel in victoria impotenter, aut immoderate fieret: quam justitia, & aequi, & fidei tenaces: quantum juris & inveniendi, & constituendi, & servandi studium: quam gentes omnes eorum leges reverita fuerint: quanta contentione egerint ut socii incolentes, & populorum, & gentium jura integra, & salva manerent, &c. Quæ omnia ad miraculum usque eximia, & adeo præclara fuere, ut in pauca cogi non possint. Delibatum aliquid est supra c. 2. §. 17. 18. 19. h. Diss. & in orat. nostra inaugurali Trajecti habita. Adde Disp. nostr. 40. Tom. 2. De justo præcliorum exitu. Compendio autem discretissimo ea recenset, ac deprædicat Flor. in hist. Rom. per tot. qui l. 1. c. 18. cum astra, virtutesque hujus populi in bello, quod cum Pyrrho gessit, attigisset, ita concludit: Quis ergo miretur, his moribus, virtute, militia, victorem populum Romanum fuisse. Eodemque loco Pyrrhum ipsum admirandum exclamasse refert: O quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis.

Prodita quidem etiam sunt exempla, quod Romani vel pacem superbe spreverint, vel in bello protervius egerint: sed & pauca illa fuere, & quod argumentum videtur populi Deo cbari, ne impune peccando a virtute, eoque a felicitate sua deficeret, proterviam e vestigio continentibus claudibus, & calamitatibus luere oportuit: uti ad Allium, ad furcas Caudinas, ad Trasimenum Lacum, ad Cannas; & impietatem P. Claudii consulis naufragio classis in mari Siculo.

Huic igitur tanta virtuti frustra cum Bartolo opposueris vel Græcorum Imperium, quod non fuit nisi provincia Romani; vel duo illa Scythica fulmina, Attilam, & Tamerlanem, qui & ipsi victores orbis terrarum post Romanos jaclantur. De Attila enim loquitur Sigebertus ad ann. 804. cum inquit, Avaros, seu Hunnos, victores orbis, perdomitos a Carolo M. fuisse. Tamerlanes vero omni Asia armis peragrata armis, & Bajazethe capto, Europam quoque terrore concussit. Boxhorn. Hist. univ. ad ann. 1378. pag. 891. & seq. Etenim illi prædandi magis more terras percurrerunt, quam bellum imperii promovendi causa gesserunt, & prædonum magis, quam hostium ritu, non tam imperium occuparunt, quam prædas domum retulerunt; & vastitatibus, incendiis, ac cadibus, quam victoriis letiores, scire magis, quam imperare voluisse videntur. Unde uterque Dei flagellum didici sunt, alter Occidentis, alter Orientis. De utroque ipse se maximi Dei iram, ac flagellum professos, tradunt Munster. Cosmog. lib. 3. c. 63. Boxhorn. d. l. p. 895; fuisse sane, certum est. Hos ergo in consensum talium orbis imperiorum, nedum summorum, non referimus: quanquam Hunnos Occidentis invasores a Carolo M. perdomitos, jam ex Sigeberto dictum sit.

Hic igitur imperiorum principatus Romanus indubitato virtute maximorum Germaniarum regum Caroli M. & Ottonis M. Germanis perpetuo fœdere aggregatus est. Ita vere Glossa canonica ad c. Venerabilem 34. X. de elect. in verb. in Germanos, ait: Sic regnum mundi translatum est ad Teutonicos. Neque si partes quedam Imperio Romano hodie detracta sunt, etiam principatum istum detractum esse sequitur, qui semel optimo, maximoque jure in hoc Imperio inveteravit, & cum ipso in Germanos transit; neque adeo quousque invicta statet Germania, avellâ inde potest.

Hinc

Hinc rex a Germanis electus hoc ipso Rex Romanorum, nullo alio, quam electionis actu interveniente, appellatur, & inde caput orbis Christiani agnoscitur, & audit. Hinc in Aurea Bulla cap. 2. §. 2. & 3. sapius, & imprimis in ipsa solemnibus iurjurandi formula, quod præstant ante electionem Serenissimi Archi-Principes Electores, dicitur: Eligere volo temporale caput populo Christiano, id est regem Romanorum, &c. Et §. 3. Nisi prius major pars ipsorum temporale caput mundo elegerit, seu populo Christiano, Regem videlicet Romanorum, &c. Et mox: vel per maiorem partem ipsorum Rector, & temporale caput fidelium electum fuerit. Hinc & populi Germani signum non aliud est, quam Aquila illa Romanæ; & ipsi Bullæ aureæ, seu sigillo, quo Carolus IV. usus fuit, in averso inscriptus est ille ex genio seculi rhythmus:

Roma caput mundi regit orbis frenâ rotundi.

Atque hinc inter insignia Imperatoris est figura orbis, quem manu ille gestare solet, quemque in curiis solennibus Comes Palatinus præfert ex constitutione A. B. cap. 22. & cap. 26. §. 3. ubi pomum vocatur ex usu vulgi. Adeo principatus ille Romani nominis transit in populum Germanum.

Neque tamen præteritum est, alio quoque sensu, qui tamen ab altero haud multum abluat, Imperium Romanum pro imperio orbis accipi, scilicet, quo pars insignis sumitur pro universo: quod & in omni linguarum genere, & in imperiis frequens fuit, ac Romanis maxime solemne fuit. Uti cum Lucanus lib. 3. v. 247. canit.

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem.

Et mox v. 272. Europam, & Asiam, duos orbis, diversosque mundos appellat Tanai divisos, cum ita pergit:

— — Tanais diversi nomina mundi
Imposuit ripis, Afrixque & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ,
Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem.

Quin & disertè Polybius lib. 4. hist. c. 38. terras imperii Romani vocat ὁ οὐράνιον, & orbem nostrum. Ita cum bellum inter duos populos, Romanos, & Carthaginienses, videbatur in Italiam transitorium, iactabatur, cum orbe terrarum bellum gerendum esse in Italia, i. e. cum imperio populi Cartha-

Tom. III.

giniensis, Liv. lib. 21. c. 16. Ac cum Lyfimachus, ac Seleucus, reliquos Alexandri M. duces prostigassent, dicitur, quod duo soli tenuerint orbem terrarum. Just. lib. 17. cap. 1. in f. & cap. 2. Ita ante bellum Punicum cum & Peni, & Romani Sicilia inbiarent, dicitur, quod eodem tempore paribus uterque votis, ac viribus, imperium orbis agitaverit. Florus Hist. Rom. lib. 2. c. 2. Atque ita & Alexander M. regem mundi se dici voluit. Just. lib. 12. c. 16. Et terræ recens inventæ dicuntur novus orbis, novus mundus. Quo faciunt ea, quæ toto capite 2. huj. disp. passim exposita sunt. Unde patet, quam hoc tralatitium fuerit ut magna pars orbis pro toto acciperetur: idque omnium convenientissime dicitur de Imperio Romano, quod sub Trajano principe imprimis eiusque armis propagatum fuit, ut nullum aliud latius. Vid. S. Aurel. Victor de Cæsar. in Ulpio Trajano.

Quod si hæc ratio conjungatur cum superiore, rem omnem perspicue conficiet; adeo invicem patrocinantur, & suffragantur. Etenim tum illud, quod præcipua universi pars pro toto accipitur, præclare convenit in Imperium Romanum, ut appareat, Imperium orbis pro Romano recte dici, juxta §. 19: tum ex eo, quod idem, ut præcipua pars, ita præcipuum orbis imperium fuerit, rectissime sequitur, ei inter imperia orbis principatum competere; & hinc orbis principatum genuino quoque sensu dici dominium mundi, per ea, quæ toto hoc capite exposita sunt: hunc denique principatum orbis summo jure cum Imperio Romano translatum fuisse in Germanos, eisque individue adhuc coherere, per §. 10. 17. & 18. supra h. Disp.

Denique nihil ei officere, quod omnis hodie Asia inde detracta, quin totus oriens avulsus sit. Certe enim totus oriens nil nisi provincia Imperii Romani fuit, a populo Romano victa, ac triumphata, quæ etsi iterum detracta imperium ipsum non tollit: nec provinciis mutatis mutatur populus, cuius imperium est, si salva sit imperii sedes. Habebatur enim jam populus Romanus princeps orbis populus, antequam oriens imperio subjugata Græcia accesserat: ut ex locis c. 2. & 3. h. Diss. videre est. Sed nec hodie impar potentia est, si discordia eam non ruperit, nec vana exemptionum figmenta præsidis suis illam spolient, & exhauriant. Discordiam imperiorum pestem esse, graphice

depingit Carolus IV. in præf. A. B. De excellentionum vitiiis doctissime egit Conring. in tract. de Fin. Imper. quo de republica præclarissime meritus est. De Græciæ civitatibus memorabile est quod Trogius inquit apud Just. l. 8. c. 1. Dum singulæ imperare cupiunt, imperium omnes perdidērunt; & omnibus perire quod singulæ amitterent, non nisi oppressæ fenserunt. At nos summum numen supplices veneramur, ut hoc oneri a populo Romano Germanico averruncet, ejusque majestatem votis, studiis, ac voluntatibus uniat, & muniat.

Neque vero inane id nomen, aut nudatum effectibus est. Inprimis enim consistit ille principatus in regendis negotiis gentium communibus, ut quoties de communi populorum, vel plurium gentium salute ageretur, earum rerum quoddam directorium esset Imperatoris, veluti primi orbis principis. Quæ res omnino jûris gentium est: nulla enim causa est cur præterito illo, cujus primæ partes sunt, sequentes se regimini negotiorum ingererent; quod sine injuria loci principis non fieret. Et hac ratione in comitiis directoria nulla alia sunt, quam eorum, qui primum in curia, vel scamno locum habent. Ita in l. 4. in f. C. de quadr. præscr. de principe Romano dicitur: Qui enim suis consiliis, suis laboribus pro toto orbe terrarum diu, nocturne laborat; quare non habeat dignam sua prærogativa fortunam? Hinc in A. B. tit. 12. §. 1. sancitum est, ut serenissimi Principes Electores, veluti primaria Imperii fulcra, & archi-officia, frequenter congregentur ad consultandum, non de imperii tantum, sed & de orbis salute. Quod & canones intendunt, quando duplicem potestatem, quasi duo magna luminaria, mundo præesse memorant, quibus portendant Pontificem, & Imperatorem, in c. 6. X. de major. & Obed. Ita Gelasius Papa ad Imperatorem Anastasium scripsit, duo esse quibus principaliter hic mundus regitur; idque ad Pontifices, & Imperatores applicat in c. duo 10. distinct. 96. junct. c. 6. ead. Item Bonifacius ad Honorium Augustum scripsit: Deum nostrum ecclesiæ sacerdotium, Imperatori vero res humanas regere deputasse, in c. 1. distinct. 97. &c. Quemadmodum & Patres Concilii Constantiensis, litteris ad Sigismundum Augustum datis, lætari se, scribunt, operam ipsius pro salute totius orbis procedere. Apud Goldast. Tom. un. fol. 148. ad annum 1416.

Cum vero barbari, & pagani hostes potius nominis Christiani sint, adeoque commercium hujus principatus orbis cum iis vix superfit, hinc ad orbem christianum ille referri, & Imperator caput orbis christiani appellari consuevit, ut in A. B. d. cap. 2. §. 2. & 3. Quemadmodum prædicti reges barbari quoque, & ipse Turcarum Sultanus, Imperatorem inter reges christianos, (unter den Potentaten Jesu) principens fatetur, & agnoscit. Hermes. fasc. jur. publ. c. 4. n. 4. Hinc ille summus ecclesiæ christiana advocatus audit, (oberster Voigt und Schirms-Herr der Christenheit) uti in Recept. Imper. passim & in capitulationibus Imp. in princ. Atque ita Sigismundus Imperator in litteris ad Concilium Constantiense scribit de sua sollicitudine quotidiana, qualiter generali bono, statui totius populi christiani varie multis modis proficere valeat, apud Goldast. d. tom. un. fol. 146. ad ann. 1413. §. 2. ubi ita pergit in fin. d. §. 2: Cum teneamur sanctam matrem ecclesiæ per imperiale officium tueri, cujus etiam canones sanctorum patrum nos appellant advocatum, & defensorem. Unde & prædictis ad Concilium litteris Londino ex Anglia missis ita se subscripsit: Sacrosanctæ matris, & universalis ecclesiæ advocatus, &c. Goldast. d. tom. un. fol. 148. Sed & Serenissimi Principes Electores litteris ex Comitibus Reinersibus anno 1338. ad Pontificem datis, quæ & ipsæ exstant apud Gold. d. tom. un. fol. 100. ad ann. 1338. scribunt, se more antiquo ibi congregatos fuisse pro defensione, & recuperatione jurium, honorum, &c. sacri Imperii Romani, ac NB. totius Christianitatis; ad cujus regimen, ac defensionem, idem Imperium principaliter ordinatum dignoscitur, &c. Fuitque usus ejus haud exiguus in Conciliis universalibus, quorum directio penes Imperatorem ut ecclesiæ advocatum fuit; uti ex prædictis quoque litteris Sigismundi Augusti, & patrum Concilii Constantiensis, apparuit.

Hinc vero haud inscite Michael Prauser, in tractatu, von den 7. Heer-Schilden, c. 3. part. 3. §. 495. §. 503. & seqq. orbem christianum vocat universalem gentium christianarum rempublicam (das allgemeine Christen-Voelcker-Reich), in qua primum ordinem (den ersten Heer-Schild), & directorium tribuit Imperatori, & pluribus exemplis usum ejus illustrat: ut in regum, &c. titulis

Titulis concedendis, §. 503. in conciliis universalibus, & expeditionibus contra infideles, v. g. in Cruciatibus, quas vocant, §. 504. Ubi & exhibet litteras Ferdinandi III. ad regem Suec. ita scriptas: pro eo sane munere, quod nobis Imperatori in republica christiana inter reges, & principes ejusdem summum competit. §. 507. Item *fœderata Belgicæ ordinum*, qui Imperatorem, ut vigore directorii sui inter principes christianos in eo dissidio cum rege Hispaniarum se interponeret, rogasse dicuntur §. 508. Nec non principis Polonici, qui Polonos confugere in tutelam Imperatoris, ut supremi capituli totius Christianitatis, scripserit ibid. Quin & Francisci I. Galliarum regis, qui Carolo V. obtulerit, se pro re christiana, exemplo antecessorum suorum, expeditionem in Turcicos hostes una suscepturum, primumque ordinem concessurum Imperatori, ibid. Quin & refert, reges atatis veniam ex usu publico impetrasse aliquando ab Imperatore, §. 510. Regem quoque Aragonia Alphonsum Aulicis suis respondisse: Reges Romano Imperatori reverentiam debere, ut summo capiti, §. 512. Denique Johannis Georgii Electoris Sax. litteras ad Landgravium Hassie: Germanos summæ id gloriæ loco duxisse, se de suo sanguine, & gente Teutonice nationis, libere regem eligere, cui omnes Christiani orbis populi honorem singularem exhibeant, principatumque inter reges tribuant. §. 513. *Hæc hætenus Prauvius.*

Quodsi vero quidam adversus communem istam gentium, seu christiani orbis salutem insurgant, committant, aut atrociter machinentur, an in eos exequendi quadam potestas competat, quæri potest? Equidem diserte refert Justinus lib. 19. Histor. c. 1. cum summi imperii auctoritas penes Persas esset, Darium per legatos edictum nihil Carthaginem, quo Pœni, (liber populus) humanas hostias immolare, & canina vesci prohibebantur; mortuorumque corpora cremare potius, quam terra obruere, a rege jubebantur; præterea quoque auxilia adversus Græciam petiisse. Et additur, Carthaginenses auxilia negantes propter assidua finitimorum bella, cæteris, ne per omnia contumaces viderentur, cupide paruisse. Quæ apprimè iis, quæ jam tractata sunt, respondent. Etenim auxilia nihil ad hunc principatum pertinuerunt, & precibus tantum expetita sunt; at reliqua ad commu-

nem hominum conditionem, ejusque communia jura, dignitatemque spectabant, & adversus naturam leges committi videbantur; etsi quæ de mortuis condendis rex præcepit, ex Persarum usu, & superstitionibus, non ex natura, vel gentium decretis statuerit. Sed & in fœderibus, quibus inter populos liberos, vel principes, societas initur, caput fœderis statui solet, cui, etsi potestatem superiorem non habeat, quædam tamen fœderis executio competit: exemplo fœderis Suevici, quo executio in duces Württembergicum Ultricum facta est. Vid. Disp. nostram 3. T. 2. de Imperio in pares. Sane, justam belli causam esse si qui contra humanæ societatis securitatem committere, & moliri deprehensi fuerint, pluribus exequitur Grotius d. J. B. & P. lib. 2. cap. 20. §. 40. & seqq. quæ examinavimus in prælect. publ.

Hinc vero Imperatori Romano alia quoque prærogativa debentur, uti in loco, viz compellatione, &c. Unde ipsi ab omnibus regibus tribuitur majestas; quæ tamen compellatio ex parte imperii Romani in solennibus litteris aliis regibus dari non solet, vid. Jur. publ. cap. 8. §. 25: & si quæ sint alia eximia, de quibus nunc agendi locus non est.

Supere est ut textum nostrum a scrupulis, quibus implicitus est, evolvamur brevissime, quos quidem affert Wilsemb. part. 1. disp. 28. §. 10. & seqq. sed non eximit. Textus ita habet: Deprecatio Eudæmonis Nicomedensis ad Antoninum Imperatorem. Domine Imperator Antonine: Naufragium in Italia facientes direpti sumus a publicanis, Cyclades insulas habitantibus. Respondit Antoninus Eudæmoni: Ego quidem mundi dominus; Lex autem maris. Lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præscripta est, judicetur: quatenus ei nulla nostrarum legum adversatur. Hoc idem divus quoque Augustus judicavit.

Prima difficultas est, quod in Italia naufragi direpti dicuntur a publicanis Cycladum insularum, quæ in alio plane mari, Egeæ scilicet sita sunt, & immensum distant a mari Italico. Unde certant ingenia correctionibus textus, & pro Italia in græco textu legunt vel Telia, a Telo insula, vel Icaria, vel Paralia; quæ omnia merito rejicit Wilsemb. d. 1. §. 16.

Nos lectionem salvam esse posse, sentimus. Etsi enim in Italia naufragium fecerint, & a publicanis, qui Cycladas insulas habitant,

direpti fuerint, non tamen dicitur, quod ad insulas istas direptio facta fuerit. Publicani enim, seu conductores vectigalium publicorum, etsi alibi habitent, tamen in locis vel portibus, ubi commodior, aut frequentior est vectigalium exactio, vel familiam habent, vel ipsi quoque praesentes plerumque sunt, & imprimis Romae, ac in Italia, ubi ut vectigalium fons, & scaturigo fuit, ita & maxima publicanorum manus, & factiones; quorum quam prompta fuerit ad diripiendum, aut ledendum temeritas, atque audacia, describitur in l. 12. pr. §. §. seqq. ff. de publ. adeo ut speciali edicto a pratore consepescenda illa fuerit, d. l. 12. pr. Credibile vero est, inter eos, qui maritima vectigalia conducta habuerunt, plurimos ex insularis fuisse, quippe mari assuetis; & ita hos direptores quoque, incolae Cycladarum, in Italia portibus questum ex conductis vectigalibus per se, vel per familiam, & factiones suas (uti vocantur in d. l. 12. pr.) fecisse.

Quamquam & illud fieri in vasto illo mari mediterraneo, ubi haec acta sunt, forsitan poterit, ut coorta atroci tempestate ceperit naufragium in Italia, fractis, excussisque navis armentis, ipsa tamen navis ventis, & fluctibus obsecuta longe, & ab oris Italiae ad Cycladas insulas iactata fuerit; cum experientia constet, navem vi tempestatis in alium quoque orbem abreptam fuisse, maxime si procella nec in alteram, pluresque noctes deseciat.

Altera dubitatio est, quod Antoninus sibi dominium maris abrogasse videatur, cum inquit: Ego quidem mundi dominus, lex autem maris; cum exceperit mare a mundi dominio, & legi subjecerit. Quasi vero mare non sit pars mundi. Alii ut scrupulum evellant, ajunt, Antoninum se dixisse legem maris, ut dominum mundi. Struv. Exerc. 20. & 29. Alii pro νόμος legendum volunt ἀνεμος quod ventus sit Dominus maris, Willemb. d. disp. 28. §. 12. Alii ab interpunctione remedium querunt, ut uno spiritu legatur: lex maris lege Rhodia iudicetur. Willemb. ibid. §. 13. Quae sane pervidicula esse, fatendum est.

At planus jam sensus est. Fuit Antoninus dominus mundi, seu orbis, qui terra, & mari constat: sed orbis Romani, potestate, & imperio; orbis terrarum, principatu, juxta c. 3. h. Disp. Verum, huius Romani potestate non tollit ille leges bonas,

& utiliter latae; & nec suo libitu; nec absque causa cognitione pronunciat, sed secundum leges, quibus submittere principatum, e re, & maiestate regnantis esse, duo Augusti praeclare contestantur in l. digna vox 4. C. d. leg. Duo igitur Antoninus, verè Pius, responso hoc complexus est: nam & Eudamonem ad iudices, ut de causa iudicetur, & cognoscatur; iudices vero ad l. Rhodiam, ut ex ea sententiam ferant, remittit: nec voluit in causa maritima provocari ad iurisd. dominium, cum de ea exstaret lex maris, scil. lex Rhodia.

Denique mirum videtur, cur Imperator cives, & subditos Imperii Romani legi Rhodiae subicere voluerit, cum Rhodii nullum jus legis ferenda in Romanos habuerint, sed illi his e contrario subiecti fuerint. Verum, non valuit illa lex vi, & auctoritate propria, sed voluntate populi Romani, & Imperatorum; quam ob rem etiam non ultra obtinere eam voluit Imperator, quam quatenus ei legibus Romanis abrogatum non fuerit, d. l. 9. in fin.

Neque respondit ita Antoninus absque gravi causa. Rhodii floruerant praes omnibus cum artis nauticae peritia, tum omnibus pacis, bellique artibus; ac studiis, maximisque opibus; adeo ut maris quoque imperium, piratis inde pulsus, & ejectus, obtinuerint: quae pluribus refert, & merito laudat Strabo Rer. Geogr. lib. 14. c. 8. Inde cum Graecia omnis victa iure armorum in potestatem Romanorum pervenisset, haec etiam insula quidem cum aliis cessit imperio Romano, sed ita, ut suis legibus uti, quemadmodum & aliis Graeciae civitatibus, permissum ipsi fuerit. Strabo d. l. 14. c. 8. in fin. Cum igitur Rhodii interim, stante maris principatu, leges de re nautica conludissent, quae & ab equitate sua maxime commendabatur, persistit vi huius ἀνομοίας ipsi reservata auctoritate istarum legum etiam sub Romanis; ad quas proinde merito Antoninus, si leges Romanae non obstarent, provocavit. Atque adeo vim legis scriptae quoque eam apud Romanos habuisse, dicendum videtur.

Quod denique idem Augustum quoque iudicasse in d. l. 9. additur, id Willemb. d. l. §. 10. de Augusto sui temporis intelligit, quod appellatio illa omnibus Imperatoribus sit communis. Verum, in Pandectis illa promiscue accipi, aut a Jctis Romanis tribui aliis, nisi nomine adiecto non solet: nihilque

nihilque omnino obstat, quo minus Augusti Octavianii iudicium intelligi queat.

Bartolus] „ Ad l. hostes 24. ff. de capt.
 „ & postl. Et mortaliter alii sentientes peccare, ait Hostiensis in cap. Venerab. X. de Elect. & ad c. 13. X. qui filii sunt leg.
 „ Ratio horum compilatorum est, quod Augustus in sacris litteris vocetur dominus orbis: sed jam demonstratum est, intelligi ibi orbem Romanorum.

Imperator interdum se mundi dominum vocet] „ Ut Antoninus in l. 9. ff. ad leg. Rhod. Constantius cum Persis agens se mundi dominum dixit apud Marcellin. l. 9. c. 4. & l. 15. c. 1. item l. 23. c. 6.
 „ In sigillo Aureæ Bullæ exstat verficulus notissimus:

Roma caput mundi regit orbis fræna rotundi.

Orbem jam totum] „ Ita in sacris dicitur exiisse edictum, ut totus orbis censeretur. Luc. 2. v. 1. Add. Flor. in pref. & l. 4. c. 3. Justin. l. 43. c. 3. Vellej. Pat. 1. 12. & 2. 32. Ovid. de art. am. 1. 117. Herodian. 1. 5. Lucan. 7. 425.

Aut excessum] „ Nam ex historia Romana B. Parens in dicta disputatione probavit, paucissimas orbis partes tunc temporis ad Romanos pertinuisse.

Aut excellentiam] „ Hæc vera ratio est; ideo enim mundi dominus dicitur Imperator, quia præcipuum ejus est membrum: eodem modo uti Venetiæ dicuntur regina insularum.

Dantis] „ Aligheri dicti, in tractatu de Monarchia mundi. Vid. Iselin. Lexic. univ. voce Aligheri.

Quia id humani generi expediat] Infani potius hæc est sententia, quam Jcti. Recte ait Auctor, 1. utile non esse unum toti imperare orbi. Zosimus, Hist. l. 1, causam perditæ Romæ ait, quod unus Augustus prospicere non potuerit. Verba ejus hæc sunt: Non suffecturus erat ad satisfaciendum omnibus ex officio longissimo forte spatio remotis, quibus expedite succurrere non possit; nec ad inveniendum tot magistratus, quos iudicio de se facto non respondere pueret; nec alias ad congruendum tot morum diversitatibus: sive finis regni violans ad tyrannidem deprehensisset, officia magistratum conturbans, delicta negligens, pecunia venale jus habens, subditos servorum

loco ducent. Tum enim necessario consecuturus erat, ut bruta potestas ejus, qui rerum potiretur, calamitas publica foret.
 2. Ex eo, quod expedit, jus non nasci. Addo 3. facta divisione generis humani, eoque imperii, neminem in sui similem jus sibi arrogare posse.

Ut unum regimen non ferat] „ Magna imperia sua ipsa mole sæpius corruere, experientia docet. De Romano imperio id dixit Florus l. 3. c. 12. & Zosimus alleg. de Carolo V. id notavit Brachel. Hist. l. 1. pr. Conf. Curt. 4. 11.

Concesso, hoc expedire, jus imperii non sequitur] „ Utilitas enim nunquam jus in res alienas concedit.

Nisi ex consensu, aut pœna] „ L. 2. c. 5. §. 1. Consensu acquiritur imperium per delationem; pœna, jure belli.

Imperator Romanus jus nunc habet] „ Vide l. 2. c. 9. §. 11.

Multa enim ut bello quasita, ita bello amissa sunt] „ Ut totum imperium Orientis. Quomodo singulæ provinciæ a corpore hoc avulsæ fuerint, prolixè refert Linnæus l. 1. de Jur. publ. c. 9.

Alia factionibus] „ Vid. Linn. d. l. Alia derelictione] „ Uti totum Imperium occidentis, præter Italiam.

Postea tantum ex parte subdita] „ Olim tota Italia suberat Imperio Romano; hodie pars tantum.

Inæqualiter federata] „ Quid sit inæquali fœdere jungi, vide supra l. 2. c. 15. §. 6. & l. 1. c. 3. §. 21.

Omnes hi modi aut amittendi, aut mutandi juris] „ Jura enim bello amitti, pœnis mutari, & derelictione tolli, suis locis vidimus. De bello id apparet ex l. 3. c. 6. §. 1. De pactis id probavimus lib. 2. c. 11. seq. De derelictione, egimus l. 2. c. 3. §. 19. n. 1. l. 3. c. 21. §. 8. n. 2. l. 2. c. 9. §. 1. seq.

A D §. XIV.

QUÆRITUR, An Papa, & Ecclesia Romana, jus habeat in populos hæctenus ignotos, ita ut imperium in illos huic, vel illi pro lubitu conferre, ac donare possit? Sane, Americæ populos mox Hispanis, mox Lusitanis a Papa donatos fuisse, historia nos docet: at merito hunc titulum rejicit Auctor. Nam ecclesiæ non competit

illa potestas secularis; sed utraque ab invicem distinctissima est. Scilicet, duo sunt, quæ a creatore apparent hominibus injuncta, *jus*; & *virtus*. Ex *jure* nascitur necessitas agendi; *virtus* arbitrio nostro est relicta. *Illud* Deus absolute voluit, *hanc* non absolute voluit, sed ideo, quia enti perfectissimo non potest non placere id, quod perfectum est. Adeoque ea, quæ virtutis sunt, agimus cum amore perfectionis, & spe felicitatis, quæ est ei annexa, adeoque libere: virtus enim exigitur ad normam perfectionis, & felicitatis divinæ; quo magis igitur accedimus ad illam perfectionem divinam, eo magis ad summi boni felicitatem.

Hæc duo capita diversimode expediuntur. *Jus*, seu necessitas agendi ea, quæ Deus voluit, vi inducitur, & ad solam potestatem politicam pertinet; *virtus* autem docendo, persuadendo, & proponendo præmia. Naturæ enim virtutis contrarium est cogi, quia præmia hæc ultro facientibus destinata sunt; & desinit esse perfectio, ex quo vis accedit. Hinc latro, qui cogitur ad restituendum, justus quidem est, quia suum cuique tribuit; et virtuosus non est, quia non ultro tribuit.

Prius ad officium secularis potestatis pertinet, cui potestas voluntatem numinis inter eos, qui curæ suæ commissi sunt, exequendi delegata est. *Posterius* est officium ecclesiæ, ut homines præceptis virtutum imbuat, non ut cogat. Unde Servator caute ubique regnum *suam* a mundano, quod vi sustinetur, distinguit. Neque ille unquam judicis officium egit, sed perpetuo a jure dicundo abstinuit. Idque exemplo *Adultera* probavimus supra.

Servator Pilato ex eo quærenti num rex sit Judæorum, id quidem affirmat, sed de solo regno ecclesiastico, non seculari. Ita enim ait Johan. 18. v. 36. *Regnum meum non est de hoc mundo; si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri utique mei decertarent, ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc*. Et cum porro interrogaret, ergo rex es tu? addit: *ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati, &c. omnis, qui ex veritate audit vocem meam, &c.* Certissimo indicio, imperium ecclesiæ, cujus caput Christus est, non consistere in temporali aliqua jurisdictione, seu in jure cogendi, &c. sed in

docendo, exhortando, præmia proponendo, & veritati testimonium perhibendo. Imperium igitur, quod Ecclesia non habet, alii concedere nequit.

Sed & ecclesia jus fuerunt qui adferrent] „ *Conf. Gron. b.* Hinc Elisabetha „ se non intelligere, ait, cur sui, & „ aliorum Principum subditi ab Indiis pro- „ hibeantur, quas Hispanici iuris esse per- „ suadere sibi non possent ex pontificis Ro- „ mani donatione, in quo prærogativam in „ ejusmodi causis agnoscat nullam, nedum „ auctoritatem, ut principes obligaret, qui „ nullam ei obedientiam debent, aut His- „ panum novo illo orbe infeudaret, & pos- „ sessione investiret. *Apud Camd. p. 2.* „ *pag. 328.*

Eos, qui extra Christianismum sunt] „ Ecclesiæ Christianæ in hos jurisdictio nulla „ competit, quia nec in ipsos Christianos „ vim habet; sed nec censoræ ecclesiasticæ „ subjacent, quæ in solos ejusdem religio- „ nis socios Ecclesiæ competit.

Etiam ad res terrenas suo modo pertinebat, erat tamen celestis] „ Nam ipse Apo- „ stolus judicii naturam explicat *1. Cor. V. v. 3. seq. & v. 11. Ego quidem absens, corpore judicavi ut præsens eum, qui sic operatus est* (loquitur de incestuoso). *Tra- dere ejusmodi hominem Satana, in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini; & postea hortatur, ut cibum cum eo sumant.*

Erat tamen celestis, &c. ingenii] „ Scilicet, jus illud judicandi Apostolorum. *Non per arma, & flagra]* „ Quæ summis saltem potestatibus delegata sunt.

„ Atqui Levitæ in veteri testamento judices fuere, & jus dixere *Deut. 17. v. 9.* Resp. Id ibi non asseritur; sed loquitur textus de consultatione. Quoties enim judici lex dubia videbatur, Deus interpretationem a Levitis sumi voluit. *Per verbum Dei]* „ Conscientiam movendo.

Per sigillorum divinæ gratiæ, &c. negationem] „ v. g. Excludendo a sacra cœna, „ aliquando a confortio ecclesiæ; quod fit per excommunicationem.

Per vindictam non naturalem] „ Hæc vindicta non Apostolis, sed Deo immediate tribui debet.

A quo omnis potestas ecclesiastica fluxit] „ Ab eo enim ecclesia Christiana & nomen, „ & suam auctoritatem habet.

Exemplar

Exemplar est ecclesie, qua talis, propo-
sum] „ Adeo ut imitari facta ejus de-
„ beamus.

Negavit regnum suum esse de hoc mun-
do] „ Quod ex natalibus Servatoris, ex
„ vitæ ejus ratione, ex propria ejus con-
„ fessione, & ex exemplis probavimus in
„ Diff. præm. III. §. 45.

Hoc est, ejus natura, cujus sunt cætera
regna] „ Quæ in jure dicundo, & tuendo,
„ ac renitentes pœnis coercendo consistunt.

Alioqui futurum fuisse ut more aliorum
regum opera militum uteretur] „ Verba
„ hæc sunt : Si ex hoc mundo esset regnum
„ meum, ministri utique mei decertarent,
„ ut non traderet Judeis. Job. 18. v. 36.

Poposcisset non hominum, sed angelo-
rum] „ Ita enim postquam vim militi il-
„ latam improbasset, ait : an putas, quia
„ non possum rogare patrem meum : &
„ exhibebit mihi modo plus, quam duode-
„ cim legiones angelorum.

Id fecit non humana, sed divina virtu-
te] „ Servator noluit actum jurisdictionis
„ exercere, vel vi agere; idque fati de-
„ claravit.

Etiam tum, cum mundinatores e templo
ejecit] „ Servator hic, tanquam mere pri-
„ vatus, judicium Zeli exercuit : uti id
„ demonstravimus supra l. 2. c. 20. §. 9. n. 5.
„ Vid. Seld. l. 4. c. 5.

Divina ira erat signum, non instrumen-
tum] „ Immo instrumentum iræ divinæ,
„ quatenus ad judicium Zeli pertinet.

Ut alius sputum, & oleum signum me-
dendi] „ Dispar utriusque ratio est. Fla-
„ grum adhibebatur tanquam instrumentum,
„ quo actu coercerentur a Servatore Zelo-
„ ta male facientes; sputum vero hoc nu-
„ dum signum erat. Sed & sputum hoc,
„ ac oleum, vera medendi instrumenta
„ fuisse, plurimi statuunt. Vid. Tesm. b.
„ Augustinus] „ Ex patrum doctrina Au-
„ ctor probat, Servatorem non judicem,
„ nec legislatorem egisse; neque vi, aut ar-
„ mis suam doctrinam propagare voluisse.

De quo latius egimus in Dissertatione
Proamiali III. §. 45.
3 Ne percussor sit] „ Vid. Gron. b. Offi-
„ cium enim Episcopi est, non vi, sed
„ rationibus; non cogendo, sed docendo,
„ peccata castigare.

Episcopos qua tales sunt] „ Secus si si-
„ mul sunt principes seculares, ut Papa, &c.
4 his, qui religionem christianam rejiciunt,

arma, &c. inferre possunt] „ Recte hoc
„ negavit Auctor supra l. 2. c. 20. §. 49;
„ quia injuria nemini hominum fit.

A D §. X V,

SPEM conceptam ex aliqua divinatorum
vaticiniorum explicatione] Nam 1. aliud est
prædictio, aliud concessio juris. Hæc non
nisi ex dispositione nostra, vel superioris
oritur; neutra in vaticinio continetur. 2.
Cum plerumque vaticinia sint obscura, ac
incerta, vid. Plat. in apol. Socr. p. 22. ne-
mo sibi jus inde arrogare potest. Neque 3.
homines, quibus id commissum est, inge-
rere se debent in executionem voluntatis
divinæ: Deus ipse vaticiniorum & Auctor
est, & executor. Adeoque 4. expectandus
est eventus, non præoccupandus. Ammian,
Marc. 23. 12. Augustin. de civ. Dei, l. 3.
c. 17. Conf. Grot. l. 1. c. 2. §. 8. n. 1.
Pertinet hoc ad futura contingentia, quæ
solus Deus sibi reservavit.

Additio.

„ Auctor merito ait, non frustra hoc
„ se moneri, quia ex veteribus exemplis
„ conjecturatur, hodieque tales fanaticos
„ existere posse, qui vaticinio abutentes
„ turbas movere possent. Exempla recen-
„ tiora refert Gron. b. Carolus VIII. Gal-
„ liarum rex ad Neapolitanam expeditio-
„ nem inflammatus est, quod pervaserat in
„ vulgus ex antiquis vatium carminibus fa-
„ ma, Carolo maximum totius orbis im-
„ perium portendi, & mathematicorum
„ responsis fatum esse, illum occidentis
„ simul, & orientis imperium nancisci,
„ Jovius l. 1. bist. p. 11. Et nostro fuisse,
„ pergit, tempore bellicosos reges, qui
„ sperarent, se Babylona subversuros; quod
„ nummo signato Ludovicus XI. promisit.
„ Conf. Tac. l. 5. Hist. 13. ubi Judæi sibi
„ tantam magnitudinem fatorum velut ex
„ oraculo spondebant.

Etiam rerum certarum latere nos possunt
tempora] „ Certum esse potest, quod con-
„ tingere debeant, sed non quando.

Prædictio jus nullum dat] „ Diximus
„ enim, jus non acquiri nisi vel ex no-
„ stra dispositione, vel ex concessione su-
„ perioris; quarum neutra est in prædictio-
„ ne, utpote quæ continet saltem relatio-
„ nem ejus, quod fieri debet, non quod
„ per hunc, vel illum fieri necessario de-
„ beat.

Nisi

Nisi expressum adsit Dei mandatum], Ut
 „ in Israëlitis , qui ex prædicatione Abra-
 „ hamo facta terram sanctam occuparunt ,
 „ jubente Deo.
Per improbos homines , aut pravos a-
ctiones] „ Adeoque in pœnam eorum quo-
 „ que , qui exequentur.

A D §. XVI.

NON ex iustitia propria , sed ex vir-
tute alia] Auctor optime hic ait , nemi-
 „ nem bello cogi posse ad ea , quæ virtutis
 „ sunt : adeoque distinctionem inter jus , &
 „ virtutem , quæ toties confundit , agnoscit.

Additio.

„ Nullibi Auctor asseruit , hominem ho-
 „ mini ex virtute obligari ; contrarium pas-
 „ sim docuit , jus nimirum proprium ex
 „ tali aptitudine nemini competere , adeo-
 „ que nec jus exigendi. *Vid. Dissert. pro-*
am. II. §. 21. seq.

Id sicut in foro exigi non potest , ita nec
armis deposci] „ Quia ex virtute nemini jus
 „ aliquod quæritur , adeoque nihil alii de-
 „ est , quod ei tribui debeat.

Ad utrumque horum] „ Nimirum , ut
 „ quid exigi in foro , aut bello posci
 „ possit.

Sit ex morali ratione faciendum] „ Qua-
 „ tenus scilicet conveniens est naturæ hu-
 „ manæ , iudicium recte conformatum se-
 „ qui in his , quæ delectant , aut nocent.
 „ *Vid. proleg. §. 9.*

Sed præterea opus est in nobis jus quoddam
fit ad illud] „ Seu facultas , quam Sui
 „ nomine Jcti appellant. *Grot. proleg. 8.*
 „ *§. 44. item l. 1. c. 1. §. 5.* Omnis
 „ enim obligatio supponit detentionem ju-
 „ ris alicujus alieni : At ea , quæ virtu-
 „ tis sunt , in nostra sunt potestate : ne-
 „ mo alius in ea jus habet ; adeoque ne-
 „ mini injuriam facimus si ea omittimus.

Quale jus interdum leges divina , & hu-
manæ dant etiam circa debita aliarum vir-
tutum] „ Aptitudinem enim occasione
 „ dare legibus , Auctor dixit supra l. 2.
 „ c. 20. §. 2. n. 2. Equidem verum omni-
 „ no est , leges aliquando statui de iis ,
 „ quæ virtutis sunt ; superior enim uti res
 „ indifferentes imperare , & prohibere po-
 „ test , ita & de iis leges ferre , quæ vir-
 „ tutis sunt. Idem obtinet si ea , quæ vir-
 „ tutis sunt , pactis promittuntur ; tunc

„ enim alii jus quæsitum est ex pacto ;
 „ quod in foro exigere , vel bello pos-
 „ cere potest : sed tunc cogi homines ad
 „ ea possunt non qua virtutes , sed qua
 „ legis partes sunt , vel ex pacto.

Nova tunc debendi ratio accedit , quo-
jam ad iustitiam pertinet] „ J. m enim il-
 „ le , qui negligit virtutes lege præceptas ,
 „ ultra facultatem lege concessam agit ,
 „ adeoque jus aliis lege quæsitum violat ,
 „ indeque tenetur.

Id cum deest] „ Scilicet , jus alii quæ-
 „ situm lege , vel pacto.

Injustum ex hac causa bellum est] „ Quia
 „ sola , & unica justii belli causa est repa-
 „ randæ injuriæ necessitas.

Nam qui beneficium dedit , nullum ha-
bet jus ad reposcendam gratiam] „ Actio-
 „ nem enim ingrati , quam Boeclerus sibi
 „ effinxit , explosimus *supra l. 2. c. 14.*
 „ §. 6. *§. c. 20. §. 20. Add. infra c. 25.*
 „ §. 3.

Alioqui contractus esset , non beneficium]
 „ Si enim eo animo , eaque lege dedi , ut
 „ alter vicissim aliquid præstet , non est
 „ beneficium , utpote quod non est nisi
 „ gratuitum ; sed esset species contractus
 „ innominati , do ut des , aut facias. Si
 „ vero locis quibusdam talis lex statuta est ,
 „ uti de Peris tradit *Marcell. 32. 31. §.*
 „ *Xenoph. Inst. 1.* vel si quibusdam ca-
 „ sibus actio ingrati datur , uti contra li-
 „ bertum ingratum , *Leg. 21. ff. quod met.*
 „ *c. &c.* tunc exigi id potest ex nova
 „ debendi causa , scilicet ex lege.

A D §. XVII.

„ A U C T O R ait , sæpius justam alicui
 „ esse belli causam , sed ob eam non in-
 „ choari bellum ; adeoque illud geri non
 „ ea intentione , ut jus ei repararetur , etsi
 „ id bellum gerens alleget , sed quia pro-
 „ videt utile sibi fore hoc bellum. Quærit
 „ igitur , an hoc bellum justum sit ? &
 „ recte affirmat , quia revera jus ejus læ-
 „ sum ab altero est , adeoque alteri non
 „ fit injuria At peccat contra regulas per-
 „ fectionis , quod ex vitiosa intentione jus
 „ suum persequitur. Ita in Alexandro M.
 „ justitia belli Persici erat notoria , quia
 „ per aliquot secula Persæ lacecebant Græ-
 „ cos : at gloria & ambitio magis eum
 „ movebant , quam reparatio juris. Sic
 „ Romani

5 Romani iustissimam habebant belli cau-
 „ sissim cum Punicum secundum incho rent ,
 „ ex oppugnatione Saguntorum , qui focii
 „ erant : at vitium in eo erat , quod
 „ intuitu Siciliæ potiundæ id fusciperent.
 „ Vid. l. 2. c. 1. §. 1. ubi vidimus , ple-
 „ raque bella ex causis suasoriis magis ge-
 „ ri , quam ex causis iustificis.

2 Sed vitium actioni accedat ex animo a-
 „ gentis] „ Si bellum gerit non tam animo
 „ reparandi juris , quam consulendi uti-
 „ litati suæ. Euri,ides Phœniss. v. 376. ait :

— — — — — Causa repentis bona est ;
 Mala , sic petentis. — — — — —

Aut uultus aliqua] „ Forte acquirendi
 „ territorii , uti Romani in bello Punico
 „ secundo.

Sive quod adest affectus plane illicitus]
 „ Ut si in solo inimici dolore voluptatem
 „ querunt ; de quibus Auctor egit l. 2.
 „ c. 20. §. 5.

Sine boni respectu] „ Quod late expli-
 „ cavit supra l. 2. c. 20. §. 29.

Phocenses , ait , merito periisse] „ Quia
 „ commune Græciæ fanum expilarunt. Just.
 „ l. 8. c. 1. §. 2. Vid. supr. l. 2. c. 20. §. 51.
 „ n. 1. Vera hæc ratio foret si Philippus
 „ fidem non dedisset. Conf. Just. l. 8. c. 5.

At non bene fecisse Philippum cum eos
 „ perderet] „ Si intelligit per bene non iure
 „ fecisse , admitti id non posset , quia
 „ causa , & injuria Græciæ communis erat,
 „ Vid. d. §. 51. Si vero mens Aristidis est ,
 „ Philippum vitiose egisse cum eos per-
 „ deret , quia non intentione reparandæ in-
 „ juriæ , sed augendi imperii , inprimis ve-
 „ ro contra fidem datam eos perdidit , Just.
 „ d. c. 5. adeoque minus perfecte , facile
 „ id admittimus.

Sallustius] „ Conf. Catil. c. 2. §. 33.
 „ & in Jugurth. c. 87. Alias auctoritates
 „ vide supra §. 3.

Peccatum quidem arguunt] „ Adeoque
 „ imperfecte agunt , eoque præmiis desti-
 „ tuuntur , quæ Deus actibus perfectis de-
 „ stinavit.

Ipsum tamen bellum proprie iniustum non
 „ faciunt] „ Quia alter , cui bellum infer-
 „ tur , revera vel alieni aliquid tenet , vel
 „ in alieno aliquid male egit , adeoque ad
 „ reparationem tenetur. Queri ergo non
 „ potest , quia contra eum jus nostrum
 „ persequimur.

Unde nec ex tali bello restitutio debe-
 „ tur] „ Auctor enim statuit , eum , qui
 „ ex injusta causa bellum gerit , etsi victor
 „ existat , obligari ad restituendum omne
 „ damnum. Vid. l. 3. c. 10. §. 3. Quod
 „ examinavimus ibidem.

C A P U T X X I I I

De causis dubiis.

I. Dubitandi causa in moralibus unde.

II. Nihil faciendum contra animi dicta-
 „ men quamvis errans.

III. Judicium in alteram partem duci ar-
 „ gumentis rerum.

IV. Aut auctoritate.

V. Si utrinque dubitetur in re gravi ,
 „ Et alterum sit eligendum , sumen-
 „ dum quod est tutius :

VI. Unde sequi , tali casu a bello absti-
 „ nendum.

VII. Id autem vitari posse colloquio :

Tom. III.

VIII. Aut arbitrio : ubi de Christianorum
 „ regum officio circa partes bellantes :

IX. Aut etiam forte.

X. Certamen singulare , ad vitandum
 „ bellum , an permitti possit.

XI. Meliorem esse conditionem possiden-
 „ tis in pari dubio.

XII. Si neuter possideat , in pari dubio
 „ rem dividendam.

XIII. An bellum utraque ex parte iu-
 „ stum detur , multis distinctionibus
 „ explicatis.

P P P

I. Verif.

a 1 Eth.
Nic. 1.

+ I. **V**erissimum est, quod scripsit ^a Aristoteles, + in moralibus non æque, ut in mathematicis disciplinis, certitudinem inveniri; quod eo evenit, quia mathematicæ disciplinæ ¹ a materia omni formas separant, & quia formæ ipsæ tales plerumque sunt, ^{a 2} ut nihil habeant interjectum, sicut inter rectum, & curvum nihil est medii. (aa) + At in moralibus circumstantiæ etiam minimæ variant materiam, & formæ, de quibus agitur, ^b solent habere interjectum ³ aliquid, ea latitudine, ut modo ad hoc, modo ad illud extremum propius accedatur. Ita enim inter id, quod fieri oportet, & inter id, quod fieri nefas est, + medium est quod licet, sed modo huic, modo illi parti propinquius: unde ambiguitas sæpe incidit, + ut in ⁴ crepusculo, aut in aqua frigida calecente. Et hoc est, quod ait ^b Aristoteles, *ἔστι χαλεπὸν ἐνίοτε τὸ κρίνειν ποῖον ἀντὶ ποῖα ἀρετέον* quid cui antepone- dum sit, difficilis sæpe est judicatio. Andronicus autem Rhodius: *τὸ κατ' ἀλήθειαν δίκαιον δυσχερές ἐστὶ τοῦ δοκοῦντος διελεῖν* difficile est id, quod vere justum est, ab eo, quod tale videtur, discernere.

b III. Ni-
com. C. I.

c Para-
phr. Lib. I.
c. 7. p. 10.

d Rom.
XIV, 23.

II. 1. Primum autem illud est tenendum, etiamsi quid justum re ipsa est, + sed ab eo fit, qui, ⁵ omnibus expensis, injustum id existimat, actum esse vitiosum. Hoc enim est, quod dicit Paulus ^d Apostolus, ⁶ quicquid non fit ex fide, peccatum esse: ^c + quo in loco fides animi judicium de re signifi-
cat. +

G R O T I I.

^a *Ut nihil habeant interjectum*] In his mutatio-
fit eis τὸ ἀντιμέμενον, in aliis eis τὸ μεταξύ.

^b *Solent habere interjectum aliquid*] Vide Chry-
sostomum ad IV. Ephesiorum 31. moral. (id est,
in τῷ ἡθικῷ Homiliæ illius, Tom. III. p. 844.
Edit. Savil.)

^c *Quo in loco fides animi judicium de re signi-
ficat*] Eodem tendunt in eadem Pauli epistola eod-
dem capite ista (vers. 5.) *ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῦ
παραφορέσθω*, unusquisque sui sensus sibi certus sit.
Et (vers. 22.) *μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ
δοκιμάζει* beatus ille, qui, quod præfert, in eo
sui damnator non est. Ambrosius: peccatum est,
quod aliter sit, quam probatum est. Sequitur Au-
gustinus: citati ambo a Gratiano post cap. 14,
causa 28. quæst. 1. Non longe hinc abit illud
Plutarchi in Timoleonte: *δεῖ δ' μένον τὴν πράξιν
εἶναι καλὴν ἢ δικαίαν, ἀλλὰ ἢ τὴν δόξαν αἰσθ' ἢ
πράξιςται μόνιμον καὶ ἀμετάπλωτον, ἵνα πιστώ-
μεν δοκιμάστες* requiritur non modo, ut, quod
agitur, sit honestum, justumque, sed ut firma, ac
constans adsit persuasio, unde fiat actio, ut, quod
est, fiat ideo, quod animus ita faciendum iudica-
verit. (Pag. 238. C.)

G R O N O V I I.

¹ *A materia*] Figuras considerant a corporibus
semotas, ut loquitur in prolegomenis extremis.

² *Ut nihil habeant*] Sint circumscriptæ, & præ-
cise, nullum habentes confinium cum aliis, ut
dubitari possit, huc, an illuc pertineant.

³ *Aliquid, ea latitudine*] Medium rationis.
Hornej. ethic. 3, 1. 14.

⁴ *Crepusculo*] Quod tu nec tenebras, nec possis
dicere lucem.

⁵ *Omnibus expensis*] Post maturam deliberatio-
nem, pro ipsius sensu, & captu.

⁶ *Quicquid non fit*] Vide animadv. Grotii pro
finis notis ad cons. Cassand. ad articul. 2. pag. 68.
in examine Riveti, & hujus examen p. 71. tum
ejusdem Riveti apolog. contra votum H. Grotii
num. LXXVI. p. 141. item διάλυσιν Grotianæ
discussioni pag. 328.

(aa) Expendit hoc PUFENDORFIUS ne-
ster, *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. I. Cap. 2.
§. 9. Quæcumque Auctor heic dicit, id tantum
probant, sæpe sic fatis difficile esse, axiomata,
& principia Disciplinarum Moralium ad casus
singulares aptare: unde tamen ipsas Disciplinas
incertas esse, minimè sequitur. Quæ de re vide
quæ observavimus in Præfatione nostrâ ad Opus
Pufendorfianum modo laudatum, §. III. num. 3.
J. B.

G R O

cat. + Nam ⁷ vim judicatricem humanis actionibus ducem Deus addidit, qua contempta obbrutescit animus.

2. Sæpe autem accidit, + ut judicium ⁸ nihil certi monstret, sed hæsitet: quæ hælitatio si + attenta consideratione expediri nequeat, sequendum erit illud ^e + Ciceronis: bene præcipiunt + ^d qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum sit, an iniquum. Hebræi magistri (bb) dicunt: **הסתלק מן הספק** *abstine te a re dubia*. Sed hoc locum habere non potest, + ubi ^f alicui omnino alterutrum est faciendum, & de utroque, an æquum sit, dubitatur: tunc enim (cc) licebit ei eligere quod minus iniquum ei videtur. Semper enim, ubi electio evadi non potest, minus malum rationem induit boni. **Τὰ ἐλαχίστα ληπτέον τῶν κακῶν**, ait ^g Aristoteles: Cicero, ^b de malis minima. + Quintilianus: *in comparatione malorum boni locum obtinet levius.*

III. Plerumque vero in rebus dubiis post examen aliquod animus ⁹ non in medio hæret, sed huc, aut illuc ducitur ^c argumentis ex re petitis, ^k aut ex opinione, quam habet ¹⁰ de aliis hominibus, + sententiam super ea re pronunciantibus. Nam & hic verum est ^f illud ¹¹ Hesiodi, præstantissimum esse per se sapere; proximum, duci aliena ope. + Argumenta ex re petuntur ^e causis, effectis, & adjunctis aliis.

IV. Sed + ad hæc recte noscenda, + usu quodam, & peritia opus ^l est; quam qui non habent, ¹² + ut activum judicium recte conforment, + tententur audire sapientum consilia. Nam **ἐνδοξία**, sive + probabilia sunt, Aristotele

e De Off. l. 1. c. 9. f Covar. tom. 1. de matr. p. 2. c. 7. §. 2. n. 9. g Ethic. Nic. II. c. 9. b De Off. III. c. 1. i Lib. VII. c. 4. k Vasquez 1, 2. disp. 62. c. 1. num. 1. med. 1. 2. quest. 14. l Victor. de Inst. Rel. 1. n. 12. § de Jure Belli, 21. § 24.

GROTII.

^d Qui vetant quicquam agere, quod dubites] Plinius lib. 1, epist. 18. Quod dubitas, ne feceris.

^e Argumentis ex re petitis, aut ex opinione, quam habet de aliis hominibus] Augustinus lib. II. de Ordine: duplex est via, quam sequimur, cum verum nos obscuritas movet, aut rationem, aut certe auctoritatem. (Cap. 5.) Explicat hoc Gabriel Vasquez disput. LXII. cap. 3. num. 10.

^f Illud Hesiodi] Usus est Minutius post malam pugnam apud Livium libro XXII. (cap. 29.) Eum primum esse virum, qui consulat, quid in rem sit: secundum eum, qui monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse. Et pro A. Cluentio Tullius: sapientissimum esse, dicunt, eum, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterum bene inventis obtemperet. (Cap. 31.) Hesiodi versus, unde hæc fluxere, sic habent:

Ὅστι μὲν πικάρησθε ὅς αὐτῶ πάντα νοήσεται.
Φρασάμενοι τὰ κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλει ἦσθε ἀμείνω.

* Ἐθλὸς δ' αὖ κακείνησθε ὅς εὖ εἰπόντι πειθήσεται.
Ὅς δὲ κε μεθ' αὐτῶ νοήη, μήτ' ἄλλε ἀκάρων
Ἐν θυμῶ βιάσθηται, ὅδ' αὖ ἀρχήσθε ἀνῆρ.

Ille quidem ante omnes, per se ipse quid utile, quid non

Qui videt, & longe fines prospectat agendi:
Qui bene consultis didicit parere, secundus:
At qui consiliis pollet nihil ipse, nec audit
Suadentes alios, nullos homo vivit ad usum.

(Oper. & Dier. vers. 293, & seqq.)

GRONOVII.

⁷ Vim judicatricem] Conscientiam distantem, hoc probum, illud improbum esse; non semper, prout revera est, sed prout quis educatus, & institutus est.

⁸ Nihil certi] Ut discernere nequeat, utrum justum sit, nec ne.

⁹ Non in medio hæret] Non ambiguus manet, sed in alteram utram partem magis inclinatur.

¹⁰ De aliis hominibus] De prudentia, & fide consiliatorum.

¹¹ Hesiodi] *Egy. 291. Livium 22, 29.

¹² Ut activum judicium] Ut se intruant ad habendum delectum recti, pravique, justii, & injustii.

(bb) Rabbi GAMALIEL, in PIRKE ABOTH, pag. 14, Ed. P. Fagii. J. B.

(cc) Hoc non satis recte dici, ostendit PUFENDORFAUS, Lib. 1. Cap. 3. §. 8. ubi & notas nostras videre poteris. J. B.

^r m I. To- stotele ^m teste, quæ omnibus videntur, aut plurimis, aut certe sapientibus; ^{pic. c. I.} iisque rursus, aut omnibus; aut pluribus, aut præstantioribus. + Et hac via judicandi maxime utuntur reges, quibus ¹³ + artium momenta edificere, aut expendere vix vacat:

(dd) σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνασία.

Dat sapere regi turba sapientum comes.

ⁿ T^{am}.
II. p. 378.
B. C.

Aristides ⁿ de concordia ad Rhodios ait, sicut ¹⁴ + in facti quæstionibus + id pro vero habetur, unde plures, maximeque idonei stant testes, + ita sententiarum eas sequendas, quæ plurimis, præstantissimisque nitantur auctoribus. Sic Romani veteres non + nisi consulto collegio fecialium ad id instituto, Imperatores Christiani vix + nisi auditis episcopis, bella suscipiebant, + ut si quid esset, quod religionem posset injicere, ejus monerentur.

+ V. I. Accidere autem in multis controversiis potest, ut ab utraque parte probabilia se ostendant argumenta, sive ¹⁵ + intrinseca, + sive ab aliorum auctoritate. Id cum accidit, si res mediocres sunt, de quibus agitur, + videtur vitio carere posse electio, ¹⁶ in utramvis partem ceciderit. At si de re magni momenti, ut de supplicio capitali hominis, agitur, jam propter magnum discrimen, quod est inter eligenda, & + præferenda est pars tutior, ut dici solet:

• Terent.
Adelph. II.
I. 20.

• In istam partem potius peccato tamen.

+ Ideo satius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare.

p Sect. 29.
m. 13.

2. Scriptor ^p problematum, quæ Aristotelis nomen præferunt: ἐκαστῆς ἡμῶν μᾶλλον ἂν προέλοιτο τοῦ ἀδικῆναι ἀποψηφίσασθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἢ τοῦ μὴ ἀδικούντος καταψηφίσασθαι ὡς ἀδικεῖ (quibus in verbis vulgo pro ἀδικῆναι legitur μὴ ἀδικῆναι, & contra.) nemo est nocentem, ait, qui non malit absolvere quamvis nocentem, quam damnare innocentem. + Et mox addit rationem, quam jam dedimus: ἐσι γὰρ, ὅταν τις ἀμφοδοξῆ, τὰ ἐλάττω τῶν ἀμαρτημάτων αἰρετέον. nam quis ubi dubitat, eligendum in quo minus delinquitur. Antiphon: ἢ εἰ θεόν τι ἀμαρτεῖν, τὸ ἀδίκως ἀπολύσαι ὀσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. τὸ μὲν γὰρ ἀμαρτημᾶ ἐσι,

q Orat.
XIV, XV.
pag. 133.
Ed. Weck.

G R O T I I.

g Præferenda est pars tutior] Ammianus Marcellinus libro XXVIII. Si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas. sin autem exorabiles, summa levitas: quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda est. (Cap. I. p. 562. ex Cicero ad Q. fratrem, Epist. I.) Et hoc explicat Vaqueæ dicto libro, c. 4. num. 21.

G R O N O V I I.

13 Artium momenta] Arcana, & recessus, &

subtilia, quæ rem continent, præcepta.

14 In facti quæstionibus] Ubi ambigitur, factum ne sit aliquid, an non.

15 Intrinseca] Ex ipsa re nascencia.

16 In utramvis partem] Terent. Adelph. 2. I. 20.

(dd) Vetus dictum proverbiale, quod reperitur apud AULUM GELLIUM, Noct. Attic. XIII. 18. ubi videri possunt Int. De re ipsa diximus in Gallicis nostris ad hunc locum Notis. J. B.

G R O.

τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτείναι, ἀσέβημα· si errandum est, sine jure absolvere, quam per injuriam condemnare, est sanctius. Nam in illo error est, in damnatione insontis, facius.

VI. + Maximi autem momenti est bellum, ut + ex quo mala plurima + etiam in innocentes sequi soleant. + Ideo inter sententias alternantes vergendum ad pacem. Laudatur Silio Italico + Fabius:

Lib. I.
vers. 679.

— Cauta speculator mente futuri,
Nec latus dubiis, 17 parvisque laceffere Martem.

+ Tres autem sunt modi, quibus vitari potest, ne controversiæ in bellum erumpant.

VII. 1. + Primum est, colloquium: cum duo sint genera disceptandi, ait Cicero, + unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominibus, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet priore. Et Terentius; "

Vict. de
Jure bel.
n. 23.
+ De Of.
sc. I. II.
u Ennuob.
IV, 7. 19.

h Omnia prius experiri, quam armis sapientem decet:
Qui scis, an qua jubeam sine vi faciat?

Apollonius Rhodius * dixit; 18 + μηδ' αὐτως ἀλλῃ πρὶν ἔπεισι γε πείσῃ- θῆναι. Et Euripides: "

* Argon.
III, 185.
+ Supplic.
vers. 347.

Λόγοις πείσω. εἰ δὲ μὴ, βία δορός.

+ Verbis id impetrabo: sui nequeo, manu.

Idem reprehendit Supplicibus civitates, quæ hanc viam omitterent, (vers. 748.)

G R O T I I.

h Omnia prius experiri, quam armis] Dionysius Halicarnassensis in excerptis legationum: μη πρότερον ἀρξαι τῶν ἔργων πρὶν ἢ πειραθῆναι τῶν λόγων non ante ad res veniendum est, quam tentata sit verborum via. (Pag. 704. Edit. Oxon.) Menelaus apud Libanium: πρῶτον μὲν γὰρ τοῖς δίκαια τῷ λόγῳ πειραῖσαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδῆν, ἀθραπινώτερον δὴ πηδῆν homini convenientius, prius verborum experimentum facere, quam statim ad arma proficere. (Declam. I. pag. 196. D. Ed. Paris. Morell.) Non abeunt hinc illa chori dicta in Euripidis Helena, (vers. 1166, Et seqq.)

τὸ θεῶν
* Ἐπὶ ἀληθῆς εὐρον
* Ἀφρονες, ὅσοι τὰς ἀρετὰς πολὺμ
Κτάσθε, δορός ἀλκαίης
Δολχαίσι κατακινύμενοι

Πόνος θνατῶν ἀπαθῶς.
Εἰ γὰρ ἀμύλλα κινεῖ νη
Αἵματι, ἢ ποτ' ἔρις
Δείλει κατ' ἀνδρῶπων πόλεις!

Stulti nimium, queis virtutis
Mensura placet unioa, ferrum;
Quibus humani pausa laboris
Non nisi sevo queritur ense:
Nam si virtus sanguine tantum
Spectanda venit, nunquam discors
Furor infestæ deseret arbes.

G R O N O V I I.

17 Parvisque] Leg. parvisque. raro rem actis committere.

18 Μηδ' αὐτως] Non statim vi, priusquam verbis tentari.

P p p 3

G R O

Et vos quoque, urbes, quæ, + quod est verbis datum
Transfere, ¹⁹ potius fertis ad eadem arbitram.

Achilles Iphigenia in Aulide, (vers. 1017, & seqq.)

Si paret æquo, nil mea vobis ope
Opus est; salutis est in hoc uno satiss.
Ego simul amici gratiam servaverim:
Minusque vitio vertet omne agmen mihi;
+ Ratione si rem gesserim, non viribus.

Quod in Phœnissis apud Euripidem legimus, (vers. 519.)

²⁰ πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγῳ
Οὐ καὶ σίδηρῳ πολεμίων δράσειεν αἶρ.

^z Lib. XXXV. c. 45. Id auctum sic extulit apud Livium ^z Phœneas: ⁱ multa homines, ne bellare
^a Lib. donius apud Herodotum ^a Polymnia Græcos culpat hac in parte: τὰς χερῶν
VII, c. 9. ἐόντας ἐμογλώσσης, κήρυξι τε διαχρωμένους καὶ ἀγγέλοισι, καταλαμ-
βάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μαχησι. quos oportuit, cum ejus-
dem essent lingue, + caduceatorum, & legatorum opera, non praliis, contro-
versias tractare.

^b Ant. Rom. L. VIII. c. 8. 2. Coriolanus apud Halicarnassensem: ^b τὸ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν,
ἀλλὰ τὰ ἐαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντα τῆς πολεμείν, ἀπαντες
αὐτὸν ὁμολογεῖν εἶναι καλόν. si quis non aliena cupiat, sed sua postulet, + atque
iis non impetratis, bellum moveat, id omnium confessione æquum est. Apud eun-
dem Halicarnassensem rex Tullus; ^c + quæ verbis componi nequeunt, ea armis,
^c Lib. III. cap. 11. ait, decerni. Apud Tacitum ^d Vologeses: æquitate, quam sanguine, causa,
^d Annal. XV, 2. quam armis retinere parva majoribus malueram. Et rex ^e Theodoricus: tunc
^e Cass. III. utile solum est ad arma concurrere, + cum locum apud adversarios justitia non
^f Str. I. potest invenire.

VIII. I. Alterum est inter eos, ²² qui communem judicem nullum habent,
k ²³ + compromissum: ἐπὶ τὸν δίκας διδόντα & νόμιμον ὡς ἐς ἀδικεῖν
εἶναι,

G R O T I I.

ⁱ Multa homines, ne bellare necesse sit, volun-
tate remittere quæ bello, & armis cogi non pos-
sunt] Donatus ad Eunuchum: pervulgatum est
enim, quod summa vi defenderis quum extorque-
tur, hoc idem postmodum remitti remittenti. (Aët.
I. Sc. II. vers. 94.)

G R O N O V I I.

¹⁹ Potius fertis] Id terminatis cruento bello
iudice, ut potior jure victor habeatur.

²⁰ Πᾶν γὰρ] Omnia eam eximit colloquium,
quæ alioqui ferrum hostile faceret.

²¹ Voluntate remittere] Belli vitandi ergo con-
cedere, ad quæ vi, & bello adigi nequeant, de-
speratione in virtutem versa.

²² Qui communem] Quod penes utrumque sit
summum imperium.

²³ Compromissum] Conventio, qua arbitri sen-
tentia se obtemperatos, uterque litigator pro-
mittit. Videndus tit. D. de receptis, qui arbitrium
repperunt, ut sententiam dicant. Vocatur & re-
ceptum in l. 14. C. de judiciis. Vide Suartzmaier
Miscell. jur. cap. 4.

G R O T I I.

k Compromissum] Spreta plerumque potentio-
nibus

τένας, ait *f* Thucydides: in eum, qui arbitrium accipere paratus est, nefas ut in injuriosum ire. Sic de regno Argivo Adrastus, & Amphiaras ²⁺ Eriphylæ judicium permiserunt, narrante *s* Diodoro. De *b* Salamine inter Athenienses, & Megarenfes lecti iudices Lacedæmonii quinque. Apud dictum modo Thucydidem *i* Corcyrenses Corinthiis significant, paratos se disceptare controversias apud Peloponnesi civitates, de quibus inter ipsos convenisset. Et Periclem laudat *k* Aristides, quod, ut bellum vitaretur, voluerit *δίκη διαλύεσθαι περὶ τῶν διαφορῶν*, de controversiis arbitros sumere. Et Isocrates (ee) oratione adversus Ctesiphontem laudat Philippum Macedonem, quod quas habebat cum Atheniensibus controversias, de iis paratus esset *επιτρέπειν πόλει τινὶ ἴση καὶ ὁμοία*, arbitrium permittere alicui civitati aqua utrique parti.

2. Sic olim *l* Ardeates, & Aricini, postea (ff) Neapolitani, & Nolani, controversias suas arbitrio populi Romani permiserunt. Et Samnites in controversia cum Romanis (gg) ad communes amicos provocant. Cyrus *m* sibi, & Assyrio arbitrum fert regem Indorum. Pœni in controversiis cum Masinissa, *n* ut bellum vitent, ad judicia provocant. Romani ipsi de controversia cum Samnitibus apud *o* Livium ad communes socios. Et Philippus *p* Macedo

f Lib. i. c. 85.
g Lib. iv. c. 67.
b Plutarch. in Solon. p. 83. E.
i Lib. i. c. 28.
k Orat. Platon. II. p. 248. B. Tom. III.
l Livium lib. III. c. 71.
m Xen. Cyrop. lib. II. c. 4. §. 7.
n Livium, Lib. XL. c. 17.
o Lib. VIII. c. 23.
p Idem. Lib. XXXIX. c. 10.

ribus via. Vide *Conestagium* de Conjunctioe regnorum Castellæ, & Portugalliæ, digna tamen, quam insistant æqui, & pacis amantes. Fecere magni reges, ac populi, quorum in textu memoria. Addamus alios. Arbitri sumti inter Magnum Norvagiæ, & Canutum Daniæ reges, de regno utroque certantes: Nempe quomodo Julianus primus ejus nominis cum Severo de principatu Romano certante interdicto agere voluit. (SPARTIAN. in Vit. *Pescennii Nigri*, Cap. 2.) Magnus rex Suediæ arbiter sumtus inter Ericos duos Daniæ, & Norvagiæ reges. In federe Lacedæmoniorum, & Argivorum apud Thucydidem: *δίκας δίδοντας κατὰ πάτρια*, qui stare arbitris volunt more avito. Et mox: *εἰ δὲ τις τῶν συμμάχων πόλις πόλει ἴση, ἐς πόλιν ἰδέειν ἄντινα ἴσαν αἰμοφοῖν τοῖς πλεονὶ δοκοῖν* si qua sociarum civitatum cum sociis civitate controversiam habeat, rem deferant ad civitatem, quæ utrisque aqua videbitur. Est utrumque apud Thucydidem libro V. (c. 79.) M. Antoninum multi extra Romanum imperium populi controversiarum suarum, ut bella vitarent, arbitrum sumfere, meminit *Victor*. & alii. Apud *Procopium* Gothic. III. Gepidæ Langohardis dicunt: *δίκη γὰρ διαλέγειν τὰ διαφορὰ ἐν σπουδῇ ἔχομεν. δικάζομεν δ' οἷς ἂν σπαδάξεται, βιάζομεν ἑδωκὴν πρόσθεν* arbitro sumto dirimere controversia parati sumus. at qui stare judicio volunt, eos vi impetere iniquum est. (Cap. 34.) Apud eundem Gothicorum IV. Theudibaldus Franc. rex paratum se ostendit, iudicem accipere de iis, quæ Romani disputabant. (Cap. 24.) Vide & quid olim Romani Philippo significaverint apud *Polybium* excerpto legationum n. 4. & quod est in federe Antiochi ex eodem *Polybio* itidem in ex-

cerptis n. 35. Rex Angliæ iudex de Scotiæ successione: Comes Holstatis inter regem Daniæ, & fratres, *Pontano* memorante historiæ Daniæ libro VII. Adde exempla apud *Marianum* libro XXIV, cap. 20. XXIX, cap. 23. *Parutam* libris VII. & XI. *Bizarum* libro XII. *Crantzium* libro VI. Saxoniorum c. 15. & nostra infra libro III, cap. XX. §. XLVI. (Quod de *Marco Antonio* dicit Auctor, nec in iis, quæ nomine *Aurelii Victorii* circumferuntur, reperio, nec alibi. Certè in Epitome *Victorii* id dicitur de *Antonina Pio*. J. B.)

G R O N O V I I.

24 Eriphyle] Adrastris forori, Amphiarai uxori.

(ee) Nulla est Oratio *Isocratis* adversus *Ctesiphontem*, cujus vel nomen nescio an ullibi apud Oratorem illum legatur. Voluit Auctor dicere *Æschinem*, in cujus notissima Oratione hæc reperias, pag. 286. A. Ed. *Baf.* 1572. J. B.

(ff) De his nil, nec apud *Livium*, nec apud *Dionysium Halicarnassensem*. Auctor noster excerptit heic *ALBERICUM GENTILEM*, *De Jure Belli*, Lib. I. Cap. 3. pag. m. 23. Sed narratur res à *CICERONE*, *De Offic.* I. 10. & *VALEB. MAXIMO*, VII. 3. num. 4. J. B.

(gg) Aut valde faHor, aut idem est, quod paullo post Auctor refert, sed ita ut in posteriori loco verè tribuat *Romanis*, quod de *Samnitibus* aufquam legitur, quantum quidem sciam. Originem erroris indicavimus in *Notis Gallicis*. J. B.

G R O

in controversia cum Græcis ait, se arbitrio usurum populorum, cum quibus pax utrifque fuisset. Parthis, & Armeniis postulantibus ^q Pompejus finibus regendis arbitros dedit. Feacialium Romanorum hoc præcipuum, ait, officium fuisse, Plutarchus: *οὐκ εἰς στρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπήναι. ne snerent prius ad bellum venire, quam spes omnis iudicii obtinendi perisset.* De Gallorum Druidibus Strabo: *ὥς τε καὶ πολέμους διήλων πρότερον καὶ παρατάττεισθαι μέλλοντας ἔπαινον olim ἔ inter bellantes erant arbitri, ac sæpe jam acie congressuros diremerunt.* Eodem officio functos in Iberia sacerdotes, idem ^t testis est.

3. ^l Maxime autem Christiani reges, & civitates ⁺ tenentur hanc inire viam ad arma vitanda. Nam si, ^u ut ²⁵ iudicia alienorum a vera religione iudicium vitarentur, ⁺ & a Judæis, & a Christianis arbitri quidam sunt constituti, ⁺ & id a Paulo præceptum, quanto magis id faciendum est, ⁺ ut majus multo vitetur incommodum, id est, bellum? Sic alicubi Tertullianus argumentatur, non militandum Christiano, ⁺ ut cui ne litigare quidem liceat: quod tamen, secundum ea, ²⁰ ⁺ quæ alibi diximus, ⁺ cum temperamento quodam est intelligendum.

4. Et tum ob hanc, tum ob alias causas utile esset, ^{*} immo quodammodo factu necessarium, ⁺ conventus quosdam haberi Christianarum potestatum, ubi per eos, quorum res non interest, aliorum controversiæ definiantur: immo & rationes ineantur ^m ⁺ cogendi partes, ut æquis legibus pacem accipiant: quem & ipsum olim apud Gallos ⁿ Druidum fuisse usum, ⁺ Diodoro, ac Straboni ^z proditum. Etiam ⁺ proceribus suis de regni divisione iudicium permisisse Francos reges, legimus.

IX. ⁺ Tertia ratio est ^o ²⁷ per ^a sortem: quam ⁺ in hoc commendat Dion Chrysostomus ^b oratione in Fortunam altera: & multo ante ⁺ Solomo Prov. XVIII, 18.

X. I. ⁺ Sortis autem affine quid est certamen singulare, (hh) ⁺ cuius usus non videtur omnino repudiandus, si duo, ^p ⁺ quorum controversiæ alioqui totos

G R O T I I.

ⁱ Maxime autem Christiani reges, ⁺ civitates tenentur hanc inire viam] Gregoræ libro X. de Alexandro Bulgaro: *ἐν ἄξιον εἶναι λέγων Χριστιανούς ἀπηνώς ἔτρωσι κατ' ἀλλήλων ἐπιέναι, ἐνὸν ὁμοδοξίαν ἀλλήλους τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ οὐκ κατὰ τῶν ἀισιθῶν παρατάττεισθαι indecorum esse Christianis, tanta cum acerbitate inter se armis certare, cum rationes sint conveniendi ad pacem, ⁺ communcis vires in impios vertendi. (Pag. 219. Edit. Genev.)*

^m Cogendi partes, ut æquis legibus pacem accipiant] Vide exemplum apud Cassiodorum III, 1. s. 3. 4. & Gailium de Pace publica, II, cap. XVIII. n. 12.

ⁿ Druidam fuisse usum] Druidibus hac in parte, & meliori cum jure, episcopi successere. Vide epistolam episcoporum ad Ludovicum regem in capitulis Caroli Calvi, & de episcopis Hispania Rodericum Telctanum libro VII. c. 2.

^o Per sortem] Vide Augustinum de Doctrina Christiana lib. I, cap. 28.

G R O N O V I I.

²⁵ Iudicia alienorum] Lites forenses apud ethnicios iudices.

²⁶ Quæ alibi] I, 2. 9.

²⁷ Per sortem] Religioni, & fortunæ committendo. Justin. I, 10.

²⁸ Herod. Pol.] 9, 26.

²⁹ Plutarch. quæst. Gr.] pag. 294.

³⁰ Strabo VIII.] p. 357. (Ed. Paris.)

(hh) Vide infra Lib. III. Cap. 20. §. 43. & PUFENDORFIUM De Jure Nat. ⁺ Gent. Lib. VIII. c. 8. §. 5. J. B.

G R O T I I.

^p Quorum controversiæ alioqui totos populos gravissimis

^q Plutarch. Pomp. p. 637. ^r In Num. pag. 68. A. ^s Lib. IV. p. 197.

^t Lib. XI. p. 501.

^u Vict. de Jure belli u. 28.

^x Melina d. p. 103. §. quando int. Egil.

^y Reg. de aff. supern. disp. 31. dub. 4. n. 72.

^z Biblioth. Lib. v. c. 31. 2 Geogr. Lib. IV.

pag. 197. ^a Thom. 2. a. qu. 95. art. 8. & ibi Cajet. n. m.

^b Pag. 599.

totos populos gravissimis malis sint implicituræ, inter se parati sint armis decernere, ut olim ^c de Peloponneso ³¹ Hyllus, & Echemus, de regione ^d ad Inachum ³² Hyperochus, & Phemius, de Elide ^e Pyræchma Ætolus, & ³³ Degmenus Epeus, de Iba ^f Corbis, & Orfua. Videtur enim id, ⁺ si ³⁴ non ab ipsis recte fieri, certe ⁺ a civitatibus posse acceptari, ut minus malum. Apud ^g Livium Metius Tullum sic alloquitur: *ineanus aliquam viam, qua utri utris imperent, sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit.* Strabo ^b vetustam hanc fuisse, ait, Græcorum consuetudinem: ^q & apud Virgilium Æneas æquum fuisse, ait, ut inter se, & Turnum, eo modo res definiretur.

2. Certe ^r ⁺ inter cæteros Francorum veterum mores hunc impenſe laudat Agathias libro primo, ; cujus ipsa verba (sunt enim insignia) arponam : ἀλλ' εἰ περ ἄρα καὶ τιν' ἔριν τοῖς βασιλεῦσιν ἐγγενέσθαι συνενεχθείη, παραλάττονται μὲν ἅπαντες ὡς πολεμήσοντες καὶ τοῖς ὅπλοις διακριθῆσόμενοι, καὶ εἶτα ὁμοσε χωρῶσιν. ἰδόντες δ' ἀλλήλους ἐκατέρωθεν ἢ πληθύς, αὐτίκα τὸ χαλεπαῖνον ἀποβάλλοντες εἰς ὁμοφροσύνην μεταχωρῶσι, καὶ τὰς ἡγεμόνας κελύεσσι δίκη μᾶλλον ἢ ἀμφίβολα διακρινήσασθαι. εἰ δὲ μὴ, μόνως ἐκείνως ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐν σφίσι αὐτοῖς διακινδυνεύειν, ὡς ἐχέσιον ὄν, ἔδὲ πάτριον, ἰδίας αὐτῶν ἐνεκα δυσμενείας, ἢ κοινὰ πημαίνεσθαι καὶ ἀνατετράφθαι. εὐθύς τε ἔν τᾷς τε Φάλαγγας διαλύσει, καὶ ἢ ἔπλα τίθενται, καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνη αὐθις καὶ ἡμερότης, Φοιτήσεις τε παρ' ἀλλήλους ἀφύλακτοι, καὶ ἐπιμιξίαι, καὶ Φρεσὶ ἀίχεται ἢ δεινά. ἔτως ἄρα αὐτοῖς τὸ μὲν ὑπήκουον δίκαιον καὶ φιλοπατρι. τὸ δὲ γε ἄρχον εὐμενές ἐν δέοντι καὶ πειθῆνιον si que forte inter reges oriantur controversia, aciem quidem omnes instruunt, tanquam bellaturi, ad rem armis decernendam : ^z obviam alii aliis procedunt. At ubi conspicati sunt se invicem exercitus, abjecta ira ad concordiam redeunt, ^z regibus auctores sunt, ut jure potius certent : aut si id nolint, ipsi inter se singulari dimicent certamine, ^z suo duntaxat ipsorum periculo rem transigant : neque enim aut æquo, ^z bono, aut patrii institutis convenire, ut ipsi ob propria odia bonum publicum lubefacient, aut evertant.

^c Herodot. Calliop. five Lib. IX, 26. ^d Plut. quest. Gr. pag. 294. ^e Strab. VIII. ^f Livium I. XXVIII. c. 21. ^g Lib. I. cap. 23. ^b Uti supra, Lib. VIII. pag. 357. ⁱ Cap. 2.

vissimis malis sint implicituræ] Scriptor tragediæ Thebaidos, [Phæniss. vers. 564.]

Rex sit e vobis uter, Manente regno querite.

Dion Othone: πολύ γὰρ πῦρ καὶ κρείττον καὶ δικαιότερον ἐστὶν ἕνα ὑπὲρ πάντων ἢ πολλὰς ὑπὲρ ἐνὸς ἀπολέσθαι. multo enim satius, justiusque est, unum pro omnibus, quam multos vivum causa perire. (Xiphilin. pag. 204. B. Ed. H. Steph.)

^q Et apud Virgilium] Æneidos XI.

Æquius huic Turnum fuerat se opponere morti. [Vers. 115.]

Pari de causa Antonium Octavium ad singulare certamen provocabat. Plutarchus Antonio. [Non

ea de causa, sed ἀντιπροσάγων, ut dicit PLUTARCHUS, pag. 944. E. J. B.]

^r Inter cæteros Francorum veterum mores] Vide Caroli Calvi capitulum apud S. Arnulfum, & pacificationem Aquisgranensem. Æquitas eadem apud Langobardos. Vide Paulum Warnafredi libro I, cap. 12. IV. cap. 17. V. cap. 40.

GRONOVII.

³¹ Hyllus] Ἴλλυς τῷ Ἡρακλείδῃ καὶ Ἐχέμῳ Αἰγιάτῃ Suid. in ἐπιβολῇ. Fuit autem hic Echemus Evandri pater.

³² Hyperochus] Archivorum rex.

³³ Degmenus] Ænianum rex.

³⁴ Non ab ipsis recte] Macchiavellus ad Livium I, 22, & 23.

tant. Ergo confestim solvunt exercitus, & restituta pace tuto inter se commeant, sublatis malorum causis. Tanta in subditis cura justitiæ, & patriæ amor: in re-
gibus vero animus placidus, & suis obsequens.

k L. in
pari. 128.
D. de R. I.
Vick. de
Jure bel.
x. 27. § 30.
Lef. de
Just. c. 29.
lib. 10.
Molina,
disp. 103. §.
in secundo
vero. Lorca
2, 2. sect. 3.
disp. 53.
num. 4.

1 Lorca 2,
2. sect. 40.
d. 5. § 53.
Soto V, de
Justit. jur.
41. art. 7.
m Covar.
c. pecca-
tum. §. 10.
n. 6. Alc. 2.
parad. 21.
Fulgof. l. 5.
de Just.
Piccolom.
lib. VI. Phil.
Civ. c. 21.
Alberic.
Sent. l. 1.
c. 6.
n. L. V. Eth.
c. 10. § 11.
Rhet. 1. c.
13. Aug. l.
XV. de Civ.
Dei c. 5. &
LXXIX, c. 15.

XI. Quanquam vero in causa dubia + pars utraque tenetur quærere con-
ditiones, quibus bellum vitetur; s + magis tamen ad id tenetur qui petit,
quam qui possidet. Ut enim in pari causa melior sit possidentis conditio,
k + non civili tantum juri, sed & naturali convenit; + cujus rei causam alibi
etiam ex Aristotelis quæ dicuntur problematibus (ii) attulimus. + Atque hic
& illud addendum est, ab eo, qui justam causam habere se scit, sed docu-
menta non habet sufficientia, quibus possessorem de injustitia suæ possessionis
convincat, bellum licite non sumi: + quia ³⁵ non habet jus cogendi alterum,
ut de possessione decedat.

XII. Ubi vero & jus ambiguum est, ¹ + & neuter possidet, aut ex æquo
uterque, ibi iniquus censendus erit ³⁶ + qui oblatam rei controversæ divi-
sionem repudiat.

+ XIII. I. + Ex his, quæ diximus, definiri potest + illa a multis agitata
m quæstio, + an bellum, + ratione habita eorum, qui principales belli mo-
tores sunt, utrinque justum esse possit. t + Distinguendæ enim sunt variæ
ceptiones vocis justi. Justum enim aliquid dicitur + aut ex causa, + aut
secundum effectus. Ex causa rursus, + aut speciali acceptione justitiæ, + aut
illa generali, qua omnis rectitudo eo venit nomine. Specialis acceptio ite-
rum dividitur + in eam, ³⁷ quæ ad opus pertinet, + & eam, quæ perti-
net ³⁸ ad operantem; quarum (kk) illa potest dici positiva, hæc negativa:
nam ipse operans juste agere interdum dicitur, + quoties injuste non agit,
+ etiamsi id, quod agit, ³⁹ justum non sit: quomodo recte distinguit Ari-
stoteles, " τὸ ἀδίκειν, & τὸ ἀδίκον πράττειν, + injuste agere, + & agere
quod injustum est.

2. + Speciali, & ad rem ipsam relata acceptione bellum utrumque justum
esse non potest, + ut nec lis; + quia ⁴⁰ facultas moralis ad contraria, puta
ad
Covar. c. peccatum. §. 10. n. 4. Vick. n. 32. Suares de Legibus lib. III. cap. 8. Alph. de Castro de
Potest. leg. penal. l. 1. c. 1. & 3.

G R O T I I.

s Magis tamen ad id tenetur qui petit, quam qui
possidet] Vide Herzeram tomo II.

t Distinguendæ sunt variæ acceptiones vocis ju-
sti] Sic Gratianus causa XI, quæstione III. post
c. Episcopus, 65. distinguit justitiam causæ, or-
dinis, animi.

G R O N O V I I.

35 Non habet jus] Quippe quod consistat in
documentis, ut, actore non probante, reus ab-
solvitur.

36 Qui oblatam] Si alter paratus sit partiri
rem potius, de qua ambigitur, quam ob totam
possidendam bellare.

37 Quæ ad opus] Quæ inest ipsi rei.

38 Ad operantem] Per quam facultas est opo-
ranti pro conditione sua, & loco sic agendi, ut
agit.

39 Justum non sit] Ut cum prætor injuriam
decernit, tamen jus reddere dicitur L. II. D. de
just. & jure.

40 Moralit ad contraria] Idem juste, probe-
que simul hinc agi, inde prohiberi nequit; ea-
dem res per se non potest esse licita, & illicita.

(ii) Vide supra, Cap. V. §. 18. J. B.

(kk) Hæc omnia, quarum illa. . . negativa,
in sola prima Editione leguntur, & in aliis omis-
sa sunt incuriâ typothetarum, ut quivis videt.
J. B.

G R O N O-

ad agendum, & ad impediendum, non datur per rei ipsius naturam. At vero, + ut neuter bellantium injuste agat, fieri sane potest; injuste enim agit nemo, + nisi qui & scit, se rem injustam agere: multi autem id nesciunt. + Sic juste, id est, ⁴¹ bona fide litigari potest utrimque. + Multa enim & in jure, & in facto, unde jus oritur, fugere homines solent.

3. + Generali acceptione justum dici solet, + quod omni culpa agentis vacat. Multa autem + etiam sine jure fiunt absque culpa, ob ignorantiam inevitabilem: cujus rei exemplum est in his, + qui legem non observant, quam sine culpa sua ignorant + postquam lex ipsa promulgata est, + & tempus per se ⁴² ad scientiam sufficiens transit. + Sic & in litibus accidere poterit, ut pars utraque non modo injustitiæ, sed & omni alio vitio careat, + præsertim ubi pars utraque, aut altera, litigat ⁴³ non suo, sed alieno nomine, puta ex tutoris officio, cui congruit jus etiam incertum non deferere. Sic ^o Aristoteles, in litibus juris controversi, ait, + neutrum esse improbum, quod ipse dicit *πονηρόν*. Cui consentiens Quintilianus ^p posse accidere, ait, + ut ex utraque parte orator, id est, vir bonus, dicat. Immo & + juste judicare judicem ambigue dici, ait Aristoteles; ^q significari enim aut judicare *ὡς θεῖ*, plane ut oportet, sine ulla ignorantia, aut *κατὰ τὴν εαυτῶν γνώμην*, ex animi sui sententia. Et alibi ait: *ἂν εἰ ἀγνοῶν ἐκρίνευ, οὐκ ἀδίκει*, si quis per ignorantiam judicaverit, + non egit injuste. ^{111. Rhet. c. 17. p. Liq. 11. c. 17. q. Top. 1. 13. r Nic. v. 12.}

4. At in bello + vix est, ut temeritas saltem omnis, & ⁴⁴ dilectionis defectus absit, ob negotii ipsius gravitatem, quæ omnino talis est, ut causis probabilibus non contenta, quam maxime evidentes requirat.

5. + At justum si accipimus, ⁴⁵ quoad effectus quosdam juris, + certum est, bellum hoc sensu justum utrimque dari, ut ex iis apparebit, quæ de bello publico solemniter + infra a nobis dicentur. + Sic enim & sententia non ex jure lata, + & possessio sine jure habent quosdam juris effectus.

G R O N O V I I.

⁴¹ Bona fide] ~~S~~e calumnia.

⁴² Ad scientiam sufficiens] Intra quod notitia legis istius pervenire ad illos potuit.

⁴³ Non suo, sed alieno] Non pro se, sed pro alio, ut pro pupillo tutor.

⁴⁴ Dilectionis] Charitatis, quam homo homini, maximeque Christianus Christiano debet.

⁴⁵ Quoad effectus] Pro eo, quod orto bello licet, ita ut de eo actio non detur, sed quod utrimque factum est, habeatur pro rato, & jure facto.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XXIII.

DIXIMUS, belli jus non esse nisi ex justa causa: at cum sæpe medium sit inter fas, & nefas, & facta sua natura dubia sint, merito quæritur, quid in tali dubio liceat? Dicimus, in causis dubiis nullum jus belli esse, quia injuria certa esse debet, utpote quæ unica belli ratio est; de qua proinde constare debet. Quamdiu igitur ei, qui bellum intentat, res dubia est, nondum potest de injuria conquiri.

Si tamen princeps omnibus rite perpensis, consultis quoque prudentioribus, confidit, & credit, justam sibi esse causam, conscientiæ ejus, quia alius judex non est, id relinquendum erit; & eventus, Deo arbitro, demonstrabit, an juste, an vero injuste judicaverit.

Unde simul apparet, Principem de jure non teneri aut colloquium accipere, *vid.* §. 2. aut arbitrium, *vid.* §. 8. aut fortiter rem committere, *vid.* §. 9. quia actus hi sunt meræ voluntatis: quanquam negari non possit, laudabiliter facere Principem, qui media amicabilis compositionis in causa dubia non rejicit.

A D §. I.

In moralibus non æque, ut in mathematicis disciplinis, certitudinem inveniri]
,, *Vid. proleg. §. 58. L. 1. c. 2. §. 8. n. 4.*
,, *L. 2. c. 1. §. 5.*

At in moralibus circumstantiæ etiam minima variant materiam] ,, *Quia moralium,*

,, *natura ex operationibus cognoscitur, L. 1. c. 3. §. 11. n. 2. operationes autem illæ maxime sunt incertæ. Unde recte alibi dixit Auctor, punctum in moralibus non inveniri sine aliqua latitudine. L. 1. c. 2. §. 8. n. 4. & l. 2. c. 1. §. 5. n. 1. Medium est] ,, An aliquid fas, an nefas sit, dependet a facto, & animo agentis; utrumque dubium esse potest. Ut in crepusculo] ,, Vid. *Gron. b. Dubiam lucem vocat Curt. 7. 11; lucem incertam, Liv. 9. 42. Galli eleganter: entre bien & loup.**

A D §. II.

Sed ab eo fit, qui, omnibus expensis, injustum id existimat, actum esse vitiosum]
,, *Quamdiu enim ipsi principi res dubia videtur, nec is de justitia causæ persuasus est, salva conscientia asserere nequit, injuriam sibi illatam esse: peccatum autem est quicquid contra conscientiam fit. 1. Cor. 8. & 9.*

Quo in loco fides animi judicium de re significat] *Jus Canonicum quoque in c. fir. X. de Præscr. Apostolum de fide politica loqui contendit; atque ideo præscriptionem improbat, quia non ex fide fit, sed contra animi nostri conscientiam. At plane alio sensu fidem ibi accipi, demonstravi in Disp. de firib. bonæ fidei II. Dub. II. §. 18. seq. simulque dubiis, quæ B. Linkerus mihi obmovit, satisfeci. Verba vide infr. ad Lib. III. Cap. VII. §. 6. n. 2. hujus editionis Tomo IV. pag. 88. seq.*

Nam

Nam vim judicatricem humanis actionibus duces Deus addidit] „ Ideo enim

„ Deus iudicium nobis dedit, ut mala a
„ bonis, fas ab eo, quod nefas est, di-
„ scernere possimus. Si proinde iudicium
„ illud negligimus, vel contra illud iudi-
„ cium quædam committimus, peccatum
„ est. Conf. c. 44. c. 33. de penit. q. 3.
„ Dist. 3.

2 *Ut iudicium nihil certi monstret, sed besitet*] „ Forte quod facti circumstantiæ
„ dubiæ sint.

Attenta consideratione] „ Post maturam
„ deliberationem, adhibito quoque confi-
„ lio prudentum.

Ciceronis] „ L. 1. de off. c. 9. ubi ad-
„ dit: *æquitas enim lucet ipsa per se; du-
„ bitatio cogitationem significat injuria.* Plu-
„ tarchus in Timoleonte: *Requiritur non
„ modo ut quod agitur sit honestum, ju-
„ stumque, sed ut firma, ac constans adsit
„ persuasio, unde fiat actio; ut quod fit,
„ fiat ideo, quod animus ita faciendum
„ judicaverit.*

*Qui vetant quidquam agere, quod du-
„ bites*] „ Unde is, qui errat in titulo,
„ jure civili non ufucapit, etsi revera ti-
„ tulus justus adfuerit, l. 32. §. 1. ff. usurp.

*Ubi alicui omnino alterutrum est facien-
„ dum, & de utroque, an æquum sit, du-
„ bitatur*] „ Si certo constet, utrumque est
„ se injustum, neutrum faciendum est,
„ nec ex necessitate: si vero dubitetur de
„ utriusque æquitate, nec res in potesta-
„ te nostra sit, eligi potest id, quod mi-
„ nus malum videtur.

Quintilianus] „ *Duo mala licet sint omni-
„ no cautissime præcavenda, tamen si pe-
„ riculi necessitas ex his unum perpetrare
„ compulerit, id debemus resolvere, quod
„ minori nexu noscitur obligare.* Dist. 13.
„ c. 1. Et Cicero 3. in Verr. 87. *Mini-
„ ma malorum eligenda.* Tesm. b.

A D §. III.

*SENTENTIAM super ea re promun-
„ ciantibus*] „ Teneri enim audire consilia
„ prudentum, Grotius ait §. Seq.

Argumenta ex re petuntur e causis, &c.]
„ Omne dubium in hac materia oritur ex
„ facto ipso, si scilicet ejus circumstantiæ
„ dubiæ, & incertiæ sunt; & ex animo
„ agentis, si nimirum non constet, an ma-
„ licia, an casu, an culpa egerit.

A D §. IV.

A D hæc] „ Scilicet argumenta, quæ ex
„ re petuntur.

Usu quodam, & peritia opus est] „ Quia
„ facti interpretatio admodum fallit, l. 2.
„ ff. Jur. ign.

Ut actio iudicium recte conformet]
„ Ut in examinando facto rite procedant.

Tenantur audire sapientum consilia] „ Sa-
„ ne etiam privatis imputatur, si peritorum
„ consilium non adhibeant.

Probabilia sunt] „ Adeoque non ea
„ probabilia sunt, quæ nobis talia viden-
„ tur, sed quæ aut omnibus, aut saltem
„ sapientioribus, & inter hos illis, qui
„ præstantiores sunt.

*Et hac via iudicandi maxime utuntur
„ reges*] „ Vix enim reges sunt, qui non
„ consilium aliquod status deligunt, ad
„ quod in causis arduis recurrunt.

Artium momenta] „ I. e. præcepta acti-
„ vum iudicium recte confirmandi.

In facti questionibus] „ I. e. in veritate,
„ & circumstantiis facti examinandis.

*Id pro vero habetur, unde plures, maxi-
„ meque idonei stant testes*] „ Vid. Martini
„ in Comment. Forensi tit. XX. §. 3.
„ n. 247. Seq. ibique Dd.

Ita sententiarum eas sequendus] „ Ad
„ eum effectum, ut quis de veritate cer-
„ tus sit.

Consulto collegio secalium] „ De quo ri-
„ tu late egi supra l. 2. c. 15. §. 3.

Nisi auditis episcopis] „ Qui tunc foli
„ jurium periti erant Legimus apud Ca-
„ sareum de B. G. l. 6. & Tacit. d. M.
„ G. c. 11. antiquissimo Gallorum, & Ger-
„ manorum more sacerdotes in omni deli-
„ beratione publica iudicium tulisse, num
„ jure fieri potuerit. Atque hæc vera est
„ origo hodiernorum Archicancellariorum
„ Imperii. Vid. B. Parent. J. publ. c. 10.
„ §. 3. 4. 5. & 6.

*Ut si quid esset, quod religionem posset
„ injicere*] „ Illi enim foli divinarum, &
„ humanarum rerum periti censebantur,
„ d. §. 4. & 5.

A D §. V.

„ *Auctor* ait: si utrinque argumenta
„ sint æque probabilia, optionem esse ju-

Q 9 9 3 „ dicantur

dicantis, nisi de re gravi agatur, scilicet de bello. At dictum jam est, in dubio, & ubi argumenta utrinque æque sunt probabilia, justam belli causam non esse.

Sive intrinseca] „ I. e. ex re petita. Vid. §. 3.

Sive ab aliorum auctoritate] „ Quos rex consuluit. Vid. §. 4.

Videtur vitio carere posse electio] „ Immo etiam in re mediocri certus esse debet de suo jure, nec ante agere potest.

Præferenda est pars tutior] „ Abstinere a bello debet, non quia in re magni momenti pars tutior eligenda est, sed quia in causa dubia non constat injuriam factam esse.

Ideo satius est, nocentem absolvere] „ Dixi, rationem non in eo consistere, quod in re magni momenti tutius sit reum absolvi (nam id etiam in minori debito obtinet); sed quia quamdiu de injuria non certo constat, res manet in pristino statu. Vid. supra l. 2. c. 7. §. 2. Conf. l. 5. ff. *Pæni*.

Es mox addit rationem] „ Ratio autem hujus rationis est, quod injuria non fit, si de ea certo non constat.

A D §. V I.

AUCTOR tres modos proponit, quibus vitari potest ne in bellum res deveniat: colloquium, compromissum, & sortem. At hæc consilii sunt, non juris, & non nisi ex utriusque voluntate locum habere possunt. Sane, alter invitus jus suum compromisso, aut forti submittere non tenetur, in primis si tutus est sua possessione.

Maximi autem momenti est bellum] „ Dictum jam est, in dubio nullum jus agendi competere, adeoque nec bello agi posse, sive causa sit gravis, sive levis.

Ex quo mala plurima] „ Quæ Auctor late explicat l. 2. c. 24. §. 1. 4. 8. & 9.

Etiam in innocentes] „ Tacit. Ann. 1. 48. In pace casus, & merita spectari; ubi bellum ingruat, innocentes, ac noxios juxta cadere.

Ideo inter sententias alternantes vergendum ad pacem] „ Si scilicet de injuria certo non constat, adeoque de ea dubitetur.

Tres autem sunt modi] „ Hæc consilia

sunt prudentiæ, non juris: sane, ex arbitrio partium dependet, an consentire in colloquium, arbitrium; &c. velint, an non.

A D §. V I I.

PRIMUM est colloquium] „ Si is, qui dubitat se læsum esse, provocat alterum, qui negat se injuriam fecisse, ad colloquium, hic autem id respuit, inde non justa oritur belli causa: non ob injuriam illatam, utpote quæ dubia est; nec ob denegatum colloquium, quia de suo jure disponit is, qui renuit. **Exempla denegati colloquii** vide apud Liv. 32. 37. *Cæsar. de bello Gall. l. 34. & 35. Thuan. l. 42. ad an. 1566. & l. 30. p. 604. & l. 17. p. 350. &c. Vid. Testm. b.* Neque scriptores allegati thesin Auctoris firmant, uti mox videbimus.

Unum per disceptationem] „ Cicero per disceptationem non intelligit colloquium, sed judicium, ubi privati inter se disceptant; quo cessante (uti cessat inter gentes, quæ judicem non habent, & inter privatos si judicis copia non est) vi contenti debet. Vid. supra l. 1. c. 1. §. 2. *M^o &c.*] „ At Apollonius loquitur de clarigatione; ea enim præcedere bellum debet.

Verbis id impetrabo] „ I. e. reparationem postulabo. Quæ clarigatio est, non colloquium.

Quod est verbis datum transigere] „ Agitur ibi de supplicibus, qui reparationem offerebant. Hinc merito reprehendit civitates, quod conditiones, quæ supplices offerebant, respuerent.

Ratione si rem gesserim, &c.] „ Agitur ibi de mediatore, qui officia impendit antequam vis paretur.

Caduceatorum, & legatorum] „ Injuria ibi erat notoria; sed improbat, quod clarigatio fuerit neglecta, & omissa, i. e. quod per caduceatores, & legatos reparatio postulata non fuerit.

Atque is non impetratis] „ Facta scilicet clarigatione; non ergo quaestio erat de colloquio. Neque de injuria dubia ibi agitur, sed de certa.

Qua verbis componi nequeunt] „ Ibi utriusque partis consensu colloquium placuit, Liv. 1. c. 23.

Cum

Cum locum apud adversarios justitia non potest invenire] ,, I. e. ubi facta clarigatione adversarius reparare injuriam non vult.

A D §. VIII.

1 COMPROMISSUM] ,, Est conventio ,
 ,, qua arbitri sententiæ utraque litigantium
 ,, pars sese submittit. *Gron. b.* Quid si alter
 ,, recuset, an tunc dubitantis causa justa
 ,, est ? Merito id negamus ; non enim cer-
 ,, tus est, sibi injuriam fieri, & jus suum
 ,, læsum esse.
 3 Tenentur banc inire viam] ,, Pruden-
 ,, ter, ac pie facient incundo eam viam :
 ,, at alter acceptare compromissum non ten-
 ,, netur ; nec si recusat, ideo alterius
 ,, causa justa fiet.
 Et a Judæis, & a Christianis arbitri
 quidam sunt constituti] ,, Cum sub Ethni-
 corum imperio essent
 Et id a Paulo præceptum] ,, 1. Cor. 6.
 ,, v. 3. Non per modum legis, sed per
 ,, modum consilii, & quia id laudabile est.
 Ut multo magis, &c.] ,, At causa hu-
 ,, jus mali non est is, qui jure suo uti-
 ,, tur, & arbitrium recusat, sed is, qui
 ,, bellum movet cum de injuria non constet.
 Ut cui ne litigare quidem liceat] ,, Scili-
 ,, cet, coram judice gentili. *Vid. l. 1. c. 2.*
 ,, §. 8. n. 4. At non loquitur de eo, quod
 ,, juris, sed quod virtutis est.
 Quæ alibi] ,, l. 1. c. 2. §. 8. 9. 10.
 & 12.
 Cum temperamento quodam] ,, Nimirum,
 ,, ne militent Christiani gentilibus, & ne
 ,, litigent contra Christianos in foro geni-
 ,, li. Rationem dedimus dicto c. 2. §. 8.
 4 Conventus quosdam haberi Christianarum
 potestatum] ,, Sic Leo X. consilium dedit
 ,, de communi fœdere contra Turcas incun-
 ,, do, vi cujus omnes Christiani non tan-
 ,, tum de suo conferre possint, sed plane
 ,, debeant. *Guicciard. l. 12. p. 349. Hul-*
 ,, denberg. *de æquilibrium Jur. Gent. c. 1.*
 ,, §. 7. & 8. Latius pat. bāt institutum Hen-
 ,, rici IV, qui, ut fama fert, commune
 ,, aliquod concilium principum Christiano-
 ,, rum meditatus est, in quo omnes cau-
 ,, sæ belli, & pacis, non vi, sed jure di-
 ,, sceptari debuerint : de quo integram dif-
 ,, fertationem scripsit præfatus L. B. a Hul-
 ,, denberg d. l. c. 2. & 3. per tot.

Cogendi partes, ut aquis legibus pacem accipiant] ,, Tale commune concilium olim fuit in Græcia. *Vid. l. 1. c. 3. §. 17. 2.* In Germania quoque fœdus Suevicum hunc in finem initum fuit, *vid. B. Par. J. publ.* hodieque tale commune concilium inter plures civitates obtinet : ut in Belgio, Helvetia, &c.

Proceribus suis de regni divisione judicium permisisse Francos reges] ,, Id non factum est, per modum compromissi, sed ideo, quia absque eorum, quorum interest, consensu, imperium dividi non potest. *Vid. supra l. 2. c. 6. per tot.*

Monendum hic est, speciem compromissi esse MEDIATIONEM : quia Mediatores quoque communi consensu eliguntur, non ut decendant, sed ut persuadeant, officia interponant, &c. B. Parens dissertationem conscripsit de officio Mediatorum, cujus compendium exposuimus in Elementis juris naturalis, & Romani, §. 232. usque ad finem. Verba hæc sunt.

Mediator est, qui transigendis litibus, inter duas summas potestates ortis, ex utriusque partis placito, volens intercedit.

Constitui mediatores possunt mares, & fœminæ, etiam privati, cujusque religionis.

Plerumque eligi solent Principes potentes, quorum interest publicam auctritatem a neutro litigantium turbari, & quorum potentia metuenda est iis, qui justas pacis conditiones respuunt. Unde sæpius videmus, mediatores in unius litigantium partes transisse.

Officium mediatorum est, conciliare pacem, omniaque, quæ eo pertinent, instruere.

Hinc 1. preliminaribus congressibus præparant locum, & diem congressus statuunt : 2. ceremoniale, quod vocant, instruunt, & suo nomine publicant : 3. gravamina cujusque partis mediatori exhibentur, exhibita partibus communicantur : 4. mediatores lites intervenientes monendo, hortando, &c. componunt : 5. formulam pacis delineant : 6. eis presentibus paciscentes pacis articulos subscribunt.

Ceterum, mediator non est Guaranta pacis, nec is interpretari pacem, si dubia est, potest.

Finitur mediatoris officium, 1. finito negotio, si nimirum vel tractatus abrumpan- tur ; vel pax conclusa est : 2. dissensu mu- tuo : 3. morte mediatorum, nisi in succes- sorem

*Sortem partes consenserint : 4. renunciatio-
ne vel mediatoris, vel unius litigantium.*

A D §. I X.

TERTIA ratio est per sortem] „ Au-
„ ctor ait, cum, qui de iustitia causæ suæ
„ dubitat, forti rem committere debere;
„ nimirum, si alter consentiat. Quid si
„ alter nolit? diximus, inde causam du-
„ biam non fieri iustam.

In hoc] „ Immo id non tantum com-
„ mendat si causa dubia, sed etiam si cer-
„ ta est: nam ipsum bellum fors est; adeo-
„ que potius commendat sortem, quam
„ tanta pericula, & incommoda non fe-
„ quantur.

Solomo Prov. XVIII.] „ *Contradictio-
„ nes comprimit fors, & inter potentes quo-
„ que dijudicat.*

A D §. X.

**SORTIS autem affine quid est certamen
singulare]** „ Auctor consilium dat ei,
„ qui de iustitia causæ dubitat, ut alteri
„ certamen singulare offerat; idque licitum
„ esse, statuit: quod admitti haud potest.
„ Nam is, qui de iustitia causæ suæ du-
„ bitat, nullum jus belli, neque privati,
„ neque publici habet; adeoque si alterum
„ occidit, homicidii reus erit. Sed & si al-
„ ter nolit decertare, ideo causa offeren-
„ tis certamen iusta non fit, sed res ma-
„ net in statu, quo est. Denique causa po-
„ puli est; jus publicum autem absque
„ ejus consensu committi certamini singu-
„ lari nequit.

*Quorum controversia alioqui totos popu-
los gravissimis malis sint implicitura]* „ Vi-
„ de omnino ea, quæ Auctor habet l. 3.
„ c. 20. §. 43.

Si non ab ipsis recte fieri] „ Immo sem-
„ per injuria est a parte ejus, qui in cau-
„ sa dubia, i. e. quam ipse talem iudicat,
„ alterum ad duellum provocat.

A civitatibus posse acceptari] „ Ratione
„ acceptantium (qui contendunt, causam
„ suam iustam esse) est species necessaria
„ defensionis; adeoque eligere oblatum cer-
„ tamen possunt ad evitandum bellum.

Inter ceteros Francorum veterum mores]
„ Alia exempla refert Bodinus de rep. l. 4.

„ c. 7. n. 474. seq. Inter principes ad A-
„ quilonem regentes nihil frequentius hisce
„ duellis occurrit. Videatur *Crantz. rer.*
„ *Dav. l. 1. c. 5. 18. c. 21. & 27.* Nota
„ est provocatio illa ad duellum inter Caro-
„ lum V. & Franciscum Galliarum regem,
„ apud *Limn. ad Cap. Car. V. p. 79.*
„ Cæterum, an licitum sit condicere certa-
„ mine bellum finire, late examinat Au-
„ ctor l. 3. c. 20. §. 43. seq. Et an ju-
„ stus sit probandi modus inter privatos,
„ disputavimus in *Diff. proam. XII. §. 69r.*
„ seq. Conf. *supra l. 2. c. 1. §. 10. & 15.*

A D §. X I.

**PARS utraque tenetur querere conditi-
nes]** „ Diximus, laudabiliter facere
„ acceptant tales conditiones: at nem-
„ offerre, vel acceptare eas tenetur,
„ iustam se causam habere existimat.

*Magis tamen ad id tenetur qui petit
quam qui possidet]* „ Regula naturæ est
„ meliorem esse conditionem possidentis
„ *Vid. supr. l. 2. c. 2. §. 8.* Sed & ra-
„ tiones naturæ, cur is, qui petit, ju-
„ suum docere teneatur, allegavimus *supr.*
„ *l. 2. c. 7. §. 2. n. 1.* Non autem probat
„ qui ipse de jure suo dubitat.

Non civili tantum juri] „ L. 128. p.
„ *Reg. jur. ibique Goth.* Ubi late textus
„ eo pertinentes cumulat.

*Cujus rei causam alibi etiam ex Aristote-
le attulimus]* „ *Vid. l. 2. c. 2. §. 8.* Vera
„ ratio est, quod res maneat in eodem
„ statu, donec probetur mutatio. *Vid. Al-
ciat. de prob. reg. 2.*

Atque hic & illud addendum est] „ Im-
„ mo qui scit, se iustam belli causam ha-
„ bere, bellum licite sumit, etsi documen-
„ ta non habeat; quia Deus, qui testis,
„ & moderator est bellorum, per eventum
„ de iustitia causæ decisurus est. Ipse Au-
„ ctor *inter privatos*, ait, deficientibus
„ documentis redire jus pristinum, quo si-
„ bi ipsi quilibet (quod ipsum tamen me-
„ rito negamus.) jus dicere potuit. *Vid.*
„ *l. 2. c. 7. §. 2. in fin.* Si igitur inter
„ privatos deficientibus documentis bellum
„ privatum licite sumi potest, cur non
„ inter reges bellum publicum? Quod pro-
„ lixius explicavi d. c. 2. §. 8.

*Quia non habet jus cogendi alterum, ut
de possessione decedat]* „ Immo qui certus
est,

est, alterum injuria possidere, habet jus eum cogendi; nam probatio in bello non fit per documenta, sed per ultimam victoriam.

utraque pars sibi jus esse contendat, rationi repugnat, utriusque assertionem, & prætensionem esse veram, & justam, utpote directo sibi contrariam; in contradictoriis enim una tantum pars vera esse potest. Si ergo unus verum jus, seu justum sibi asserit, necessario alterius assertio falsa, & injusta erit, cum insuper idem jus duorum in solidum esse nequeat. Cæterum, id verum est, utriusque causam aliquid ex vero, & justo habere posse.

A D §. XII.

Et neuter possidet] „ Si enim alter possidet, meliorem esse conditionem possidentis, diximus §. præced. ad rubr. secundam.

Qui oblatam rei controversæ divisionem repudiat] „ Auctor hic suadet, ut partes litigantes rem, de qua litigatur, dividant; ubi duo supponit: 1. ut offerens dubitet de jure suo: 2. ut neuter possideat, vel ex æquo uterque. At utroque casu dicendum est, recusante eo, qui justam sibi scit esse causam, jus belli inde non oriri.

A D §. XIII.

Quærit Auctor, an bellum utrinque justum esse possit? Et juxta varias acceptiones vocis *justi* hanc quæstionem decidit. Potius dicendum, non distinguendas hic esse voces *justi*, sed diversas quæstiones, & causas jurium. Aliud enim est, an uterque possit habere jus belli gerendi; aliud, an illud, de quo controversa est, & bellum geritur, respectu utriusque justum esse possit. Uterque litigantium priori sensu bellum juste gerit, quia uterque summa gaudet potestate, & superiorem non habet, qui de justitia, vel injustitia judicare possit. Ut autem hoc respectu bellum justum sit, non requiritur justitia causæ, sed tantum probabilitas, & bona fides, ut quisque putet se habere justam causam; idque ideo, quia bellum est instar judicii. Uti igitur ad justitiam litis non requiritur justitia causæ, quia de hac iudex statuere debet, non litigantes, quibus sufficit, quod putent justam litigandi causam se habere, & ejus judicium committant judici: ita & ad jus belli gerendi non requiritur jus ipsius causæ, de qua bellum geritur, sed sufficit justa opinio, & bona fides de sua justitia; reliquam enim committitur summo rerum arbitro.

At posteriori sensu causa controversa justa utrinque esse non potest: cum enim

Additio.

„ Grotius ait, ex præmissis definiri posse agitatum illam quæstionem: An bellum utrinque justum esse possit? Distinguendas autem I. esse, putat, varias acceptiones vocis *justi*. Justum enim aliquid dici, 1. aut ex causa, aut secundum effectus; 2. ex causa rursus aut speciali acceptione justitiæ, aut generali illa, qua omnis rectitudo eo venit nomine; 3. specialem acceptionem iterum dividit in eam, qua ad opus pertinet, & eam, qua pertinet ad operantem. Vid. n. 1.

„ His præmissis II. concludit, speciali acceptione justitiæ bellum utrinque justum esse non posse; fieri tamen posse ut neuter injuste agat, si scilicet uterque putat justam sibi causam esse. Vid. n. 2.

„ Sed & in generali acceptione justitiæ accidere posse, ait, ut pars utraque non tantum injustitia, sed & vitio careat, vid. n. 3. uti si causa dubia est, vel alieno nomine quis litigat, ibid. quantum in bello vix temeritatem abesse putet. Vid. n. 4.

„ Denique & III. si justum accipitur secundum effectus quorundam juris, hoc sensu bellum utrinque justum dici posse, statuit. Vid. n. 5.

„ Exemplum ponit in bello publico solenni. Huic enim bello (quod nimirum inter duas summas potestates geritur, & indictum est) fingit, gentes certa privilegia tribuisse, interque se convenisse, ut uterque jure agere videatur; adeoque gentes hæcenus recessisse a jure naturæ, quod præcise justam causam requirit, adeo ut qualibet gens, immo quilibet privatus, ab eo, qui sine justa causa bellum gerit, tanquam a prædone, & homicida, poenam sumere possit.

„ Vi igitur hujus privilegii gentium de justitia causæ non quæri, adeoque utrum-

R r r

que

que jure bellum gerere, ait, non quidem quoad justitiam internam, sed externam; cujus effectus est ut etiam is, qui injustam causam defendit, impune hostem lædere, & rerum hostilium dominium externum acquirere, neque ideo ab aliis gentibus puniri possit. Quod systema plenius examinavimus in *Diss. præm. IV. §. 20. seq. & Diss. IX. §. 63. seq.*

Refutavimus suave hoc somnium in eadem *Diss. præm. IX. §. 168*; & diximus, distinctionem inter bellum *solemne ex jure gentium*, & *minus solemne*, mere esse cerebrinam. Nam 1. alibi demonstravimus, non dari jus gentium, nec existere talem constitutionem universalem, qua gentes jura, quædam inter se statuere voluisse appareat. Adeoque 2. verum non est, gentes constituisse ut bellum illud, quod inter duas potestates summas geritur, & indictum est, solemne sit, & quod ei quosdam effectus singulares tribuerint, *impunitatem* scilicet intuitu aliarum gentium, & *dominium externum*. Unde quæso consensus, pactum, & statutum tale probari poterit? Sane 3. omnes illi effectus juris particulares, quos Auctor bello solemni ex jure gentium tribuit, vel ad jus naturæ pertinent, vel plane non sunt juris, adeoque nec juris gentium. Inutilis ergo est tractatio operosa Grotii in explicandis his effectibus, *IV. Causam huic invento dedit quæstio illa celebris: an bellum utrinque justum esse possit?* Grotius ex lumine rationis recte judicavit, alterutrum necessario injuria agere. Quia vero de justitia causæ inter duas summas potestates, quarum utraque jure se agere putat, nihil affirmari, adeoque neutra injuriæ argui potest, admodum hæret, quo sensu bella hæc justa utrinque dici possint; & tandem concludit, *jure gentium* id statutum esse.

Id autem gentes saltem constituisse, fingit, in bellis *solemnibus* (quæ nimirum inter duas summas potestates geruntur, & indicta sunt). In *minus solemnibus* vero (i. e. quæ a potestate non summa geruntur, vel quæ indicta non sunt) nec jure gentium bellum justum utrinque esse, sed eum, qui injuriæ agit, capta restituere teneri, & tanquam la-

tronem, raptorem, &c. a quovis puniri posse.

Equidem opus non fuisset ut illa difficultas evitetur, ad distinctionem confugere, quæ meris, & vagis conjecturis nititur, ac omni ratione caret. Decisio propositæ quæstionis ex ipsa ratione naturali sequitur.

Repetendam autem est, morali ratione inter duas summas potestates judicium de justitia causæ ferri non posse: non ab *ipsis litigantibus*, quia uterque suam causam justam esse, asserit; nec ab *aliis gentibus*, quia gens in alias gentes judicium sibi arrogare nequit.

Suspensa igitur est justitia causæ, & tota res dependet ab eventu belli; indeque suspendi quoque debet judicium de justitia causæ, donec Deus bellorum arbiter litem hanc per ultimam victoriam decidat.

Sed ane durante saltem hac lite uterque jure agit? Anne uterque mediis defensionis propitio jure uti potest? Resp. Nec hoc admittimus: quia is, qui injuria agit, etsi id publice non testetur, omnia illicite agit, adeoque hæc ipsa defensionis media injusta sunt.

At, ais, uterque in bona fide esse, & jure se agere, opinari potest; adeoque saltem ex opinione litigantium utrinque bellum justum erit. Resp. Ex eo, quod quis opinatur sibi justam esse causam, non sequitur, eam vere justam esse: facile enim in propria inprimis causa falli potest. Sed & vix est ut uterque in bona fide esse possit circa justitiam causæ; ea enim est rationis nostræ conditio ut examinatis rite circumstantiis, & adhibito consilio prudentum, facile cuivis constare possit, quid justum sit, quid injustum. Si quis igitur vel ex malicia, vel ex ignorantia, justam sibi fingit causam, quæ talis non est, semper injuria manet, & eventus belli id declaraturus est.

Illustratur hæc ratio exemplo litium privatarum, in quibus durante processu pariter neuter litigantium injuriæ argui potest. Tota enim quæstio de justitia causæ suspensa est, usque dum per sententiam judicis de ea constet, eaque declaratur, cujus causa injusta sit, quis injuria processui causam dederit, adeoque quia

quis & ad reparationem, - & ad poenam teneatur.

Cum vero dictum sit, gentes in duas summās potestates bellum inter se gerentes iudicium sibi sumere non posse, necessario inde sequi videtur, eas utriusque factum pro iure habere? Resp. Formula illa, quod gentes *utriusque factum pro iure habeant*, nihil aliud significat, quam quod iudicium de iure belli suspendant, & præsentem utrobique sequantur possessionem. Inde autem non sequitur, gentes asserere, aut statuere, bellum utrinque esse iustum; quod insigne mendacium foret.

Hinc jam omnes illæ differentię inter *jus natura*, & *jus gentium*, quod Auctor in *bello solenni* obtinere ait, ultro corruunt. Nam is, qui injustam tuetur causam, omnia illicite agit, injuria interficit hostem, personas, & res ejus capit, &c. Quod vero neuter convinci de injuria possit, id oritur ex natura rei, quia iudicem, & superiorem non habent bellum gerentes, qui de injustitia causæ cognoscat.

Esti vero tales prædones gentium hominum iudicio non subsint, certum tamen est, severiori longe iudicio subjectos esse, nimirum, iudicio summi numinis, bellorum arbitri, cui illi, qui injustam causam fovent, tanquam omnium cædium, & rapinarum durante bello commissarum auctores, gravissimas poenas, sive temporales, sive æternas, daturi sunt.

Ex his, que diximus] „ De causis scilicet belli dubiis, & quomodo tunc procedendum sit.

Illā a multis agitata questio] „ Quæ hæcenus a nemine recte decisa est.

An bellum, &c. utrinque iustum esse possit] „ Adeoque an uterque bellum gerentium iustam habere causam possit?

Ratione habita eorum, qui principales belli motores sunt] „ Immo in iis quoque, qui utrique parti tanquam focii, vel mercenarii accedunt, hæc questio usum habere potest.

Distinguenda sunt varię acceptiones vocis iusti] „ Has distinctiones, obscuras admodum, rem non exhaurire, nec ex illis questionem decidi posse, quia plerasque

falsas esse, & ad disciplinam juris naturalis non pertinere, vidimus. In genere dicendum est, nullo sensu bellum utrinque iustum esse posse; sed suspendi debet iudicium, usque dum belli eventus de iustitia causæ deciderit. Per ultimam enim victoriam victus reus fit iudicio Dei, qui bellorum arbiter est. *Vid. prolog. §. 28. Adde supra l. 1. c. 3. §. 4. l. 2. c. 15. §. 13. n. 1. c. 17. §. 18. & infra c. 26. §. 4. n. 3. Alciat. l. 2. Paradox. in fin. Burgers l. 1. obs. 7.*

Aut ex causa] „ Quando scilicet causa belli iusta est sive iure *sociali*, sive iure naturæ *laxiori* sensu sumto.

Aut secundum effectus] „ Si iustum bellum est quoad effectus saltem externos: uti in bello publico, & iure gentium solenni. *Vid. n. 5.*

Aut speciali acceptione iustitię] „ Quatenus causam habet a iure *sociali*, adeoque a iure naturæ proprie sic dicto. *prolog. §. 8.*

Aut illa generali, qua omnis reſtitudo, &c.] „ Quæ non tantum præcipit quod iustum, sed & quod rectum est. *Vid. proleg. §. 9. l. 1. c. 1. §. 7. seq.*

In eam, qua ad opus pertinet] „ Quo sensu bellum utrinque iustum esse non posse ait. *Vid. n. 2.*

Et eam, qua pertinet ad operantem] „ Quo sensu utrumque non iniuste agere posse, ait. *Vid. n. 2.*

Quoties iniuste non agit] „ i. e. Quoties nescit, se injuria agere. *Vid. n. 2.*

Etiamſi id, quod agit, iustum non sit] „ Acceptione scilicet iustitię specialis ad rem ipsam relata. At ipse Auctor fatetur, in bello vix esse ut temeritas abesse possit. *Vid. n. 4.*

Iniuste agere] „ Id enim supponit scientiam, id, quod agit, iniustum esse.

Et agere quod iniustum est] „ Quod sine culpa, immo & sine vitio aliquando contingere posse, ait. *Vid. n. 2. & 3.*

Speciali acceptione, &c. bellum utrinque iustum esse non potest] „ Immo nulla acceptione id accidere potest.

Ut nec his, &c.] „ Privati, qui disceptant in iudicio, utrinque iustitiam causæ allegant, unus saltem obtinet.

Quia facultas moralis ad contrariā non datur per rei ipsius naturam] „ i. e. eadem causa ab una parte peti, ab altera

R r r a

parte

„ parte prohiberi , pari jure nequit. Ne-
 „ que enim jus petendi uni , & jus pro-
 „ hibendi alteri competere potest. Si enim
 „ actor jus petendi habet , necessario se-
 „ quitur , reum injuria rem tenere. Si reus
 „ jus prohibendi , seu impediendi habet ,
 „ sequitur , actorem injuria petere.

*Ut neuter bellantium injuste agat , fieri
 sane potest]* „ i. e. Uterque bona fide pu-
 „ tare potest , causam suam justam esse ,
 „ adeoque se jus suum summò jure de-
 „ fendere. Processus igitur hic utrinque ju-
 „ stus est , etli ex eventu appareat , cau-
 „ sam ipsam , quam alter hactenus bona
 „ fide defendit , justam non esse.

Additio.

„ Nos demonstravimus , bellum nec quoad
 „ processum utrinque justum dici posse. Vix
 „ enim est ut princeps facto rite exami-
 „ nato , & adhibitis prudentum consiliis ,
 „ ignorare possit , num causa justa sit , num
 „ injusta. Si negligit examen , ejus culpa
 „ est , adeoque injuria agit. Sed & ponam-
 „ us , utrumque omnibus rite examina-
 „ tis sibi justam esse causam putare ; non
 „ tamen asserere possumus , utrumque ju-
 „ re agere : sed suspendi debet judicium
 „ de justitia processus , usque dum per ul-
 „ timam victoriam , & Deo arbitrate ,
 „ lis decidatur. Ex hac demum sententia
 „ apparet , victum injuria bellum gessisse
 „ atque tum & sumtus , & expensas victo-
 „ ri solvere , ac præterea poenam dare te-
 „ netur. *Vid. Diss. proam. IX. §. 168.*

Nisi qui & scit , se rem injustam agere]
 „ Auctor igitur statuit , opinionem causæ
 „ justæ bellum licitum utrinque efficere ,
 „ quia uterque credit , se jus suum defen-
 „ dere , & sic vitium hic videtur nullum
 „ esse in animo agentium.

Sic juste , i. e. bona fide , &c.] „ Quia
 „ uterque opinari potest , se justam habere
 „ litigandi causam.

*Multa enim & in jure , & in facto ,
 unde jus oritur , fugere homines solent]*
 „ Sensus est , quod justa sæpius opinandi
 „ causa utrique esse possit , quia in con-
 „ clusionibus juris naturæ fallere sæpius so-
 „ lemus , magis autem in interpretatione
 „ facti.

3 *Generali acceptione]* „ Quatenus conti-
 „ net etiã quod rectum , seu quod vir-
 „ tutis est ; adeoque quatenus jus naturæ
 „ laxiori sensu sumitur. *Vid. n. 1.*

Quod omni culpa agentis vacat] „ I. e.
 „ ubi is , qui jure destituitur , non tamen
 „ injuste agit.

Etiã sine jure sunt absque culpa] „ I.
 „ e. multa fiunt , quæ injusta sunt , etli
 „ faciens injuria careat.

*Qui legem non observant , quam sine cul-
 pa sua ignorant]* „ Hoc exemplum huc non
 „ quadrat. Naturali enim ratione non inju-
 „ stum est legem ignorare , si publicata
 „ mihi non est , nec per me stat quo mi-
 „ nus ad notitiam meam pervenire potue-
 „ rit. Sed merito queritur , cur ergo cives
 „ ex tali lege obligentur ? Resp. id ob uti-
 „ litatem publicam jure Romano ita statu-
 „ tum est , & ad eas iniurias privatas per-
 „ tinet , quæ utilitate publica pensantur.

Postquam lex ipsa promulgata est] „ Nam
 „ subditi demum ex promulgatione obligan-
 „ tur legibus *l. f. ff. Decr. ab ord.*

*Et tempus per se ad scientiam sufficiens
 transit]* „ Jure Romano subditi elapsis 600
 „ diebus tenebantur legibus promulgatis.

*Sic & in litibus accidere poterit , ut pars
 utraque vitio careat]* „ Eadem hic ratio
 „ est , quæ in bello. Vix enim est ut quis
 „ ignorare possit , causam vel injustam , vel
 „ saltem dubiam esse : utroque casu a bel-
 „ lo abstinere debet. Sed & si uterque ju-
 „ stam sibi esse causam putet , bellum ideo
 „ non fit justum , sed in suspensio res est ,
 „ donec lis per sententiam decidatur ; tunc
 „ enim condemnatus retro injuria egisse cen-
 „ setur , & poenas dat in temere litigan-
 „ tes statutas.

*Præsertim ubi litigat non suo , sed alio
 no nomine , puta ex tutoris officio , cui con-
 gruit jus etiam incertum non deserere]* „ Cum
 „ ipse pupillus si major esset , ex causa
 „ dubia bellum gerere requireret , nedum
 „ ejus tutor poterit.

Neutrum esse improbum] „ Immo con-
 „ trarium asserit Aristoteles in allegato *lib. 3.*
 „ *Rhet. c. 17. ibi : Neque vero lateat , neces-
 sarium esse in hac controversia sola , alio-
 rum esse improbum.*

Ut ex utraque parte orator] „ In orato-
 „ re contingere potest , ut uterque bona
 „ fide causam defendat , quia illi juxta in-
 „ formationem clientum causam proponunt :
 „ at processus ipse ideo non fit justus ,
 „ sed justitia processus suspensa manet us-
 „ que ad finem litis.

Juste judicare] „ Immo si ex animi qui-
 „ dem

dem sententia, sed male judicat, non potest dici *juste* judicare, quia judex male judicando injuriam committit, culpa sua alteri damnum dat, quod asseri non posset si *juste* judicavisset. Hinc improprie *justum* hic ab Aristotele sumitur; nam in allegato loco ait, *Top. I. c. 13.* multis modis *juste* aliquid dici solere; indeque concludit, multa quoque ejus, quod *justum* est, esse genera; eoque refert sententiam judicis *injustam*. Optime rem explicat JCtus in *l. pen. ff. just. & jur. Prator jus reddere dicitur etiam cum inique decernit, relatione facta non ad id, quod prator facit, sed quod pratorum facere convenit.*

Non egit injuste] Immo agit *injuste* dum proficitur peritiam, quam non habet; dum judicis officium ambit, nec tamen jura intelligit. Hinc jure Romano judex per imprudentiam male judicans ex quali delicto tenetur, & litem suam facit, *pr. Inst. de obl. qua quas. ex del.* Quod verum non esset, si non *injuste* egisset.

Vix est ut temeritas saltem omnis, & dilectionis defectus absit] Adeoque Auctor concludit, ex generali *justi* significatione, & quatenus *justum* dici solet quod omni culpa agentis caret, bellum vix utrinque *justum* dici posse, quia vix est ut temeritas, & dilectionis defectus ibi absit: adeoque causas evidenciores, & notorias ibi requiri, ait. Sane, dictum est in precedentibus, vix esse ut de jure, vel injuria agentis non constet, si omnes rationis, & consilii vires adhibentur. Saltem id constabit, an dubium jus sit: at neo hoc casu *justa* erit belli causa. Denique diximus, etsi quoque uterque putet jus sibi esse, non tamen *justum* utrinque esse belli processum, sed hanc questionem suspendi usque ad finem litis.

At justum si accipimus quoad effectus quosdam juris] Ut in bello solenni, quod solennitates juris gentium voluntarii habet; ubi ex hypothese Auctoris non inspicitur *justitia* causae, sed an sint duae summæ potestates, quæ prævia clarigatione bellum gerunt. Hujus enim *justitiae* effectum hunc esse putat, ut impune etiam ex *injusta* causa bellum geri possit quoad effectus externos. De quo sistemate vide *Diff. proem. IV. §. 20. & Diff.*

IX. §. 63. seq. At ibidem §. 168. demonstravimus, bellum jure gentium solenne quoad certos effectus externos esse merum figmentum; & hoc sensu *justum* a nemine unquam hominum usurpatum esse.

Certum est, hoc sensu bellum justum utrinque dari] Immo hoc sensu bellum nunquam *justum* dici potest, quia jus gentium voluntarium non existit, nedum tale, quod solennitates quasdam certo bellorum generi tribuat, datur.

Infra] Integrum systema de bello jure gentium solenni, ejusque effectu, exposuimus in *Diff. proem. IX. §. 63. seq.* Sic enim *sententia non ex jure lata*]

Immo sententia judicis non quosdam saltem effectus juris tribuit victori, sed verum jus, verumque dominium; idque ex naturali quoque ratione, quia subditi coeundo in civitatem, & eligendo superiorem, eumque adeundo, compromittunt in ejus sententiam: adeoque hæc valet, utut *injusta*, ex consensu partium.

Vid. Disp. B. Par. de vero deb. injur. &c. Sect. 3. §. 2. Partes adeundo judicem, & litem contestando quasi contrahere dicuntur; ex quo consensu oritur actio rei judicatae, *l. 3. §. 11. pecul. l. 6.*

§. f. de re jud. Vid. Laut. Comp. p. 580. pr. Et propter hunc contractum sententia, etsi *iniqua*, habetur pro veritate, *l. 25. ff. Stat. bom. l. 3. de agnosc. & alend. l. p. ff. just. & jur.* adeo ut nec propter instrumenta noviter reperta retractetur, *l. 4. c. de re jud.* Hinc est quod debitore injuria absoluto pignus liberetur, *l. 13. quib. mod. pign. solv.* quod verum non esset, si natura debitum maneret, quia pignus etiam naturali debito accedit. Alias rationes allegavi in jure meo controverso, *tit. de cond. indeb. q. 11.*

Equidem in *l. 60. ff. de cond. indeb.* contrarium videtur statui; disertis enim verbis ibi traditur, *sententia judicis absolutum natura debitorem manere.* Resp. Casus ibi singularis est, ubi debitor post litem contestatam, durante judicio, non expectata sententia, agnoscit debitum, illudque solvit. Judex forte ignarus solutionis factæ absolvit debitorem; quaeritur, an hic condicere possit id, quod debitori solvit? & recte id negat JCtus, quia licet absolutus sit, natura tamen

„ *permanet debitor, non ideo, quia inju-*
 „ *ria absolutus est, sed quia debitum a-*
 „ *gnovit, illudque solvit, adeoque liti re-*
 „ *nunciavit: neque sententia, quæ postea*
 „ *sequitur, illum effectum habere potest,*
 „ *quia caret illo fundamento rei judicatæ,*
 „ *& quod partes in eam consenserint; hic*
 „ *enim aliter pacti sunt. Atque hinc no-*
 „ *tanter dicitur, eum, qui stante lite de-*
 „ *bitum solvit, & postea absolvitur senten-*
 „ *tia, similem esse ei, qui ita promisit,*
 „ *sive navis ex Asia venerit, sive non ve-*
 „ *nerit: nam solvens agnoscit debitum,*
 „ *sive absolutus, sive condemnatus postea*
 „ *fuerit, & sic in omnem casum debitum*
 „ *fatetur. Unde Jctus refert, non exspe-*
 „ *ctari alterum casum, quia ex utroque*
 „ *eadem causa, & origo solvendi sequitur;*
 „ *qui est sensus verborum in d. l. 60. ex*
 „ *una causa alterius solutionis originem pro-*
 „ *ficisci. Vid. Diss. B. Par. de vero debit.*
 „ *injur. jud. abs. sect. 4. §. 3.*
 „ *Sed & porro in l. 8. §. 1. ff. rem rat.*
 „ *hab. debitor injuria absoluto obitare di-*
 „ *citur exceptio doli, quia natura manet*

„ *debitor. At intuenti textum statim con-*
 „ *stabit, debitorem ibi non fuisse absolu-*
 „ *tum a debito; nam hoc ipse semel a-*
 „ *gnovit, & procuratori creditoris solvit:*
 „ *sed absolvitur ab actione, quam creditor,*
 „ *qui solutionem procuratori factam ratam*
 „ *non habebat, contra debitorem instituit.*
 „ *Hic ergo naturale manet debitum, quia*
 „ *actio saltem injuria judicis contra ve-*
 „ *rum debitorem denegatur creditori; de-*
 „ *bitum autem fuisse, utrinque in confes-*
 „ *so erat. Quæ omnia plenius explicavi in*
 „ *jure meo controverfo, d. q. 11. Add.*
 „ *d. Diss. B. Par. Sect. 3. §. 4.*

„ *Et possessio sine jure] Quia in nuda*
 „ *possessione plane non de jure, sed de fo-*
 „ *lo facto possessionis quaeritur: adeoque*
 „ *in hac quaestione facti ex naturali quo-*
 „ *que ratione potior est is, qui rem tenet,*
 „ *ac is, qui rem non tenet: & hæcenus*
 „ *possessio aliquid ex jure mutuari dicitur,*
 „ *quia leges remediis juris factum illud de-*
 „ *ferunt. Vide omnino Diss. præm. XII.*
 „ *§. 588.*

C A P U T X X I V.

Monita de non temere etiam ex justis causis suscipiendo bello.

- I. Jus saepe remittendum, ut bellum vi-
- II. Maxime jus ad penas:
- III. Praesertim a rege lesso.
- IV. Etiam circa sui, & suorum, absti-
- V. Regula prudentia circa electionem
- VI. Exemplum in deliberatione inter stu-

- dium libertatis, & pacis: qua
- VII. A penis exigendis abstinere debere
- VIII. Restare, ut bellum non sit susci-
- IX. Aut ex maxima causa cum maxi-
- X. Bellorum mala ob oculos posita.

* I. I. **Q**uanquam instituti, quod de jure belli inscriptum est, + pars
 proprie non videtur exsequi, + quid circa bellum virtutes aliae
 praecipiant, aut suadeant, obiter tamen obviam eundum est errori, + ne quis
 existimet, ubi jus satis compertum est, statim + aut oportere bellum suscipi,
 + aut

G R O N O V I I.

[Quid circa bellum virtutes] Hoc enim ad

την πολιτικὴν ἑρτinet, consiliique est, non juris.

G R O

+ aut semper etiam licere. Contra enim evenit, ut plerumque magis pium, rectumque sit ^a de jure suo cedere. ^a Nam + nostræ quoque vitæ curam honeste deferi, ut alterius & vitæ, & saluti perpetuæ, quantum in nobis est, consulamus, + supra suo loco dictum est. Maxime autem + Christianis hoc convenit, qui in eo perfectissimum Christi imitantur exemplum, + qui pro nobis adhuc impiis, & infestis, mori voluit. Rom. V, 6. Quod ipsum multo etiam magis nos excitat, + ne res nostras, aut nobis debitas persequamur cum tanto aliorum incommodo, quantum secum ferunt bella.

^a *Vict. de Jure belli* n. 14. §

2. ^a Non ob quamvis ^b + causam talem bellum suscipiendum, & ^b Aristoteles monet, & ^c Polybius. Nec a veteribus (aa) laudatus ^d Hercules, quod + Laomedonti, & ^e Augiæ arma intulit ob non solutam laboris mercedem. Dion Prusæensis in ea oratione, quæ est de bello, & pace, non hoc tantum, ait, queri solere, *εἰ συμβέβηκεν ἀδίκημα παρὰ τῶν, οἷς διανοῦνται πολεμεῖν, ἀπὸ ἰνυρία ἀρροπημένη*, *de quibus bello petendis agitur*, sed etiam, *πῆλικόν τε τῆτο συμβεβηκός*, + quanti estimandum sit id, quod accidit.

^b *Rhet. ad Alex.* c. 3. ^c *Lib. IV.* c. 31. ^d *Pausan. Lib. V. c. 5.* e *Pag. 275. C.*

II. 1. + Ad pœnas vero omittendas multa sunt, quæ nos hortantur. Videamus, + quam multa patres in filiis dissimulant; qua de re disertatio est Ciceronis apud ^f Dionem Cassium. *Pater*, ^b ut Seneca ait, *nisi multa*, & magna

^f *Lib. XLIV. pag. 290. A. B.* Ed. H. *Steph.*

G R O T I I.

^a Non ob quamvis causam talem bellum suscipiendum] Seneca sua oratio V. Gallio dixit, bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro conjugibus, pro liberis: pro re supervacua, & nihil nocitura, si fieret, non esse suscipiendum. Plus aliquid Apollonius dixit regi Babyloniz apud Philostratum Iib. I. Cap. 23. (38. Edit. Olear.) *προσπειθεῖς δὲ ἢ τὸ μὴ δεῖν ὑπὲρ κωμῶν, ὧν μέγιστος κερτανηται τάχα ἢ ἰδιώται, διαφέρουσαι πρὸς Ῥωμαίους, καὶ πόλεμον ἢ ὑπὲρ μεγάλων ἀρροπῶν* addidit vero, non oportere cum Romanis disputare de vicis, quibus majores privati sæpe possident, ad bellum vero ne ob magnas quidem venire causas. Josephus altero libro adversus Apionem de popularibus suis: *ὅτι τὴν ἀνδρίαν ἠσκήσαμεν ἐπὶ τῷ πολέμῳ ἀρροπῶν χάριν πλεονεξίας, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τὰς νόμους διαφυλάττειν. τὰς γοῦν ἀλλῶν ἐλαττώσεις πρώως ὑπομένοντες, ἵπειδαν τινες ἡμῶς τὰ νόμματα νικεῖν ἀναγκάζωσι, τότε ἢ παρὰ δύναμιν ἀρροπῶν πολέμους ἢ μέχρι τῶν ἐσχάτων ταῖς συμφοραῖς ἐγκρατερούμεν* neque nostri fortitudinem exercent, ut summes augeant, sed ut leges ipsi maneant. cætera igitur damna ferentes leniter, ubi sunt, qui nos a legibus cogant discedere, tunc etiam supra vires bella sumimus, & ad ultima usque mala duramus. (Pag. 493. §. 47. divition. Hudson.)

3 *Causam talem*] Quæ sufficit juri probando, 4 *Laomedonti*] Cujus filiam Hesionem a ceto, cui ex oraculo erat objecta, liberaverat, & ab eo mercede operis promissa fraudabatur. *Ovid. II, 214.* 5 *Augiæ*] Regi Elidos, cujus stabulum purgaverat, item inficianti quod promiserat mercedis.

(aa) Sed nec vituperatus, saltem à PAUSA NIA, cujus locus in orâ libri indicatur, & ubi dicitur tantum, in illo bello nihil valde memorandum gessisse *Herculem*: τῷ δὲ Ἡρακλεῖ πρὸς τὸν Ἀυγίαν πολεμῶντι, ἔδδον ὑπὲρ ἰνυρίας ἀποδείκνυσθαι λαμπρόν. Forte decepti Auctorem festinanter legentem, aut ex memoria laudantem, vox illa λαμπρόν. J. B.

G R O T I I.

b *Ut Seneca ait*] De *Clementia* I, cap. 14. Augustus patri in consilio affidens de filio, qui in parricidio deprehensus esset, dixit: *relegendum, quo patri videretur. Non culleum, non serpentes, non carcerem decrevis: memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset. mollissimo genere pœna contentum esse debere patrem, dixit.* Verba sunt Senecæ eodem libro cap. 15. *Terentius Andria* (V. 3. 32.)

Pro peccato magno pauculum supplicii satis est patri.

Philo πρὸ ἰνυτίας ait: *παιτρὸς ἀπαρτήεις χρημῶν*

G R O N O V I I.

^a De jure suo cedere] Condonare injuriam, & remittere aliquid de illo, quod optimo jure exigere possis, ut humano sanguini parcatur.

μαγνα injuria patientiam devicerunt, * nisi plus est, quod timet, quam quod damnat, non accedet ad ⁷ decretorium stylium. unde non multum discrepat Phil-
 e Lib. IV. nei dictum, recitante e Diodoro Siculo: * μηδένα πατέρα λαβεῖν παρ' υἱῶν
 Cap. 45. ἐκασίως τιμωρίαν, εἰ μὴ τῷ μεγέθει τῶν ἀδικημάτων ὑπερβαῖντο τὴν

b Para-
 phr. Lib.
 VIII. Cap.
 18. p. 569.
 i Epist.
 159.

k Orat. II.
 P. 50. E.

l Molina.
 traët. II.
 de Just.
 disp. 103.
 Lorca disp.
 153. n. II.
 Frid.
 Reg. de act.
 supern.
 disp. 31.
 Aub. 7. n.
 107.

Φυσικὴν τῶν γονέων εἰς τέκνα Φιλοσοφίαν & illud b Andronici Rhodii, *
 εἰδεις πατὴρ ἀφίσταται τοῦ υἱῶ, εἰ μὴ ὑπερβαλλόντως εἴη μοχθηρός.
 2. At quisquis alium punire vult, c + rectoris, id est patris, quodammodo
 personam suscipit; quo respiciens Augustinus i ad Comitem Marcellinum:
 imple, inquit, Christiane iudex, pii patris officium. Pittaci dictum laudat Ju-
 lianus k Imperator: ὅς τὴν συγνώμην τῆς τιμωρίας προετίθει, qui veniam
 pœnie præferabat. Libanius in oratione de seditione Antiochena: + qui Deo,
 inquit, similis esse vult, ἀφιεῖς τιμωρίας χαίρειν μᾶλλον ἢ λαμβάνων,
 magis gaudeat condonatione, quam pœnia.

3. Interdum eæ sunt rerum circumstantiæ, l + ut ¹⁰ jure suo abstinere
 non laudabile tantum sit, sed & debitum, ratione ejus, quam hominibus
 etiam inimicis debemus, dilectionis, + sive in se spectatæ, sive + qualiter eam
 exigit sanctissima lex Evangelii. + Sic ¹¹ quosdam esse, diximus, pro quo-
 rum, etiamsi nos impetant, salute mortem optare debeamus, quod eos scia-
 mus rei communi humanæ aut necessarios, aut valde utiles. + Si res quas-
 dam negligi vult Christus, ne lites subeantur, + tanto credendum est ma-
 jora a nobis negligi voluisse, ne ad bellum eatur, quanto bellum lite est
 nocentius.

4. De

ματίσειν τῶν υἱῶν, ἀποχρινόντας αὐτὸς τῆς οἰκίας
 καὶ συγγενείας, ὅταν τὴν ἐκ φύσεως περιτλὴν καὶ
 υπερβαλλούσαν εὐνοίαν ἢ ἐν ἐκείνοις μοχθηρία κατα-
 κρατήσῃεν. patres abdicatiōis tristia verba pronun-
 tiant, filiosque a domo sua, e omni cognatione
 abstruunt. ita demum, ubi amorem illum, quem
 ipsemet, ac super omnia eximium natura paren-
 tibus indidit, filiorum improbitas vicit. (Pag. 904.
 B.) Cicero pro Ligario: ignoscite, Judices, er-
 ravit, lapsus est, non putavit. si anquam posthac
 ad parentem sic agi solet. (Cap. 10.)

c Rectoris, id est patris, quodammodo personam
 suscipit] Seneca epistola LXXXVII. Clementia
 alieno sanguini tanquam suo parcat, e scit, ho-
 minini non esse homine prodige utendum. Diodorus Si-
 culus in fragmentis: e δὲ τὰς ἀμαρτήσαντας ἐκ
 παντὸς τρόπου κολάζειν, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτη-
 μένοις μὴ μεταδιδασκαμένους: non omnes omnino, qui
 deliquerunt, puniendi sunt, sed ii, quos male facto-
 rum nihil penitet. [E Lib. XXI. n. 17.] Chry-
 sostomus de Statuis VI. (Tom. VI. p. 504. Edit.
 Savil.) μαθόντων εἰ ἅπτεροι πάντες, ὅτι ὁ τῷ
 Χριστῷ φέρεται πᾶσαν ἐξουσίαν δύναται χαλινῶν. δό-
 ξασόν σε τὸν δεσπότην, τοῖς συνδουλοῖς ἄδεις τὰ
 ἀμαρτήματα, ἵνα ἢ αὐτὸς σε δοξάσῃ μείζονως, ἢ
 ἡμεῖς σοι κατὰ τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν δεῖξῃ τὸ ὄμ-
 μα καὶ χαλινῶν, ταύτης μνησθέντα σε τῆ; Φιλαν-
 θρωπίας; dicant omnes, qui a fide nostra sunt ex-
 stitanei, reverentiam, quæ Christo exhibetur, tan-
 tam esse, ut quislibet potestati injiciat frons. Ho-

nora dominum tuum: condona peccata consensu tuis,
 ut e ipse multo magis te honoret, ut in illo ju-
 dicii die vultum tibi ostendat serenum, atque cle-
 mentem, hujus tua lenitatis memor. Citat Grati-
 nus causa XXIII, quæst. IV. ex Augustino, [aut
 potius Besa, in Galat. c. 6.] duo ista nomina cum
 dicimus, homo, e peccator, non utique frustra
 dicuntur: quia peccator est, corripere: quia homo,
 miserere. vide e quæ sequuntur, & quæ supra
 posuimus ad caput XX. §. XII. §. XXVI. &
 XXXVI.

GRONOVII.

e Nisi plus est, quod] Nisi prospicit graviora
 scelera filii ex impunitate, quam sunt præterita,
 quæ pœnam merentur, aut graviora incommoda
 familie.

7 Decretorium stylium] Exheredationem. ut ille
 Terentianus Heautont. 5, 4. Satius est, quam te
 ipso herede hoc possidere Bacchidem.

8 Μηδένα] Neminem patrum libenter sumere
 de filio supplicium, nisi magnitudine peccatorum
 supergressus sit naturalem parentum in liberos
 pietatem.

9 Οὐδένα:] Nullus pater abdicat filium, ni sum-
 moperere improbum.

10 Jure suo abstinere] Non exsequi quod fas
 est jure gentium.

11 Quosdam esse diximus] 2, 1. 9.

GRO;

4. De suo jure virum bonum aliquid relaxare non solum liberalitatis, sed pleniusque etiam commoditatis est, + ait ^m Ambrosius. Aristides suadet civitatibus ^{m Lib. II, de Off. c. 21.} συγχωρεῖν καὶ παριέναι ὃ, τι ἂν ἢ μέτριον, concedere, & largiri, si quid sit mediocre. Rationem addit: ὡς περ γὰρ καὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐπαινεῖτε τὰς εὐγνώμονας καὶ βλαβῆναι τινα μᾶλλον αἰρεμένους ἢ διαφέρεσθαι πρὸς τινάς: nam & privatorum hominum eos laudatis, qui facili sunt ingenio, & damni aliquid subire malunt, quam litigare. Xenophon historix ⁿ Græcæ sexto: ^{n Cap. 3. §. 4. Ed. Oxon.} σωφρόνων μὲν δὴ πρὸς ἐσὶ, μηδὲ εἰ μὴ μικρὰ τὰ διαφέροντα εἴη, πόλεμον ἀναίρεισθαι σαρπεντιμῶν ἐστίν, ne ob graves quidem causas, bellum suscipere. Et apud Philostratum ^o Apollonius: πόλεμον ἄδ' ὑπὲρ μεγάλων αἰρεσθαι ne ob magnas quidem causas bellum capiendum. ^{o Lib. 1. c. 38.}

III. I. ¹² + Circa poenas, officii primum nostri est, + si non ut hominum, ^d certe ut Christianorum, ut facile, ac libenter condonemus, quæ in nos sunt commissæ, sicut Deus nobis condonat in Christo. Eph. IV, 32. τὸ γε περὶ τῶν ἀόργητον ὑπὲρ ὧν τὸ ζῆν ὑπεύθυνον τῇ κολάσει γίνεται τῶν ἡδικοκώτων, Θεὸς φύσει προσετέθη, ait ^e Josephus: ira vacare circa ea, ob quæ nocentes poena mortis sunt obnoxii, ad divinam naturam accedit.

2. Seneca ^p + de Principe: Longe fit in suis, quam in alienis exorabilior injuriis. Nam quemadmodum non est magni animi qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, ¹³ sibi detrahit: ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui cum suis stimulis agitatur, ¹⁴ non profilit: qui intelligit, magni animi esse, injurias in summa potentia pati; ^f nec quicquam esse gloriosius principe impune laeso. Quintilianus ^g: suadebimus principi, ut laudem humanitatis potius, quam voluptatem ultionis concupiscat. + In C. Cæsaris laudibus posuit ^r Cicero ut præcipuum, quod oblivisci nihil solum foret nisi injurias. Livia in allocutione ad Augustum apud ^s Dionem: τοὺς ἀρχοντας νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τοὺς μὲν τὸ κοινὸν ἀδικῶσιν ἐπεξίεναι χολῆσαι, τοὺς δ' ἰδίᾳ τὴν εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖν δοκούντας φέρειν: ita plerique existimant, rectoribus punienda quæ contra communem utilitatem peccantur; quæ vero in ipsos, dissimulanda. ^e Antoninus Philosophus, in oratione ad Senatum: non enim unquam ^{p Lib. 1, de Clem. c. 20.} ^q Inff. Orat. Lib. v. Cap. 13. ^r Orat. pro Ligar. c. 12. ^s Lib. LV. p. 643. C. Ed. H. Steph.

G R O T I I.

^d Certe ut Christianorum] Theodosius, ut Antiochenis condonaret crimen in se commissum, a Flaviano episcopo illis maxime Christi verbis permotus fuit: dimitte illis, Pater, quia nesciunt quid faciunt. Narrat Chrysostomus de Statuis vicefima. [Tom. VI. pag. 602. Edit. Savil.]

^e Josephus] Antiquæ historix Lib. II. (Cap. 6. §. 9. division. Hudson.)

^f Nec quicquam esse gloriosum principe impune laeso] Chrysostomus in laude clementiæ: ἀπαντα μὲν γὰρ ἀνθρώπων τῶτο κοσμεῖν δύναται διαφέροντως δὲ τὰς ἐν ἐξουσίᾳ. τὸ γὰρ πάντα ποιεῖν ἐπιτροπῆς τῆς βασιλείας, κατέχειν ἑαυτὸν, καὶ τὸν τῷ Θεῷ νόμον ἠγεμόνα ποιεῖσθαι τῶν ἔργων, μέγα μὲν εἰς εὐφημίαν τε καὶ δόξαν. omnem illa hominem omnino insigniter potest: maxime vero eos, qui in im-

peris sunt constituti. nam cum regia potestas omnia permittat, semet retinere, ac divinam legem actionibus suis ducem præficere, egregium est ad famam, gloriamque. (Tom. VI. pag. 753, 754.) Augustinus epist. CIV. quæ est ad Bonifacium comitem: memento cito ignoscere, si quis in te peccaverit, & veniam postulaverit. (Epist. 205. vulg. 189. autem §. 8. division. Benedictin.)

^g Antoninus Philosophus] Apud Vulcatium Gallicanum vita Avidii Cassii. [cap. 12.]

G R O N O V I I.

¹² Circa poenas] Quod ad ea bella attinet, quibus potissimum poena, quamvis justa, sumitur.

¹³ Sibi detrahit] De suo erogat, & impendit.

¹⁴ Non profilit] Fertur præceps ad vindictam.

quam placet in Imperatore vindicta sui doloris, quae etsi justior fuit, ¹⁵ acrior videtur. Ambrosius in epistola ^a ad Theodosium: *Antiochenis tuam donasti injuriam.* Et in ejusdem Theodosii laudibus ad senatum ^u Themistius: *ὅτι οὐκ ἀντιβλάπτουσα χρῆ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα, ἀλλ' εὖ ποιῶντα μείζω φαινεσθαι τῶν ἠδικηκότων.* bonum regem oportet his, qui in se peccarunt, superior rem esse, non vicissim nocendo, sed bene faciendo.

^z Ethic. 3. Magnanimus qui sit, eum Aristoteles ^x negat esse *μνησίκακον*, injuriarum memorem: quod Cicero ^y sic exprimit: *nihil magno, & praclaro viro dignius placabilitate, atque clementia.* Hujus eximiae virtutis insignia nobis exempla ⁺ sacrae literae suppeditant in Mose, Num. XI, 12. & Davide, II Sam. XVI, 7. ^z Maxime vero id locum habet, ⁺ ubi aut nos quoque nobis peccati alicujus fumus conficii, aut id, quod in nos peccatum est, ⁺ ab humana quadam, & excusabili infirmitate procedit, aut satis apparet, ⁺ poenitere eum, qui nocuit. *Est ulciscendi, & puniendi modus,* inquit ^a Cicero, *& haud scio, an satis sit, h eum, qui lacefferit, injuria sua poenitere. Sapiens,* inquit ^b Seneca, *multa remittit; multos parum sani, sed sanabilis ingenii servabit.* Et haec quidem causae a bello abstinendi ⁺ ex dilectione nascuntur, quam ipsis inimicis aut ⁺ debemus, ⁺ aut recte impendimus.

IV. I. Saepe vero ⁱ ¹⁶ nobis ipsis, nostrisque praestandum habemus, ne ad arma veniatur. Plutarchus in Numae ^c vita ait, postquam juste posse suscipi bellum decrevissent ⁺ faciales, ^k ⁺ consultatum a senatu, an ex usu esset suscipere. ¹⁷ ⁺ In parabola quadam Christi dicitur, ^d si quis rex cum rege altero bello certandum habeat, primo sedentem, qui mos est cum cura consultantium, expensurum apud se, an ipse, qui decem millia militum habeat, hosti ducenti bis totidem par esse possit; quod si videat se imparem fore, antequam ille intra fines adsit, ⁺ missurum legationem cum mandatis pacis causa.

2. 1 Sic

G R O T I I.

^h *Eum, qui lacefferit, injuria sua poenitere*] Procopius Vandalicorum II. (Cap. 16.) *μετάμενοι γὰρ ἐν δέοντι ἐπικαιρόσιν ἐπιτηγνόμενοι, συγγνώμους αὐτοῖς τὰς ἠδικημένους ποιεῖν ἐώραν* poenitentia in tempore oboriens iis, qui peccarunt, ad veniam dandam provocare lesos solet.

ⁱ *Nobis ipsis, nostrisque*] Procopius Gotthorum II. Gotthos ita ait locutos Belisario: *ὅταν δὲ αὐτὰ ἔτως ἔχη, τὰς ἐκατέρων ἠγυμένους προσήκει μὴ δόξης τῆς οἰκείας τὴν τῶν ἀρχομένων σωτηρίαν προΐδουσι, ἀλλὰ τὰ τε δίκαια τὰ τε ἔμφορα, & σφίσι αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφῶν ἐναντίοις ἐλίδουσι* haec cum ita se habeant, officium erit utriusque gentis rectorum, subditorum sibi salutem non projicere propria laudis studio, sed ea praeservare, quae *& justa sunt, & utilia, non ipsis tantum, sed & hostibus.* (Cap. 6.)

^k *Consultatum a senatu, an ex usu esset suscipere*]

Diodotus apud Thucydidem III. (Cap. 44.) *ἦνεκεν γὰρ ἀποφθῆναι πάντο ἀδικούντας, ἢ διὰ τὸ τοῦ ἢ ἀποτείναι κελύσω, εἰ μὴ συμφέρειν* etiam si enim maxime illos peccasse pronuntiem, non utique *& occidis eos jubebo, nisi expediat.*

G R O N O V I I.

¹⁵ *Acrior videtur*] Hinc conditionem principum miserrimam aiebat Domitianus, quibus de conjuratione non credatur, nisi occisis. *Suet. 21.* Quod Hadriano tribuit Marcus apud *Vulcatium Gallicanum* in Avidio Cassio cap. 2. Semper enim homines suspicantur, eos abuti potentia.

¹⁶ *Nobis ipsis, nostrisque*] Nostra ipsorum, & sui rectorum nostrorum interest, ut potius aliquo jure careamus, quam id bello repetamus, non minus nos, nostrisque, quam hostes discrimini obstrui.

¹⁷ *In parabola*] Priores edd. *fabella.* Lucas 14, 31.

G. & O.

2. ¹ Sic Tusculani ^e omnia patiendo, & ^m nihil recusando, pacem a Romanis meruerunt. Apud Tacitum ^f est: *frustra adversus Aeduos quaesita belli causa. Jussi pecuniam, atque arma deferre, ¹ gratuitos insuper comitatus praebuere.* Sic ⁿ legatis Justiniani Amalasintha regina negavit armis se certaturam.

^e Liv. l. VI. c. 26. ^f Hist. l. 64.

3. Potest & temperamentum adhiberi, ut a Syrmo Triballorum rege factum, Strabo ^g memorat, qui Alexandrum Macedonem & insulam Peucen intrare vetuit, & simul donis eum honoravit, ut ostenderet, se, quod faceret, ⁺ iusto metu, non odio, aut contemptu ipsius facere. Quod Euripides ^b de Graecis dixit civitatibus, idem ad alios quosvis recte aptes:

^g Lib. VII. pag. 301.

^b Supplic. verl. 481, & seqq.

*De Marte quoties iter in suffragia,
Nemo imminere cogitat mortem sibi:
Sed quisque cladem destinamus alteri:
Quod si in comitiis funera ante oculos forent,
Furiata bello non perisset Graecia.*

Apud Livium; est: *cum tuas vires, tum vim fortitiae, Martemque comminationem propone animo.* Et apud ^k Thucydidem: *τοῦ πολέμου τὸ παράλογον ὅσον ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιάγνωθι: quicquid inopinum accidere potest in bello, priusquam aggrediare, considera.*

ⁱ Lib. XXX. c. 30. ^k Lib. I. c. 78.

⁺ V. I. ⁺ Qui deliberant, partim de finibus, ⁺ non quidem ultimis, ¹ sed interjectis deliberant, partim ²⁰ de iis, quæ eo ducunt. ⁺ Finis semper est bonum aliquod, ⁺ aut certe mali declinatio, quæ vicem boni obtinere possit. Quæ vero huc, aut illuc ducunt, ²¹ ⁺ per se non expetuntur, sed quatenus ducunt: ⁺ quare in deliberationibus comparandi sunt & fines inter se, & eorum, quæ ad finem ducunt, ²² ⁺ facultas effectiva ad finem producendum: nam ut recte dixit Aristoteles de animalium ^l motione, *αἱ προτάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ δύο εἰδῶν γίνονται, διὰ τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διὰ τοῦ δυνάτου, propositiones, quæ actionem efficiunt, duorum sunt generum, ab eo, quod bonum est, & ab eo, quod fieri potest: ⁺ quæ comparatio ⁺ tres habet normas. (bb)*

^l Cap. 7.

2. Prima est: ⁺ si res, de qua agitur, æqualem, ²³ ⁺ morali scilicet æstimatione,

G R O T I I.

¹ Sic Tusculani] Vide Plutarchum Camillo, (pag. 149.)

^m Nihil recusando] Fecit idem Armeniorum rex Severi tempore. meminit Herodianus libro III. (Cap. 9. num. 3. Ed. Bacler.)

ⁿ Legatis Justiniani Amalasintha] Vide Procopium Vandalicorum II. (Cap. 5.) & Gotth. I. (Cap. 3.)

G R O N O V I I.

¹⁸ Gratuitos insuper] Quod non erant iusti, sponte aluere exercitum. Tacit. I, hist. 64.

¹⁹ Sed interjectis] Subordinatis, ut vulgo loquuntur, qui ad ulteriorem finem referuntur.

²⁰ De iis, quæ eo ducunt] Mediis, ut vocant, & sunt viz, rationes, instrumenta obtinendi propositi.

²¹ Per se non expetuntur] Ut acquiescamus ea nacti, sed quia sunt velut gradus ad aliquod ulterius magis expetitur.

²² Facultas effectiva] Vis, & potentia effectrix.

²³ Morali æstimatione efficaciam] Judicio prudentum perinde minatur incommodum, quam commodum promittit: facienda est, modo commodum sit amplius in genere commodorum, quam incommodum in suo.

(bb) Harum regularum explicationem vide apud PUFENDORFIUM, De Jur. Nat. ac Gent. Lib. I. Cap. 2. §. 7. J. B.

postea: ὡσπερ, οἶμαι, γὰ βάρη ταῦτ' ἐν μὲν σφόδρα πιέζει καὶ ἀνέχεσθαι μὴ δύναμεθα, ζητοῦμεν ὡς τάχις ἀπορρίψαι μετρίως δὲ ἐνοχλοῦμενοι καὶ ὁρῶντες ἀνάγκη οὖσαν φέρειν ἢ τοῦτο, ἢ τοῦτ' αὖ μείζον ἕτερον, σκοποῦμεν ὡς καφότατα ἐπεσθαι. sicut onera ubi ita valde nos urgent, ut durare nequeamus, quæritimus abjicere: mediocriter autem pressi, Ἐ rebus talibus, ut aut ista, aut graviora ferenda sūt, in hoc nos componimus, ut quam expeditissime subsequamur. Aristides Sicula ἡ secunda: ὅτε μείζων ἡ φόβος τῆς ἐλπίδος, πῶς οὐκ ἄξιον φυλάττεσθαι: ubi major spe metus est, quomodo non tempus est cavendi?

Tom II. pag. 52. D.

VI. 1. + Exemplum fumamus ab eo, quod inter Galliarum civitates consultatum olim narrat Tacitus: *libertas, qua pars placeret.* + Libertatem intellige civilem, hoc est, jus regendæ per se reipublicæ: + quod jus plenum est in statu populari, + temperatum in statu optimate, præsertim tali, ubi nemo civium ab honoribus arceatur. + Pacem vero talem, qua bellum redimatur internecinum, id est, ut Cicero alibi Græcis verbis hanc quaestionem explicat, εἰ μὲν μετὰ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἢ πόλις κινδυνεύειν. Puta, ubi + recta æstimatio futuri nihil ferme aliud, + quam totius populi exitium videatur portendere: + qualis erat status Hierosolymorum obsessorum a Tito. Hic Cato quid dicturus sit, + qui mori, quam uni parere maluit, nemo nescit; quo & illud pertinet:

Hist. IV. 67.

Lib. IX. ep. ad Att. epist. 4

“ Quam sis non ardua virtus,
Servitium fugisse manu.”

Luce IV, 57.

+ Et multa alia ad eum modum.

2. + At aliud dictat recta ratio: + vitam scilicet, + quæ fundamentum est omnium bonorum temporalium, & æternorum occasio, pluris esse, quam libertatem; + sive utrumque sumas in uno homine, + sive in toto populo. Itaque + Deus ipse pro beneficio imputat, * quod non perdat homines, sed in servitutem tradat. Et alibi suadet per Prophetam Hebræis, ut sese Babylonis in servitutem dedant, ne fame, ac peste moriantur. Quare illud quamquam laudatum antiquis,

II Paral. XII, 7, 8. y Jer. XXVII, 13

* Obsessum

G R O T I I.

p In servitutem dedant, ne fame, ac peste moriantur] Guido Blandratenfis in oratione ad Mediolanenses apud Gumbertum. (Lib. VIII vers. 155, Et seq.)

Omnia securi pro libertate feremus.
Sed libertatem contenta nemo salute
Damus amat; neque enim certæ susceptio cladis,
Quam vitare queas, nisi cum ratione salutis,
Libertatis amor, sed gloria vana putanda est.

G R O N O V I I.

22 Libertatem civilem] Non personalem, quæ

naturalis est facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quid vi, aut jure prohibeatur, §. 1. Inst. de Jure pers.

33 Nemo civium] Non certæ familiae, exclusis aliis, magistratus obtinent: ut olim Romæ, nunc Venetiis, patriciorum.

34 Ἐὰν μέλλῃ] Etiam si civitas propter id de omni statu, & salute sua sit periclitatura.

35 Fugisse manu] Vel pugnando, vel sibimet ipsi vim afferendo.

36 Æternorum occasio] Quorum perdendorum periculum incurrimus, si projicimus vitam, & ultro nos occidimus.

² Lucan.

III. 350.

Augustin.

de Civ. Dei

lib. XXII,

c. 6.

^a Cap. 57.

^b Lib.

XVII. c. 10.

^c In Othon.

pag. 1072.

D.

^d Orat.

Platon. II.

pag. 283.

B. Tom.

III.

² Obsessum Pano gessis quod Marte ¹⁷ Saguntum :

laudandum non est, nec quæ eo ducunt.

3. + Internecio enim populi in hoc rerum genere pro maximo malo haberi debet. Cicero de Inventione ^a secundo necessitatis hoc ponit exemplum, + necesse esse Casilinenfes se dedere Annibali, quamquam ¹⁸ necessitati aderat hæc adjunctio, ⁹ nisi malint fame perire. De Thebanis; qui Alexandri Macedonis temporibus vixerunt, exstat hoc Diodori Siculi iudicium: ^b τοῖς παρὰ τῆς πατρίδος ὀλεθρὸν αἰνίτι + spiritu forti magis, quam prudente, internecionem patriæ accersiverunt.

4. De eo, quem diximus, Catone, & Scipione, qui post victoriam Phalaricam cedere Cæsari noluerunt, iudicium exstat apud ^c Plutarchum: αἰτίαν ἔχουσιν ὡς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀνδρας ἐν Λιβύῃ παραναλώσαντες οὐκ ἀναγκάτως + cuperandi sicut tanquam qui viros multos, & egregios in Africa perdidissent, nullo opere pretio.

5. Quod autem de libertate dixi, + idem ¹⁹ de aliis rebus expetibilibus dictum volo, si oppositi mali majoris iustior, aut par sit expectatio. Nam ut recte ^d Aristides, moris est, navem servare + rerum, non vectorum jactu.

VII. + In pœnis quoque exigendis illud maxime observandum est, ne unquam eo nomine bellum suscipiatur + in eum, ⁴⁰ cui pares sunt vires. + Nam ut iudicem civilem, ita qui armis facinora velit vindicare, multo esse validiorem altero oportet. + Neque vero prudentia tantum, + aut suorum charitas exigere solet, ut bello periculoso absteineatur, + sed sæpe etiam ⁴¹ iustitia,

G R O T I I.

⁹ Nisi malint fame perire] Anaxilai, qui ob famem Byzantium dediderat, hæc defensio fuit: pugnandum hominibus in homines, non in re-pugnandum naturam. ita Xenophon. Procopius Gotth. IV. (Cap. 12.) ἡ γὰρ ἐπαινοῦσι τὴν ἐκείνων τελευταίαν ἀνδρωποι, ἔνθα τις ἐπίκειται κρείσσων τῷ κατ' αὐτὴν κινδύνῳ ἢ ἐλπίς non laudant mortem voluntariam homines, quamdiu spes aliqua est periculo potentior. [Dictum, quod Auctor noster tribuit Anaxilao, non legitur apud XENOPHONTEM eo loco, ubi Hystoria illa narratur, Hist. Græc. Lib. I. Cap. 3. §. 12. Confudit forte Auctor quod à Cyro dictum refert idem, Cypri. Lib. VI. c. 1. §. 10. J. B.]

¹ Spiritu forti magis, quam prudente] Idem cum explicasset consilia belli suscepti ab Atheniensibus post Alexandri mortem, ait, saniorum iudicio eos πρὸς εὐδοξίαν εἰς βιβληνδοῦσαι τῶν δὲ συμφορῶν διημεμεναι. ad gloriam quidem recte consiluisse, sed ab utilitate aberrasse: ut qui properassent διακινδυνεύειν μηδεμίαν ἀνάγκην καταπειθέων periclitari nulla necessitate impellente: ne Thebanorum quidem tam nobili clade passi se adhaerenti. (Lib. XVIII. c. 10.)

G R O N O V I I.

¹⁷ Saguntum] Urbs in Hispania, ubi obsessi ab Hannibale aurum, argentumque ex publico, privatoque in forum collatum, in ignem ad id raptim factum conicientes, eodem sese cum uxoribus, & liberis præcipitaverunt. Liv. 21, 14.

³⁸ Necessitati aderat] Hujus necessitatis unum esset effugium, si mallet inedia, aut manibus suis intermori.

³⁹ De aliis rebus expetibilibus] Ut iis æquo animo carcamus, vel fraudari nos patiamur potius, quam ob eas subeamus periculum, quo aut credibilis sit nos perituros, aut nihilo certius, perituri, an servaturi eas simus.

⁴⁰ Cui pares] Huc pertinet illud Taciti 3, annal. 13. omittere potius prævalida, & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fiat, quibus flagitiis impares simus.

⁴¹ Iustitia rectoria] Eadem iustitia, quæ suadet, dictatque puniri malos, eadem suadet etiam non puniri, si nequeat id fieri sine clade, aut periculo honorum; non enim tantum est iustitiæ opus punire malos, sed etiam tueri bonos: & quemadmodum injustus est qui recte imperanti non pareat, ita quoque injustus qui studio punien-

ffitia, + rectoria scilicet, quæ ex ipsa regiminis natura + superiorem non minus ad curam pro inferioribus, quam inferiores ad obedientiam obligat. Cui consequens est id, quod recte a theologis est traditum, e regem, qui ob causas leves, aut ad exigendas pœnas non necessarias, & magnum secum periculum trahentes, bellum suscipit, + teneri subditis ad reparationem damnorum, quæ inde oriuntur; + nam etsi non in hostes, + in suos tamen veram committit injuriam, qui + talibus de causis tam gravi malo eos implicat. Livius: *f justum bellum + quibus necessarium, & pia arma quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.* Optat hunc statum Ovidius Fastorum I. (vers. 715.)

Sola gerat miles, + quibus arma coërceat, arma.

VIII. s + Rara ergo belli sumendi causa est, quæ omitti aut non possit, aut non debeat, puta, + cum jura sunt, ut Florus s loquitur, ⁴² armis sæviora. Seneca ^b *incitari*, ait, *in pericula*, ⁴³ *ubi quiescenti paria metuantur*, aut etiam pejora. quem sensum i Aristides sic extulit: ⁴⁴ *τότε χερῶν καὶ ἀδελφῶν ἢ τὸ μέλλον αἰρεῖσθαι κινδυνεύειν, ὅταν τὸ τὴν ἡσυχίαν ἀγεῖν φανερώς χειρόν ἢ miseram pacem bello bene mutari*, ait ⁴⁵ Tacitus, nempe cum, ut idem ait, ^k *aut* ⁴⁶ *ausos libertas sequetur, aut victi iidem erunt*: aut ubi (ut Livius ^l loquitur) *pax servientibus gravior, quam liberis bellum.* Non si, ut apud Ciceronem ^m est, apparet futurum, ut, ⁴⁷ *si victus eris, proscris* baris: si viceris, tamen servias.

IX. + Alterum belli tempus, + si, + ita ut oportet, rem æstimanti, ⁴⁸ a jure, & quidem quod momenti sit maximi, simul stent vires. Hoc est, quod Augustus ajebat, ⁿ bellum non suscipiendum, + nisi cum major emolumentum spes, quam damni metus ostenderetur. Et quod de prælio dicere solebant Scipio Africanus, & L. Æmilius Paulus, ^o idem huc non male aptaveris: *non decertandum esse, + nisi summa necessitudo, aut summa occasio data esset.*

si contumaces negligit curam parentum. Hinc Otho laudatus in morte, quam subire maluit, ne bellum civile renovaret. *Sust.* 9.

G R O T I I.

s Rara ergo belli sumendi causa est, quæ omitti aut non possit, aut non debeat] *Servius* ad illud in X. Æneidos, (vers. 758.)

*Iræ miserentur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.*

Quia nulla causa tam justa est, ut propterea bellum geri debeat.

G R O N O V I I.

⁴² *Jura sunt sæviora*] Quum specie pacis, & justitiæ, graviora tolerantur, quam inter arma maxime ferventia evenire solet. Ut Siculi queruntur, se infestissimo hosti Agathocli titulo pa-

cis addictos ab Hamilcare Pœnorum duce. *Justin.* 22, 3.

⁴³ *Ubi quiescenti*] Quoties bellum vitanti nihil commodius est, quam in bello.

⁴⁴ *Tότε χερῶν*] Tunc oportet, quamquam incerta sint futura, præferre periculum, quum pacem colere palam pejus est.

⁴⁵ *Tacitus*] 3, ann. 44. *Miseram pacem vel bello bene mutari.*

⁴⁶ *Ausos libertas*] Bellum fumentibus, si res feliciter cesserit, magna bona; si fecus, nullum gravius, quam adest, malum continget.

⁴⁷ *Si victus fueris*] Rebus male provenientibus, pœreas; ex sententia evenientibus, tamen miseram vitam agas.

⁴⁸ *A jure*] Ubi cum sit justitia causæ, & quidem ejus causæ, quam deserere, aut negligere nullo modo possis, etiam in promptu sunt justæ vires.

G R O T I I.

^t *Nisi summa necessitudo*] *Plutarchus* Gracchis:

effet. Locum autem tum maxime hoc habebit, cum ⁴⁹ spes est, ^u terrore, ac fama, nullo, aut exiguo periculo rem confici posse: quale erat Dionis ^r consilium ad liberandas Syracusas. In epistolis Plinii est: *quod est pulcherrimum victoria genus, terrore perdomuit.*

X. I. + *Sæva res bellum est, inquit Plutarchus, r cumulumque secum trahit injuriarum, & insolentiæ. Et sapienter Augustinus: quorum malorum (de his loquitur, quæ ex bello nascuntur) multas, & multiplices clades; diras, & duras necessitates, si, ut dignum est, eloqui velim, quamquam nequaquam, sicut res postulat, possum, quis erit proluxa disputationis modus? sed sapiens, inquit, iusta bella gesturus est: quasi non, si se hominem meminisset, multo magis dolebit iustorum necessitatem sibi existisse bellorum: quia nisi iusta essent, ei gerenda non essent: ac per hoc sapienti nulla essent. Iniquitas enim partis adverse iusta bella ingerit gerenda sapienti, immo & necessaria: quæ iniquitas homini ^x + utique dolenda, quia hominum est, & si nulla ex eo bellandi necessitas nascatur. Hæc itaque mala tam magna, tam horrenda, tam sæva quisquis cum dolore considerat, miseriam necesse est fateatur; quisquis autem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat, multo utique miserius ideo se putat beatum, quod & humanum perdidit sensum. Idem alio loco: *belligerare malum videtur felicitas, bonis necessitas.* Maximus autem Tyrius: *τῆς τοῦ πολεμῆν χειρῆς καὶ ἀφέλης τὸ ἀδικόν, ἐλεεινὸν αὐτῆς τὸ ἀναγκαῖον* de bello etiam si demas iniustitiam, ipsa per se necessitas miseranda est. Idem: *φαίνεται ὁ πόλεμος τοῖς**

Diod. l. XVI. c. 17.
q Lib. II.
Ep. 7.
r Vita
Cumill. p. 134. B.
s De Civit. Dei l. IX, c. 7.

t Lib. IV. de Civit. Dei c. 15.
u Dissert. XIV. pag. 146. Ed. Davif.

τὸ ἀνευ τῆς ἐχθρῆς ἀνάγκης ἐπιφέρειν σίδηρον, ἢ ἐπιτιμῶν, ἢ ἐπιπολιτικῶν. extra summam necessitatem ferrum inferre, nec boni medici est, nec boni præsidii. (Pag. 845. A.) Marciani dictum apud Zonaram: *μη δὲν ὄπλα βασιλεῖα κινεῖν, ἕως εἰρηνεύειν ἔξόν* non debere regem arma movere, quamdiu pace frui liceat. (Lib. XIII. Cap. 25. fin.) Augustinus L. epistola ad Bonifacium: *pacem habere acclutatus est: bellum autem debet esse necessitatis, aut liberet Deus a necessitate, & conservet in pace.* [Ubi legitur: *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas.* Epist. 95. vulg. 189. §. 6. Edis. Benedictin.]

u *Terrore, ac fama*] Leo spernens tela diu se terrore solo tuctur, ac velut cogi testatur. Habet id Plinius historix naturalis VIII, c. 16.

x *Utique dolenda*] Lacedæmonii in oratione, quæ exstat apud Diodorum Siculum, libro XIII. (Cap. 52.) *θεωρῶντες τὰς ἐν τῷ πολέμῳ φιλονεικίας πολεῖα καὶ δεινὰ πάθη πειστας, εὐόμεθα δὲν φανερόν ποιῆσαι πᾶσι καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, ὅτι τῶντων ἡμῶν πάντων ἴσμεν αἰτίου* cum videamus, ex bello plurimam inimicitias, plurima atrocicia oriari, nostri officii auxilium eundem Diis, hominibusque testatum facere, causam horum a nobis non esse. Plutarchus Numa, (pag. 78. B.) *τί ἐν, φησὶ τις, ἢ ἐπὶ τὸ βέλτιον προῆλθεν ἢ Ῥώμῃ τοῖς πολέμοις; ἐρωτῶν ἐρωτῆμα μακρῶς ἀποκρίτως ἀπο-*

μενον, πρὸς ἀνθρώπους τὸ βέλτιον ἐν πλάτῳ, καὶ τρυφῇ, καὶ ἡγεμονίᾳ, μάλλον ἢ σωτηρίᾳ καὶ προσητη καὶ τῇ μετὰ δικαιοσύνης αἰταρκείᾳ τιθεμένῳ. hic si quis mihi dixerit, nonne Roma per bella profecit plurimum, questionem moverit longa responsionis egentem, apud homines, qui profectum ponunt in opulentia, in deliciis, in impertis militaribus, non in salute populi, in lenitate, in iustitia suo contenta. Stephanus medicus Chofroi Persarum regi apud Procopium Perlicorum II. *ἐκόν, ἠκράτισε βασιλεῦ, φόνος σὺ καὶ μάχας ἐργασμένῳ καὶ πόλεον ἀνδραποδισμῶς, τῶν μὲν ἀλλῶν ἴσως ὀνομάτων παρέσαι τυχεῖν. τὸ δὲ ἀγαθὸν εἶναι δοκεῖν, ἢ μήποτε ἔσαι tibi, rex maxime, in cadibus, & pugnis, & urbibus subigendis occupato alia forte nomina contingant; bonus autem ut per hæc credari, fieri nequit.* (Cap. 26.) Adde lucum egregium Guicciardini libro XVI. (in Oratione Episcopi Osim.)

GRONOVII.

49 *Spes est terrore, ac fama*] Hoc argumento utitur & Cæmiani ad persuadendum Romanis bellum Samniticum: *si ostenderit auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Usque ad nos contemptus Samnitium pervenit; supra non ascendit. Itaque umbra auxilii vestri tui erimus.* LI V. 8, 30.

GRU.

τοῖς μὲν δίκαιοις ἀναγκῆσιν ὄν, τοῖς δὲ ἀδίκοις ἐκούσι. *apparet, bellum a iustis non sumi nisi necessario, ab iniustis sponte.*

2. Cui. Senecæ illud * addendum, non esse homini homine ⁵⁰ prodige utendum. Philiscus Alexandrum monebat, y ut gloriæ quidem studeret, sed ea lege, + ne se ⁵¹ pestilentiam, aut magnum morbum faceret: intelligens populorum occidionem, desolationem urbium, pestilentix esse opera: + nihil autem magis esse regium, quam consulere omnium saluti, quæ pace continetur.

3. Si jure Hebræo ^z + & qui non volens hominem occidisset, ⁵² fugere debebat: si Deus a Davide, ^a qui pia bella gessisse dicitur, ideo templum suum ædificari vetuit, y quod multum sanguinem fudisset: si ^t apud Græcos veteres expiatione opus habebant etiam qui sine culpa manum cæde maculassent: quis non videat, + præsertim Christianus, quam res sit infelix, & mali ominis, + quantoque nifu fugiendum bellum etiam non iniustum? Certe apud Græcos Christianismum professos diu observatus est canoa, ^b quo facris ^z + ad tempus arcebantur qui hostem in qualicumque bello interfecissent.

x Epit. 88.
y Etitur. lib. XIV, 11.

z Numer. XXXV.
Deut. XIX. a I Chron. XXVIII, 3.

b Basil. ad Rom. II. Epist. 113.

G R O T I I.

y Quod multum sanguinem fudisset] Οὐκ ἐπιτρέπει δὲ πολλὰς πολέμους ἠγωνισμένῳ ἢ φόνῳ τῶν ἐχθρῶν μεμιασμένῳ. non permisit templum struere ei, qui multa bella bellasset, pollutusque esset, hostili quidem, attamen sanguine. Verba sunt Josephi libro VII, c. 4. ubi & plura in hanc sententiam sequuntur. Plinius libro VII, cap. 25. post relata Cæsaris Dictatoris prælia: non equidem in gloria posuerim tantam etiam coactam humani generis injuriam. Philo de Vita Moïsis: ἢ γὰρ εἰ νόμιμοι αἱ κατ' ἐχθρῶν σφαγαὶ, ἀλλ' ὅγε κτείνων ἀνθρώπων, εἰ ἢ δίκαιος ἢ ἀμυνόμενος ἢ βιασθεῖς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνατάτῃν ἢ κινήσιν συρσίεσιν. ἢ χάριν καθαρῶν εἰσεσε τοῖς κτείνουσι ποδὸς ἀπαλλοτριῆν τῆ νομοθεσίῃ ὄγχε γεγενῆσθαι. quamvis enim legibus permixta sint hostium occidiones, attamen quisquis hominem interfecerit, quamvis iuste, quamvis ad sui tutelam, quamvis coactus, aliquid labis contraxisse creditur, propter

illam communem a summa causa venientem cognitionem. Quapropter & purgatione quadam opus habebant tales interfectores, ad evendum quod commissum videbatur piaculum. (Pag. 650. E.)

z Ad tempus] Triennio. Zonaras Nicephoro Phoca. (Lib. XVI. Cap. 25. p. 203. Tom. II. Ed. Reg.)

G R O N O V I I.

50 Prodige utendum] Non decere hominem alterius hominis vitam, & caput, tanquam rem vilem, & parvi pretii, facile, ac sine parcimonia impendere.

51 Pestilentiam, aut] Creto ad Eteoclem regem apud Stat. II. Theb. 272. *Sat tua non æquis laimus perjuria divis, Urbem armis, opibusque gravem, Et modo citibus arctam, Ceu celo demissa lues, inimicaque tellus, Haussisti.*

52 Fugere] Excedere patria, & se conferre ad aliquod oppidorum, quæ habebant jus asyli.

HENRICI DE COCCEII
 COMMENTARIUS
 I N
 HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XXIV.

AUCTOR toto hoc capite nihil aliud agit, quam ut rationes suadendi colligat, quibus Princeps, licet jus habeat, abstinere debeat a bello gerendo, quæ legi omnino merentur, ac interpretatione opus non habent.

Additio.

„ Auctor hoc capite ex rationibus tum po-
 „ liticis, tum piis probat, nec ex justa
 „ causa bellum suscipere consultum, sed
 „ aliquando jus potius remittendum esse,
 „ ut bellum vitetur, c. b. §. 1. inprimis
 „ si bellum saltem est punitivum, & ge-
 „ ritur ad vindicandam injuriam illatam,
 „ §. 2. Idque suadet 1°. ob dilectionem,
 „ seu regulam charitatis; condonare enim
 „ delicta christiano, & principi præcipue,
 „ gloriosum esse; ait §. 3: 2°. ob curam
 „ sui, & suorum, §. 4; ubi tres normas
 „ deliberationis ponit, quæ omnes eo ten-
 „ dunt, a bello abstinendum esse si oppo-
 „ siti mali par, aut justior sit expectatio,
 „ §. 5. & 6. Hinc 3°. concludit, nunquam
 „ contra viribus pares pœnaliter bella susci-
 „ pienda esse, §. 7; sed belli causam su-
 „ mendam esse tunc, cum injuria armis est
 „ sævior, mediaque sufficientia adfunt,
 „ §. 8. & 9. Tandem, & 4°. ait, rem
 „ sævam esse bellum, & cum invita quo-
 „ que homicidia per fugam ad asyla expiari
 „ debuerint, inde argumentatur, magis
 „ etiam non injusta bella fugienda esse,
 „ §. 10.

A D §. I.

PARS proprie non videtur exsequi, quid circa bellum virtutes alia præcipiant, &c.] „ Institutum enim Auctoris est, tra-
 „ dere id, quod justum est in bello, ju-
 „ re proprie sic dicto. Quid juxta præcepta
 „ virtutum in bello observandum sit ex
 „ jure naturæ sensu laxiori sumto, i. e.
 „ ex regulis perfectionum, charitatis, adeo-
 „ que ex doctrinâ morum, & Ethicis præ-
 „ ceptis petit.
Ne quis existimet, &c.] „ Longe latius
 „ enim patent honestatis regulæ; & mul-
 „ ta inter homines licite peraguntur, quæ
 „ pia, rectaque non sunt.
Aut oportere bellum suscipi] „ Prætextu
 „ scilicet officii regis, quod consistit in vin-
 „ dicando jure subditorum contra injurias
 „ extraneorum.
Aut semper etiam licere] „ Nam tales
 „ sæpius circumstantiæ obvenire possunt,
 „ ut jure suo abstinere non tantum lauda-
 „ bile, sed & debitum sit. *Vid. §. seq. n. 3.*
Nostra quoque vita curam honeste deserit,
ut alterius vita, & saluti consulamus]
 „ *Vid. l. 1. c. 3. §. 3.* Inprimis si persona
 „ aliis sit valde utilis, l. 2. c. 1. §. 9.
 „ Quod examinavimus *ibidem.*
Supra] „ L. 2. c. 1. §. 8. & 9. l. 1. c. 3.
 „ §. 3. *vid. §. seq. n. 3.*
Christianis hoc convenit] „ Ut scilicet
 „ vitæ suæ curam negligant, si majus in-
 „ de redundet commodum.

Quæ

Qui pro nobis mori voluit] ,, Alibi dixit, hoc exemplum imitari laudabile esse, & suo præmio non cariturum; at non tale, ut aut ex lege veniat, aut legem faciat. L. 1. c. 3. §. 3. n. 8.

Ne res nostras, aut nobis debitas persequamur, cum tanto aliorum incommodo] Nam ex bello mala plurima etiam in innocentes sequi solent. Vid. l. 2. c. 23. §. 6.

Non ob quamvis causam talem bellum suscipiendum] ,, Xenoph. Hist. Gr. 6. p. 638. ait: *Hominum sane sapientum est, ne quidem si graves sint controversiæ bellum suscipere.* Add. Apollonius apud Gros. §. seq. in fin.

Talem causam] ,, Ubi jus satis comperitum est.

Quanti estimandum sit id, quod accidit] Adeoque an operæ pretium sit, armis damnatum datum vindicare.

A D §. I I.

A D pœnas vero omittendas multa sunt, quæ nos hortantur] ,, Grotius eum, qui læsus est, hortatur ne puniat, sed ut potius vindictam omittat, 1. exemplo parentum, qui multa condonant liberis; 2. exemplo Dei; 3. ob legem, quæ diligere jubet proximum, etiam inimicum, in primis si pluribus utilis esse possit; 4. ob legem Servatoris, quæ litem in minoribus rebus dissuadet.

Quam multa patres in filiis dissimulant] Princeps autem pater est subditorum. Vid. n. seq.

Recloris, id est patris, quodammodo personam suscipit] ,, Qui punit, jure magistratus, & superioris punit, & necessario punit. At pater nunquam punit, sed castigat: neque id necessario fit, aut ad reparationem juris, sed ad corrigendos mores.

Qui Deo, inquit, similis esse vult] ,, Uti enim omnium perfectionis, ita & clementiæ ratio consistit in imitatione perfectionum divinarum.

Ut jure suo abstinere non laudabile tantum sit, sed & debitum] ,, Scilicet, debito laxiori sensu sumto pro eo, quod convenit judicio rite confirmato ad eligendum ea, quæ delectant, vel nocent,

Proleg. §. 9. Diff. proœm. II. §. 30. seq. Sive in se spectata] ,, I. e. quatenus per se perfectio est.

Qualiter eam exigit sanctissima lex Evangelii] ,, Immo Servator nullibi per modum legis dilectionem exigit, sed eam in se spectatam commendat, & auditoribus inculcat, uti alibi diximus. Conf. supra c. 22. §. 14.

Sic quosdam esse, diximus, &c.] ,, Supr. §. 1. n. 1. Conf. lib. 2. c. 1. §. 8. & 9. Si res quasdam negligi vult Christus] Mentem Servatoris explicavimus supra l. 1. c. 2. §. 8. n. 4.

Tanto credendum est majora a nobis negligi voluisse] ,, Laudabiliter agit qui jure suo cedit: sed nec contra præcepta Servatoris peccat qui jus suum bello vindicat. Vid. supra l. 1. c. 2. §. 6. & seq. Ait Ambrosius] ,, Quæ allegantur auctoritates in eo conveniunt, consultius esse bello abstinere etiam ex magna causa: quod prudentiæ, consilii, & perfectionis est, non juris.

A D §. I I I.

CIRCA pœnas] ,, I. e. circa vindictam injuriæ nobis illatæ.

Si non ut hominum] ,, Nam jure naturæ laxiori sensu sumto hominem obligari ad ea, quæ perfectionis sunt, dixit supra proleg. §. 9. & 10. & l. 1. c. 1. §. 4. & 7. Vid. Diff. proœm. II. §. 8.

De principe] ,, Facilem esse debere Principem ad dissimulandas injurias, passim inculcatur a morum doctoribus. Sen. 1. clem. 3. 5. & 19 Sallust. Cat. 9. August. de Civ. Dei, 1. 6. Alian. 2. 15. Marcell. 30. 27. Tesm. b.

Sacræ literæ suppeditant] ,, Moses oravit pro populo, qui eum lapidare voluit. Num. 14. v. 10. 12. & 13 David noluit vindictam sumi a Semei, qui contumeliis eum laceraverat. 2. Sam. 16. v. 7. seq.

Ubi aut nos quoque peccati alicujus sumus conscii] ,, Ex hypothesi enim Auctoris is, qui criminis alicujus reus est, non potest ab alio ejusdem criminis reo pœnam sumere. Quod examinavimus c. 20 §. 3.

Ab humana quadam, & excusabili infirmitate

firmitate procedit] ,, Hanc causam liberandi a pœna explicavit Auctor c. 20. §. 19. 26. §. 31.
Pœnitere eum, qui nocuit] ,, Pœnitentiam inter causas remittendi pœnam recensuit Auctor supra c. 20. §. 10. n. 6. §. II.
Ex dilectione nascuntur] ,, Vid. §. 2. n. 3. *Debemus*] ,, Scil. non ex debito juris, sed virtutis. Vid. §. I. n. I.
Aut recte impendimus] ,, Citra debitum.

Thucydidem] ,, Idque prudenter observavit Fabius Maximus apud *Liv. l. 28. c. 41. §. 42. Adde Cic. I. off. 23. Vid. Tesm. b.*

A D §. V.

„ AUCTOR dixit, non esse incipiendum bellum nisi præmissa deliberatione. Vid. §. *praced. n. I.* Hic jam quærit, de quibus rebus deliberatio illa institutenda sit? & ait, in utilitate, quæ ex bello sperari potest, ejusque æstimatione; & computu, non tantum fines inter se conferendos esse, sed & facultates ad finem perveniendi; & in iis præferendum esse, ait, in quo plus boni est detracto damno. Sensus hic est, non considerandum esse tantum, an per bellum plus boni obtineri possit, quam mali, sed an non difficilius, & damnosius sit ejus boni comparandi ratio, quam ipsum bonum; adeoque non tantum finium utilitatem, sed & mediocrum facilitatem, ac copiam esse inspicendam: iisque omnibus perpensis demum concludendum, an deductis malis adhuc sufficiens bonum superfit, quod armis peti mereatur. Quæ confuse admodum, & obscure b. §. *seq.* exponuntur.

A D §. I V.

1 **FECIALES**] ,, Hi enim de justitia bellorum decidebant. Vid. *supr. c. 23. §. 4. §. 8. n. 2.*
Consultatum a Senatu, an ex usu esset suscipere] ,, Prior igitur quæstio ad jus, posterior ad politicam spectat. Vid. *proleg. §. 57.* Nam in omni deliberatione publica, & privata, duo quæri solent: 1. an jure quid fieri possit: 2. an utile sit. Neque enim statim ille, qui jus agendi habet, actionem instituet; sed deliberabit, num conducatur, forte ob potentiam adversarii, ob sumptuum defectum, &c.
In parabola quadam Christi] ,, B. Parens egregiis rationibus probavit in disputatione *de justo prætorum exitu, Sect. 4. per tot.* Principes, qui imbecillitatis suæ gnari bellum suscipiunt, a temeritatis culpa non liberari, indeque excusari non posse eos, qui non satis parati, & instructi hostem potentem adoriantur. Sane, hoc casu non jus deficit, sed media jus suum prosequendi.
Missurum legationem cum mandatis pacis causa] ,, Quid si Princeps adversarius nullas condiciones admittat, vel non æquas? Respondet B. Parens *d. Sect. 4. §. 9. §. 10.* tunc emergendi, eluctandique vias a consilio, & tempore petendas esse. Pannonos apud *Bellenium rerum Transiv. 2. Sect. 6. p. 58.* impares se ad gerendum contra Turcas bellum, §. (quia Deo ita visum esset) jugum potius, licet grave, se subituros, quam arma moturos, declaravit universi.
2 *Justo metu, non odio, aut contemptu*] ,, Atqui metum a multitudine transeuntium non esse justum, ipse Auctor dixit *l. 2. c. 2. §. 3. n. 14.*

Qui deliberant] ,, An scil. utile sit bellum suscipere.
Non quidem ultimis] ,, Forte quod tota respublica perire possit.
Finis semper est bonum aliquod] ,, Sive verum, sive imaginarium. *L. 2. c. 20. §. 29. n. 3.*
Aut certe mali declinatio] ,, Nam & hoc verum bonum est, si malum a nobis declinamus, *d. §. 29. n. 1.*
Per se non expetuntur] ,, Media igitur, quæ ad illum finem ducunt, non per se expetuntur, sed ideo quia ducunt, & quatenus ducunt.
Quare in deliberationibus, &c.] ,, Sensus est, quod comparari debeat, 1. an plus boni, vel mali ex bello sperare possit is, qui deliberat: 2. an sufficient vires ad bonum illum vindicandum.
Facultas effectiva] ,, I. e. An media, quæ ad finem illum ducere debent, sufficient.

Qua

Qua comparatio] „ Et finium inter se,
& mediorum ad finem ducentium.

2 *Tres habet normas*] „ Dixi jam, nor-
mas has obscuras esse, & vix intelli-
gibiles. Sensus totius tractationis hic vi-
detur esse, quod quoties boni majoris
justior, aut par est expectatio, delibe-
rans id eligere; si autem mali majo-
ris justior, aut par sit expectatio, ab-
stinere debeat. *Vid. Not. ad pr. b.* Hæc
res meræ prudentiæ, ac consilii est, &
ad rationem status pertinet, non ad scien-
tiam juris naturæ.

2 *Si res, de qua agitur, æqualem effica-
ciam videatur habere ad bonum, & ad
malum*] „ i. e. Si res, de qua delibera-
tur, æque ad malum, quam ad bonum
perducere potest.

Morali scilicet estimatione] „ i. e. Cum
aliqua latitudine.

*Si bonum aliquanto plus habeat boni,
quam malum mali*] „ Si ab una parte li-
bertatem civilem amitteret civitas, ab
altera parte internecioni se exponeret,
prius potius eligendum est, quia ma-
lum plus mali habet, & melius est li-
bertatem perdere, quam vitam. *Vid. §.
seq.*

Aristides] „ Verba latine reddita hæc
sunt: *Quum difficultas major est, quam
bonum speratum, melius transigere, &
reconciliari.*

*Non ob quasvis causas pericula subitu-
rum*] „ Quia ibi malum plus habet ma-
li, quam bonum boni.

Sed ob maximas] „ Idque a contrario.

3 *Si videatur esse æquale bonum, & ma-
lum, quod a re, de qua quaritur, possit
procedere*] „ Si æque bonum, ac malum
ex re, de qua deliberatur, nobis ob-
venire possit, & facultas nostra effectiva
ad obtinendum bonum major sit, quam
facultas alterius ad inferendum malum,
deliberans eligere bellum debet.

*Si efficacia ad bonum, quam ad ma-
lum major sit*] „ Si major spes sit obti-
nendi boni, quam mali.

*Si videatur & bonum, & malum esse
inaquale*] „ Si vel bonum majus est ma-
lo, vel malum majus bono, quod ex
re, de qua deliberatur, procedit.

Nec minus inæqualis rerum efficacia]
„ Si major spes sit obtinendi vel boni,
vel mali.

Limatius] „ Dic, obscurius.

Ne offeramus nos periculis sine causa]

„ *Add. Arist. l. 2. Rhet. 8. Just. 18. 6.*

„ *Liv. l. 30. c. 32. Cic. 3. in Verr. 57.*

Qui leviter ægotantes leviter curant]

„ Quia efficacia ad bonum, quam ad ma-
lum major est in re, unde æquale bo-
num, & malum potest procedere. *Vid.*

„ *n. præced. pr.*

*Gravioribus autem morbis periculosus cu-
rationes, & ancipites, adhibere coguntur*]

„ Quia efficacia ad bonum major est col-
lata efficacia ad malum, quam ipsum
malum est collatum bono. *Vid. n. præ-*

„ *ced. in fin.*

Subvenire tempestati] „ I. e. fugere,
ubi tuto resistere non possumus.

Si plus adipiscere re explicata boni] „ i. e.

„ Si re confecta plus boni sequatur, quam
manente sequeretur mali.

Quam addubitata] „ I. e. ob metum

„ incerti eventus omissa. Quod hic Cice-
ro docet, præstitit Alexander Magnus,
cujus valetudo cum esset conclamata, &
solus Medicus Philippus (quem cavendu-
m tanquam suspectæ fidei, & corru-
ptum a Dario, monuerat eodem tem-
pore Parmenio) remedium ei offerret.

*Tutius est ratus dubia se fidei medico
credere, quam indubitato morbo perire.*

„ *Græc. ad Cic. l. 1. de off. c. 24.*

„ *Græc. ad Cic. l. 1. de off. c. 24.*

A D §. V I.

EXEMPLUM sumamus] „ Auctor e-
xemplo docet, quomodo is, qui deli-
berat, & fines inter se, & media ad
finem ducentia comparare debet.

Libertatem intellige civilem] „ i. e. fa-
cultatem suo jure, suisque legibus vi-
vendi; quæ autonomia vocatur: de
qua late egimus *supra l. 1. c. 3.*

Quod jus plenum est in statu populari]

„ Ubi & jus imperii, & administratio pe-
nes populum est.

Temperatum in statu optimate] „ Ve-
rum hoc est quoad administrationem.

„ Cæterum, hic, & in statu regio, liber-
tas populi quoad autonomiam æque ple-
na est, ac in statu populari: uti de-
monstravimus *supra.*

*Pacem vero talem, qua bellum redima-
tur internecinum*] „ Si enim recusassent

„ T t 3 „ Gal-

„ Galli in jus Romanorum concedere, eorumque potestati se subicere, in servitutem eos, destructa republica, rede-gissent Romani.

Recta aestimatio futuri] „ Intelligit moralem aestimationem, quæ supponit iudicium prudentum, & semper cum aliqua latitudine procedit. *Vid. §. 5. n. 2. Quam totius populi exitium videatur portendere*] „ Cum amittendo libertatem civilem jus populi, & civitatis mediatae conferent.

Qualis erat status Hierosolymorum] „ Ut eum describit Josephus *de bell. jud. l. 6. c. 11. p. m. 485.* ubi ait, Romanos salva civitate, & religione, tributum saltem poposcisse.

Qui mori, quam uni parere maluit] „ Apud *Senec. de prov. c. 2.*

Et multa alia] „ Hæc causa fuit belli Maccabæis, uti late exposuit B. Parens *de Autonom. J. G. c. 17. §. 4.* fed & in genere quantum sit beneficium *suis legibus vivere*, & quanti id inter gentes habitum fuerit, explicat *ibid. c. 15. 16. §. 17.*

At aliud dicit ratio] „ Auctor statuit, privationem Autonomiæ præferri debere bello internecino.

Vitam scilicet pleris esse, quam libertatem] „ Hinc ad redimendam vitam omnia impendi solent. *Job. 2. 4.*

Qua fundamentum est omnium bonorum temporalium] „ Quicquid enim boni in orbe conditum est, viventium causa conditum est.

Sive utrumque sumas in uno homine] „ Quilibet homo servitutem personalem præferre morti debet.

Sive in toto populo] „ Adeoque pari ratione populus servitutem civilem præferre internecino bello debet.

I se Deus pro beneficio imputat] „ Immo beneficium Dei non in eo consistebat, quod non perdidit Judæos, i. e. vitam ipsis ademerit; sed quod populus non esse deserit, uti desiit esse per captivitatem Babylonicam: nam secuta humiliatione censum saltem solverunt Sifaci, salvo jure populi, salvaque Autonomia. *II. Paralip. c. 12. v. 7. 8. 12. §. c. 14. v. 9.*

In servitutem dedant, ne fame, ac peste moriantur] „ Hoc ideo suavit, quia si-

„ mul promisit Deus, eos, qui collum jugo subiecerint, redituros esse cum vasis domini. *Jerem. c. 2. 7. v. 10. 11. 16. §. 22.*

Internecio enim populi in hoc rerum genere pro maximo malo haberi debet] „ Ibi enim efficacia ad bonum minor erat collatum bono; vel ut magis intelligenter rationem exponam, oppositi mali minor erat expectatio. Hoc est, quod Galli dicunt: *le remede est pire que le mal. Necessè esse Casinenses se dedere Annibali*] „ Exemplo hoc apparet, necessitatem non tollere voluntatem: etsi enim, si res libertatis fuisset, dedere se noluis-sent, coacti tamen voluere.

Spiritu forti magis, quam prudente] „ Similia exempla legimus de Astapa urbe Hispaniæ apud *Liv. 28. 22.* de Abydenis apud *Liv. l. 31. c. 17.* De Carthagine vide *Flor. l. 2. c. 15. Tejm. b. Culpani sunt*] „ Quod majus malum elegerint, quam bonum obtinere potuissent.

Idem de aliis rebus expetibilibus dictum volo] „ De quibus scilicet deliberandum est: nam ibi quoque comparatio institui debet, an periculum, seu malum, quod inde obvenire potest, sit majus, quam bonum; vel contra.

Rerum non vectorum jactu] „ Majus enim est malum, perdere homines.

A D §. VII.

IN pœnis quoque exigendis] „ Si nimirum præter damni reparationem injuriæ pœna exigitur.

In eum, cui pares sunt vires] „ Cui non? Cum Deus sit vindex injuriæ, & judex litis. Spes boni major hic est, quam expectatio mali.

Nam ut iudicem civilem, &c. multo esse validiorem altero oportet, &c.] „ Ita ut cogere reum ad reparandum possit.

Ita & qui armis facinora velit vindicare] „ Ipsa sacra pagina contrarium evincit, ubi fiducia justæ causæ inæqualibus sæpe viribus bella gesta, legimus. *Neque vero prudentia tantum*] „ i. e. rationes politicæ.

Aut suorum charitas] „ Rationes Ethicæ, seu perfectionis.

Sed

Sed saepe etiam iustitia] „ Vi cuius iustitiæ rectoris salutem populi quærere tenetur. B. Parens in *disp. de iusto bel-*
lorum exitu §. 4.

Recloria scilicet] „ Hujus rectoriæ iustitiæ passim mentionem facit Auctor noster. Vide *L. 2. c. 20. §. 24. n. 1. &*
§. 27. L. 1. c. 1. §. 3. n. 1.

Superiorem non minus ad curam pro inferioribus] „ Nam princeps defendere quidem subditos tenetur, sed non est defensio, quæ cum majori periculo conjuncta est; uti est si media defensionis deficient: non autem deficiunt si pares sunt viribus.

Teneri subditis ad reparationem damnum] „ Immo populus omne suum jus defendendi, omneque de eo iudicium in Principem transtulit: is igitur tenetur populi injurias vindicare; & ejus est arbitrium, an utile sit, an non. Sane, nullum inchoari posset bellum his positis principiis, quia omne bellum periculofum est, & plerumque cum eis, qui pares sunt viribus, geri solet.

Nam etsi non in hostes] „ Hi enim queri non possunt, quia tenentur reparare injuriam illatam, & inviti ad id adigi possunt.

In suos tamen veram committit injuriam] „ Dixi jam, arbitrium principis esse, nec temere populum committi posita causæ iustitia, etsi vires utrinque pares sint.

Talibus de causis] „ Scilicet, quæ vel leves sunt, vel tendunt ad exigendas poenas non necessarias.

Quibus necessarium] „ Semper est necessarium, quoties alter injuriam utut levissimam reparare recusat; tunc enim bellum est unicam juris reparandi medium.

Quibus arma coercet] „ i. e. Vim, & injuriam ab alio illatam, etiam si levissima sit injuria. Iudicium enim est principis.

A D §. VIII.

RARA ergo belli sumendi causa est, qua omitti aut non possit, aut non debeat] „ Quia plerumque mala belli majora sunt bonis, quæ bello expetuntur.

Cum jura sunt armis faviora] „ Hoc est quod allegati Auctores agunt, bellum præferendum esse paci atroci. *Augustin. de Civ. Dei l. 3. c. 28. Thuan. l. 4.*

A D §. IX.

ALTERUM belli tempus] „ Dixit enim præcedenti §. eligendam esse causam belli non quamlibet, sed raram, & necessariam: hic jam præterea tempus belli aptum eligi debere, statuit, i. e. quo omnia ad bellum parata sunt. *Si &c. a jure, &c. simul stent vires*] i. e. si & iusta sit causa, & media adsint injuriam vindicandi.

Ita, ut oportet rem æstimanti] „ Nam deliberanti normas prudenter eligendi præscribit.

Nisi cum major emolumentis spes, quam damni metus ostenderetur] „ Adeoque ubi bonum aliquanto plus habet boni, quam malum mali, §. 5. n. 2. aut ubi efficacia ad bonum, quam ad malum major est. *d. §. 5. n. 3.*

A D §. X.

SÆVA res bellum est] „ Auctor hic auctoritatibus probat, maxima esse bellorum incommoda; lætos æque, ac lædentes ibi injuriis exponi: indeque merito bella evitanda monet.

Utique dolenda] „ Demosthenes *Phil. 4.* ait: *Neceffe est multas oriri e bello molestias. Conf. Quintil. Inst. or. 8. 3. Salust. Cat. c. 21. & 51. August. de Civ. Dei l. 1. c. 7. & l. 3. c. 27. Claudian. in Ruff. l. v. 230.*

Ne se pestilentiam, aut magnum morbum faceret] „ Bellum enim magnæ calamitates comitari solent.

Nibil autem magis esse regium, quam consulere omnium salutem] „ Salus populi suprema lex Principi esse debet.

Et qui non volens hominem occidisset, fugere debebat] „ Ad loca scilicet Asyli. Rationem hujus rei explicavimus supra *c. 21. §. 5.*

Apud Græcos veteres expiatione opus habebant] „ De qua latius agetur *l. 3. c. 4. §. 5.*

„ §. 5. Ritus expiationis, quibus Circe
 „ ufa est in expiando homicidio Medæ,
 „ & Jafonis, explicat *Laffitau Mœurs*
 „ *des Americains*.
 „ *Præsertim Christianus*] „ Cui religio
 „ charitatem perpetuo inculcat.
 „ *Quantoque nifu fugiendum bellum etiam*
 „ *non injustum*] „ Hæc virtutis sunt; &
 „ perfectionis indicium est, dissimulare in-
 „ jurias. Cæterum, exempla allegata mo-
 „ vere non debent: nam ibi fuga, expia-
 „ tio, &c. ideo necessariae erant, quia
 „ culpa supponitur, adeoque delictum,
 „ quod expiari omnino debuiff. Quæ ratio

„ cessat si quis alium occidit sine culpa,
 „ uti hostem, &c. Ex Davidis exemplo
 „ non potest inferri, abstinendum esse a
 „ bello justo; sed saltem sequitur, Deum
 „ maluisse templum, symbolum concordiæ,
 „ & charitatis, per alium exstrui, quam
 „ eum, qui sanguinem humanum pluri-
 „ mum effudit.
 „ *Ad tempus*] „ Loquitur ille canon de
 „ eo, qui sub Imperatoribus gentilibus
 „ militat; hic enim ob sacramentum præ-
 „ standum, &c. non potuit militare: uti
 „ late exposuit Auctor supra l. i. c. 2.
 „ §. 10. n. 7. & 8.

C A P U T X X V.

De causis belli pro aliis suscipiendi.

- I. Bellum suscipi juste pro subditis :
- II. Non semper tamen suscipiendum.
- III. An subditus innocens hosti dedi possit, ut periculum vitetur.
- IV. Bella item juste suscipi pro federatis aequalibus, & inaequalibus.
- V. Et pro amicis :
- VI. Immo & pro hominibus quibusvis :
- VII. Possè tamen id sine peccato omitti, si quis aut sibi metuat, aut etiam

nocentis vitæ.

- VIII. An pro subditis alienis defendendis justum sit bellum, distinctione explicatur.
- IX. Injustas esse societates, & mercenariam militiam sine causarum discrimine.
- X. Etiam precipue præda, aut stipendii causa militare, vitiosum esse.

^a Lib. 1, c. v.

+ I. 1. + **S**upra ^a cum de his, qui bellum gerunt, egimus, dictum, ostendimusque a nobis est, ¹ naturaliter non tantum unumquemque sui juris esse executorem, + sed & alieni; quare quæ causæ justæ sunt ipsi, cujus res agitur, + eadem justæ sunt iis, qui aliis opem ferunt. (aa).

^b Navarr. xxiv, 18.

2. Prima autem, maximeque necessaria cura ^a + pro ^b subditis, ² + sive qui familiari, + sive qui civili subsunt imperio; + sunt enim quasi pars rectoris, + ut

G R O T I I.

^a Pro subditis] *Procopius Perficorum II. & γὰρ ὁ μὲν αὐτὸς ἀδικῶν δίκαιος, εἰ μὴ ἢ τὰς ὑπὸ ἐτέρων ἀδικημένους ἔχων ἐν ἕξαστα πύκαται περὶ νεύει* neque enim statim justum est qui injuriam nulli facit, nisi & eo sit animo, ut tutetur sibi commissos adversus alienas injurias. (Cap. 15.)

G R O N O V I I.

1 Naturaliter] Auctore ipsa natura propter co-

gnationem omnium hominum inter se, non tantum suum jus propugnare, ac sibi factam injuriam ulcisci, sed & pro aliis eadem facere unicuique licere.

² Sive familiari] Propter bellum privatum, quod paterfamilias sumere debet pro tuendis domesticis.

(aa) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 6. §. 14. J. B.

G R O-

+ ut ibidem diximus. Sic pro Gabaonitis, qui se populo Hebræo subjece-
rant, e + arma sumit is populus, duce Josua. *Majores nostri*, inquit Cicero e *Jos. x. 6.*
d ad Quirites, *sepe, mercatoribus ac naviculariis injuriosus tractatus, bella ges-* d *Ovat.*
serunt. Alibi: e *quot bella majores nostri susceperunt, quod cives Romani injuria* *pro Leg.*
affecti, navicularii retenti, mercatores spoliati esse dicerentur? Iidem Romani e *Mom. c. 5.*
pro quibus focis arma fumere noluerant, + pro iis deditis, id est factis sub- v, 58.
ditis, eadem fumere necessarium duxerunt. Campani f ad Romanos: *quan-* f *Apud*
doquidem nostra tueri adversus vim, atque injuriam justâ vi non vultis, vestra *Liv. VII,*
certe defendetis. Florus g a Campanis h fedus, quod ante habebant, + fan- g *Lib. I.*
ctius, ait, factum omnium suorum deditione. + *Fides agi visa*, inquit h *Li-* c. 16. n. 2.
vius, *deditos non prodi.* h *Lib.*
vii. c. 31.

II. Non tamen semper, quamvis justa causa subditi alicujus + obligat re-
ctores ad bella fumenda: sed s ita demum, + si id sine omnium, aut plu-
rium subditorum incommodo fieri potest. Rectoris enim officium o magis
circa totum, quam circa partes versatur: & 7 + quo pars est major, eo ad
totius naturam propius accedit.

+ III. I. + Itaque si civis unus, quamvis innocens, ad exitium ab hoste
deposcatur, b *dubium non est*, i *quin s deserere possit* + si appareat, civita- i *Soto de*
tem hostium viribus multo esse imparem. (bb) Disputat contra hanc senten- *Just. 5*
tiam Ferdinandus a Vasquius: sed si non tam verba ejus, quam propositum *Jur. l. v,*
spectetur, + hoc videtur agere, ne civis talis temere deseratur, ubi eum k *q. i. art. 7.*
defendi posse spes sit. + Nam & historiam adfert Italici peditatus, i *k L. 1.*
pejum rebus nondum plane desperatis deseruit, 9 *de sua salute certior factus* *constr. ill.*
a Cæsare; + quod ille non immerito improbat. c. 17.
l App.

2. + An vero etiam tradi in manus hostium possit civis innocens, ut vi- *Alex. Bell.*
tetur imminens alioqui civitatis excidium, disputant eruditi, & olim dispu- *Civ. Lib.*
tatum est, ut cum Demosthenes 10 *II. pag.*
nobilem illam de canibus, quos lupi *478. Ed.*
pacis causa ab ovibus tradi sibi postulabant, fabulam protulit. Negant id *H. Steph.*
licere

G R O T I I.

b *Dubium non est, quin deserere possit*] Vide con-
tium Nicephori Patriarchæ datum Michaëli Ran-
gaba de transfugis pacis causa reddendis Bulga-
zororum duci, ubi hæc verba apud *Zonaram* :
μειστον είναι ποθειν κρινορες μετρίως τινάς, ή πλι-
δη πλοχιν ανηθημα *satius judicemus esse, paucos*
aliquos mala ferre, quam immensam multitudinem.
(Lib. XV. Cap. 17. pag. 127.)

G R O N O V I I.

3 *Fedus, quod ante*] Quod Romani haberent &
cum Samnitibus fedus antiquum, & cum Cam-
panis fecissent novum, hoc novum sanctius, &
prius, hæc est, veteri Samnitico præferendum
reddidisse Campanos, ait I, 16.

4 *Fides agi visa*] Visum interesse fidei pu-
blicæ, ne, qui in clientela venissent, dese-
rerentur.

Tom. III,

5 *Ita demum*] Nisi propter unius vindictam
aut omnes, aut plures sunt periclitaturi.

6 *Magis circa totum*] Magis considerat, & an-
tiquius putat, quod omnibus, quam quod sin-
gulis est utile.

7 *Quo pars est major*] Quoties plurimum grave
periculum, & unius, aut paucorum vindicta stant
ex adverso; omnibus similiores, & propinquo-
res sunt plures, quam unus, aut pauci.

8 *Deseri*] Non defendi, nec vindicari.

9 *De sua salute*] Postquam a Julio fidem ac-
ceperunt, nihil ipsis mali fore, si a Pompejo
abstinerent.

10 *Nobilem illam*] Alexandro M. ab Athe-
nienfibus oratores, & duces dedi sibi jubente.
Justin. II, 4. [Vide PLUTARCHUM, in
Demostb. pag. 356. E.]

(bb) Vide PUFENDORFIUM, *De Jure*
Nat. & Gent. Lib. VIII. Cap. 2. §. 5. J. B.

V V V

G R O

licere non + Vasquius tantum, sed is, cujus sententia + ut perfidiae propinqua a Vasquio arguitur, + Sotus. Ponit tamen Sotus, teneri talem civem se hostibus tradere: + hoc quoque negat Vasquius, + quia natura societatis civilis, quam sui quisque commodi causa inuit, id non postulet.

3. + Sed hinc nihil aliud sequitur, quam ¹¹ + ex jure proprie dicto civem ad hoc non teneri: + at non etiam ¹² charitatem pati, ut aliter faciat. Multa enim sunt + non justitiae propriae dictae, + sed dilectionis officia, + quae non tantum cum laude praestantur, quod Vasquius agnoscit, + sed etiam omitti sine culpa nequeunt. + Tale autem omnino hoc videtur esse, (cc) ut maximae multitudinis innocentis vitae suae unius quis praeferat. *Praxithea in Euripidis Erechtheo, (vers. 32, & seqq.)*

Εἴπερ γὰρ ἀρ.θμόν οἶδα καὶ τοῦλάχισον
Τὸ μείζον, εἰς μὲν οἶκον οὐ πλέον σθένει,
Πταίσας ἀπάσης πόλεως, οὐδ' ἴσον Φέρει.

*Si namque numeros, quidque sit plus, aut minus,
Percipimus animo, non ¹³ malo unius domus
Commune vincit, sed nec aequari potest.*

^m Diod. Atque ita Phocion ^m Demosthenem, atque alios hortabatur ad exemplum
^{Libro XVII.} Lei filiarum, & ^d Hyacinthidum, potius mortem ipsi subirent, quam ma-
^{e. 15.} lum irreparabile patriae inferri sinerent. Cicero ⁿ pro P. Sextio: *si mihi in*
ⁿ *Cap. 20.* aliqua nave cum meis amicis naviganti hoc accidisset, ut multi ex multis locis
praedones classibus eam navem se oppressivos minarentur, nisi me unum sibi dedi-
dissent: si id vectores negarent, ac mecum simul interire, quam me hostibus tra-
dere mallet: ¹⁴ jecissem me potius ipse in profundum; ut ceteros conservarem,
quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitae
^o *Cap. 19.* *discrimen adducerem. + Idem de finibus III. o* *Vir bonus, & sapiens, & legi-*
bis parens, & civilis officii non ignarus, utilitati omnium plus, quam unius ali-
^p *Lib.* *cujus, aut suae consulit. Apud Livium ^p de Molossis quibusdam dictum legi-*
^{2LV. c. 26.} *mus: equidem pro patria, qui lethum oppetissent, saepe fando audivi: qui pa-*
triam pro se perire aequum censerent, hi primi inventi sunt.

4. Sed

G R O T I I.

c. — Non malo unius domus
Commune vincit, sed nec aequari potest]

Οὐ δίκαιον προδήκον τὸ ἅπαν μέρος εἶναι ἰνίκαιον
est, totum fieri accessionem partis. Locus est apud
Philonem sine libri I. de Vita Moysis, ubi & alia
lecta dignissima. (Pag. 652.)

d Hyacinthidum] Vide Apollodorum in biblio-
theca. (Lib. III. Cap. 14. n. 8.)

G R O N O V I I.

II Ex jure proprie dicto] Ex fine, ac jure or-
dinario initarum societatum civilium.

12 Charitatem] Officium, & amorem patriae,
quod secuti Cadrius, Leonidas, Menaccus, Decii,
se pro civibus devoverunt, Mosus deleri e libro-
viventium, Paulus anathema fieri pro populo
Israelitico, optavit.

13 Malo unius] Malum unius personae, aut fa-
miliae gravius, aut par haberi potest malo totius
civitatis.

14 Jecissem me potius] Sic Jonas propheta ul-
tro se praecipitavit in mare praecipitandum, quando
suum ob delictum tempestatem ortam fitebatur.
I, 18.

(cc) At vero hoc casu incertum satis est, an
unius illius periculo salva futura sit multitudo.
Plura diximus in Notis nostris Gallicis. J. B.

G R O -

4. Sed hoc posito restat dubitatio, an, + quod ille facere tenetur, ad hoc + cogi quoque possit. Negat hoc + Sotus + exemplo divitis, qui egeno stipem dare ex misericordiae praescripto tenetur, cogi tamen nequit. Sed notandum est, ¹⁵ + aliam esse rationem partium inter se, aliam superiorum, ubi cum sibi subditis comparantur. Nam + par parem cogere non potest, nisi ad id, quod ex jure debetur stricte dicto. At superior ¹⁶ cogere potest + etiam ad alia, quae virtus quaelibet praecipit, + quia in jure proprio superioris, ¹⁷ + qua superior est, hoc est comprehensum. ¶ Sic in magna frumenti penuria + cives cogi possunt, quod habent, in medium conferre: quare & in nostra illa controversia, verius videtur, + cogi posse civem, ut id faciat, quod exigit charitas. Atque ita is, quem dixi, Phocion amicissimum quendam sibi Nicoclem nomine demonstrans aiebat, huc malorum ventum, + ut si Alexander eum deposceret, + ipse dedendum censeret.

q. Ess. lib. II, c. 9. dub. 7.

IV. Subditis proximi, immo pares sunt in hoc, + ut defendi debeant socii, ¹⁸ in quorum federe comprehensum id est, + sive in tutelam sese, & fidem aliorum dederunt, + sive mutua auxilia pacti sunt. + Qui non repellit injuriam a socio, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit, ait + Ambrosius. Pactiones autem tales + ad bella, quibus justa causa non subfit, porrigi haud posse, + diximus alibi. + Et haec est causa cur Lacedaemonii, + priusquam bellum in Athenienses susciperent, sociis omnibus de causae justitia judicium permiserint: + & + Romani Graecis de bello in Nabidem. Nunc illud addamus, + ne tunc quidem teneri socium, si nulla spes sit boni exitus. + Boni enim, non mali causa societas contrahitur. Defendendus autem socius est + etiam contra alium itidem federatum, + nisi priori federe aliquid specialius convenerit. + Sic Corcyraeos, si causa eorum justa erat, + Athenienses defendere potuerunt etiam contra Corinthios socios vetustiores.

+ Plutarcb. in Phocion. p. 749. C.

+ De Officio. l. 1. 36.

+ Thucyd. L. 1. c. 119. 125. u. Livius lib. XXXIV. c. 22.

+ Vide supra, Cap. 16.

+ V. § Tertia causa est amicorum, + quibus auxilium promissum quidem non est, + sed tamen amicitiae quadam ratione debetur, si facile, & sine incommodo exhiberi possit. + Sic pro Lotko cognato arma sumsit Abrahamus:

+ §. 13. n. 2. y. Vict. de Ind. p. 2. n. 17. Cujet. 2. 2. q. 4. art. 1.

G R O T I I.

e Etiam ad alia, quae virtus quaelibet praecipit] Sic apud Lucanos poema erat dicta prodigis, ingratum apud Macedonas, otiosum apud eosdem Lucanos, & Athenienses. adde quae allata ad libri I, c. 1. §. 9.

f Ad bella, quibus justa causa non subfit] Vide Simlerum de Republica Helvetiorum [pag. 160. Edit. Elzevir.] Domino guerram faciente alicui, si sciatur, quod iuste, aut cum dubitabitur, vasallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defensionem, ad offendendum vero alium non adjuvet. Lib. II, de Feudis Tit. 28. Hic finitur.

g Tertia causa est amicorum] Oraculum vetus, [apud AELIANUM, Var. Hist. III. 44.]

Ἄνδρ' ἔτιλ'ο Ἰνὴσποντὶ πικρὰν πίνεε ἐν ἑλόνδαις
Οὐ σε διμίσγεύσω. περικαλλέῃ ἔξειδ'ι νάε.

Non ope invisisti praesens in morte sodalem:
Effabor tibi nil, nisi, Templi sinibus exi.

G R O N O V I I.

15 Aliam esse rationem] Diversa esse, quae civis a cive, & quae magistratus, aut populus a cive possunt exigere.

16 Cogere potest etiam ad] Potest ex officio legem facere ex honesto necessarium.

17 Quia superior est] Quatenus de inferioribus ad usum publicum statuendi potestatem habet.

18 In quorum federe] Quibus defensio, & tutela in tabulis foederis promissa est.

mus : + Antiatibus (dd) præceperunt Romani , ne in Græcos , utpote + Italorum cognatos , piraticam exercerent. Iidem sæpe non pro focis tantum , quibus ex federe id debebatur , + sed pro amicis bella susceperunt , aut suscipere minati sunt.

^a Cic. de Fin. III. de Off. II. L. ut vim, 3. D. de Just. Jur.

VI. Postrema , latissimeque patens est + hominum inter se conjunctio , + quæ vel sola ad opem ferendam sufficit. + Homo in adiutorium mutuum generatus est , ^a ait Seneca. Eiusdem est : ^b Sapiens , quoties poterit , ¹⁹ fortune intercedet. Euripides in Supplicibus , (vers. 267 , & seqq.)

^a De Ira I. I. cap. 5. ^b De Clem. II. 16.

*Præbent saxa perfugium feris ,
Araque famulis , urbibus pressis male
Tutamen urbes.*

^c De Off. I. 27. ^d Lib. I. c. 5. §. 2. ^e Lib. 2. c. 20. §. 40. ^f De legib. IX. pag. 88r. ^g D. d. I. I. c. 77. ^h De Off. sic. I. 7. ⁱ Apud Ammian. Marc. Lib. XXX. c. 4. pag. 643. ^j Fragm. IV. 2.

Ambrosio ^c fortitudo , quæ defendit infirmos , plena iustitia est : qua de re supra ^d quoque egimus.

VII. I. Quæritur hic , + an teneatur etiam homo hominem , populus populum ab injuria defendere. ^h Plato puniendum censet , ^e qui vim alteri illatam non arcet : quod & ^f Ægyptiorum legibus cavebatur. Sed primum , + si ²⁰ manifestum sit periculum , non teneri certum est ; potest enim suam vitam , & res alienis præferre. Atque ita interpretandum censeo Tullii , ^g qui non defendit , nec obsistit , si potest , injuria , tam est in vitio , quam si parentes , aut patriam , aut socios deserat. + ut potest illud intelligamus , cum suo commodo : nam & idem alibi dicit , ^h non defendi homines sine vituperatione fortasse possunt. Apud Sallustium est in historiis : ⁱ omnes , qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur , considerare debent , ²¹ liceatne tunc pacem agere ; dein , ²² quod queritur , satisne pium , tutum , gloriosum , an indecorum sit.

^k Less. lib. II. c. 4. dub. 15.

2. ⁱ Senecæ quoque hoc non spernendum : succurrere perituro , sed ut ipsa non peream , nisi si futurus ero magni hominis , aut ²³ magna rei merces. Sed ne tunc quidem tenebitur , + si oppressus nisi morte invaloris eripi non potest.

G R O T I I.

^h Plato puniendum censet , qui vim alteri illatam non arcet] Et Hebraei , Moses de Kotzi præcepto jubente LXXVII. LXXX. vetante CLXIV. CLXV.

ⁱ Seneca quoque] Locus est de beneficiis II. 15. alter non dissimilis ejusdem argumenti lib. I. cap. 10. Dignum etiam impendio sanguinis mei tuabor , & in partem discriminis veniam : indignum , si eripere latronibus potero clamore sublato , salutarem vocem homini non pigebit emittere. Vide quæ supra libro II. c. I. §. 8.

G R O N O V I I.

¹⁹ Fortune intercedet] Quos affligit fortuna , sublevabit.

²⁰ Manifestum sit periculum] Eius , quem decebat pro alio propugnare : si videat is , se suscipiendo causam alienam in debio suam quoque salutem positurum.

²¹ Liceatne tunc pacem agere] Utrum ipse consultum sit , in alieno periculo quiescere , an metuendum habeat , ne vicinum incendium ad se quoque transeat.

²² Quod queritur] Quod rogantur , possentne id salva pietate , salva salute , salva denique fama , & existimatione sua , aggredi.

²³ Magna rei merces] Nisi pro homine , aut re maximi pretii , & valde utili me impendam.

(dd) Habet hoc Auctor è STRABONE ; Geogr. Lib. V. sed rem non satis accuratè narrat. Inspice , si lubet , locum , pag. 354 , 355. Edit. Paris. Casaubon. J. B.

G R O :

telt. Nam si invaloris vitam, qui invaditur, suæ potest præferre, ²⁴ ut alibi diximus, non peccabit + qui invasum id aut credet, aut volet malle: præsertim + cum ex parte invaloris majus sit periculum ²⁵ damni irreparabilis, & sempiterni.

VIII. I. Est & illud controversum, + an justa sit belli causa pro subditis alienis, ut ab eis arceatur imperantis injuria. Sane, + ex quo civiles societates institutæ sunt, certum est, rectoribus ²⁶ cujusque + speciale quoddam in suos jus quæsitum. Euripides Heraclidis (vers. 143, 144.)

Δίκαιοι δ' εἰσὲν οἰκῶντες πόλιν
 ἄυτοὶ καθ' αὐτὰς κυρίας κραίνειν δίκας.

Nos, quotquot hujus colimus urbis mania;
 Sufficimus ipsi nostræ judicis exequi.

Nec aliò illud pertinet :

²⁷ Spartans, sibi que contigit, orna?
 Nobis fuerint cura Mycenæ.

† Fragm.
 Pœnicis
 Euripid.
 vers. 19.
 20.

Et Thucydides inter summi imperii signa posuit ^m τὸ αὐτόδικον, + ⁿ *judiciorum* c. 18. ^m *summam potestatem*, non minus, quam τὸ αὐτόνομον καὶ τὸ αὐτοτελές, id est, + *legum, & magistratum creatorum jus*. Nec aliò pertinet poeti- ⁿ *cum illud* : ⁿ *Legum.*

Non illi imperium pelagi, ²⁸ regnumque tridentis,
 Sed mihi forte datum.

† Fragm.
 Euripid.
 vers. 19.
 20.

Et huc non dissimile illud :

^k Rescindere nunquam
 Dis licet astra Deum.

† Ovid.
 Met. XIV.
 vers. 784.

Et apud Euripidem ? :

Mos ille est Deum;
 Quod cupio unius, + huic ²⁹ nefas obistere;

† Hippo-
 choro. vers.
 1282.

Nimirum;

G R O T I I.

^k — Rescindere nunquam
 Dis licet astra Deum] Ejusdem est III. Meta-
 morphoseon, (vers. 336.)

— Neque enim licet irrita cuiquam
 Fœda Dei fecisse Deo.

G R O N O V I I.

²⁴ Ut alibi] 2, 1. 2.

²⁵ Damni irreparabilis] Quis in peccato po-
 siturus est sine poenitentia.

²⁶ Cujusque] Societatis.

²⁷ Spartam orna] Σπάρταν ἔλαχος, τούτου
 ὄνομα. Proverbium, quo quisque jubetur, alie-
 nis rebus omissis, suas curare.

²⁸ Regnumque tridentis] Σακύννην τριδέντην.

²⁹ Nefas obistere] Cum omnis eò pertinet,
 ut moncamur, potestatem supremam non debere
 le immiscere alterius potestatis pariter supremæ
 jurisdictioni.

q Lib. 1. Nimirum, ut recte explicat q Ambrosius: ne, usurpata³⁰ aliarum partium de Off. c. sollicitudine, bellum inter se incitarent. τούς σφετέρους αὐτόν τινα κολλάζειν, 13.
 r Lib. 1. l ut in suos quisque animadvertant, æquum esse censent Corinthii apud r Thucydidem. Et Perseus in oratione ad Martium, quod in Dolopes fecisset, negat se defensurum: s jure, inquit, feci meo, cum mei regni, mea ditionis e. 41. essent. + Sed hæc omnia locum habent, ubi vere delinquent subditi, adde + Vid. etiam, + ubi dubia est causa. + + In hoc enim instituta est illa imperiorum rect de Ind. distributio. n. 15.

2. + At non etiam, ³² si manifesta sit injuria, + si quis Busris, Phalaris, Thrax Diomedes ea in subditos exerceat, quæ æquo nulli probentur, u Vid. ³² + ideo præclusum erit jus humanæ societatis. u + Sic in Maxentium, & rect de Ind. in Licinium Constantinus, m + in Persas alii Romanorum Imperatores arma p. 2, u. 19. ceperunt, aut capere minati sunt, ³³ + nisi vim a Christianis religionis nomine arcerent.

3. Immo + etiam si daretur, ne in summa quidem necessitate arma recte a subditis sumi (qua de re dubitare ³⁴ vidimus illos ipsos, quorum institutum fuit regiam potestatem defendere) non tamen inde sequetur, non posse pro ipsis ab aliis arma sumi. + Quoties enim actioni alicui ³⁵ impedimentum ponitur. + personale, non ex re, toties + quod uni non licet, alteri pro eodem licere potest, + si modo tale sit negotium, in quo alter alteri prodesse possit. + Sic pro pupillo, ³⁶ + cujus persona judicium non capit, litigat tutor, aut alius: + pro absente etiam ³⁷ sine mandato defensor. Impedimentum autem, quod resistere subditum prohibet, + non ex causa venit, quæ eadem est ³⁸ in subdito, & in non subdito, sed ³⁹ ex personæ x De Be- qualitate, + quæ in alios non transit. nef. VII. 19.

y Lib. II. 4. Sic Seneca x existimat, bello a me peti posse qui a mea gente sepositus C. XX. suam exagitat, ut y diximus, cum de pœnis exposcendis ageretur: + quæ res

G R O T I I.

l Ut in suos quisque animadvertant] Augustinus II. de Libero Arbitrio: non enim, ut alicuius est bonitatis, alienis præstare beneficia, ita justitia est vindicare in alienos. (Cap. I.) Procopius Vandalicorum I. τὴν υπέρχουσαν ἡγεμονίαν αὐτόν τινα διακρίσθαι καλὸν, ἢ μὴ ἀδοξίας διακρίσθαι ὀφειρίζας: quod alicuique obtigit imperium, id ut admittat, ac ne alienas curas in se trahat, honesto convenit. (Cap. 9.)
 m In Persas alii Romanorum Imperatores] Exemplum simile habes in rebus Pipini apud Fredegarium in fine.

G R O N O V I I.

30 Aliarum partium] Terrarum, regionum, Annum.

31 Si manifesta sit injuria, si quis Busris, Phalaris, Thrax Diomedes ea in subditos exerceat, quæ æquo nulli probentur, ideo præclusum erit jus humanæ societatis] Hæc verba ex infami ampli-

theatro Car. Scribanii desumpta, scribit Rivetus in dialysi sect. 8. num. 2. pag. 259.

32 Ideo præclusum erit] Non propter istorum jus in suos vetitum erit alienigenis, intercedere illorum injustitiæ, quod omnibus bonis communitatis inter ipsos vinculum dedit.

33 Nisi vim] Abstinerent a persecutione, & suppliciis Christianorum ob religionem.

34 Vidimus illos ipsos] 1, 4, 8.

35 Impedimentum personale] Ex persona, vel conditione certi generis hominum, ut hic sunt subiecti.

36 Cujus persona judicium] Qui non habet personam standi in judicio.

37 Sine mandato defensor] Nam defensor proprie, qui pro reo intervenit absque mandato, in tit. D. de procur. Et defens.

38 In subdito, & non] Tam enim subiecto, quam non subiecto potest fieri a superiore injuria.

39 Ex persona] Ex necessitate parendi, & parendi.

G R O.

res sæpe cum defensione (ee) innocentium conjuncta est. Scimus quidem ex veteribus, novisque historis, 4° alieni cupiditatem hos sibi quærere obtentus: + sed non ideo statim jus esse definit, si quid a malis usurpatur. Navigant & piratæ: (ff) ferro utuntur & latrones.

IX. I. Sicut autem societates bellicas eo initas animo, n ut in quodvis bellum nullo causæ discrimine promittantur auxilia, + illicitas diximus, z ita nullum vitæ genus est improbius, quam eorum, + qui sine causæ respectu mercede conducti militant, & quibus

z Silo. in verbo bel- lum. p. 1. §. 10. circa se

Ibi fas, 41 ubi plurima merces.

Quod Plato (gg) ex Tyrtæo probat. Hoc ipsum est, quod Etolis a Philippo a exprobratum legimus: & Arcadibus a (hh) Dionysio Milesio his verbis: 42 ἀγορά πολέμου πρόκειται, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν ἀρκάδων τρέφει, καὶ περιέρχεται πόλεμῳ αἰτίαν οὐκ ἔχων belli institutio- tur nudata, & Græcorum mala 43 in fructu sunt Arcadibus, & sine causa- rum respectu modo huc, modo illuc arma circumferuntur. Res sane miseranda; ut Antiphanes loquitur:

Ὅς ἐνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμεν,

Miles, o qui vita causa 44 se auctorat neci,

Dion

GROTII.

n Ut in quodvis bellum nullo cause discrimine promittantur auxilia] Iterum Simlerum hac de re vide.

o Qui vita causa se auctorat neci] Vita parari ea, in quibus vita consumitur, dixit Seneca naturalium V, 18. Plantus Bacchidibus, [ibi nil tale, nec alibi, quod sciam, apud Plaut. J. B.]

suam qui auro vitam venditant.

Guntherus (Ligurin. L. VII. §10, &c.)

Ære dato conducti cohors, & bellica miles Dona sequens, pretioque suum mutare favorem Suetus, & accepto pariter cum munere bello Hunc habuisse, dator pretii quem jufferit, hostem.

GRONOVII.

40 Alieni cupiditatem] Qui cupiunt aliena invadere, hoc pretextu dissimulare propositum suum, quasi veniant vindictam alienas injurias (Justin. 4, 3. 15, L. 16, 1. 17, 2. 18, 3.) etiam serviant aviditati suæ.

41 Ubi plurima] Ut Galli humilliorum semper mercenaria manus. Justin. 28, 3.

42 Ἀγορά] Bellum habetur pro mercatu, pro mundanis, pro augendæ rei, & pecuniæ faciendæ occasione.

43 In fructu sunt] Quæstum præbent.

44 Auctorat se neci] Ut victum, & alimenta habeat, pro stipendio hosti sese objicit occidendum alieno. Proprie auctorari dicebantur qui se vendebant in ludum gladiatorium. Horat. 2, sat. 7. V. 59. [Versus Græcus est apud STOBÆUM, Serm. LI. p. 358. Edit. Genev. Tit. autem LIII. Edit. Auctoris nostri. J. B.]

(ee) Videtur heic, in omnibus Editionibus, excidisse vox subditorum, quam series orationis postulat. J. B.

(ff) Adludit forte Auctor ad illud QUINCTILIANI: Non fabricetur Militi gladius: potest usi eodem ferro Labro. Inst. Orat. Lib. II. Cap. 16. J. B.

(gg) Locus, quem in animo habuit Auctor, extat De Legib. Lib. I. pag. 630. B. Tom. II. Ed. H. Steph. ubi equidem Philosophus adludit ad versus duos Tyrtæi, sed in quibus Poëta nullo modo loquitur de iis, qui mercede conducti militant. Plato tantum de illis loquitur, sed ita ut ejusmodi vitæ genus, in se spectatum, accipit, nec laudet. J. B.

(hh) Locum forte reperi apud PHILOSTRATUM, Vit. Sophist. Lib. I. Cap. 22. sed qui non satis accuratè refertur, & vertitur. Diximus plura in Notis Gallicis. J. B.

GRO

8 Orat. Dion Prusæensis: καὶ τοὶ ἴδι τοῦ ζῆν ἀναγκαῖοτερόν ἐστιν, ἢ ἴδι τοῦτα περὶ
 XVII. pag. 249. D. πλείους ποιοῦνται πάντες; ἀλλ' ὁμῶς καὶ τοῦτο ἀπαλύσσει διὰ χρημάτων
 o Bellinus ἐπιθυμίαν: quid magis est necessarium nobis, aut quid pluris fit, quam vita?
 de Re mi- Et tamen hanc quoque non pauci perdunt, dum pecuniam querunt.
 lit. II, p. 250. 2. Parum vero quod suam vendunt necem, nisi & aliorum sæpe in-
 d Apud nocentium venderent, tanto carnifice detestabiliores, P quanto pejus est sine
 Stob. Serm. causa, quam ex causa occidere: sicut Antisthenes d dicebat, carnifices ty-
 49. pag. rannis esse sanctiores, quod illi nocentes, hi innocentes interficerent. 45 Ma-
 e Diod. jor Philippus Macedo huic hominum generi, c τὰς τροφὰς εἰωθόσιν ἔχειν ἐκ
 Sic. XVIII, τοῦ μισθοφορεῖν, quibus unus ex militia questus esset, dicebat, + bellum esse
 10. pacem, + pacem bellum.
 f De ver- 3. + Non est inter artificia bellum, immo res est tam horrenda, ut eam
 bis Domi- + nisi summa necessitas, + aut vera charitas honestam efficere nequeat:
 ni; secun- + quemadmodum ex iis intelligi potest, quæ capitum antecedentium proximo
 dum Mat- + dicta a nobis sunt. Augustino iudice: f militare non est delictum, sed propter
 th. cum. ci- pradam militare peccatum est.
 tatur causa XXIII. quæst. 1.
 c. 5. Vide
 supr. 1. 2.
 10. n. 5.
 g I Cor. 8.
 7.

2. Parum vero quod suam vendunt necem, nisi & aliorum sæpe in-
 nocentium venderent, tanto carnifice detestabiliores, P quanto pejus est sine
 causa, quam ex causa occidere: sicut Antisthenes d dicebat, carnifices ty-
 rannis esse sanctiores, quod illi nocentes, hi innocentes interficerent. 45 Ma-
 jor Philippus Macedo huic hominum generi, c τὰς τροφὰς εἰωθόσιν ἔχειν ἐκ
 τοῦ μισθοφορεῖν, quibus unus ex militia questus esset, dicebat, + bellum esse
 pacem, + pacem bellum.
 3. + Non est inter artificia bellum, immo res est tam horrenda, ut eam
 + nisi summa necessitas, + aut vera charitas honestam efficere nequeat:
 + quemadmodum ex iis intelligi potest, quæ capitum antecedentium proximo
 dicta a nobis sunt. Augustino iudice: f militare non est delictum, sed propter
 pradam militare peccatum est.
 X. + Immo & propter stipendium, si id unice, aut præcipue spectetur:
 cum alioqui stipendium accipere + licitum sit omnino: τίς στρατεύεται ἰδίῳις
 ὀψωνίοις ποτέ; ait Paulus & apostolus: + quis sua impensis militat?

GROTII.

occidere quem non oderis?

p Quanto pejus est sine causa, quam ex causa
 occidere] Seneca naturalium V, 18. Hoc vero
 quid aliud quis dixerit, quam insaniam? circum-
 ferre pericula, Et ruerē in ignotos, iratum sine
 injuria, occurrentia devastantem, ac ferarum more

GRONOVII.

45 Major Philippus] Amyntæ filius, pater Ale-
 xandri: qui minor, fuit Demetrii filius, pater
 Persei.

HENRICI DE COCCEII
 COMMENTARIUS

IN

HUGONIS GROTTII

Lib. II. Cap. XXV.

AUCTOR hoc, & sequenti capite
 causas recenset, ex quibus pro aliis quoque
 bellum suscipi potest: & quidem primo
 agit de bellis summarum potestatum pro
 suis, quia & pro alienis subditis; nec non

pro sociis, & amicis, c. 25. deinde de bel-
 lo subditorum, ac civium, pro suo Prin-
 cipe, vel pro extraneo, c. 26.

Regula est, bellum pro aliis geri non
 posse, quia bellum suscipitur ad reparan-
 dum

Quam injuriam nobis (non ergo aliis) illatam. Quod latius explicatum est supra c. 20. §. 3.

At juvare , & assistere possumus (& si focii sumus , debemus) aliis , quibus injuria facta est. Nam tunc nostra causa non est , non nostram vindicamus injuriam , utpote quæ illata nobis non est ; sed sequimur causam alterius : & is , qui juvat , saltem est instrumentum ejus , cui assistit ; totaque actio non est juvantis , sed ejus , qui juvatur. Id vero omni jure licitum est , quia is , qui læsus est , vel propriis , vel alienis viribus injuriam sibi illatam vindicare potest. Quin & laudabile est , oppressis assistere : quod Cyrus in oratione ad milites egregie probat , apud Xenoph. Cyrop. l. 1.

Verum hi , qui juvant , & qui juvantur , tum sunt in eadem causa ; quia illi participant de injuria , & sunt simul causa injuriæ , quam alter patitur : hinc etiam omnes defensores hujus causæ æque hostes sunt alteri , qui injuriam sibi fieri asserit. Sane , Histrici belli causa fuit , quod Ætolis auxilium præstiterunt. Flor. l. 2. c. 10. Alia exempla vide apud Liv. l. 34. c. 22. l. 30. c. 42. Cas. de bell. Gall. l. 4. f. 66. Conf. inf. §. 4.

Additio.

„ Grotius ut alii assistere liceat , requirit justitiam causæ : quod verum omnino est , quia injuria est , injuriam alterius defendere. Adeoque is quoque , qui alterius causæ accedit , examinare debet , an is , cui assistit , jure bellum gerat , an injuria : si omnibus rite pensis causam ejus justam judicet , ei assistere poterit ; sed eventus de justitia causæ deciderit. Excipe si socius simpliciter alteri auxilia promissit in casum existentis belli : nam tunc sibi imputare debet quod in omnes casus promiserit ; adeoque alterius judicium sequi tenetur : neque ejus est examinare , an justa sit causa , an injusta.

AD §. I.

„ SUPRA] „ L. 1. c. 3. §. 21. n. 5.
 „ cap. 5. §. 1. §. 2. Add. l. 2. c. 20.
 „ §. 7. n. 2. §. 8. n. 2. §. 9. n. 2. §. 38.
 „ §. 40.

Tom. III.

Sed §. alieni] „ Quod allegatis locis refutavimus , quia injuria nobis illata non est. At requirente læso eum defendere , ejusque causæ accedere possumus.

„ Eadem justa sunt iis , qui aliis opem ferunt] „ Nam non suam , sed alienam causam defendunt ; injuriam non sibi , sed aliis illatam vindicant , non suo , sed aliorum jure : adeoque ejus causæ justitiam , vel injustitiam sequuntur.

„ Pro subditis] „ Ideo enim populus in unum contulit imperium , ut jura totius populi , & singulorum , tueatur contra injuriam tum concivium , tum extraneorum : neque tunc aliorum tantum causa est , sed & ipsius principis , qui ut pars reipublicæ præcipua vindicare injuriam suo jure potest , & subditorum jura tueri tenetur.

„ Sive qui familiari , &c.] „ Quod in primævo rerum statu obtinuit , ubi imperium penes patres familias fuit , qui proinde jure belli familiæ suæ membra tueri debebant : idque exemplo Abrahami probatur , qui fratrem armis liberavit.

„ Sive qui civili subsunt imperio] „ Qui pacto in unam civitatem conerunt , seque unius arbitrio subjecerunt.

„ Sunt enim quasi pars rectoris] „ Quod late explicavimus supra L. 1. c. 3. §. 7. Add. c. 9. §. 8.

„ Ut ibidem diximus] „ d. c. 3. §. 7.

„ Arma sumpsit is populus] „ Cum quinque Ammorhæorum reges Gabaonitas tanquam transfugas bello peterent. Jos. c. 10. v. 1. 2. 4. 5.

„ Pro iis deditis , i. e. factis subditis] „ Factum hoc Romanorum alibi examinavimus.

„ Campani] „ Liv. l. 7. c. 31.

„ Sanctius , ait , factum omnium suorum deditio] „ Adeoque veteri præferendum , quod cum Samnitibus habebant.

AD §. II.

OBLIGAT rectores ad bella sumenda]

„ Tota res judicio , arbitrio , & prudentiæ Principis relinquenda est : nam populus omne jus suum in Principem contulit.

„ Si id sine omnium , aut plurium subditorum incommodo fieri potest] „ Salus publica

X X X

„ blica semper præferenda commodis pri-
 „ vatorum : at iudicium est Principis.
 „ *Et quo pars est major*] „ Regula gene-
 „ ralis , & naturæ est , partem maiorem
 „ jus habere integri. *l. 2. c. 5. §. 17. §.*
 „ *l. 3. c. 20. §. 4.*

A D §. III.

Q UÆRIT Auctor , an subditus innocens deferri , vel dedi debeat , si hostis eum dedi vult , nec defendi potest ? Resp. deferri potest , quin & dedi , 1. quia nemo tenetur ad impossibilia ; adeoque princeps tenetur deferere subditum , qui defendi non potest : 2. ex duobus malis minimum est eligendum. *Vid. l. 2. c. 23. §. 2. n. 2.* Minus autem est , deferere innocentem , quam totam exponere rempublicam. Neque 3. injuria fit ei , qui deferitur , quia dum defendi nequit , æque periturus est cum civitate. Atque ex hoc principio 4. Jcti negant , injuriam fieri ab eo , qui ædes alienas æque ab igne devorandas diruit , *l. 7. §. 4. quod met. c.*

Additio.

„ Tres quæstiones hic distinguunt Do-
 „ ctiores : 1. an civitas civem deferere ,
 „ i. e. permittere hosti possit , ut mittant
 „ qui eum auferant ? 2. an civis se de-
 „ dere hosti vel petenti teneatur ? 3. an
 „ si nolit , civitas eum invitum hosti de-
 „ dere possit ?

„ Equidem si cives ille *deliquit* , du-
 „ bium non est quin deferri possit , aut ipse
 „ se dedere teneatur , aut invitum quoque
 „ hosti tradi possit ; de quo supra *c. 21.*
 „ §. 4. Sed alia quæstio est si civis *inno-*
 „ *cens* deposcatur : & hoc casu variaz ex-
 „ stant opiniones.

„ DOMINICUS SORUS negat ,
 „ 1. civem deferri posse : at 2. putat , eum
 „ teneri se dedere : non vero 3. invitum
 „ cogi posse.

„ VASQUIUS itidem negat , 1. de-
 „ ferri posse : 2. negat quoque , civem
 „ dedere se teneri : 3. negat quoque ,
 „ invitum cogi posse.

„ GROTIUS affirmat , 1. civem dese-
 „ rri posse : 2. affirmat , civem dedere se
 „ teneri , non quidem jure proprie sic
 „ dicto , sed ex lege charitatis : 3. cogi
 „ quoque posse a civitate ad faciendum id ,
 „ quod charitas exigit.

„ Nos dicimus , 1. deferri civem posse :
 „ 2. cum teneri se dedere etiam jure pro-
 „ prie sic dicto : indeque 3. dedi quoque
 „ invitum posse.

„ Vasquii rationes pro negativa hæ sunt :
 „ I. Quia cives ideo coeunt in civitatem ,
 „ eaque lege societatem hanc contrahunt ,
 „ ut tuti sint adversus injurias aliorum ;
 „ illa igitur fides utrinque data violari non
 „ potest : violaretur autem si defereretur ,
 „ aut hosti dederetur. *Vasq. d. c. 13. n. 2.*

„ 3. 13. §. 15. II. Quia imperium , ejus-
 „ que finis , consistit in tuendis civibus ;
 „ non vero defendit qui deserit , vel qui
 „ dedit , *ibid. n. 16.* Addit III. civi jus æ
 „ natura quæsitum esse ut in civitate tutus
 „ sit ; hoc jus auferre principem nulli ci-
 „ vium posse. Idque IV. probat exemplo

„ eorum , qui metu latronum coeunt in
 „ societatem itineris , & securitatis : hi fi-
 „ dem datam violarent , si communis uti-
 „ litatis causa unum sociorum forte divi-
 „ tem poscentibus latronibus dederent ,
 „ *ibid. n. 14.* Hinc V. concludit , omni-
 „ bus civibus , & sociis unum , & com-
 „ mune periculum esse debere , *ibid. n. 3.*

„ adeoque aut omnes prælium inire , aut
 „ omnes se dedere debere , *ibid. n. 5.*
 „ & ridiculum esse putare , aliquem præ-
 „ tio capitis reliquorum incolumitatem com-
 „ parare teneri , *ibid.* Addit VI. hostem
 „ præcipua membra reipublicæ deposcere
 „ posse , ut inermem postea , tutoribusque
 „ destitutam civitatem eo tutius depræda-
 „ retur ; quod Demosthenes , cujus dedi-
 „ tionem Philippus postulabat , celebri il-
 „ la fabula de lupis , & ovibus explicavit ,
 „ *ibid. n. 4. §. 5.*

„ At contrariæ sententiæ rationes potio-
 „ res sunt. Nam 1. civis , qui se civitati
 „ jungit , simul promittit , se civitatem ,
 „ etiam suæ salutis dispendio , defensu-
 „ rum ; isque est primus finis civitatis ,
 „ salus publica , & tunc privatorum : id-
 „ que ipse Auctor fatetur passim *l. 2. c. 1.*
 „ §. 9. n. 2. §. c. 25. §. 3. n. 3. Atque
 „ ex hoc principio statuit , utilitatem pu-
 „ blicam jus dare Principi in bona priva-
 „ torum *l. 3. c. 20. §. 7.* & jus subditis
 „ quæsitum auferri posse ob utilitatem rei-
 „ publicæ , *l. 2. c. 12. §. 7. §. 14. c. 13.*
 „ §. 20. n. 3. §. d. c. 25. §. 3. n. 4.
 „ Ut proinde ex ipsa Grotii assertionem ap-
 „ pareat , civem dedere se debere non ex
 „ sola

» sola charitatis lege, sed ex vero natu-
 » ræ jure; adeo ut si nolit, merito ad
 » illud cogi possit. Accedit 2. quod civi
 » nulla fiat injuria, utpote cum ponamus,
 » non sine discrimine totius reipublicæ de-
 » negari deditorem posse; ibi igitur æ-
 » que periturus est civis. Atque ex hac
 » ratione Jcti Romani actionem non dant
 » contra eum, qui diruit ædes alienas æ-
 » que periturus. *Vid. sup. c. 2. §. 6.*

» Sed & 3. civitas defendere civem po-
 » test si defensio est possibilis; ad impos-
 » sibilita enim nemo tenetur.

» Porro & 4. ipse Grotius ait, si ex
 » duobus malis unum necessario est eligen-
 » dum, minus malum induere naturam
 » boni. *L. 2. c. 23. §. 2.* Minus autem
 » est deserere innocentem, quam totam
 » exponere rempublicam.

» Idque 5. omnium gentium consensu,
 » & auctoritate probatur: omnes salutem
 » publicam privatæ præferunt. Hinc Judæi
 » etfi ex falsa hypothefi allegabant, expe-
 » dire ut unus homo moriatur pro popu-
 » lo. *Job. 18. 14. Add. Cicer. 3. in Verr.*
 » *n. 89. Liv. 4. 44. l. 6. c. 16. Quintil.*
 » *decl. 253. Ames. de cons. l. 5. c. 31. q. 3.*

» Atque hæc vera sunt ubi certa per-
 » sona deposcitur; secus vero si in genere
 » quidam ex civibus postulantur; uti An-
 » gulus Calæto urbe obsessa sex e nobilioribus
 » civibus dedi postulavit, in quos
 » ad arbitrium procedi possit: *Frossard.*
 » *Hist. l. 1. p. m. 37.* Sane, ibi unus præ-
 » alio defendere civitatem suo dispendio
 » non tenetur; tali ergo casu forti res
 » committenda est. Quanquam plerumque
 » quidam generosioris animi cives inveni-
 » untur, qui ultro se patriæ devovere so-
 » lent: quod Calæti quoque factum, &
 » quos salvos, & incolumes dimisit vi-
 » ctor, *d. l. 1.*

» *Itaque*] » Quia rector magis toti civita-
 » ti consulere debet, quam singulis.

» *Si appareat, civitatem hostium viribus*
 » *multo esse imparē*] » Adeoque si tota
 » civitas periclitaretur.

» *Hoc videtur agere, ne civis talis temere*
 » *deseratur*] » Immo plane deserere non pos-
 » se, statuit, nec ob commune periculum:
 » & id si fiat, putat a perfidia non mul-
 » tum abesse, quia unum, & commune
 » periculum inter concives esse debet,

» cum hac de causa potissimum cives se
 » civitati jungant, *Vasq. l. 1. c. 13. n. 2.*
 » *3. 13. §. 15;* idque probat exemplo via-
 » torum, & sociorum itineris, qui præ-
 » donibus unum e sociis absque perfidia
 » dedere nequeunt, *d. c. 13. n. 3.*
 » §. 14.

» *Nam §. historiam adfert Italici pedita-*
 » *tus*] » Cæpto enim prælio, quod fuit in-
 » ter Pompejanum, & Cæsarem, cum equi-
 » tatus Pompejanus terga vertere cœpisset,
 » Cæsarque totam vim Pompejani exerci-
 » tus in peditatu Italico consistere anim-
 » advertisset, jussit proclamari, salvum
 » fore universum Itatorum peditatum si
 » pugnare destitissent; quo audito omnes
 » destiterunt, &c. quo subsecuto reliquæ
 » omnes partes exercitus Pompejani facile
 » fuscæ sunt.

» *Quod ille non inmerito improbat*] » Mi-
 » les enim nunquam deserere ducem po-
 » test quamdiu spes vincendi, vel evaden-
 » di superest; adeoque hoc exemplum ad
 » casum propositum non pertinet.

» *An vero etiam in manus hostium tradi*
 » *possit civis innocens*] » Merito id affir-
 » mamus ex rationibus ante allegatis.

» *Vasquius*] » *L. 1. contr. ill. c. 13.*
 » *n. 3. 11. 15.*

» *Ut perfidia propinqua*] » Quia scilicet
 » fidem fallit civitas, quæ civem innocen-
 » tem aut deserit, aut hosti tradit, cum
 » ideo in civitatem se contulerit ut ab in-
 » juria tutus esset.

» *Sotus*] » Immo Sotus contrarium statuit;
 » ipse enim Auctor fatetur, Sotum docere,
 » civem se dedere teneri. *Sot. l. 5. de*
 » *just. §. jur. q. 1. art. 7.* Si tenetur
 » se dedere, necessario sequitur, eum,
 » si nolit, cogi posse.

» *Hoc quoque negat Vasquius*] » Sed ma-
 » le: quia civis quoque utilitatem publi-
 » cam privatæ suæ præferre debet.

» *Quia natura societatis civilis id non po-*
 » *stulet*] » Ratio hæc fallit: tum quia non
 » sui tantum, sed magis totius civitatis
 » utilitati consulere quilibet civis tenetur:
 » tum quia æque periturus est cum civi-
 » tate: tum quia civitas ad impossibilia
 » non tenetur; quale est si defendi abs-
 » que præsentis periculo civitatis non pot-
 » est. At hoc verum tantum esse, di-
 » ximus, ubi hostis, vel alia gens cer-
 » tum civem dedi jubet; secus si unum

3 e civibus, vel plures: tunc enim forte
res dirimenda est.

3 Sed hinc] „ Auctor contra Vasquium
asserit, civitatem dedere posse civem
innocentem, non ex jure proprie di-
cto, sed ex charitate, i. e. non ex ju-
re naturæ sociali, sed ex jure naturæ
laxiori. Nos dicimus, 1. non dari jus
sociale; & jus naturæ laxiori sensu sum-
tum, prout ab Auctore definitur, nul-
lam producere obligationem: adeoque
frustra quæri, an vi horum jurium de-
di possit. Sed & 2. probavimus, ta-
lem civem, utpote æque periturum,
etiam jure proprie sic dicto dedi posse.

Ex jure proprie dicto] „ Quod jus so-
ciale Auctor vocat proleg. §. 8. l. 1.
c. 1. 5.

At non etiam charitatem pati ut alter
faciat] „ Quam charitatem refert ad jus
naturæ laxius. Vid. diff. proæm. II. §. 8.

Non justitia proprie sic dicta] „ Quæ
Auctori sui, & facultatis nomine venit.
Vid. d. c. 1. §. 5.

Sed dilectionis officia] „ Quibus id agi-
tur, ut hæc, quæ nostra sunt, perfi-
ciantur, vel alteri prudenter distribuun-
tur. Vid. Diff. proæm. II. §. 8.

Quæ non tantum cum laude præstantur]
Grotius enim distinguit inter virtutes,
quæ sunt præscripta quidem honesta,
sed non obligantia; quas legis nomine
non venire, ait, Diff. proæm. II. §. 9:
& inter virtutes, quæ non tantum cum
laude præstantur, sed etiam obligant.
ibid. §. 8.

Sed etiam omitti sine culpa nequeunt]
Adeoque quæ homines quoque obligant,
d. §. 8. Hanc autem obligationem saltem
esse in agente, ait. Neque aliis jus in-
de quæri, ibid. §. 10. sed soli Deo,
ibid. §. 11. cui pœnam olim daturi sint
illi, qui actus tales negligunt. ibid. §. 10.
Tale autem omnino videtur] „ Immo
civis tenetur se dedere ex jure proprie
sic dicto; & si omittit, adigi ad id
potest.

Idem de finibus] „ Cicero igitur non
officio tantum, & charitati id tribuit,
sed juri, & legibus.

4 Quod ille facere tenetur] „ Ex officio
charitatis. Vid. n. 3.

Cogi quoque possit] „ I. e. invitus
dedi.

Sotus] „ De just. & jur. l. 5. q. 1.
art. 7.

Exemplo divitis] „ Vera omnino hæc
ratio esset si ex charitate saltem dedere
se teneretur, i. e. si ex legibus per-
fectionis, & virtutis saltem id facere
obligaretur; tunc enim res meri arbi-
trii foret. At cum dictum sit, hanc obli-
gationem ex lege, & jure esse, omni-
no dicimus, cogi quoque civem posse.

Aliam esse rationem partium inter se,
aliam superiorum, ubi cum sibi subditis
comparantur] „ Diverfa esse quæ civis a
cive, & quæ magistratus, aut populus
a cive possunt exigere. Gron. h. At
statim videbimus, hac diversitate du-
bium non tolli.

Par parem cogere non potest nisi ad id,
quod ex jure debetur stricte dicto] „ Sæ-
pius jam dictum est, parem nullum jus
habere in parem, & neminem cogi pos-
se nisi a superiore, solo casu necessa-
riæ defensionis excepto.

Etiam ad alia, quæ virtus qualibet præ-
cipit] „ Nemo ad ea, quæ virtutis sunt,
cogi potest. Immo contradictio est, rem
arbitrii, & voluntatis meæ esse, & ta-
men aliquem cogi posse ad id facien-
dum. Auctor ipse hoc fassus est c. 20.
§. 20.

Quia in jure proprio superioris hoc est
comprehensio] „ Immo negamus, Prin-
cipis jure comprehendi ut cogere ali-
quem ad id, quod virtutis est, possit,
nisi lex accedat

Qua superior est] „ Explicat hoc Gro-
novius: quatenus de inferioribus in u-
sum publicum statuendi potestatem habet.
At si qua superior circa ea, quæ vir-
tutis sunt, aliquid statuit, dici non
potest, cives teneri ex sola charitate;
sed tunc tenentur ex jure proprie sic
dicto.

Cives cogi possunt, quod habent, in me-
dium conferre] „ Male exemplum hoc
ad officium charitatis refertur: id enim
sequitur ex jure proprie sic dicto. Ipse
Auctor fatetur, utilitatem publicam jus
dare principi in bona privatorum, l. 3.
c. 20. §. 7 & jus subditis quælitum au-
ferri posse ob utilitatem publicam. L. 2.
c. 12. §. 7. 8. & 14. & c. 13. §. 20. n. 3.

Cogi posse civem ut id faciat, quod exi-
git charitas] „ Cives tum non ex lege
charita-

„ charitatis, sed ex jure proprie sic dicto
 „ obligantur ad præferendum comoda pu-
 „ blica utilitati privatæ, fatente ipso Au-
 „ ctore, l. 3. c. 20. §. 7. n. 1.
 „ *Ipse dedendum censeret*], „ Quia deden-
 „ do civem salutis publicæ consulisset.

A D §. IV.

„ *U t defendi debeant socii*] „ Qui ea le-
 „ ge nobiscum societatem contraxere, ut
 „ mutua auxilia præstentur: quale pactum
 „ omnino licitum esse, initio hujus capi-
 „ tis probavimus.

„ *Sive in tutelam sese, & fidem aliorum*
 „ *dederunt*] „ Per inæquale fœdus.

„ *Sive mutua auxilia pacti sunt*] „ Tunc
 „ enim socii invicem ex pacto tenentur.

„ *Qui non repellit injuriam a socio-si po-*
 „ *test*] „ Apud Livium duabus maxime re-
 „ bus amicitiam violari, traditur: si so-
 „ cios meos pro hostibus habeas; & si
 „ cum hostibus te jungas, l. 34. c. 32.
 „ Exempla vide initio h. c., quibus ad-
 „ de *Liv. 31. l. 34. c. 22. l. 23. c. 5.*
 „ *l. 30. c. 31. Demosth. olymp. 3. & de*
 „ *republ. ord. Thucyd. 1. p. 47. Xenoph.*
 „ *Inst. 5. p. 127. Just. 3. 7. Thuan. 3.*
 „ *p. 61.* Nec expectandum esse ut petan-
 „ tur auxilia, sed sociales Deos, fidem-
 „ que fœderum per se id poscerè, tradi-
 „ tur apud *Liv. l. 3. c. 18. Term. b.*

„ *Ad bella, quibus justa causa non sub-*
 „ *st*] „ Hoc jam refutavimus supra c. 15.
 „ §. 13. Socio non competit judicium de
 „ justitia, seu injustitia belli, quod a so-
 „ cio geritur; sed is sequi causam socii
 „ debet; & sufficit, hunc justam sibi
 „ causam esse existimare. Sane, alias hic
 „ socius omni tempore allegare posset, in-
 „ justam esse causam, eoque prætextu au-
 „ xilia promissa denegare.

„ *Diximus aibi*] „ L. 2. c. 15. §. 13.
 „ *Et hæc est causa cur Lacedæmonii*] „ Im-
 „ mo socii accerfebantur non ut de justi-
 „ tia causæ consulere; de eo enim jam
 „ constabat, & decretum jam exstabat,
 „ *fœdisragos, atque injurios esse Athenien-*
 „ *ses, Thucyd. l. 1. p. m. 46:* sed socio-
 „ rum consilium expetebatur, *num quid*
 „ *bellum suscipere expediret, nec ne. ibid.*
 „ *Et Romani Græcis*] „ *Vid. Liv. l. 34.*
 „ *c. 22.* Græcorum sententia de bello ideo

„ expetebatur, quia eorum causa erat,
 „ non Romanorum. Hi enim tanquam socii
 „ offerebant auxilium adversus tyrannum
 „ Nabidem, qui Achæis abstulit Argos.
 „ Hanc injuriam sociis illatam iis invitis
 „ vindicare Romani non potuerunt.

„ *Ne tunc quidem teneri socium, si nulla*
 „ *spes sit boni exitus*] „ Immo si socius,
 „ cui auxilia promissa sunt, bonum exi-
 „ tum sperat, ejus judicium sequi socius,
 „ & auxilia promissa mittere debet: &
 „ bene notat Ziglerus *ad h. §. socium o-*
 „ *mni tempore allegare posse, nullam ef-*
 „ *se spem boni exitus.*

„ *Boni enim, non mali causa societas con-*
 „ *trahitur*] „ Societas contrahitur ad aver-
 „ tendum malum, quod auxilio socii fieri
 „ debet.

„ *Etiam contra alium itidem fœderatum*]
 „ Sensus est, quod defendi socius de-
 „ beat contra alium socium etiam antiquio-
 „ rem, si injuria ab hoc incipit, & in spe-
 „ cie cautum non est, ne adversus eum
 „ auxilia mittere liceat. *Vid. c. 15. §. 13.*
 „ *n. 1.*

„ Nos hanc quæstionem late examina-
 „ vimus allegato loco, & diximus: 1.
 „ male distingui, an causa sociorum justa
 „ sit, an non: 2. auxilia potius antiquio-
 „ ri præstari debere: 3. defendi non de-
 „ bere socium antiquiorem, si socius po-
 „ sterior nobis sit subditus. *L. 2. c. 15.*
 „ *§. 13. n. 4.* Cujus rei exempla Auctor
 „ refert §. 1. b. c.

„ *Nisi priori federe aliquid specialius con-*
 „ *venerit*] „ Scilicet, ne adversus eum au-
 „ xilia mittere liceat, *d. §. 13. n. 1.*

„ *Sic Corcyraeos, si causa eorum justa erat,*
 „ *Athenienses defendere potuerunt*] „ Vide
 „ orationes & Corcyræorum, & Corinthio-
 „ rum apud *Thucyd. l. 1. p. m. 14. &*
 „ *seq.* Cæterum, Athenienses in casu propo-
 „ sito noluerunt fœdus antiquius rumpere,
 „ & Corinthios hostes declarare; sed sub-
 „ sidiorum saltem inivere societatem, ut
 „ utrique forent alteris auxilio, si quis ad-
 „ versus Corcyram eat, Athenasve, aut eo-
 „ rum socios: quod salvo fœdere fieri pos-
 „ se rebantur. *d. l. p. m. 20. (pag. 32.*
 „ *et H. S. 1588.)*

A D §. V.

QUÆRITUR, an iis, qui amici faltem sunt, non focii, auxilia bello præstari possint? Resp. Suo jure nec fociorum, nec amicorum causam defendere quis potest; iis rogantibus potest, & ratione fociorum tenetur. Neque enim tunc ipse agere videtur, sed amicus, cujus causam defendit, & cujus jus sequitur. Cyrus in oratione ad milites ait: *quid pulchrius est, quam succurrere amicis. apud Xenophont. Cyrop. l. 1.*

Sed tamen amicitia ratione debetur si facile, & sine incommodo exhibere possit]
 ,, Adeoque citra pactum, ex solo jure,
 ,, quo causæ aliorum accedere, & jus alterius defendere licet.

Sic pro Lotbo] ,, Hic fuit pars familiæ;
 ,, adeoque ex eo quoque capite Abrahamus bellum licite pro eo suscepit. *Vid. supr. §. 1. n. 2.*

Antiatibus præceperunt Romani] ,, Antiaties non erant summa potestas, sed Colonia Romana, cui civitas Romana data, *Liv. l. 8. c. 13. & 14. l. 36. c. 3. l. 27. c. 40. & jus statutum fuit, l. 9. c. 20;* adeoque Romani hic non auxilia præstabant Græcis, sed suos subditos prohibebant, ne fociiis damnum inferrent.

Italorum cognatos] ,, Quia Æneas, & Græcorum gente, in Italiam profugit, ibique regnum Italiæ condidit. *Liv. l. 1. c. 1. seq.*

Sed pro amicis bella susceperunt] ,, Ut Carthaginenses pro Tyriis, quos parentum loco colebant, *Curt. 4. 2.* Carthages pro Tarquiniensibus, quorum Con- sanguinei erant. *Liv. 7. 19.* Hinc Amazones auxilia petebant a Sagillo rege Scythiæ, quod ex genere Scytharum oriundi erant. *Just. 2. 4. Vid. Tesm. b.*

A D §. VI.

Hominum inter se conjunctio] ,, Auctor intelligit illam societatem humanam, quam non existere, diximus ad *prol. §. 8. Quia vel sola ad opem ferendam sufficit*]

,, Sæpius dictum est, 1. talem conjunctio-
 ,, nem universalem inter homines non exi-
 ,, stere: 2. si existeret, eam potius sua-
 ,, dere ut neutri assistamus; quia cum uter-
 ,, que societate nobis junctus sit, non uni
 ,, magis, quam alteri opem ferre licebit.
 ,, Jus igitur aliis assistendi non ex illa
 ,, conjunctione oritur, sed quia quilibet
 ,, vi juris, quod in suas actiones habet,
 ,, instrumentum alterius esse, eoque cau-
 ,, sæ alienæ accedere, eamque sequi po-
 ,, test.

Homo in adjutorium mutuum generatus est] ,, Homo hominis causa natus est,
 ,, *Sen. 4. benef. 18. Cic. l. 1. off. c. 7. & 9.*
 ,, & homini propterea, quod homo est,
 ,, beneficiendum, *Senec. ep. 95. Sadi Ros.*
 ,, *Perf. c. 1. Tesm. b.* Latius hoc explica-
 ,, vimus supra *l. 1. c. 1. §. 3.*

A D §. VII.

An teneatur] ,, Eum enim id facere
 ,, posse, præcedenti §. Auctor dixit.

Si manifestum sit periculum, non teneri certum est] ,, Immo simpliciter dicendum est, cum non teneri, etsi nullum periculum addit; quia homo non tenetur homini bene facere: neque alter jus in meas actiones habet. Sane, ipse Auctor supra *c. 17. §. 8. & c. 21. §. 1.* docuit, injuriam non facere qui cum non teneatur opem ferre, id omittit.

Ut potest illud intelligamus cum suo com- modo] ,, Non ergo si manifestum est periculum.

Si oppressus nisi morte invasoris eripi non potest] ,, Adeoque invasor in peccato periturus esset.

Qui invasum id aut credit, aut volet malle] ,, Ex hujusmodi conjecturis, nullum jus, nedum naturæ sequitur.

Cum ex parte invasoris majus sit periculum damni irreparabilis, & sempiterni] ,, Quia forte in peccato periturus est sine poenitentia. *Conf. l. 2. c. 20. §. 12.* At ibidem notavimus, invasorem ipsum causam esse damni illius irreparabilis; neque ejus periculum jus invaso quaeritum auferre posse.

A D §. VIII.

AN *justa sit belli causa pro subditis alienis, ut ab eis arceatur imperantis injuria*] Negatur, si contra legitimum Principem subditi insurgunt: secus si contra eum, qui notorie tyrannus est, i. e. statum evertit. Camdenus in historia Elisabethæ recenset, eam, cum Belgicæ provinciæ (p. 2. pag. 267.) ejus opem implorassent, diu hæsitasse, tandem autem sævitia Hispanorum, & quod statum religionis evertere tentarent, motam, causam Belgarum defendisse, p. 3. p. 411: quam præterea alias rationes afferat ad an. 1569. & seq. ad an. 1585. & passim.

Additio.

„ Nostram sententiam alibi exposuimus, vid. l. 2. c. 4; ubi exemplum Pisano- rum examinavimus, quos rex Galliæ Florentinorum imperio exemit.

Ex quo civiles societates instituta sunt] Immo ante institutas societates civiles Rectoribus familiæ speciale jus quoddam in suos quæsitum fuit ab ipsa natura. At postquam singulæ familiæ in unam civitatem coaluerunt, rectoribus civitatis jus speciale imperii quæsitum est in illas familias ex pacto.

Speciale quoddam jus in suos quæsitum] Familiæ enim (i. e. populus) omne suum jus imperii, quod ante habuerunt, in rectorem civitatis transtulerunt. Cum ergo ipsi populo nullum judicium in rectorem, ejusque actiones competat, nedum extraneis tale arbitrium concedi potest. Regina Scotiæ regerit Elisabethæ, suos subditos suo sibi relinquat judicio; cum ipsa in causis subditorum Anglorum minime se intermisceret. Camd. Lib. 1. p. 94. Et Batavis, qui se imperio Hispanorum eximere tentabant, ac Elisabethæ imperium offerebant, responsum datum fuit, *nihil sibi antiquius, quam fidem cum honore conjunctam, & Principe dignam tueri; nedum sibi constare, quomodo salvo honore, & conscientia integra posset provincias illas oblatas in protectionem, multo minus in possessionem accipere: ceterum, apud Hispanum sedulo aclurum ut pax feliciter convalesceret.* Camd. p. 2. p. 267. *Tesm. b.*

Judiciorum summam potestatem] „ Vide „ supra l. 1. c. 3. §. 6.

Legum, & magistratuum creandorum jus] „ Vid. d. c. 3. §. 6.

Huic nefas obistere] „ Argumentum Auctoris hoc est, Deos in Deorum actus „ non inquirere; ergo nec Principem in „ alterius principis jura involare debere.

Sed hæc omnia locum habent, ubi vere delinquent subditi] „ Adeoque ubi Prin- „ ceps agit intra fines justæ punitionis, „ & ubi subditi injuria conqueuntur.

Ubi dubia causa est] „ An scilicet jure, an „ injuria subditos castigaverit: quia judi- „ cium extraneis regibus nullum competit.

In hoc enim instituta est illa imperiorum distributio] „ Ut arbitrium sit Principis, delicta subditorum castigare.

At non etiam si manifesta sit injuria] „

„ Si tyrannus promiscue in totum popu- „ lum sævit; omnino desinit esse princeps. „ At si privatæ sunt injuriæ, ideo non „ amittit imperium.

Si quis Busris, Phalaris, &c.] „ De „ quibus vide supra l. 2. c. 20. §. 40. n. 2.

Ideo præclusum erit jus humane societatis]

„ Ut hoc rite intelligatur, notandum est, „ Auctorem jus puniendi delicta cuius „ privato permittere, imprimis si quid „ contra naturam, aut societatem huma- „ nam committitur. L. 2. c. 20. §. 40. & „ §. 46. n. 4. Atque hoc adeo verum esse, „ ait, ut institutis quoque civitatibus refer- „ vatum hoc jus fuerit societati humanæ, „ singulisque ejus membris. Hinc conclu- „ dit, quamlibet civitatem delicta in so- „ cietatem humanam etiam in alieno ter- „ ritorio commissa suo jure vindicare, ne- „ que Principem id impedire posse. l. 2. „ c. 21. §. 3. Atque ex eodem principio „ infert, subditos, qui iniqua patiuntur „ notoria, defendi contra Principem a quo- „ cunque posse, quia non præclusum est jus „ societatis humanæ. Quæ omnia refuta- „ vimus allegatis locis.

Sic in Maxentium, & Licinium Constantinum] „ Rationes pro Constantino al- „ legavimus alias, quam quæ a jure hu- „ manæ societatis desumuntur supra l. 2. „ c. 20. §. 49. n. 2.

In Persas alii Romanorum Imperatores] „ Auctor allegavit in hunc finem Me- „ nandrum protectorem supra l. 2. c. 20. „ §. 49. n. 2.

Nisf

Nisi vim a Christianis religionis nomine arcerent] „ Simile exemplum in Elisabeta allegavimus in præcedentibus.

3 Etiam si daretur , ne in summa quidem necessitate arma recte a subditis sumi , &c. non tamen sequetur] „ Immo hoc necessario sequitur : si enim subditi jus non habent resistendi principi , nec per alios id efficere poterunt.

Quoties enim actioni alicui ponitur impedimentum personale] „ Auctor rationem affert , cur quis pro subditis alienis , de injuria principis querentibus , arma sumere possit ; quia defectus (qui ratione subditorum personalis est) cessat in extraneis , qui nullo juris vinculo eidem principi obligantur. His ergo nihil obstat , ait , quo minus jus aliorum subditorum defendere possint. At fallit hæc ratio ; si enim subditi jus non habent resistendi , nec alii eorum nomine resistere poterunt.

Equidem exemplo tutoris , & defensoris , Auctor thesin suam probare vult ; at pupilli , & absentes , verum jus sese defendendi habent : cum vero ipsi propter ætatem , aut absentiam se defendere non possint , non tantum alii concives possunt defensionem eorum suscipere , sed etiam tenentur.

Personale , non ex re] „ Atqui juxta principia eorum , qui nunquam jus resistendi subditis concedunt , quod ponit Auctor , impedimentum est in ipsa re , & causa ; jus nimirum resistendi deficit : hoc ergo nec per alios exerceri potest.

Quod uni non licet , alteri pro eodem licere potest] „ Si uni non licet ob defectum juris , nec alii ejus nomine id licere potest.

Si modo tale sit negotium , in quo alter alteri prodesse potest] „ Si alter jus non habet , nec hoc prætextu alius ei prodesse potest.

Sic pro pupillo , &c. litigat tutor] „ At pupillus jus habet , quod tutor defendit.

Cujus persona judicium non capit] „ I. e. qui propter ætatem se ipsum defendere nequit. At id non impedit , quo minus verum jus habeat , quod deficit in subditis. Confer ea , quæ diximus l. 2. c. 3. §. 6.

Pro absente etiam sine mandato defensor] „ At hic absens jus habet se defendendi

quod concives non tantum suscipere nomine absentis possunt , sed & tenentur.

Non ex causa venit , qua eadem est in subdito , & non subdito] „ Nec hoc difitemur. Subditus enim impeditur , quia omne jus suum in principem contulit ; quæ ratio in non subditis cessat. Adeoque verum est , impedimentum , quod subditum resistere prohibet , non obtinere in non subdito. At hic ex alia causa impeditur quo minus se immisceat re alienis litibus possit ; quia scilicet judex non est inter principem extraneum , e jusque subditos : adeoque suo jure arma capere nequit ; sed nec jure populi agere poterit , quia ex positione Grotii populus jus resistendi non habet. *Conf. not. seq.*

Qua in alios non transit] „ Verum est ; necessitatem parendi ad non subditos non pertinere ; sed id non quaeritur : hoc potius quaeritur , an jus , quod subditi non habent , ab aliis non subditis defendi possit ? quod merito negatur. Cum enim subditi jus non habeant resistendi , neque ipsi , neque per alios se defendere poterunt.

Qua res saepe cum defensione innocentium conjuncta est] „ Et quam licitam esse , Auctor statuit l. 2. c. 20. §. 40.

Sed non ideo statim jus esse desinit] „ Jus unius ob alterius injuriam tolli nequit : abusus non tollit usum. Equidem regula vera est ; at male hic applicatur , ubi ex positione Auctoris subditi jus se defendendi non habent , adeoque nec per alios id exercere possunt.

A D §. I X.

ILLICITAS diximus] „ Quia non nisi cum eis , qui justam causam habent , id licere , statuit supra §. 4. & l. 2. c. 15. §. 13.

Qui sine causa respectu mercede conducti militant] „ Non video quid in milite conductio adeo improbandum obveniat. Miles talis fit subditus , adeoque quæ talis judicium sui principis sequi tenetur. Sane , is de justitia causæ arbitrari nequit , cum Arcana consilii ei cognita non sint , & rationes sæpius occurrant , quæ tuto allegari non possunt. Cæterum

„ milites jus in suas operas habent, eas-
 „ que cui volunt locare possunt, inprimis
 „ pro jure alterius defendendo, contra in-
 „ juriam, quam is sibi factam contendit.

2 Nisi & aliorum saepe innocentium vende-
 rent] „ Invitos ad militiam trahendo,
 „ aliisque pro pretio relinquendo.

Bellum esse pacem] „ Quia questum ex
 „ militia caperent.

Pacem bellum] „ Quod questum illum
 „ facerent sanguine, & nece aliorum.

3 Non est inter artificia bellum] „ Quæ
 „ addiscere homines vitæ transigendæ cau-
 „ sa solent.

Nisi summa necessitas] „ Si nimirum al-
 „ ter jus meum reparare non possum.

Aut vera charitas] „ Si socius, ami-
 „ cus meus, &c. jus suum aliter reparare
 „ non potest.

Quemadmodum ex iis intelligi potest,
 &c.] „ Ubi nec ob causas justas temere
 „ suscipiendum esse bellum, ob bellorum
 „ mala, statuit. Vid. l. 2. c. 24. §. 1. 8.
 „ 9. 10.

Sed propter prædam] „ At nos suppo-
 „ nimus casum, ubi quis non animo præ-
 „ dandi, sed jus alterius defendendi, ope-

„ ram alii locat. Et si forte id pactum sit,
 „ ut præda loco mercedis cedat. Conf.
 „ l. 3. c. 6. §. 17. n. 1.

A D §. X.

IMMO & propter stipendium] „ Co-
 „ hærent hæc cum verbis finalibus §. præ-
 „ ced. ubi Augustinus propter prædam mi-
 „ litare peccatum esse dixit. Auctor hoc
 „ extendit etiam ad eos, qui propter sti-
 „ pendium unice, aut præcipue militant.
 „ Quod verum non esse, in §. præce-
 „ denti vidimus.

Licitum sit omnino] „ Quia nemo gratis
 „ alii assistere, vel operam suam locare
 „ tenetur. Ipse Servator milites, qui in-
 „ terrogabant eum quid facere ut salven-
 „ tur debeant, non hortatur ut desinant
 „ pro stipendio militare, sed ut contenti
 „ sint stipendiis. Luc. 3. 14.

Quis suis impensis militat] „ Chaldæos
 „ pro stipendiis aliis gentibus militasse,
 „ auctor est Xenophon Inst. 3. hodieque
 „ Helvetii subditorum suorum operam in
 „ bellis aliis locare solent.

C A P U T XXVI.

De Causis justis ut bellum geratur ab his, qui sub alieno imperio sunt.

- I. Qui dicantur esse sub alieno imperio.
- II. Quid hic faciendum si ad deliberationem adhibeantur, aut liberam electionem habeant.
- III. Si imperetur ipsis, & causam belli injustam credant, non militandum.
- IV. Quid si dubitent?
- V. Pietatis esse, hac in re dubitantibus subditis parcere, sub onere tributi extraordinarii.
- VI. Quando subditorum arma justa sint in bello injusto.

* I. **E** Gimus de his, + qui sunt sui juris: + sunt alii in conditione parendi
 + positi, + ut filii familiarum, servi, + subditi, + etiam cives singuli,
 + si ¹ cum civitatis suæ corpore comparentur.

II. + Hi vero ^a + si aut ad deliberationem adhibentur, + aut libera ipsis optio
 datur militandi, aut quiescendi, + easdem regulas sequi debent, quas illi,
 qui suoapte arbitrio pro se, aut aliis bella suscipiunt.

ⁿ Aegid.
 Reg. de act.
 supern.
 disp. 31.
 n. 80.

III. I. n. 80.

G R O N O V I I.

I. Cum civitatis suæ] Univerſo populo, aut majore parte populi.

Tom. III.

Y y y

G R O.

b *Vitt. de Jure belli* n. 21.
c *Act. v.* 29.

d *Apud Euseb. H. Eccl. IV.* 15.
e *Eph. VI.* 1.
f *Tom. IX.* p. 237. C.

g *Eph. VI.* 8.

h *De Idolol.* c. 15.

III. I. + At si ² edicatur ipsis ut militent, + quod fieri solet, ^b si quidem constat, ipsis injustam esse belli causam, + abstinere omnino debent. + Deo potius obediendum, quam hominibus, non ^c Apostoli tantum dixerunt, ^a sed & Socrates: & apud magistrōs ^b Hebræorum extat sententia indicans, regi contra Dei legem quid præcipienti prorsus non parendum. Polycarpi jamjam morituri dictum ^d extat: δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ἀπὸ Θεῶ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσήκον τὴν μὴ βλάπτειν ἡμᾶς ἀπονέμειν didicimus imperiis, ac potestatis a Deo ordinatis exhibere honorem, quem par est, quique salutem nostram non impediāt. Et Paulus Apostolus: ^e filii, inquit, obedite parentibus ^c in Domino; id enim æquum est. Ad quem locum ^f Hieronymus: peccatum filiorum est, non obedire parentibus, ^g quia poterant parentes aliquid imperare perversum, adjunxit, in Domino. Et ^d de servis addit: cum ³ Dominus carnis a Domino spiritus diversum imperat, non est obediendum. Idem alibi: in illis tantum debent dominis, ^g parentibus esse subiecti, quæ contra Dei mandatum non sunt. Nam & idem ille Apostolus dixerat, ^g sui quemque operis mercedem reportaturum, sive liberum, sive servum. Tertullianus vero: ^h satis præscriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum, ^c subditos magistratibus, principibus, ^g potestatis:

G R O T I I.

^a Sed ^g Socrates] Plato id nos docet in ipsius apologia. (pag. 29. C. Ed. H. Steph.) Et Apollonius, qui Nerouis Edicto illud Sophocleum opponebat:

Οὐ γὰρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τὸδε.

Nam iusta non hæc Jupiter dederat mihi. [Apud Philostratum, Lib. IV. c. 38. Edit. Olcar.]

^b Hebræorum extat sententia] Quam & Josephus eis tribuit antique historię XVII. (Cap. VII. §. 3. division. Hulsou.) θραυμαζόν δὲ εἰδὲν εἰ τῶν σῶν δογματῶν ἀξιώτερος τετυγῆσθαι ἡγούμεθα νόμῳ δὲ Μωϋσῆς ὑπαγορεύσει καὶ διδοχῆ τῷ Θεῷ γρηλασίαν κατὰλαβε. nihil vero mirum, si seruatū digniora credimus iustis tuis ea, quæ Moses Deo suggerente, ac docente, scripta reliquit. Adde Rabbinum Tanchumam, citante Drusio ad locum Astorum.

^c In Domino] Chrysostomus hoc in Domino sic explicat: τῶν ἐν οἷς μὴ προσκέρσης Θεῷ id est, in quibus Deum offensurus non es. Idem ad patrem infidelem: (Tom. VI. pag. 187. Edit. Savil.) εἰ γὰρ οὐ μικρὸς ἦν κίττοι μισθὸς τοῖς τῆς γεννητικῆς τιμῆς, ἀλλ' ὡς δεσπότης αὐτῆς ἡγούμεθα κελυόμεθα, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ θεραπεύειν, ὅταν μὴ δὴ τὰ τῆς εὐσεβείας παραβλάπῃται non enim exiguia nobis merces proposita est, si honorem exhibeamus parentibus, sed ut dominos eos habere jubeamur, verhisque, ^g rebus obsequium ipsis prestare extra, quam si pietas ledenda est. Sic accipe illud Hieronymi, per calcatum perge patrem, (Epist. I. ad Heliodorum, Tom. I. pag. 1. Ed. Bafil.)

declamatorie dictum, sumtumque a Latrone declamatore apud Sanecam, (Controvers. VIII. p. 142. Edit. Gronov. major.) & quæ apud Ambrosium de Virginitate, & apud Augustinum epist. XXXVIII. ad Lætum, & canone IV, Arabicæ interpretationis concilii Niceni I.

^d De servis] Chrysostomus, I Cor. VII. 24. καὶ γὰρ εἰσιν ὅροι δούλων παρὰ τῷ Θεῷ κείμενοι. καὶ μέχρι τῶν δει φυλάττειν αὐτοὺς καὶ τὸτο νενομώθηται, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς εἰς χρεῖ. ὅταν γὰρ μηδὲν ὁ δεσπότης ἐπιτάτῃ τῶν μὴ δοκούντων τῷ Θεῷ, ἐπειθεὶς δὲ καὶ κείθεσθαι, περαιτέρω δὲ μηδὲν. Sunt ^g servus limites suis a Deo præscripti, ^g quousque eos servare oporteat ^g hoc præceptum est, neque eos licet excedere. Ubi enim nihil dominus jubet eorum, quæ Deo improbantur, sequi, ^g obsequi oportet, non ultra. (Tom. III. pag. 362.) De matrefamilias Clemens Alexandrinus: πάντα τῷ ἀνδρὶ πεθερούμεθα, ὡς μηδὲν ἀνομιῶν ἐκείνῳ πράξει ποτε, πλὴν ὅσα εἰς ἀρετὴν τε καὶ σωτηρίαν διαφέρει νομίζονται in omnibus viro parebit, neque eo invito faciet quicquam, extra quæ credit ad virtutem, salutemque momentum habere. (Stromat. Lib. IV. Cap. 19. pag. 620. Edit. Oxon.)

G R O N O V I I.

² Edicatur ipsis] Si non habent partes confiliorum, sed tantum ad delectum citantur, ut sacramentum dicant.

³ Dominus carnis] Magistratus, aut præfectus, aut conductor, aliquid repugnans Dei præceptis.

G R O T I I.

^c Subditos magistratibus] Exempla illustria & p. 222.

testatibus: sed ⁴ intra limites disciplinae. In martyrologio Silvanus martyr: idcirco ⁵ Romanas leges contemnimus, ut jussa divina servenus. Apud Euripidem ⁶ dicenti Creonti:

Nome exequi mandata fas ipsum jubet?

Respondet Antigone:

Non imperata jure nec jus exsequi.

Mufonius ita ^k ait: si quis aut patri ^l aut magistratui, aut domino turpia, aut iniqua factu imperanti non paret, is nec inobediens est, nec injuriam facit, nec peccat.

2. Gellius ^l negat, probam esse sententiam, omnia esse, quæ pater jusserit, parendum. Quid enim, ait, si prodicionem patriæ, si matris necem, si alia quadam imperarit turpia, aut impia? Media igitur sententia optima, atque tutissima visa est, quadam esse parendum, quadam non obsequendum. ^g Seneca pater: non omnibus imperiis parendum est. ^h Quinctilianus ^m: non omnia necesse est facere liberis, quacumque patres imperant. Multa sunt, quæ fieri non possunt. Si imperes filio ut sententiam dicat ^o contra, quam existimes: si testimonium jubeas dici ejus rei, quam ignoret: si sententiam in senatu: si capitolium me incendere jubeas, ⁷ arcem occupare, licet dicere: Hac sunt, quæ fieri non oportet. Seneca ⁿ: non aut nos omnia jubere possimus, aut in omnia serui parere coguntur. Contra rempublicam imperata non facient: nulli sceleri manus commodabunt. Sopater: ἐδεῖ, Φησί, πεισθῆναι τῷ πατρὶ εἰ μὲν κατὰ νόμους, καλῶς. εἰ δὲ παρὰ τὸ πρέπον, οὐκ εὐλογον' πατρὶ, inquit, parendum est. Si quidem intra jura, recte: sin ultra honestum, non convenit. ⁱ Irrifus olim Stratocles, ^o qui legem Athenis rogaverat, ut quicquid Demetrio regi placuisset, id in Deos pium, & inter homines justum esset. Plinius ^p alii cubi

i Phœnissis, verl. 1644.

k Stob. tit. 77. liber. parent. honorand. l L. II, c. 7.

m Decl. 271.

n De Benefic. III, 20.

o Plutarcb. in Demetr. p. 899, 900. p Lib. III. Epist. 9.

pœnæ, & laudis, vide I Sam. XXII, 19. 19. I Reg. XVIII, 4. 13. II Reg. I, 10. 12. 14. Apud Christianos Manuel, & Georgius detrectarunt ministerium occidentæ Augustæ. Nicetas Alexio Manuelis filio. (Cap. 16.)

f Aut magistratui] In paganis hominibus duo sunt nobilia exempla eorum, qui principibus ad inhonestam obsecuti non sunt, Papiniani latis celebratum, & alterum Helpidii apud Ammianum XXI. (Cap. 6.) Severus ne eos quidem pœnæ expertes voluit esse, qui Imperatori obsecuti essent ad necem senatoris. Vide Xiphilinum, (pag. 310. A. Ed. H. Steph.)

g Seneca pater] Libro I, controversia 1.

h Quinctilianus] Idem alibi: non omnia præstanta etiam parentibus. Alioquin nihil est perniciosius acceptis beneficiis: si in omnem nos obligant servitutem. (Declamat. 333.)

i Irrifus olim Stratocles] Talis erat syngrapha

illa, quam a Basilio Camatero Andronicus Comnenus exegerat: ἐκεῖνα ἐν τῷ ἀρχιερατεῦν διαπραξίθεσσι ὅσα Φιλίππῳ Ἀνδρονίκα, καὶ εἰς τὸν πατριάρχην, κακείνα πολλά ἀποσυγεῖν, ὅτις ἐξ ἡδύνη Ἀνδρονίκου illa in pontificio se facturum, quæ grata Andronico essent, quomvis plane nefarius: contra defugiturum se ea, quæ Andronico non placerent. [Nicetas, Alex. Cap. 14.]

G R O N O V I I.

4 Intra limites disciplinae] Non contra, aut ultra officia Christianæ religionis.

5 Romanas leges] Non quasvis, sed de immolando diis, & abstinendo a facris Christianorum.

6 Contra, quam existimet] Secus, atque apud animum suum persuasus est.

7 Arcem occupare] Tyrannidis invadendæ causa. Justin. 16, 4.

Y y y 2

G R O

cubi ¹ elaboratum a se, ait, ut constaret, ^k ⁹ + ministerium crimen esse.

3. Ipsa jura civilia, + quæ peccatis excusabilibus facile veniam præbent, + favent quidem his, qui parere necesse habent, + sed non in omnibus.

q L. Adeo,
157. D. de
R. J.
r In Verr.
1. 42.
s In hunc
loc.

+ Excipiunt enim ⁹ ea, quæ atrocitatem habent facinoris, vel sceleris, + quæ sua sponte scelerata, ac nefaria sunt, ut loquitur ^r Tullius, maleficia, quæ sponte, & ¹¹ + non disputatione jurisconsultorum, sed ¹² naturali interpretatione fugienda sunt, ut Asconius ^s interpretatur.

t Lib. I.
contr. A-
pion. Cap.
22. pag.
456. Ed.
Hudf.
Lugd. Bat.

4. Narratum Hecatæo Josephus ^t memorat, Judæos, qui Alexandro Macedoni militabant, + neque verberibus, neque contumeliis ullis adigi potuisse, ut ad Beli templum, quod Babylone erat, instaurandum, humum cum militibus cæteris aggererent. Sed propius nostri argumenti exemplum habemus in Thebæa legione, + de qua ¹³ supra egimus, & in Juliani militibus, de quibus sic Ambrosius: *Julianus Imperator quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ, obediebant ei: cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc ¹⁴ agnoscebant Imperatorem cæli.* Sic & ¹⁵ spiculatores, legimus, ad Christum converfos mori potius elegisse, + quam edictis, & judiciis in Christianos manum commodarent.

u Vic. de
Jure belli
n. 23.

5. Tantundem erit ^u + si quis falso (aa) persuasus sit, quod imperatur, injustum esse. Nam huic + tantisper ea res pro illicita est, quamdiu eam opinionem non potest deponere; ut ex ¹⁶ supra tractatis apparet.

IV. I.

G R O T I I.

-k *Ministerium crimen esse*] Tertullianus de Anima: *pius caditur qui jubet, quando nec qui obsequitur excusatur.* (Cap. 40.) & de Resurrectione carnis: *cum humana censura eo perfectior habeatur, qua etiam ministros facti cuiusque deposcit, nec parcens, aut invidens illis, quo minus cum auctoribus aut pæne, aut gratia communicent fructum.* (Cap. 15.) Vide Gailum de Pace publica lib. I, c. IV, n. 14.

1 *Cum autem dixeret eis, producite arma in Christianos*] Non enim ab omni vi in Christianos abstinuit Julianus, tunc maxime, ubi colorem aliquem nactus sibi videbatur. *Julianus Christiani jugulator exercitus*, in Hieronymi scripto ad Nepotianum. [Epitaph. Nepotian. Tom. I. pag. 26. C. Ed. Basil.] coeptam ejus imperio Antiochiz persecutionem, & juvenem quendam tortum, narrat Augustinus de Civitate Dei, libro XVIII. cap. 52. in martyrologiis memoria celebratur S. Eliphii Scoti, & sociorum ejus 33. quos Julianus inter Tullensem, & Grandentem civitatem decollari fecit. Vide & Joannem Antiochenum in excerptis ex manuscripto Peiresiano. (P. 342.) Augustinus epistola L. ad Bonifacium citatus a Gratiano causa XI, quæst. III. *Julianus exstitit infidelis Imperator. nome exstitit apostata iniquus, & idololatra? milites Christiani servierunt Imperatori infideli; ubi veniebant ad causam Christi non agnoscebant nisi illum, qui in caelo erat:*

quando volebat ut idola colerent, & thurificarent, præponebant illi Deum. (Laudatus locus jam supra Lib. I. Cap. II. §. 10. num. 11. ubi vid. not.)

G R O N O V I I.

8 *Elaboratum*] Disputatum, & probatum argumentis.

9 *Ministerium*] Etiam qui flagiti, aut sceleris sciens minister est, teneri, non tantum imperantem.

10 *Sua sponte*] Per se, ex natura rei omnibus nota.

11 *Et non disputatione*] Tanquam in re dubia ante illorum inquisitionem, & argumentationem,

12 *Naturali interpretatione*] Sensu communi satis judicante.

13 *Supra egimus*] 1, 2. extremo. & 4, 8.

14 *Agnoscebant Imperatorem*] Detestabant imperium, ne Deum offenderent.

15 *Spiculatores*] Genus militum circa principem, per quos inter alia fiebat executio capitalium sententiarum in milites, aut honestiores togatos pro carnifice: ut sub primis imperatoribus per centuriones.

16 *Supra tractatis*] 2, 23. 2.

(aa) Vocem illam falso addidi, quam sententia manifesto postulat, etsi in omnibus Editionibus desit. J. R.

G R O I

IV. I. Quod si dubitet, res licita sit, necne, eritne quiescendum, an parendum? + Parendum plerique censent: nec obstare illud laudatum, Quod dubites ne feceris: quia ¹⁷ + qui contemplative dubitat, potest activo iudicio non dubitare: + credere enim potest, in re dubia obsequendum superiori. Et sane, + quin hæc distinctio iudicii duplicis + in multis actionibus locum habeat, negari non potest. Jura civilia, + non Romanorum tantum, + sed & aliarum gentium, + in tali circumstantia non modo ^m impunitatem concedunt obedientibus, + sed & actionem in eos civilem denegant. Is damnatum, * ajunt, qui jubet dare: ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse est. + Necessitas potestatis excusat, & similia.

* L. Is damnatus, 169. De Reg. Jur. l. liber homo 37. D. ad l. Aquil. l. non videtur, 167. §. qui iuss. i. de R. Jur. Paul. l. v, sen. tit. 22. §. 2. Leges Longobar. lib. I, tit. 26. de termino essofso. Leges Wisigoth. Lib. II, tit. II. c. 2. Lib. VIII. tit. I. c. I. 3. 4. Libro VII, tit. IV. c. I.

2. Ipse Aristoteles Nicomachiorum ^y quinto, his, qui injustum quidem aliquid faciunt, ¹⁸ non autem injuste, + annumerat famulum domini imperantis: + injuste autem eum, ait, agere, a quo actionis principium est; nimirum, + quia ¹⁹ in famulo vis deliberatrix plena non est, ut indicat proverbium:

Ἡμισυ τῆς ἀρετῆς ἀποαίρει δῶλον ἡμᾶρ.

Dimidia virtute caret servire coactus.

Et simile: (bb)

Ἡμισυ γὰρ τε νόξ ἀπαμείβεται εὐρύσκα Ζεὺς
Ἀνδρῶν ἕς ἂν δὴ κατα δῶλον ἡμᾶρ ἔλθοι.

Tollitur y Cap. 12.

GROTII.

m Impunitatem concedunt obedientibus] Cbr. Vostromus de Providentia III. πολλοὶ γοῦν ἀρχόντων ἐπὶ φόνοις ἀδίκους κατηγοροῦντες, δίκην ἔδοσαν τῶς δὲ δημοῖς τῆς διακυβερνήσεως τῶ φόνο καὶ αὐτοχειρίας γενομένης τῆς σφαγῆς, ἀδ εἰς δικαστήριον ἐλκύσαι τις, ἀλλ' ἔδὲ ζητήσαι τὴν ἀρχὴν, τῆς ἀνάγκης ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογυμένης, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀξιωματικῆς τῆς τῆς ὑποταγῆς φόβου multi sepe magistratum ob injustas caedes accusati pœnas dederunt. At cur-nifices, qui cædi ministerium, qui manuum operam præbuere, nemo in jus vocaverit, immo de iis ne quaesierit quidem. excusat enim eos necessitas ex dignitate subentis, & ex parentis timore. (Tom. VI. pag. 870. Ed. Savil.) Ex Celfo Ulpianus, servum, ait, nihil deliquisse, qui domino iubenti obtemperavit. L. 2. D. de nox. act. Velle non creditur qui obsequitur imperio patris, vel domini. L. 4. D. de Regulis juris, & ibi Cujacius. Seneca: In volente necessitas non est. (Epist. 61.) Adde legem Longobardicam lib. I, tit. IV, c. II. Mithridates libertos Attilii, conficis cædis in se cogitatz, impunitos dimisit, & ejus, qui a se defecerat, filios. (Immo filii amicos. Pag. 241. Ed. H. Steph. & pag. 233.) Appianus Mithridatico. Absolutus Tiberius Gracchus a culpa Nā-

mantini fœderis, quoniam alieno imperio peccaverat. (Plutarch. pag. 826, 827.)

GRONOVII.

17 Qui contemplative] Qui dubitat, an justum sit factum, potest non dubitare, quin justum sit, ut ipse faciat.

18 Non autem injuste] Ita ut in ipsos agentes non recidat culpa.

19 In famulo] Servi non præsumuntur ita educati, ut consilium in illis, aut summi officii scientia sit.

(bb) Versus Homerici, quos tamen Auctor non ex ipso fonte, sed quales leguntur apud PLATONEM, De Legib. Lib. VI. pag. 777. A. Ed. H. Steph. heic refert. Nam ipse Poëta ita habet in Editis, quibus nostris:

Ἡμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίρεται εὐρύσκα Ζεὺς
Ἀνδρῶν, εὐτ' ἂν μιν κατα δῶλον ἡμᾶρ ἔλθοι.

Odyss. Lib. XVII. vers. 322, 323. Præcedentem autem versum hausit Auctor à LONGINO, De Sublim. Sect. 43. nisi quon ibi legitur ἀποαίρεται. Rhetor etiam illum profert, tanquam ex Homero. J. B.

Tollitur huic hominum generi pars altera mentis
Ab Jove, servilem voluit quos ducere vitam.

^z L. Quod omn. Prob. Et illud, quo Philo ^z utitur :
^{fit liber,}
^{p. 871. D.}

Δῶλον πέφυκας. ἔ μέτεσι σοι λόγῳ.

Servi tua est fortuna : n²⁰ + ratio ad te nihil.

^a Ann. VI, 8.
^b Ibid. III, 17.

Et illud Taciti : ^a principi ²¹ summum rerum iudicium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est. Narrat idem ^b scriptor, Pisonis filium a Tiberio crimine belli civilis purgatum : ²² patris quippe iussa nec potuisse filium detre-
^ccare. ° Seneca : servus herilis ²³ imperii non censor est, sed minister.

^c Lib. XXII, c. 75. cont. Faustum. d. De Civ. Dei lib. I, c. 26.
^e Sil. in verbo bellion 1, n. 9. concl. 4. Cast. in l. v. D. de Justit. Soto l. v, q. 1. art. 7. Et q. 3. art. 3. Vict. de Jure bell. n. 32. Covarr. in c. peccat. part. II, §. 10.

3. Et ⁺ specialiter in hac de militia quaestione ita sensit ^c Augustinus. Sic enim ait : Ergo vir justus, si forte sub rege etiam sacrilego militet, recte potest illo jubente bellare, ²⁴ si civica pacis ordinem servans, quod sibi jubetur, vel non esse contra Dei praeceptum certus est, vel utrum sit, certus non est : ita ut fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi. ⁺ Et alibi : ^d Miles cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, p nulla civitatis suae lege reus est homicidii : immo nisi fecerit, reus est imperii deserti, atque contemti ; ⁺ quod si ²⁵ sua sponte, atque auctoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque ²⁶ inde puniatur si fecerit injussus, inde puniretur si non fecerit jussus. ^e Atque hinc passim recepta est sententia, ⁺ subditos quod attinet, dari ²⁷ bellum utrimque justum, id est injustitia vacans ; quò illud pertinet : (cc)

Quis justius induat arma,
Scire nefas.

4. ⁺ Non

G R O T I I.

n Ratio ad te nihil] Themistius oratione IX, principes rationi esse dicit similes, milites iræ. (Pag. 197. Edit. Petav. 1618. ubi illud quasi ex Platone profert.)

o Seneca] De controversiis III, 9.

p Nulla civitatis suae lege reus est homicidii] Idem Augustinus de Libero Arbitrio libro I. Si homicidium est, hominem occidere, potest aliquando accidere sine peccato ; nam & miles hostem, & iudex, vel minister ejus nocentem, & cui forte invito, atque imprudenti tekum de manu fugerit, non mihi videntur peccare cum hominem occidunt : sed nec etiam homicide isti appellari solent. Retulit Gratianus in causæ XXIII. quaestionem V. (Ex Cap. 4. dict. Lib.)

G R O N O V I I.

20 Ratio ad te nihil] Tuum est facere, quod

juberis ; non inquirere, quæ sit causa, vel ratio faciendi. (Vertendum potius : Tibi non licet loqui : ut putabat Eruditissimus Jac. Tollius, in Not. ad Longinum, Cap. 43. pag. 232. ubi videre poteris, si tanti. J. B.]

21 Summum rerum] i, 1, 4. 2. n. 4.

22 Patris quippe iussa] Puta intercessisse.

23 Imperii non censor est] Arbitrator, ut id possit probare, vel improbare.

24 Si civicae pacis] Parens ei, cui eum Deus, & publica societas subjecit, & obtemperare voluit.

25 Sua sponte, atque auctoritate] Proprio motu, & instinctu.

26 Unde puniatur] Ob quod facinus.

27 Bellum utrimque justum] Quod in bello ab utraque parte durum, & saevum agitur, nullam illis contrahere culpam.

(cc) Versus LUCANI, Pharsal. Lib. I. vers. 126, 127. J. B.

G R O

4. + Non caret tamen hoc sua difficultate. Et *f* + Adrianus nostras, qui *f* *Atr.*
 Cifalpinorum ultimus Pontifex Romanus factus est, *q* contrariam defendit *Quaestione*
 sententiam, quæ stabiliri potest non illa præcise ratione, quam ille adfert, *quodl. 11.*
 + sed hac, quæ magis urget, quod ²⁸ qui dubitat contemplative, debeat
 iudicio activo + eligere partem tutiorem. Est autem (dd) pars tutior, absti-
 nere bello. Laudantur + Esseni, quod inter alia jurarent *ε μη βλάψειν τινα* *ε Joseph.*
μητε εξ επιτάγματος non nocituros se cuiquam, ne si juberentur quidem: *Bell. Jud.*
 + imitatores horum Pythagorei, qui, Jamblichō teste, ^b bello abstinabant, *Lib. 11.*
 causa addita, quia *Φόνων* ²⁹ χορηγέτης και νομοθέτης ο πόλεμος, bellum ca- *Cap. 8. §.*
 des subministrat, atque imperat. *7. divis.*
Hudson.

5. Neque obstat, + quod ex altera parte ³⁰ periculum est inobedientiæ.
 + Nam cum utrumque incertum sit + (nam si injustum est bellum, jam in
 ejus vitiatione nihil est inobedientiæ), caret peccato, quod ex duobus mi-
 nus est. + Inobedientia autem in ejusmodi rebus suapte natura + minus ma- *i Bald.*
 lum est, quam homicidium, præsertim multorum innocentium. Narrant ve- *11, conf.*
 teres, cum Mercurius ob Argum interfectum accusatus Jovis mandato se de- *385. Sotus*
 fendisset, (ee) + non tamen ausos Deos eum absolvere. Sed nec ³¹ + Po- *de det. secr.*
 thinum Ptolemæi satellitem Martialis, ^k cum ait: *membr. 3.*
q. 2. in
resp. ad 1.
k Lib. 111.
Epigr. 66.

Antonū tamen est pejor, quam causa Pothini:
Hic facinus domino præstitit, ille sibi.

Nec magni ponderis est, quod contra nonnulli adferunt, ^l + fore ut id si *l* *Vitt. de*
 admitatur, pereat sæpe respublica; + quia plerumque ³² non expediat, ra- *Jure belli*
 tiones consiliorum edi populo. Ut enim hoc verum sit de ³³ + causis sua- *n. 25.*
 foriis belli, ³⁴ + de justificis verum non est, + quas oportet claras esse, &
 evidentes, & proinde tales, + quæ palam exponi & possint, & debeant. *m Apol.*

6. Quod de legibus + nimis forte indistincte dictum a ^m Tertulliano est, *c. 4. 1. ad*
 in his legibus, sive edictis de bello gerendo + locum justissime habet: + neque *versus Nat.*
c. 6.
civis

G R O T I I.

q Contrariam defendit sententiam] Exemplum
 hauc sequentium est apud *Scafnaburgensem.*

³² Non expediat rationes] *Tacitus 1, histor. 83.*
³³ Causis suavoris belli] Quæ instigant eò, &
 impellunt.
³⁴ De justificis] Quæ id jure geri probant.

G R O N O V I I.

²⁸ Qui dubitat contemplative] Utrum jure fiat,
 id facere debet, in quo minus est periculum con-
 scientiæ lædendæ.

²⁹ Χορηγός η νομοθέτης] Choragus, & le-
 gislator. Est autem choragus, qui instruit ornatu
 chororum, vel gregem scenicorum.

³⁰ Periculum est inobedientiæ] Si dubia in causa
 militare quis pro præposito suo, aut superiore
 recuset, videtur contumax, dicto non obediens.

³¹ Pothinum] Interficiendi Cn. Pompeji Ma-
 gni auctorem.

(dd) Benè quidem, ubi libertas relinquitur
 subditis militandi, vel non militandi. At vero
 ubi necessitas imponitur jussu Principis, tunc
 pars tutior est, ei parere, cui parendum esse
 nulla dubitandi ratio est, quippe legitimo Imper-
 ranti. Plura diximus in Notis nostris Gallicis.
 J. B.

(ee) Nescio cujus fide hoc referat Auctor:
 sed cuivis statim patet, exemplum aptum non
 esse, ut etiam observavit *Obractus*, quandoqui-
 dem *Jovis* mandatam injustum erat, & tale à
Mercurio non poterat non agnosci. J. B.

G R O

civis fideliter legi obsequitur, ignorans, quale sit quod ulciscitur lex; ³⁵ nulla lex sibi soli conscientiam justitiæ suæ debet, sed eis, a quibus obsequium expectat. Ceterum, suspecta lex est, quæ probari se non vult: improba autem, si non probata dominetur. Apud Papinium Achilles Ulyxi se ad bellum excitanti ait: (Achilleid. Lib. II. vers. 332.)

*Quæ Danais tanti primordia belli,
Ede: 36 libet justas hinc sumere protinus iras.*

Apud eundem Theseus, (Theb. XII. 648.)

Ite alacres, tantæque precor confidite causæ.

Propertius dixerat, (Lib. IV. Eleg. VI. vers. 51, 52.)

*Frangit, & attollit vires in milite causa:
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.*

n Nazar.
Paneg.
Constantin.
Cap. 7. Ed.
Cellar.
o Lib. III.
C. III. §. II.
p Egid.
Re. de
act. supern.
disp. 31,
dub. 5. n.
85. Ban-
nes 2, 2.
q. 40. art.
1. Molina
tr. II, disp.
113.

Cui par illud Panegyristæ: ³⁷ tantum etiam inter arma bona conscientia sibi vindicat, ut jam cæperit non virtutis magis, quam integritatis esse victoria. Ac sic viri quidam eruditi interpretantur ³⁸ ריק quod legitur ³⁹ Gen. XIV, 14. ut sensus sit, + ministros Abrahami ante prælium ab ipso plene institutos de armorum suorum justitia.

7. Et sane ³⁹ denuntiationes, ut mox infra ⁴⁰ dicemus, + palam fieri solebant, & expressa causa, + ut totum quasi genus humanum de justitia causæ posset cognoscere. Scilicet, ⁴⁰ + prudentia virtus est, ut & (ff) Aristoteli visum, imperantis propria: + justitia vero hominis ⁴¹ qua homo est.

8. Omnino autem sequenda videtur ea, + quam diximus, Adriani sententia, p si subditus non modo dubitet, + sed argumentis probabilibus inductus magis in id propendeat, ut bellum injustum esse putet: + præcipue vero si de aliis impetendis, non de suis tuendis agatur.

9. Quin

G R O T I I.

[Genesis XIV, 14.] Quidam in eundem sensum trahunt vocem ריקנין, & interpretantur, à se institutos. Herodes in oratione ad Judæos post cladem in Arabia, apud Josephum: Βαλομαι δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῆς πολεμῆν ὡς δικαίως αὐτὸ ποιεῖ μὲν, ἐπιδείξαι, διὰ τὴν ὕβριν τῶν ἑταίρων ἠναγκασμένοι. μέγιστον γὰρ, εἰ μὴδοτε τῆτο, προθυμίας αἰτίον ὑμῶν ἔσται: volo autem ostendere vobis, quam juste susceperimus hoc bellum, coacti inimicorum contumelias. Id enim si intellexeritis, magnum vobis ad audendum erit incitamentum. (Antiq. Jud. Lib. XV. Cap. 5. §. 8. divison. Hudson.)

G R O N O V I I.

35 Nulla lex sibi soli] Non est lex, quam non ob aliud justam putant parituri, quam quia lex est, seu mandatum imperantis: hæc potius ty-

rannis est: tum vero lex est, cum ejus causam justam agnoscunt ii, quibus ponitur.

36 Libet justas] Libet causam cognoscere, ut jam nunc illis ex merito inensus fiam.

37 Non virtutis magis] Non tam fortitudinali bellantium, quam justitia causæ debeatur.

38 ריק] A radice ריק Ric, accinxit, expedit.

39 Denuntiationes] Indictiones bellorum.

40 Prudentia virtus imperantis] Ut prudenter, & consulte res geratur, imperantis cura est, cui acquiescere subiectum decet, neque ei se immiscere; ut juste, quemvis curare oportet, qui adhibetur.

41 Qua homo est] Cujuscumque personæ, conditionis, status sit.

(ff) 'H δὲ φρόνησις, ἀρχοντῶ ἰδιῶ ἀεστῆ μὲν. Politic. Lib. III. Cap. 3. pag. 268. Ed. Heinal. J. B.

G R O -

9. Quin probabile est, + etiam carnifici, qui damnatum occisurus est, hactenus, + aut quod quæstioni, & actis interfuerit, aut ex rei confessione, cognita esse debere causæ merita, + ut fati ei constet mortem ab eo commeritam: + idque nonnullis in locis observatur; + nec aliud spectat lex Hebræa, + cum ad lapidandum eum, qui damnatus est + testes vult præire populo.

q Deut. XVII, 7.

V. I. Quod si subditorum animis per causæ expositionem + fati nequeat fieri, + omnino officium erit boni magistratus, + tributa ipsis potius extraordinaria imperare, quam operam militarem: + præsertim ubi non defuturi sunt alii, qui militent; + quorum voluntate non tantum bona, + sed & mala uti potest rex justus, + quomodo Deus & Diaboli, & impiorum parata opera utitur; & sicut culpa caret + qui egestate pressus pecuniam sumit ab improbo sceleratore.

r. Svo. in verbo bell. p. 1. n. 7. circa fin.

2. Immo etiam si de causa belli dubitari non possit, minime tamen videtur æquum + ut Christiani inviti cogantur militare, (gg) cum a militia abstinere, etiam cum militare liceat, + majoris cujusdam sit sanctitatis, + quæ & a clericis, + & a pœnitentibus diu exacta est, + aliis vero omnibus multis modis commendata. Origenes Celso Christianis objectanti militiæ detractionem sic respondet: *his, qui a fide alieni pro republica militare non jubent, & homines occidere, ita respondebimus: Hi, qui simulacrorum vestrorum sunt + sacerdotes, & deorum, quos putatis flamines, + dextras puras servant sacrificiorum ergo, ut ea incruentis, & nulla cade maculatis manibus offerant his, qui creduntur dii: neque si quod exoritur bellum, sacerdotes + ascribuntur numeris. Quod si id ratione non careat, quanto magis ceteris militansibus, illi quoque + suo modo censendi sunt militare, tanquam Dei sacerdotes, atque cultores, qui manus quidem servant puras, sed precibus apud Deum certant pro his, qui juste militant, & pro eo, qui juste regnat? quo in loco + sacerdotes vocat quosvis Christianos, exemplo sanctorum scriptorum, Apoc. I, 6. & Petr. II, 5.*

Conte: Celsum, Lib. VIII. pag. 427. Edit. Cantabrig.

+ VI. I. Arbitror vero evenire etiam posse, ut in bello + non dubio tantum, sed & manifeste injusto justa aliqua esse possit subditorum defensio. + Nam cum subditos innocentes, & a belli culpa remotos, interficiendi + jus verum,

G R O T I I.

¶ *Ut satis ei constet, mortem ab eo commeritam] Ideo indicta causa sacerdotes Nobæ habitantes occidere noluere Saulis ministri Doëgo probiores, 1 Sam. XXII, 17. Et Achabi spiculator tertius nocere Eliæ noluit, 11 Regum I, 13. & sequentibus. Aliquot etiam carnifices ad Christum conversi in posterum eo munere ut periculoso abstinere. Vide martyrologium, & Bedam. l. 1, c. 7.*

G R O N O V I I.

42 *Testes præire] Prima saxa mittere.*
43 *Satis nequeat fieri] Perluaderi, ut credant se jure bellum incipere.*
44 *Quorum voluntate] Quibus non modo ho-*
Tom, III,

nestum animum, sed & improbum ad bellum afferentibus, aut solam mercedem spectantibus.

45 *Sacerdotes & Deorum] Sacerdotes Romæ vacationem militiæ habebant, præterquam bello Gallico. Plutarch. Camillo pag. 151. & Marcello pag. 299.*

46 *Dextras puras] A sanguine humane abstinentes. Suet. Tito 9.*

47 *Ascribuntur numeris] Recipiuntur inter milites, inferuntur catalogis militantium. l. 1, 4. 7.*

48 *Sub modo militare] Juxta bonam, & utilem operam bello navare.*

(gg) Heic, & in præcedentibus, non satis adcuratè Auctorem nostrum ratiocinari, ostendimus in Notis nostris Gallicis. J. B.

Z z z

G R O N O-

verum, & internum hostis, + justum quamvis bellum gerens, non habeat, + nisi aut ad necessariam defensionem, + aut 3^o per consequentiam, & extra propositum, + (pœnæ enim illi obnoxii non sunt) sequitur, ut si certo constet, + hostem eo venire animo, ut hostilium subditorum vitæ parcere cum possit, omnino nolit, subditi illi tueri se possint + ex jure naturæ, + quod gentium jure ademptum illis non est.

2. + Neque tunc dicemus, bellum utrinque justum esse; + non enim de bello, sed 1^o de certa, ac definita actione quæritur. + Illa autem actio, + quamvis de cætero jus ad bellum habentis, injusta est, + & proinde juste repellitur.

GRONOVII.

49 *Nisi ad necessariam*] Præterquam si ipse ab illo infestetur.

50 *Per consequentiam*] Quatenus membra sunt

ejus capitis, vel corporis, adversus quod ei bellum est. 3, 1. 4.

51 *De certa, & definita*] De uno opere illorum, quæ fiunt in bello.

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

IN

HUGONIS GROTTII

LIB. II. CAP. XXVI.

HA. C. R. E. N. U. S. egimus de justis causis belli pro aliis suscipiendi, nimirum, pro subditis, amicis, ac hominibus quibusvis, etiam subditis alienis, adeoque pro defendendis his, qui sui juris sunt. Hoc capite Auctor agit de causis justis ut bellum geratur ab his, qui alieno imperio parent: nimirum, quatenus filiifamilias, servi, subditi, etiam singuli cives bellum gerere possint.

Auctor principii loco ponit, subditum non teneri si causa Principis injusta sit, §. 2. & 3. nisi ex capite necessariæ defensionis, §. 6. Secus si dubitet, §. 4. & 5.

Equidem subditi triplici sensu venire possunt: sunt enim 1. vel alterius principis subditi, qui mercenariam nobis operam

offerunt, 2. vel proprii subditi, vel 3. Vasalli.

Subditi prioris generis operam suam alii Principi locare non possunt, si bellum notorie sit injustum, i. e. tale, quod omnibus gentibus tale apparet; quia milites conducti injuriam defenderent. *Vid. c. præced. §. f.*

Subditi proprii sequi Principem, ejusque causam tenentur, si Principis causa justa est. Judicium autem de justitia causæ est Principis, in quem populus omne jus suum, & judicium transtulit. Sane, cum rationes principum cognitæ non sint subditis, rem principis arbitrio relinquere, ejusque judicium sequi tenentur: nisi notoria sit injustitia; tunc enim non opus est judicio. *Vasall.*

Vasalli vi beneficii adstricti sunt ut iudicium domini sequantur : nec eorum iudicium est, an causa sit iusta, an iniusta; modo injuria itidem non sit notoria. Quoties enim Princeps injuria agit, omnes quoque injuria agunt, qui ejus causam defendunt, aliumque, quo minus jus suum reparare possit, impediunt; adeoque Vasallus extra facultates a natura concessas ageret, quod ne facere quidem potest. Sane, fidem domino dedit non crimina defendendi, sed injuriam repellendi: nisi de defensione domini agatur; uti si in bello maxime injusto persona domini, aut ejus familia exposita sit magno periculo, §. 2. f. 28. v. 5. *adjuvet eum ad ejus defensionem.* Exemplum autem injuriae causae affertur si dominus a rege bannitus, vel a Papa communicatus sit. 2. F. 28. Quod plenius explicavi in *Disp. de jure Sequela §. 78.*

Si illi, qui sub alieno imperio sunt, dubitant de justitia causae, dubium non est quin sequi teneantur principem, quia ipsorum non est iudicium.

Additio.

Præmittendum est, Auctorem hic saltem de propriis agere subditis; nam de extraneis, qui pro mercede operam suam locant, egit c. *prac. §. penult. & §. fin.*

Sane, extraneus, qui existimat, causam ejus, cui operam suam locat; injustam esse, graviter peccat; causam enim defendit, quam putat injustam.

Vid. supr. l. 2. c. 23. §. 2. n. 1. Idem quoque verum esse existimo, si de justitia causae dubitet; cum enim res in arbitrio ejus sit, abstinere in dubio merito debet. *Vid. l. 2. c. 23. §. 2. n. 2. & §. 4.*

Subditum proprium, & Vasallum in bello, quod ipsi notorie injustum putant, sequi principem suum, & dominum debere, alibi probavimus. Si enim Princeps, aut dominus negent injuriam esse notoriam, uti semper negant, cujus erit iudicium? Sane, non subditorum, aut vasallorum, utpote qui hoc modo semper ad notorietatem provocare, & nexui, quo superiori obligati sunt, eximere se possent. Sed & rationes ignorare possunt praesentis belli, utpote quae secretiori consilio saltem patere solent. Denique potior est ratio Principis, qui

„ sui juris est, i. e. nullius iudicio subje-
 „ ctus, quam subditorum, qui Principis
 „ arbitrio, & imperio subsunt. Atque hinc
 „ etiam alii Doctores juris feudalis ab Or-
 „ berto de Orto, & Gerharo dissentie-
 „ bant, statuentes, vasallum indistincte
 „ domino assistere debere. 2. f. 28.

A D §. I.

Qui sunt sui juris] „ Qui suo iure ar-
 „ bitrio pro se, aut aliis bella suscipiunt.
 „ Sunt alii in conditione parendi positi]
 „ Adeoque hic agitur de bello, quod ge-
 „ runt subditi non contra magistratum;
 „ nam de eo actum est, L. 1. c. 4: ne-
 „ que pro extraneis, de quo egit c. 25;
 „ sed pro magistratu suo.
 „ Ut filii familiarum servi] „ Hi si bellum
 „ gerunt, jure patrisfamilias, vel domi-
 „ ni, id gerunt ut subditi; adeoque vo-
 „ ce subditorum comprehenduntur.
 „ Subditi] „ Qui Principis imperio sub-
 „ sunt.

*Etiam cives singuli] „ Nam etiam hi
 „ sunt subditi reipublicae.*

*Si cum civitatis sui corpore comparentur]
 „ Cives enim duplici modo considerari pos-
 „ sunt, vel ut totus populus, aut major ejus
 „ pars, vel ut singuli: priori casu sunt sui juris;
 „ posteriori casu alieni. De hac differentia,
 „ ejusque effectu passim egimus supra l. 2.
 „ c. 5. §. 24. c. 21. §. 2. n. 1. §. 7. n. 1.*

A D §. II.

Hi vero] „ Qui sub alieno imperio
 „ sunt.

*Si aut ad deliberationem adhibentur]
 „ Ut in statu populari.*

*Aus libera ipsis optio datur militandi]
 „ Exempla sunt apud Just. l. 22. c. 4.
 „ Lto. l. 21. c. 23. Arrian. l. 5. p. 372.
 „ Xenoph. de exped. Cyr. l. 1. p. 272.
 „ & Inst. 6. p. 182. Tesm. b.*

*Eisdem regulis sequi debent] „ I. e.
 „ examinare justitiam causae; & si ea
 „ ea cesset, abstinere. Vid. c. *praced.*
 „ §. 4. *seq.**

A D §. III.

1. A T § edicatur] „ Adeoque res non
 „ sit in eorum arbitrio.
 „ Quod fieri solet] „ Nam cogi plerum-
 „ que miles solebat antequam mercenario
 „ gentes utebantur.
 „ Abstinere omnino debent] „ Si res in
 „ eorum arbitrio esset, vera hæc est senten-
 „ tia: at si jubentur militare, inepta fo-
 „ ret excusatio subditorum, justam sibi
 „ non videri causam. Sane, cum iudicium
 „ belli, & pacis in Principem translatum
 „ sit, necessario illud sequuntur subditi,
 „ inprimis cum subditi arcana status igno-
 „ rent. Tullus apud Livium l. 1. c. 23.
 „ Neque recte, an perperam, interpretor:
 „ fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum
 „ suscepit.
 „ Deo potius obediendum, quam homini-
 „ bus] „ Principes vicario jure leges divi-
 „ nas exequuntur; adeoque iis contrarium
 „ aliquid statuere, aut subditis injungere
 „ nequeunt. An vero bellum injustum,
 „ adeoque a Deo prohibitum sit, subditi,
 „ qui rationes Principis ignorat, exami-
 „ nare haud potest, sed principis iudi-
 „ cium sequi tenetur. Hic igitur casus est,
 „ ubi quis juste agit, etsi id, quod agit,
 „ injustum sit. Conf. l. 1. c. 4. §. 1. n. 3.
 „ §. c. 23. §. f.
 2. Ministerium crimen esse] „ Id est, no-
 „ centes male egisse, adeoque in culpa
 „ esse.
 3. Quæ peccatis excusabilibus facile veniam
 „ præbent] „ Vid. l. 2. c. 20. §. 24. seq.
 „ Favent quidem bis, qui parere necesse
 „ habent] „ Favent in eo, quod ignoscant
 „ servis si dominis jubentibus talia, quæ
 „ excusari possunt, committunt. L. 157.
 „ pr. R. S.
 „ Sed non in omnibus] „ Ignoscunt fal-
 „ tem in iis, quæ non habent atrocitatem
 „ facinoris, d. l. 157. Ibi enim solus do-
 „ minus mandans tenetur; uti mox vi-
 „ debimus. Vid. §. seq.
 „ Excipiunt enim ea, quæ atrocitatem]
 „ d. l. 157. Tunc enim non saltem do-
 „ minus, sed & servus tenetur.
 „ Quæ sua sponte scelerata, ac nefaria sunt]
 „ l. e. per se, & ex natura rei.
 „ Non dispensatione Jctorum] „ Quædam

„ enim per se turpia sunt; quædam vero
 „ ex interpretatione Jctorum, adeoque ex
 „ lege civili.

„ Neque verberibus, neque contumeliis ul-
 „ tis adigi potuisse] „ Quia id, quod facere
 „ jubebantur, religioni eorum contrarieba-
 „ tur. Ex eadem ratione nec ad come-
 „ dendam carnem suillam adigi potuerunt.
 „ 2. Macc. 7.

„ De qua supra egimus] „ L. 1. c. 2. §. 10.
 „ n. 11. §. c. 4. §. 10.

„ Quam editis, & iudiciis in Christianos]
 „ Ideo scilicet damnatos, quia Christiani
 „ sunt. Si enim ob alia scelera damnati
 „ fuissent, manum commodare omnino po-
 „ tuissent, & debuissent.

„ Si quis persuasus sit, quod imperator
 „ injustum esse] „ Si sponte id faceret,
 „ omnino injuria esset. Vid. l. 2. c. 23.

„ §. 2. At justus ea facere, in iis causis,
 „ ubi iudicium ejus non est, non peccat.
 „ Atque hinc diximus, subditum sequi
 „ Principem in bello debere, etsi ipse
 „ belli causam putet esse injustam. Conf.
 „ ea, quæ notavi ad §. 1.

„ Tantisper ea res pro illicita est, quan-
 „ diu eam opinionem non potest deponere]
 „ Delicta enim ex intentione dijudicantur:
 „ contra Deum igitur peccat qui facit ea,
 „ quæ a Deo prohibita esse putat, etsi
 „ non sint. At subdito, qui a principis
 „ arbitrio dependet, dubitare de justitia
 „ belli non licet.

A D §. IV.

„ PARENDEM plerique censent] „ Re-
 „ cte. Quia iudicium est superioris juben-
 „ tis, quod subditi sequi necessario tenen-
 „ tur: & cum id verum sit si subditus
 „ putet injustam esse belli causam, mul-
 „ to magis id verum est si saltem dubi-
 „ tet. Aliud autem dicendum si res in
 „ ejus est arbitrio; tunc enim verum est,
 „ abstinendum potius esse. L. 2. c. 23.
 „ §. 2. n. 2. §. 3.

„ Qui contemplative dubitat, potest activo
 „ iudicio non dubitare] „ Qui dubitat, an
 „ factum justum sit, potest non dubitare
 „ quin actu id facere liceat, quia scilicet
 „ superior id jubet.

„ Credere enim potest, in re dubia obsequen-
 „ tiam superiori] „ Diximus, subditum id
 „ „ cre-

„ credere debere, adeo ut etſi dubitet,
 „ an in re dubia obſequendum ſit ſupe-
 „ riori, tamen id facere debeat, quia
 „ iudicium non ejus eſt, ſed ſuperioris.
 „ *Quin hac diſtinctio iudicii dupl̄cis*] „ Sci-
 „ licet, activi, & contemplativi.
 „ *In multis actionibus locum habeat*] „ Lo-
 „ cum ſaltem habet in caſu, quo ejus,
 „ qui actum putat injuſtum, aut ſaltem
 „ de eo dubitat, iudicium non eſt; tunc
 „ enim non ſuum iudicium contemplati-
 „ vum ſequi poteſt, ſed agere debet ea,
 „ quæ is, cujus iudicium eſt, jubet.
 „ *Non Romanorum tantum*] „ Jure Ro-
 „ mano is, qui juſſus aliquid agit, unde
 „ alii damnum datur, culpa vacat ſi obe-
 „ dire tenetur. Hinc 1. qui juſſu iudicis
 „ aliquid facit, non videtur dolo malo
 „ facere, quia parere neceſſe habet, l. 167.
 „ §. 1. R. I. Et in l. 169. pr. traditur,
 „ eum damnum dare, qui jubet dare;
 „ ejus vero nullam culpam eſſe, cui pa-
 „ rere neceſſe ſit. Hinc 2. ignoſcitur ſer-
 „ vis ſi vel dominis, vel his, qui vice
 „ dominorum ſunt, (veluti tutoribus, &
 „ curatoribus) obtemperaverint. L. 157.
 „ pr. R. I. Conf. l. 11. §. 7. *Quod vi*
 „ L. 2. §. 1. *Nox. adl.* §. 4. *Inſt. eod.*
 „ l. 17. §. 18. ff. *Edil. Edict.* Sed & 3. ſi
 „ ex mandato alieno rem per ſe licitam
 „ quis peragit, unde damnum alii oritur:
 „ uti ſi opifex in alieno territorio ædium
 „ fundamenta ponere juſſus eſt, actio
 „ non eſt cum opifice, ſed cum mandan-
 „ te. L. 5. §. 11. *ſeq.* *Quod vi, aut clam.*
 „ Quod vero de juſſu magiſtratus, &
 „ domini dictum eſt, id non obtinet in
 „ criminibus, ſeu quæ habent atrocitatem
 „ facinoris, ſeu ſcleris. L. 157. R. S.
 „ *ibique Goth.* Ex criminibus enim ſervus,
 „ & ſubditus in ſolidum obligantur, d.
 „ l. 11. §. 7. l. 21. §. 2. *Rev. am.* l. 8.
 „ C. L. *Jul. de vi*, l. 12. §. f. ff. *Et*
 „ l. 2. c. de *Accuſ.* l. 17. §. 7. *de injur.*
 „ Ex præcedentibus jam ſatis apparet,
 „ actionem denegari in ſervos juſſu domi-
 „ ni damnum dantes, non ob iudicium
 „ activum, quaſi credat in re dubia obſe-
 „ quendum ſuperiori, ſed quia omnes ſer-
 „ vi actiones ſubſunt arbitrio domini, cri-
 „ minibus exceptis, adeoque culpa va-
 „ cant etſi credant ſe male agere.

Sed Et aliarum gentium] „ Qua de re

„ vide leges Longobardorum, & Wiſi-
 „ gothorum, ab Auctore in margine alle-
 „ gatas.

In tali circumſtantia] „ Ubi credit, in
 „ re dubia obediendum eſſe ſuperiori: at
 „ diximus, id plane ex alia ratione ſta-
 „ tutum eſſe, & locum habere etſi ſer-
 „ vus credat illicitum id eſſe, quod juſ-
 „ ſus agit.

Sed Et actionem in eos civilem denegant]
 „ Quia non ipſi cauſa ſunt actionis, ſed
 „ ſunt instrumentum alterius cauſæ.

Neceſſitas poteſtatis excuſat] „ L. 157.
 „ R. I. *ibique Goth.*

Annumerat famulum domini imperantis] 2
 „ De ſervis id verum eſt; at de famulis
 „ liberis id aſſeri nequit: hi enim injuſte
 „ facientes æque, ac dominus mandans,
 „ obligantur. Si proinde famulus juſſu do-
 „ mini alium verberibus exceperit, ipſe
 „ quoque in ſolidum tenetur.

Injuſte autem, ait, agere eum, a quo
 „ *actionis principium eſt*] „ Cauſa enim in-
 „ juræ eſt is, qui jubet; non vero is,
 „ cujus iudicium non eſt, & qui obtem-
 „ perare tenetur.

Quia in famulo vis deliberatrix plena non
 „ *eſt*] „ Immo ſervus vim deliberatricem in
 „ genere habet: atque hæc ratio eſt, cur
 „ ex criminibus publicis ſervus obligetur.
 „ l. 157. R. I. At quidam actus ſunt, in
 „ quibus vis illa dependet ab arbitrio do-
 „ mini.

Ratio ad te nihil] „ Iudicium enim
 „ domini ſequi tenetur in his ſcilicet, quæ
 „ jus naturæ non prohibet; nam ex hoc
 „ jure ſervus quoque tenetur.

Specialiter in hac de militia quaſtione] 3
 „ Nam hætenus in genere tractavit quæ-
 „ ſtionem, an filius, ſervus, & ſubditus
 „ ſuperiorum juſſum exequentes delinquant?
 „ quod Auctor negat ſi dubitent, an ju-
 „ ſtum ſit, an non.

Et alibi] „ De Civ. Dei l. 1. c. 26. *Et*
 „ l. 22. *contr. Man.* c. 75.

Quod ſi ſua ſponte] „ Etſi hoſtis ſit.
 „ L. 1. c. 4. §. 16.

Subditos quod attinet, dari bellum u-
 „ *trinque juſtum*] „ Bellum nullo ſenſu u-
 „ trinque juſtum dici poſſe, probavimus
 „ ſupra c. 23. *Et* §. 13. *Et in Diſſ. pro-*
 „ *am.* IX. §. 168.

Non caret tamen hoc ſua difficultate] 4
 „ Quod ſcilicet ſubditus, qui dubitat de

„ iustitia causæ, iudicio activo eligere bel-
 „ lum possit. Nos jam diximus, id carere
 „ omni difficultate, quia subditus tene-
 „ tur sequi iudicium principis, etiam si i-
 „ ple existimet causam esse injustam, ne-
 „ dum si dubitet.

Adrianus nostras] „ Ultrajecti quippe
 „ natus, & Carolo V. a studiis.

Sed hæc, quæ magis urget] „ Immo
 „ hæc ratio plane non urget; nam subdi-
 „ tus, qui iudicium hujus rei non habet,
 „ qui omne jus suum in principem trans-
 „ tulit, necessario tenetur sequi, & de-
 „ fendere causam Principis; adeoque eum
 „ plane eligere non possit, nedum eligere
 „ partem tutiorem potest, i. e. a bello
 „ abstinere.

Eligere partem tutiorem] „ Conf. c. 23.
 „ §. 2.

Esseni] „ De quibus egimus supra l. 2.
 „ c. 2. §. 2. c. 13. §. 21. n. 4. §. 5. Esse-
 „ ni tamen gladiis armati incedebant. *Vid.*
 „ *supra l. 1. c. 3. §. 3.*

Imitatores horum Pythagorei] „ Immo
 „ hi ex alio plane principio bella fugie-
 „ bant. Statuebant enim transmigrationem
 „ animarum, eoque metuebant, ne ani-
 „ mas parentum, & agnatorum perime-
 „ rent. Atque hæc ratio est, cur & a
 „ carnibus animalium abstinerent. Magis
 „ pro imitatoribus Essenorum haberi pos-
 „ sunt Anabaptistæ, qui nullum bellum,
 „ nec defensivum admittunt. *Vid. supra*
 „ *l. 1. c. 2. §. 7. seq.*

5 *Quod ex altera parte periculum est inobe-*
dientia] „ Huic dubio, quod periculo-
 „ sum sit subditorum arbitrio, num mi-
 „ litare velint, relinquere, Auctor rege-
 „ rit, inobedientiam minus inferre pecca-
 „ tum, quam obedientiam cum eæde con-
 „ junctam. At nec hoc admittimus. Prin-
 „ ceps suo jure utitur cædem hostium ju-
 „ bendo; ejus solius arbitrium est, cui
 „ subditus se pacto suo subjecit, & quod
 „ proinde sequi tenetur.

Nam cum utrumque incertum sit, caret
peccato, quod ex duobus minus est] „ *Vid.*

supr. c. 23. §. 2. Hoc verum est ubi
 „ electio est, non autem ubi alterius ju-
 „ dicitur sequi quis tenetur; ubi subditus
 „ tenetur sequi iudicium Principis.

Nam si injustum est bellum, jam in
ejus violatione nihil est inobedientia] „ Im-
 „ mo semper subest vitium inobedientia;

„ quia subditus de iustitia belli nunquam
 „ judicare potest.

Minus malum est, quam homicidium]
 „ Hoc negamus in casu proposito: inobe-
 „ dientia enim semper crimen est in iis
 „ rebus, quorum arbitrium in Principem
 „ est delatum; homicidium autem nun-
 „ quam crimen est, si jussu Principis in
 „ bello, adeoque reipublicæ defendendæ
 „ causa committitur, isque id justum ju-
 „ dicat.

Non tamen ausos Deos eum absolovere]
 „ Recte: non enim de bello, nec de cæde
 „ hoste ibi agebatur, sed de cæde
 „ hominis innocentis, cujus arbitrium non
 „ est penes Principem.

Nec Potbinum Ptolemai Satellitem] „ Qui
 „ jussu Principis Pompeium occidit; qui
 „ amicus, & hospes erat, non hostis.

Fore ut id si admittatur, pereat sepe res-
publica] „ Immo hoc argumentum magni
 „ ponderis est; quia si in arbitrio subdi-
 „ torum esset, prætextu causæ injustæ, vel
 „ saltem dubiæ, bello abstinere, nemo fo-
 „ ret, qui rempublicam defenderet.

Quia plerumque non expedit, rationes
consiliarum edi populo] „ Neque Princeps,
 „ cui summa rerum delata est, ad id
 „ præcise tenetur; ejus enim solius ar-
 „ bitrium est.

De causis suasoriis belli] „ Quibus quis
 „ invitatur ad bellum propter utilitatem,
 „ quam inde sperat, *vid. l. 2. c. 1. §. 1.*
 „ *§. c. 22. §. 1;* quas rationes sollicitæ
 „ celare solent bellum gerentes.

De justificis verum non est] „ Quibus
 „ bellum jure geri, probant. Dixi jam,
 „ Principem non teneri exponere has ra-
 „ tiones; neque sæpius expedit, eas judi-
 „ cio privatorum exponere.

Quas oportet claras esse, & evidentes;
§. c.] „ Immo sufficit, Principi tales vi-
 „ deri, & ab eo qua tales exponi. Ex
 „ superfluo enim his rationibus testatur,
 „ non sine causa suscipi bellum: an veræ
 „ sint, an non, vel an prægnantes sa-
 „ tis sint, solius Principis est iudicium,
 „ non subditorum; adeoque produntur
 „ non ut de iis judicent subditi, sed ut
 „ saltem de causis informantur.

Quæ palam exponi & possint, & de-
beant] „ Dixi jam, exponi rationes non
 „ debere; id enim res meri arbitrii est,
 „ & si exponantur, subditorum de iis
 „ non

non est iudicium, sed eas probare, & defendere tenentur.

6 Nimis forte indistincte] ,, Sane, infelix esset respublica, ubi subditis liceret iudicare de iustitia legum.

Locum iustissime habet] ,, Immo locum non habet; nam nec in legibus ferendis, nec in bello, ullum populi est iudicium, seu arbitrium, ex quo in principem id contulerunt.

Neque civis fideliter legi obsequitur] ,, Tertullianus non ait, civem non obsequi debere legi, de cuius iustitia dubitat, sed eum non fideliter obsequi: i. e. eum obsequi cum repugnantia, & ex sola ratione, quia lex est, id est mandatum superioris; quod tolerari potest.

Ministros Abrahami ante praelium ab ipso plene institutos] ,, Immo ibi non opus erat deliberatione, quia injuria erat notoria, raptus scilicet Lothi; neque vox illa Hebraea id significat. vid. Gron. h.

7 Palam fieri solebant, & expressa causa] ,, Per clarigationem, seu clara voce factam repetitionem.

Ut totum quasi humanum genus de iustitia causae posset cognoscere] ,, Immo denuntiationes tales non fiebant ut de injuria constaret, sed ut appareret, num nocens satisficere, i. e. reparare injuriam, an vero armis rem committere velit, d. c. 3. §. II.

Prudentia virtus est imperantis propria] Adeoque ei iudicium competit, an utile sit bellum geri.

Iustitia vero hominis, qua homo est] Recte. At inde non sequitur, subditis exponendas esse causas belli, aut iudicium iis competere. Nedum inde sequitur, denuntiationes belli ideo fieri, ut genus humanum de iustitia, causae cognoscere possit.

8 Quam diximus Adriani] ,, Vid. n. 4.

Qui dixerat, nec in dubio iustum esse bellum.

Sed argumentis probabilibus inductus magis in id propendat] ,, Dixi, subditum nec tunc, cum iniustitiam causae certam esse existimat, abstinere a bello posse.

Præcipue si de animis impetendis] ,, i. e. In bello offensivo. Dixi, sufficere, principem id pro jure habere; hoc enim iudicium sequi subditi tenentur.

9 Etiam carnifici cognita esse debere causa

merita] ,, Immo carnifex, ut carnifex, cogi ad officium potest etiam iniustam causam putet, quia ejus non est iudicium. Potest tamen officio suo renunciare, eoque evitare necessitatem exequendi; quod aliquando contigisse, exemplis probat Auctor in not. b.

Aut quod questioni, & adlis interfuerit, aut ex rei confessione] ,, Hæc argumenta fallunt: certum est, de jure, aut injuria, constare non posse, nisi examinatis omnibus actis.

Idque nonnullis in locis observatur] Immo nullibi: carnifex tenetur sequi iudicium magistratus. Vide locum Chrystomi, quem allegavit Auctor supra §. 4. n. 1. in not.

Nec aliud spectat lex Hebraea] ,, Immo id non fiebat ut executori satis constet, reum mortem meritum esse: id enim ex sententia jam apparebat; sed ad deterrandos testes, ne falsum testimonium dicant, quia sanguis rei in testem redundabat.

A D §. V.

Tributa ipsis potius extraordinaria imperare] ,, Annon res eodem recidit? Sive enim ipse hostem occidam, sive tributa solvam in eum finem, ut hostis occidatur, ego causa sum cædis.

Præsertim ubi non defuturi sunt alii, qui militent] ,, Nimirum, pro mercede. Equidem laudabiliter Princeps facit si id agitur; at non tenetur.

Sed & mala uti potest rex iustus] ,, Sufficit enim, quod casu iusta sit; bonitas, vel malitia instrumenti non inspicitur.

Quomodo Deus & diaboli, & impiorum parata opera utitur] ,, Exemplo Jobi, qui a Diabolo; & Israelitarum, qui a Gentilium regibus vexabantur, permittente Deo.

Qui egestate pressus pecuniam sumit ab improbo] ,, Exemplum hoc plane huic non quadrat. Nam & mutuum accipere, est actus licitus; & fœnus etiam maximum recipere, natura illicitum non est. Vid. supr. c. 20. §. 42.

Ut Christiani inoisi cogantur militare] Immo officium est subditorum, rempublicam defendere.

Majora

Majoris cujusdam sit sanctitatis] „ Immo sanctissima res est patriam defendere, etiam, si aliter non potest, armis. Quæ & a clericis] „ Id lege civili ita statutum est; nam aliquando etiam sacerdotes militabant apud Gentiles, uti mox videbimus. Accedit, quod republicam defendant precando pro populo; nam ad id speciatim constituti sunt, l. 1. c. 2. §. 10.

Et a penitentibus] „ Rationes singulares exposuimus supra l. 1. c. 2. §. 10. n. 7. n. 9. seq.

Aliis vero omnibus multis modis commendata] „ Immo nullibi commendatur, ut subditi patriam indefensam relinquunt: quod vero Romanorum ævo abstinuerint, idque tunc probatum fuerit, ejus rei causas allegat Grotius l. 1. c. 2. §. 9. n. 3. §. 4.

Sacerdotes vocat quosvis Christianos] „ Immo non vocat Sacerdotes, sed ait, Christianos ad exemplum sacerdotum precibus certare. Cæterum, hunc ipsum Originem bella approbare, apparet ex Grot. l. 1. c. 2. §. 9. n. 2.

AD §. VI.

AUCTOR ait, subditos etiam in bello injusto jure necessariae defensionis hostem repellere posse. Nos diximus, eos pro defensione reipublicæ semper teneri jubente Principe militare.

Non dubio tantum, sed & manifesto injusto] „ Adeoque ubi ex hypothesi Auctoris refragari magistratui licet, & inobedientia justa est. Vid. §. 4. n. 4.

Nam cum subditos innocentes, &c.] „ Immo hostis semper habet jus interficiendi subditos sui hostis: neque illi unquam sunt innocentes, aut a culpa belli remoti, quia judicium Principis sequi, ejusque causam operis, & opibus defendere tenentur, adeoque resistunt reparationi injuriæ, quam alter sibi factam contendit. Atque ideo etiam jure interno tanquam hostes interfici possunt.

Jus verum, & internum] „ Originem distinctionis inter jus internum, & inter jus externum, exposuimus in Diss. proam. l. X. §. 61. & laste seq. Auctor

per jus internum intelligit jus naturæ sociale, quod semper supponit justam causam, qualem non esse in subditos innocentes, putat, d. §. 61. Cæterum, jure externo in bello jure gentium solenni occidi, etiam civem innocentem posse, fingit, diff. diss. l. X. §. 63. seq. §. 67. n. 1. At hoc jus externum saltem impunitatem concedere, ait, ibid. §. 65. Quæ latius examinavimus ibid. §. 168.

Justum quomodo bellum gerens] „ Immo subditus, qui reparationi injuriæ resistit, semper injuria agit.

Nisi aut ad necessariam defensionem] „ At semper adsunt termini necessariae defensionis, si subditi hostis operis, & opibus reparationem juris impediunt.

Aut per consequentiam, & extra propositum] „ Ut in urbis obfidione, ubi nocentes æque, ac innocentes, periculo expositi sunt: sed dictum jam est, cives hostis mei nunquam esse innocentes, quia tenentur sequi judicium Principis, ejusque causam defendere saltem opibus suis.

Pœna enim illi obnoxii non sunt] „ Immo sunt: nam sequuntur judicium sui Principis; bonis, & operis eum adjuvant: adeoque causa sunt cædium, ac rapinarum, quæ in bello committuntur.

Hostem venire eo animo, ut hostium subditorum vita parcere cum possit, omnino nolit] „ Mens Auctoris est, subditum salva conscientia non posse assistere principi, quem arbitratur justam causam non habere; adeo ut si hostis ei imperium eripit, bona civibus auferat, vel captivos eos abducit, pati id teneantur: solo casu excepto, ubi hostis vitam adimere vult subditis, cum possit iis parcere.

Nos jam diximus, subditum semper teneri sequi judicium Principis; adeoque cum causam ejus sequi, & defendere teneatur, jure occidi posse, quia juris nostri reparationi resistit.

Ex jure natura] „ Adeoque ex jure interno, nimirum, ex jure necessariae defensionis.

Quod gentium jure illis ademptum non est] „ Ex hypothesi enim Auctoris jure gentium hactenus jus natura mutatum est, ut subditos hostis innocentes in-

terficere

terficere liceat ad effectum impunitatis;
 ,, non vero hætenus, ut subditis illis in-
 ,, nocentibus sese defendere non liceat,
 ,, etsi princeps injustam causam defendat.
 ,, At toties dictum est, hostis subditos
 ,, non esse innocentes, neque jus tale
 ,, gentium voluntarium cognitum esse gen-
 ,, tibus; indeque omnia hæc gratis dici.

Neque tunc dicemus, bellum utrinque
 justum esse] ,, Juste enim videtur agere
 ,, hostis, qui se contra bellum injustum
 ,, defendit; & juste quoque videtur agere
 ,, subditus innocens, qui se contra vim
 ,, hostilem tuetur.

Non enim de bello, sed de certa, &
 definita actione queritur] ,, Scilicet, de
 ,, cæde civis innocens. At hæc ipsa cæ-

des non est injusta, nec jure interno:
 Illa autem actio, &c. injusta est] ,, Quia
 ,, ex hypothesi Auctoris hostis non habet
 ,, jus verum, & internum occidendi sub-
 ,, ditos innocentes. Vid. n. I. Quod jam
 ,, refutavimus.

Quamvis de cætero jus ad bellum haben-
 tis] ,, Scilicet contra Principem illius subdi-
 ,, ti innocens injuria agentem.

Et proinde juste repellitur] ,, Diximus,
 ,, actionem, qua civi hostis nocetur, nun-
 ,, quam injustam esse, quia civis ille, qui
 ,, operis, & opibus suis causam hostis de-
 ,, fendere tenetur, nunquam innocens est;
 ,, adeoque verum non est, eum juste re-
 ,, pelli.

FINIS LIBRI SECUNDI.



HUGONIS GROTII

DE JURÉ BELLI AC PACIS

LIBER TERTIUS.

C A P U T I.

Quantum in bello liceat, regulæ generales ex jure naturæ : ubi
& de dolis, & mendacio.

- I. Ordo sequentium.
- II. Regula prima : licere in bello qua ad finem sunt necessaria : explicatur.
- III. Secunda : jus non tantum ex principio, sed & causis in bello subnascentibus spectari.
- IV. Tertia : quadam consequi sine injuria, qua ex proposito non licerent : cui cautio additur.
- V. Quid liceat in eos, qui hostibus res subministrant, per distinctiones explicatur.
- VI. An dolo uti in bello liceat.
- VII. Dolus in actu negativus per se non est illicitus.
- VIII. Dolus in actu positivo distinguitur in eum, qui fit per actus libere significantes, & per actus significantes velut ex conventionione : & ostenditur, dolum prioris generis licitum esse.
- IX. In secundo genere indicatur questionis difficultas.
- X. Non omnem usurpationem locutionis, que sciatur in alium sensum accipienda, esse illicitam.
- XI. Mendacii, qua illicitum est, ferream consistere in repugnantia cum jure alterius ; quod explicatur.
- XII. Et ostenditur, licitum esse falsum loqui apud infantes, & amentes :
- XIII. Et cum is decipitur, ad quem sermo non est, & quem extra sermonem decipere liceret :
- XIV. Et cum sermo est ad eum, qui velit ita decipi :
- XV. Et cum qui loquitur, utitur jure sit pereminente in sibi subditum :
- XVI. Forte & cum vitam innocentis, aut par aliquid tueri aliter non possumus.
- XVII. Apud hostes licitum falsiloquium qui senserint auctores.
- XVIII. Non extendendum hoc ad verba promittentia.
- XIX. Nec ad juramenta.
- XX. Generosus tamen esse, ac Christiano simplicitati convenientius, falsiloquio in hostem quoque abstinere & quod per similia illustratur.
- XXI. Non licere nobis quenquam impellere ad id, quod nobis licet, ipsi non licet.
- XXII. Licere tamen uti opera ultra oblata.

† I, Et

* I. **E**T + qui bellum gerant, + & quibus ex causis belligerare liceat, videmus. Sequitur, expendamus, ^a quid, quantumque in bello liceat, + & quibus modis: + quod ^a aut nude spectatur, aut ex promisso antecedente. Nude, + ex naturæ primum, deinde ex gentium jure. + Quid ergo natura liceat, videamus.

II. I. Primum, + ut jam ante diximus aliquoties, ^a ea, + quæ ad finem ^a *Vict. de Jure belli n. 15.* ducunt in morali materia, ^a æstimationem intrinsecam accipiunt ab ipso fine: + quare quæ ad finem juris consequendi sunt (aa) necessaria, necessitate sumpta + non secundum physicam subtilitatem, sed moraliter, ad ea jus habere intelligimur. + Jus dico illud, quod strictè ita dicitur, + & ^b facultatem agendi in solo societatis respectu significat. + Quare si vitam aliter servare non possum, + licet mihi vi qualicumque arcere eum, qui eam impetit, + etiamsi forte is peccato vacet, ut notavimus ^c alibi: quia jus hoc non proprie ex peccato alterius oritur, + sed ex jure, quod mihi pro me natura concedit.

2. + Quin & rem alienam, ^b ex qua certum mihi periculum imminet, ^c *Vict. de Jur. bel. n. 18, 39. & 55.* citra culpæ alienæ considerationem invadere possum: + non tamen dominus fieri (id enim ^d ad eum finem accommodatum non est) sed custodire, + donec securitati meæ satis cautum sit: quod ipsum quoque tractatum est a nobis ^e alibi. + Sic rem meam, quam alius detinet, eripere ei, naturaliter mihi jus est: & si id difficilius, + aliud tantundem valens: + ut & debiti consequendi gratia: ^d + quibus ex causis dominium quoque sequitur, quia + alio modo ^e læsa æqualitas reparari nequit. *c. L. II. c. II. §. 10. d. Silo. in verbo bell. p. I, n. 10. v. prima.*

3. + Sic ubi justa est poenitio, justa etiam vis omnis, sine qua ad poenam veniri non potest: + & omne, quod poenæ pars est, ut rerum corruptio per

G R O T I I

^a *Q*uid, quantumque in bello liceat] Bene Augustinus epistola LXX. ad Bonifacium comitem: (Ep. 220. in fin. Edit. Benedic.) ut in ipsis bellis (si adhuc in eis versari te opus est) fidem teneas, pacem quaras. Epistola CCV. (189. §. 6.) Esto ergo etiam bellando pacificus. De justitia in bello gerendo servanda dissertatio est egregia Belisarii ad milites apud Procopium Vandali eorum IV. (Cap. 16.) Orosius libro VII. Ecce regibus, & temporibus Christianis, qualiter bella civilia, cum vitari nequeant, transiguntur. Idem de Theodosio: unum aliquod ab initio urbis conditæ bellum proferant, tam pia necessitate susceptum, tam divina felicitate confectum, ubi nec pugna gravem cadem, nec victoria cruentam exegerit ulsionem. (Cap. 21. & 23. Edit. Paris. 1506.)

G R O N O V I I.

¹ Aut nude, aut ex promisso] Quemadmodum aliud pactum nudum, aliud pactum contractum faciunt 2, II. I.

² Æstimationem intrinsecam accipiunt] In sese, ac sua natura citra illud, quod ex accidenti as-

cedere, & æstimationem variare potest, æstimantur.

³ Facultatem agendi in solo societatis] Adversus alios homines aliquo societatis, sive domesticæ, sive civilis, sive totius humanitatis, vel quocumque vinculo nobiscum conjunctos.

⁴ Etiam si forte in peccato] Ut miles, vel subiectus principis, populive, cui cum mea patria, vel principe bellum est.

⁵ Alibi] 2, I. 3.

⁶ Citra culpæ alienæ] Quamvis illius, cujus ea res est, culpa non contingat, ut ex ea mihi sit periculum.

⁷ Ad eum finem] Non enim huc usque valet jus illud arripiendi rem alienam mihi periculofam.

⁸ Læsa æqualitas] Violatum illud par pro pari quod e contractibus debetur.

(aa) Agitur heic de rebus, quæ quidem alias fieri non possent, extra connexionem, quam habent cum illo fine, sed tamen non sunt ex numero earum, quæ naturâ suâ, adeoque perpetuo malæ sunt, quocumque consilio fiant. Vide infra §. 6. in fin. Plura diximus in Notis nostris Gallicis. J. B.

per incendium, aut aliter, + intra iustum, scilicet, & qui peccato respondeat, modum.

III. Sciendum secundo est: jus nostrum non ex solo belli principio spectandum, + sed & ex causis subnascentibus, + sicut & in iudiciis post litem contestatam jus sæpe parti novum paritur. Sic qui se aggregant me impetenti, + sive focii, + sive subditi, + in se quoque jus tuendi me mihi porrigunt. Sic + qui bello se miscnt, quod iniustum est, + præsertim si ipsi id iniustum esse scire possunt, ac debent, obligant se ad sumtus, & damna refarcienda, quia culpa damnum dant. Sic qui bello sine probabili ratione suscepto accedunt, + ipsi quoque poenæ meritum contrahunt, pro ratione iniustitiæ, quæ ipsorum actui inest. Ita Plato e probat bellum μέγιστον ἔστιν οἱ ἀίτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναστῶν ἀλλήλων δύναι δίκην, + donec hi, qui fontes sunt, cogantur insontibus malo affectis poenas dare.

e De Rep.
Lib. v. p.
471. B.
Ed. H.
Steph.

V. J. Victor.
l. 1. n. 37.

IV. I. Observandum tertio, b + ad jus agendi ¹⁰ multa consequi indirecte, & extra agentis propositum, ad quæ per se jus non esset. f In sui defensione quomodo id locum habeat, + explicavimus ¹¹ alibi. Sic ut nostrum consequamur, + si ¹² tantundem accipi non potest, + plus accipere nobis jus est, sub obligatione tamen restituendi pretium ejus, quod redundat. Sic navis piratis plena, aut domus latronibus, tormentis peti potest, + etiam intra eandem navem, aut domum, sint pauci infantes, mulieres, aut alii, qui innocentes, quibus inde creetur periculum. Nec reus est mortis alienæ, inquit & Augustinus, qui suæ possessioni murorum ambitum circumduxit, + si ¹³ aliquis ex ipsorum usu percussus intereat.

g Ad Publ.
Epist. 154.

2. Sed sicut + antehac monuimus sæpe, + non semper ex omni parte licitum est quod + juri stricte sumto congruit; + sæpe enim proximi charitas non permittet ut summo jure utamur. + Quare etiam quæ extra propositum accidunt, & accidere posse prævidentur, cavenda erunt, ¹⁴ + nisi multo majus sit bonum, quo nostra actio tendit, quam malum id, quod metuitur, + aut nisi in pari bono, & malo, multo major sit spes boni, quam mali metus, quod prudentiæ arbitrandum relinquitur: sed ita + ut semper in dubio ad eam partem, quæ alteri magis, quam sibi consulit, ut tutiorem, incli-

G R O T I I.

b Ad jus agendi multa consequi indirecte, & extra agentis propositum] Vide hac de re Thomam prima secundæ, quæstione LXXIII, art. 8. Molinam tractatu secundo, disputatione CXXI.

G R O N O V I I.

9 Post litem contestatam] Post inceptum iudicium.

10 Multa consequi indirecte] Accedere, quæ seorsum deficiente occasione illorum, quibus hærent, & accedunt, patrare minime liceret, quæque patranda ab initio intentio nulla fuit, sed quæ trahit contagio, & vicinia illorum, quæ agendi jus habeo, eoque istis umbram præstat,

& veniam conficit. ¹

¹¹ Alibi] 2, 1. 4.

¹² Tantundem] Stricte, ac præcise tantum, & non ultra, quantum mihi debetur.

¹³ Aliquis ex ipsorum usu percussus] An prolapsus. [Videtur potius legendum, ex ipsorum casu: si enim prolapsus legas, tunc culpa erit illius, qui in muros ascenderit. [Sed in Editione Benedictin. legitur: murum circumduxerit, si aliquis ex ipsis ruinis percussus, &c. Epist. XLVII. §. 5. & ita bene se habet sensus. Auctor enim locum petierat, non ex ipso fonte, sed ex jure Canonico, Caus. XXIII. Quæst. V. C. 8. J. B.]

¹⁴ Nisi multo majus sit bonum] Ex regulis, vel normis, quas tradit, 2, 24. 5.

G R O

inclinandum sit. *Sinite crescere zizania*, ^b inquit + optimus magister, *ne dum ea evellere vultis, evellatis & triticum. Multos occidere, & indiscretos*, inquit + Seneca, ¹⁵ *incendii, & ruinae potentia est.* Docent nos historiae, quam seria poenitentia, Ambrosio monente, talem ¹⁶ + vindictae immodestiam Theodosius expiaverit.

^b Matth. XIII, 28, 29. Vide Thom. 2, 2. q. 64. art. 2. i L. 1. de Clem. o. 26.

3. + Nec si quid Deus interdum facit tale, id nobis in exemplum tradendum est, + ob plenissimum illud dominii jus, quod ille in nos habet, nobis vero alteri in alterum non concessit, ¹⁷ + ut alibi notavimus. Et tamen ille ipse Deus, hominum suo jure dominus, ob paucissimos bonos parcere solet quamvis magnae malorum universitati, + & eo suam, ¹⁸ qua judex est, aequitatem testatam facit, ut Abrahami cum Deo ^k colloquium de Sodomis aperte nos docet. Et + ex his quidem generalibus regulis cognosci potest, quantum in hostem liceat naturaliter.

^k Gen. XVIII. 24.

V. I. Sed & quaestio incidere solet, + quid liceat in eos, qui hostes non sunt, aut dici nolunt, sed hostibus res aliquas subministrant. Nam + & olim, & nuper ¹⁹ de ea re acriter certatum scimus, + cum alii ²⁰ belli rigorem, + alii ²¹ commerciorum libertatem defenderent.

2. + Primum distinguendum inter res ipsas. Sunt enim quae in bello tantum usum habent, + ut arma: sunt quae in bello nullum habent usum, ut + quae voluptati inserviunt: sunt quae & in bello, & extra bellum usum habent, ut pecuniae, commeatus, ^c naves, & quae navibus adsunt. + In primo genere verum est dictum Amalafuinthae ad ^l Justinianum, + in hostium esse partibus qui ad bellum necessaria hosti administrat. + Secundum genus querelam non habet. Sic Seneca ^m tyranno ²² gratiam se relaturum, ait, ^d ²³ si beneficium illi neque vires majores daturum est ad exitium commune, neque confirmaturum quas habet, id autem est, quod reddi illi sine pernicie publica possit: quod explicans addit: *pecuniam, qua satellitem stipendio teneat, non subministrabo; si marmora, & vestes desiderabit, nihil oberit cuiquam id, quo luxuria ejus instruitur; militem, & arma non suggeram. Si pro magno petes munere*

^l Procopi I Gotth. cap. 3. ^m De Benefic. VII. 20.

GROTII.

^e *Naves, & quae navibus adsunt*] Athenis ἀπίπρωα, id est, evehi vetita, lina, utres, lignum, cera, pix. Scholiaetes ad Aristophanis nubes, & equites. (In Equit. vers. 282. In Scholiis ad Nubes nihil hac de re: sed voluit dicere Ranae, vers. 365. J. B.)

^d *Si beneficium illi, neque vires majores daturum est ad exitium commune*] Vide Parutam libro VII.

GRONOVII.

¹⁵ *Incendii, & ruinae potentia*] Non laudabilis, & bono viro adfectanda, sed quam etiam habet incendium, aut mollis alicujus, vel aedificii casus, quae & ipsa multos sine discrimine noxiorum, & infantium absumere, aut obruere possunt.

¹⁶ *Vindicta immodestiam*] Quod cum Thessalicenses seditionem movissent, immisso milite ad septem millia trucidaverat A. C. 390.

¹⁷ *Ut alibi notavimus*] 2, 21. 14.

¹⁸ *Qua judex est*] Etiam cum induit severam judicis personam.

¹⁹ *De ea re acriter certatum*] Exemplum apud Demetrium, (seu Meteranum) lib. 18. p. 767. ad ann. 1597.

²⁰ *Belli rigorem*] Nihil tale permittendum, & qui faciunt, pro hostibus habendos.

²¹ *Commerciorum libertatem*] Jure gentium licere unicuique merces suas portare, ac vendere, ad quos voluerit.

²² *Gratiam se relaturum*] Pro beneficio, quod ab illo forte acceperit, & eum remuneraturum.

²³ *Si beneficium*] quod redditurum se cogitat. L. 7, de benef. 20.

munere ²⁴ artifices scena, & quæ feritatem ejus emolliant, libens offeram. Cui ²⁵ triremes, & aratas non mitterem, ²⁶ lusorias, & cuberculatas, & alia ²⁷ ludibria regum in mari lascivientium mittam. Et ²⁸ Ambrosio iudice, ²⁹ largiri ei, qui conspiret adversus patriam, non est probabilis liberalitas.

3. ³⁰ In tertio illo genere usus ancipitis, distinguendus erit belli status. ³¹ Nam ³² si tueri me non possum, nisi quæ mittuntur intercipiam, ³³ necessitas, ut ³⁴ alibi expofuimus, ³⁵ jus dabit, sed ³⁶ sub onere restitutionis, nisi causa alia accedat. Quod si juris mei executionem rerum subvectio impedierit, idque scire potuerit qui advexit, ut si oppidum obsessum tenebam, si portus clausos, & jam deditio, aut pax expectabatur, ³⁷ tenebitur ille mihi de damno culpa dato, ³⁸ ut qui debitorem carceri exemit, ³⁹ aut fugam ejus in meam fraudem intruxit: ⁴⁰ & ⁴¹ ad damni dati modum res quoque ejus capi, ⁴² & dominium earum debiti consequendi causa quæri poterit. Si damnum nondum dederit, sed dare voluerit, ⁴³ jus erit, rerum retentione eum cogere ut de futuro caveat obsidibus, pignoribus, aut alio modo. Quod si præterea evidentissima sit hostis mei in me injustitia, ⁴⁴ & ille eum in bello iniquissimo confirmet, jam ⁴⁵ non tantum civiliter tenebitur de damno, ⁴⁶ sed & criminaliter, ⁴⁷ ut is, qui ⁴⁸ judici imminenti reum manifestum eximit: atque eo nomine ⁴⁹ licebit in eum statuere quod delicto convenit, secundum ea, quæ de pœnis diximus; ⁵⁰ quare ⁵¹ intra eum modum etiam spoliari poterit.

4. Et has ob causas solent a bellum gerentibus ⁵² publicæ significationes fieri

G I O N O V I I.

²⁴ *Artifices scenæ*] Histrones, comædos, tragædos, mimos. *Sen. epist. 11. & 121. Sueton. Jul. 34.*

²⁵ *Triremes, & aratas*] Navés bellicas cum streis rostris.

²⁶ *Lusorias, & cuberculatas*] Voluptuarias, & distinctas in lauta, & luxuriosa cubicula. *Thalamegos Suet. Jul. 52.*

²⁷ *Ludibria regum*] Alias naves prodigiofæ magnitudinis, & luxuriæ, quibus reges, imprimis Ægypti, in mari insanierunt. Vide *Atbenæum lib. 5, p. 202.*

²⁸ *Ut alibi*] 2, 2. 6.

²⁹ *Jus dabit*] Injiciendi manum, ne perveniat ad hostem meum, sed domino rem, aut compensationem debebo.

³⁰ *Ad damni dati modum*] Tantum de rebus ejus arripi, quanto per illum ego careo.

³¹ *Judici imminenti*] Per lictores corripienti, aut pœnam irrogaturo.

³² *Intra eum modum spoliari*] Tantum poterit ei eripi, quantum ad pœnam sufficit.

G R O T I I.

Publicæ significationes fieri] Vide exempla in bello communi contra Ægyptias, Saracenos, alioque. c. ult. *de Transactionibus. c. significavit, xi. de Judais. Extravagante de Judais. c.*

Æpiofus, i. Liber Consulatus maris editus est lingua Italica, in quem relatæ sunt constitutiones Imperatorum Græciæ, Alemanix, regum Francorum, Hispanix, Syriæ, Cypri, Balearium, Venetorum, Genuensium, cujus libri titulus CCLXXIV. tractantur hujus generis controversiæ: ac sic definitur, si & navis, & merces hostium sunt, rem esse in aperto, fieri ea cupientium: si vero navis sit pacem colentium, merces autem hostium, eogi posse ab his, qui bellum gerant, navem, ut merces eas in aliquem portum deferat, qui sit suarum partium, ita tamen ut vecturæ pretium nautæ solvatur. Si contra navis hostilis fuerit, merces vero aliorum, de nave transigendum: aut, si nolint vectores transigere, cogendos ut cum navi eant in portum aliquem partium capientis, & ut capienti solvant pretium, quod pro navis usu debebatur. Apud Hollandos anno M CCCC XXXVIII. cum bellum ipsis esset cum Lubeca, aliisque civitatibus ad mare Balticum, & Albim sitis, frequenter senatu judicatum est, etiam in hostium navibus repertas merces, quas aliorum esse constaret, in prædam non cedere; idque ibi pro lege deinceps habitum est. Sic & Danix rex sensit, cum anno M D XCVII. ad Hollandos, eorumque federatos legationem mitteret, qua libertatem navigandi, mercesque ferendi in Hispaniam, cum qua Hollandi bellum gerebant acerrimum, suis vindicabat. Apud Gallos libertas mercaturam exercendi pacatis populis, etiam apud eos, qui Gallix hostes

fieri ad alios populos, tum ut de jure causæ, tum etiam + ut de spe probabili juris exequendi appareat.

§. + Hanc autem quæstionem + ad jus naturæ ideo retulimus, quia ex historiis

stes essent, semper permissa; & quidem adeo indiscrete, ut hostes sæpe sub alienis nominibus res suas occultarent; ut apparet ex edicto anno MDXLIII capite XLII. quod tralatum est in edictum anni MDLXXXIV, & sequentia. Iis edictis diserte cavetur, ut Gallorum amicis liceat belli tempore exercere mercaturam, dummodo suis navibus, suolque per homines, navelque, ac merces, quocumque visum ipsis esset perducere, dum ne merces ex sint belli instrumenta, quibus res hostium fovere velint: quod si fiat, permittitur Gallis talia belli instrumenta sibi sumere, per solito æquo pretio. Hic duo notanda, his legibus nec belli instrumenta in prædam cessisse, multo magis ab eo periculo abuisse merces innocuas. Non negem, aliud jus usurpasse interdum septentrionis gentes, sed varie, ex usu magis temporum, quam ex æquitate perpetua. Nam cum Angli bellorum suorum obtentu Danorum commercia impedissent, natum inde jam olim bellum inter eas gentes eo exitu, ut Dani Anglis tributum imponerent, cui Danico denario nomen, cui, mutata quamvis causa, nomen mansit adusque tempora Guilielmi ejus, qui stirpem nunc regnantem in Anglia fundavit, ut notavit vir magnæ fidei *Thuanus* in historia anni MDLXXXIX. Rursum ab *Elisabetha*, sapientissima Angliæ regina, missi anno MDLXXV. ad *Batavos* *Wilhelmus Winterus* ex ordine equestris, & *Robertus Bealus* regio consilio ab epistolis, qui ostenderent, ferre Anglos non posse, quod *Batavi*, in ipso æstu belli in Hispanos, naves Anglorum ad Hispanicis portus vectas detentassent. Narrat *Reidanus* in historia Batavica (pag. 17. *Verf. Latin. D. Vos*) anno MDLXXV. & *Britannus Camdenus* anno sequente. (p. 273. *Ed. Elzevir.*) Cum vero Angli & ipsi Hispanis hostes facti, Germaniæ civitatibus jus in Hispaniam navigandi turbarent, quam id non certo jure fecerint, apparet ex scriptis adversariis gentis utriusque, dignis lectu ad noscendam hanc controversiam. Et notandum, Anglos in suis scriptis ipsos id agnoscere, cum duo maxime pro sua afferunt causa, & belli instrumenta fuisse quæ a Germanis in Hispaniam deferrebantur, & pactiones veteres intercedere, quo minus id fieri liceret: quales postea pactiones & *Hollandi*, sociique eorum cum *Lubecensibus*, sociisque eorum fecere anno MDCXIII, ne aut hi, aut illi hostium subditos intra suos fines mercari permitterent, aut hostes pecunia, milite, navibus, victu juvarent: & posterius, anno scilicet MDCXXXVII. inter *Suediæ*, *Daniæque* reges convenit ut *Danus* impediret omnem mercatum cum *Dantiscanis* *Suedi* hostibus, sed nec ad alios *Suedi* hostes merces ullas per fretum *Cimbricum* ire sineret, pro quo rex *Daniæ* alia sibi vicissim commoda

stipulatus est: sed hæc sunt pacta specialia, ex quibus nihil inferri potest quod omnes obliget. Nam & illud in scriptis suis dixere *Germani*, non omnes pactis merces prohiberi, sed eas, quæ in Angliam semel importatæ, aut in Anglia comparatæ essent. Neque vero soli *Germani* *Anglis* cum hoste suo commercia vetantibus contradixere. Etiam *Polonia* missio legato conquesta est, jus gentium immiaui, quando ob *Anglicum* cum *Hispania* bellum ipsis cum *Hispanis* commercia agitando libertas adimeretur, ut in anno MDXCVII. narrant memorati jam nobis *Camdenus*, & *Reidanus*. (*Camden. pag. 692, & seq. Reid. pag. 372, & seq.*) Galli vero post pacem *Verbinianam* cum *Hispano* factam, *Elisabetha* Angliæ regina in bello perstante, rogati ab *Anglis* ut naves Gallicas in *Hispaniam* euntes excutere liceret, ne quis forte bellicus paratus occultaretur, concedere ne hoc quidem voluere, dicentes, obtentum rapinis, & commerciis turbandis quæri. Et eo federe, quod *Angli* cum *Hollandis*, eorumque sociis anno MDCXXV. pepigere, id quidem convenit, ut rogarentur cætera gentes, quarum intererat magnitudinem *Hispanicam* infringi, ut & ipsæ vetarent cum *Hispanis* commercia, sed, si ultro id non facerent, placuit inspicere naves, cum quid bellici instrumenti ferrent, sed ultra neque naves, neque merces retentari, aut quicquam pacatis neceri eo nomine. Atque evenit eodem anno, ut *Hamburgenses* quidam in *Hispaniam* irent nave maxima ex parte onusta apparatu bellico, qui ipse quidem apparatus ab *Anglis* vindicatus est, sed cæterarum mercium per solutum est pretium. Galli autem, cum ab *Anglis* naves Gallicæ in *Hispaniam* euntes in sicum raperentur, ostenderunt, pati se id nolle. Bene ergo dictum a nobis, significationes publicas requiri, quod & *Angli* ipsi ita fecerunt; a quibus factæ significationis talis exemplum est apud *Camdenum* circa annum MDXCI & MDXCVIII. Neque vero talibus significationibus semper paritum, sed distincta tempora, causæ, loca. Anno enim MCCCXLVIII. *Lubecensis* civitas significationi a *Dantiscanis* sibi factæ, ne cum *Malmogensibus*, & *Memelensibus* *Dantisci* hostibus mercaturam exerceret, parendum non censuit. Neque magis parucere *Hollandi* anno MDLI. cum *Lubecensis* ipsis denuntiarent, ut a *Danorum*, quos ipsi hostes tum habebant, commercio abstineretur. Anno vero MDXXII, quo tempore inter *Suedos*, *Danosque* bellabatur, cum *Danus* *Asiaticas* civitates rogasset, ne cum *Suedis* commercia haberent, quædam civitates amicitia ipsius indigentes morem gessere, aliæ non item. *Hollandi*, bello ardente inter *Suediam*, & *Poloniæ* regem, nunquam passi sunt sibi aut hujus, aut illius gentis commercio interdici.

Galli

¶ Polyb.
I. c. 83.
r Plut.
Demetrio.
pag. 904.
E.

storiis f⁺ nihil comperire potuimus ea de re jure voluntario gentium esse constitutum. Romanos, ¶ qui Carthaginensium hostibus commeatus attulerant, ipsi Carthaginenses aliquando ceperunt: eosdem iidem Carthaginenses repetentibus Romanis reddiderunt. Demetrius r cum Atticam teneret exercitu, jamque vicina oppida Eleusina, & Rhamnunte cepisset, Athenis famem facurus, navis frumentum inferre parantis s⁺ & magistrum, & gubernatorem suspendit, atque eo modo deterritis cæteris potitus urbe est.

VI. I. Modum agendi quod attinet, + vis, ac terror, maxime propria bellorum. + An & dolis uti liceat, quæri solet. Nam Homerus quidem dixit, hosti nocendum :

(bb) Ἡ δόλω, ἢ βίῃ, ἢ ἀμφαδόν, ἢ κρυφῆδόν.
Sive dolo, seu vi manifesta, clamve, palamve.

Et Pindari est, (Isthmiac. IV. 82.)

Χρῆ δὲ πᾶν ἔρ — —
δοῦν ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρὸν.
Quidvis agendo scilicet hostica
Delenda vis est.

Apud Virgilium quoque ³³ dictum illud;

³⁴ Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Sequitur ipse

Riphem;

Gallis autem semper reddidere naves, quas ab Hispania revertentes, aut in Hispaniam, ipsis tunc hostilem, euntes Hollandicæ naves intercepterant. Vide Ludovici Servini advocati quoniam regii orationem habitam anno MDXCII in causa Hambrugiensium. Verum, iidem Batavi Dunquercam, ad quam classem habebant, ab Anglis merces inferri non siverunt: quomodo Dantiscani anno MCCCCLV. Batavis denuntiaverunt, ne quid in urbem Regiomontanam inferrent, narrante Gaspare Schutizio in historia Prussica. Adde Cabetum decisione XLIII, num. 2. & Seraphinum de Frcitas in libro de justo imperio Lusitanorum Asiatico, ubi complures adducit alios.

f Nihil comperire potuimus ea de re jure voluntario gentium esse constitutum] Multa hujus questionis habet vir doctissimus Johannes Meursius in historia Danica libro I. & II. Ubi videbis Lubecenses, & Imperatorem esse pro commerciis, contra ea Banos. Vide & Crantzium Vandalicorum libro XIV. (Cap. 29.) Thuanum in dicto anno MDLXXXIX. libro historiarum XCVI. Cumdemum, præter jam dicta loca, in anno MDLXXXIX, & MDXCV. Ubi illa inter

Anglos, & Germanos, quos Asiaticos vocant; controversia tractatur.

g Et magistrum, & gubernatorem suspendit] Non multum dissimile est quod de Pompejo narrat Plutarchus in Mithridaticæ belli historia: ἐπέστηκε Φύλακας τῶν νεῶν ἐπὶ τῆς πλείοντος εἰς Βόσφορον ἐμπορίας, καὶ δανάσας ἢ ἡσμία τοῖς ἀλισκομένοις; custodes imposuit Bosphoro, qui observarent, si quis mercatorum in Bosphorum navigarent. deprehensus pania mors. (Pag. 639. E.).

G R O N O V I I.

³³ Dictum illud sequitur] V, 426. his verbis hortantem Chorcæbum sequitur vir celebris tanta justitiæ fama, non secuturus siquidem id injustum esse putasset.

³⁴ Dolus, an virtus] 2, Æneid. 300. Sive fallendo quis hostem, sive vi superet, quis ob utrumvis victorem reprehendum putet.

(bb) Non est versus Homericus; sed pars ejus legitur Odyss. IX, 119. & Lib. I. vers. 295, 296. Habet Auctor è Stobæo, Serm. LII. pag. 365. ubi Antigono tribuitur. J. B.

G R O

Ripheus, justissimus unus
Qui fuit in Teucris, & servantissimus equi.

Et legitur hoc ipsum imitatus sapientiae nomine nobilissimus Solon. Silius
in rebus Fabii Maximi :

Exin virtuti placuit dolus.

2. Apud Homerum + Ulysses viri sapientis exemplum, plenus ubique fraudium in hostem : unde Lucianus regulam elicit, " laude dignos qui hostem fallunt. Nihil utilius in bello dolis, Xenophon * dixit; & Brasidas apud Thucydidem, praecelaram imprimis laudem esse ex h³⁵ belli furtis : & apud Plutarchum = Agefilaus, hostes decipere & justum, & licitum esse. Polybius, quae vi fiunt in bello minoris censenda, " quam quae ex occasione, & dolo : & ex eo Silius b Corvinum sic inducit loquentem :

i Bellandum est astu : levior laus in duce dextra.

Atque ita censuisse ipsos illos severos Laconas notat Plutarchus, c ac majorem etiam victimam ab eo immolatam, qui dolo, quam qui aperto Marte rem confecisset. Idem k Lylandrum magni facit d ἀπάταις τὰ πολλὰ διαποικίλλοντα τοῦ πολέμου, pleraque belli dolis variantem. Et in Philopocmenis laudibus ponit, e quod Cretensum disciplina institutus simplicem illum, ac generosum bellandi morem dolis, ac furtis miscuisset. + Ammiani f est : nullo discrimine virtutis, ac doli, prosperos omnes laudari debere bellorum eventus.

3. Jurisconsulti Romani + bonum dolum vocant, g si adversus hostem quis machinaretur : & alibi, h nihil interesse, vi quis, an fallacia potestatem hostium evaserit : 36 + δόλος & ψεκτός, οἷα στρατιωτικὸς notat ad Iliados O Eustathius. Inter Theologos i Augustinus : cum justum bellum suscipitur, vi aperta pugnet quis, aut ex insidiis, nihil ad justitiam interest. Et Chrysostomus, k maxime laudari Imperatores, qui fraude victoriam quaesissent.

4. Sed + nec desunt sententiae, quae suadere videntur partem contrariam, l quarum nonnullas infra adferemus. + Quaestionis hujus definitio pendet ex eo,

i Quaest. X. super Josue, Cauf. XXIII. Qu. II. C. 2. k Lib. I. De Sacerdotio. Tom. VI. pag. 6.

G R O T I I.

h Belli furtis] Ita & Virgilius loquitur Aeneidos XI. (vers. 515.) & Sallustius, quem citat Servius. (Vide Nonium Marcellum, voce Furtum, pag. 310. Edit. Mercer.)

i Bellandum est astu] Muhammedis dictum simile : elharbu Hadiatum, id est, pugna fraudem requirunt. Apud Virgilium in comitatu Martis, (Aen. XII. 336.

Iraque, insidiatque.

Tom. III.

Ubi Servius : non tantum virtute, sed insidiis comitatum se ostendit.

k Lylandrum] Ei Sullam comparat Plutarchus, in cujus animo leonem esse, & vulpem, dicebat Carbo, (pag. 469. F.)

G R O N O V I I.

35 Ex belli furtis] Stratagematis, insidiis, machinationibus clandestinis.

36 Δόλος & ψεκτός] Dolus non vituperandus; quippe bellicus.

B b b b

G R O -

s Plutarch. in Sol. p. 82. t Lib. XV, vers. 227.

a Luc. Philopocmen. pag. 326, 327. Ed. Amst. x Cyri inst. I. c. 6. & de re equestri, c. 5. n. 9. y Lib. V. cap. 9.

z Plat. apoph. pag. 209. a Polyb. I. IX. c. II. b Lib. V. vers. 100. c Vit. Marcell. pag. 311. B.

d Vit. Lyf. p. 437. A.

e Pag. 363. E. f Lib. XVII. c. 5. g L. I. §. 2. D. de dolo malo. h L. nihil. 26. D. de captivis.

eo, an dolus ³⁷ in genere sit semper malorum, in quibus locum habet, + non esse faciendum malum ut eveniat bonum, an ex iis, quæ vitium non habent universaliter ex sua natura, + sed quibus accidere etiam potest ut bona sint.

VII. Notandum igitur, + dolum alium consistere in ³⁸ actu negativo + alium in actu ³⁹ positivo. Doli vocem + etiam ad ea, quæ in negativo actu consistunt, extendo, i Labeone auctore, qui ad dolum, sed non malum refert, ubi quis per dissimulationem tuetur sua, vel aliena. Haud dubie + crude nimis a Cicerone dictum (cc) est ^m: *ex omni vita simulationem, dissimulationemque tollendam*. Nam cum nec quæ scias, nec quæ velis + omnia aperire aliis tenearis, sequitur ut dissimulare quædam apud quosdam, id est tegere, & occultare, fas sit. *Licet*, inquit ¹ Augustinus, *veritatem occultare prudenter, sub aliqua dissimulatione*. Et ^m necessariam hanc omnino, atque inevitabilem, his præsertim, quibus respublica commissa est, non uno loco fatetur ipse ^o Cicero. Exemplum ad hanc rem insigne præbet Jeremiæ historia capite XXXVIII. Is enim propheta a rege interrogatus de obsidionis eventu, apud proceres, regis postulatu, hoc ipsum prudenter occultat, + aliam inter causam, nec falsam tamen, colloqui adferens. Et huc quoque referri potest, quod ⁿ Abrahamus ^p Saram sororem, + id est, ex usitato tum loquendi more, propinquam consanguineam vocat, + matrimonium dissimulans.

+ VIII. ¹. + Dolus, qui in actu positivo consistit, ⁴⁰ si in rebus, similitudo, si ⁴¹ in sermone, mendacium vocatur. Quidam inter hæc duo hanc constituunt differentiam, quod dicant, + voces naturaliter signa esse intellectuum, + res non item. Sed contra verum est, voces natura ipsa, & ⁴² + citra hominum voluntatem nihil significare, nisi forte vox sit ⁴³ confusa, & *ἀναρρητός*, qualis in dolore, quæ ipsa ⁴⁴ rei magis appellatione venit, quam

G R O T I I.

¹ Augustinus] Et in V. Psalmum versiculo : *perdes omnes. Aliud est mentiri, aliud est verum occultare*. Citatur causa XXII, questione II. c. 14. ^m *Necessariam hanc omnino, atque inevitabilem*] Vide Chrysostrorum primo de Sacerdotio. (§. 63, & seq. Ed. Bengel.)

ⁿ Abrahamus] *Veritatem voluit celari, non mendacium dici*. Augustinus questione XXVII. in Genesim, relatus a Gratiano dicta causa XXII, questione II. c. 22.

G R O N O V I I.

³⁷ *In genere semper malorum*] Quæ quocumque loco, modo, tempore fiant, vitiosa sunt, uti quibus fides violatur.

³⁸ *Actu negativo*] Cum decipimur, quia fit, quod non expectabamus, quoniam qui facit, non ostenderit se tale quid esse facturum.

³⁹ *Positivo*] Cum decipimur, quia fit secus, atque prioribus vel dictis, vel factis, opinionem fecerat se facturum esse.

⁴⁰ *Si in rebus*] Quoties aliud agimus, quam agere videmur.

⁴¹ *In sermone*] Quoties aliud dicimus, aliud agimus, aut intendimus.

⁴² *Citra hominum voluntatem*] Boetius de Interpret. p. 329. *Oratio est vox significativa secundum placitum*. Idem de Syllog. categor. p. 481. *Ad placitum vero, quia nullum nomen aliquid per se significat, sed id ponentis placitum*. Illud enim unaqueque res dicitur, quod ei placuit, qui primus ei rei nomen impressit.

⁴³ *Confusa*, & *ἀναρρητός*] Ut ejulatio, cachinnus, rictus, sternutatio. Boeth. d. I. de Syll. *Sunt voces naturaliter significantes: ut canum latratu iras canum significat, & alia ejus quedam vox blandimenta: sed non sunt nomina, quia non sunt ad placitum significantes, sed natura*.

⁴⁴ *Rei*] Soni, quo potius factum, quam dictum auditur.

(cc) Vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM. De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. cap. I. §. 9. Not. 5. alterius Editionis. Auctor ipse postea §. 9. Ciceronem inter eos ponit, qui non omne falsiloquium malum esse putarunt. J. B.

G R O -

quam locutionis. Quod si hoc dicatur, + hominis naturam hanc esse peculiarem supra animantes cæteras, ut + conceptus animi possit aliis indicare, + & ad eam rem voces repertas, verum quidem dicitur: sed addendum est, non solis vocibus tale fieri indicium, + sed & 9 nutibus, + ut apud mutos, +7 sive illi nutus aliquid habent cum re significata + commune ipsa natura, + si tantum +8 ex instituto significant: quibus nutibus pares sunt +9 + notæ illæ, quæ non voces lingua figuratas significant, ut P Paulus + jurisconsultus loquitur, sed res ipsas, + sive ex aliqua convenientia, ut notæ 20 hieroglyphicæ, sive mero arbitrato, + ut apud Sinenses.

q L. La-
beo 7. §. f.
D. de sup.
leg.
r L. Non
figura 38.
D. de obl.
& act.

2. + Alia igitur hic adhibenda distinctio est, qualem adhibuimus ad tollendam ambiguitatem + in voce juris gentium. Diximus enim, jus gentium dici, + & quod singulis gentibus 21 placuit sine mutua obligatione, + & id, 22 quod mutuam obligationem in se continet. (dd) Voces ergo, & nutus, & notæ, quas diximus, + reperta sunt ad significandum 23 cum mutua obligatione, quod Aristoteles dixit 24 κατὰ συνθήκην: 25 + res aliæ non item. + Hinc fit + ut rebus aliis uti liceat, etiam si prævideamus futurum ut alter inde falsam concipiat opinionem. + Loquor de eo, quod intrinsecum est, non de eo, quod accidit. Itaque exemplum ponendum est, + ubi nullum sequitur inde nocumentum, + aut ubi nocumentum ipsum, seposita doli consideratione, licitum est,

s De in-
terpr. c. 4

3. Prioris

G R O T I I.

o Sed 9 nutibus] Plinius de Æthiopum gente libro VI, 30. Quibusdam pro sermone nutus, motusque membrorum est. Vide c. tuæ fraternitati, 25. de sponsulibus.

p Paulus jurisconsultus loquitur] Non figura, inquit, literarum, sed oratione, quam expriment literæ, obligamur, quatenus placuit non minus valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significaretur. Valde philosophice dixit placuit, ut ostenderet, hæc valere ex συνθήκῃ.

q Ut rebus aliis uti liceat, etiam si prævideamus, futurum ut alter inde falsam concipiat opinionem] Vide Augustinum de Doctrina Christiana lib. II, c. 34.

r Ubi nullum inde sequitur nocumentum] Ut in facto Micholis, I Sam. XIX, 16.

G R O N O V I I.

45 Conceptus animi] Cogitatio.

46 Sed 9 nutibus] Quinçtil. II, instit. 3, 833. Non manus solum, sed nutus etiam declarant nostram voluntatem, 9 in nutis pro sermone sunt, 9 salutatio frequenter sine voce intelligitur, atque afficit.

47 Sive illi nutus] Sunt gesticulatio exprimens, & formans actionem, motumve simili illi, quem significamus: ut Suetonius refert, Datum Atellanarum histrionem cantici cujusdam illa verba, Vale pater, vale mater, ita demonstrasse, ut bi-

bentem, natantemque faceret, & exitum Claudi, & Agrippinæ significaret. Ner. 39. Item cum inclinatione capitis assentimus, quassatione negamus. Gellius 10, 3.

48 Ex instituto] More introducto, & recepto; ut in senatu cum Sc. per discessionem fieret, pedibus aut in sententiam, aut in alia omnia ibant: in militia manum promittebant.

49 Notæ illæ, quæ non] Ut litteræ copulatæ in syllabas.

50 Hieroglyphicæ] Sacerdotum Ægyptiorum. Tacit. 2, ann. 60. & II, 14.

51 Placuit sine mutua] Ita ut ad id nemo cogatur, sed possit id jure civili apud quosdam populos restringi, & abrogari.

52 Quod mutuam] Ad quod servandum omnes tenentur, & qui non servant, pro nefariis, & intestabilibus habentur.

53 Cum mutua obligatione] Ut non debeat ea nisi uno, & suo modo accipere.

54 Κατὰ συνθήκην] Ex constituto signo omnibus communi.

55 Res aliæ non item] Ut possis vel sic, ut facit, qui eas voces, notas, & gestus edit, vel aliter accipere.

(dd) Hæc, ut in toto argumento isto, conferendus perpetuo PUFENDORPIUS, De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. Cap. 1. cum Notis nostris, ubi res accuratius pertractatur, in alterâ præsertim Editione. J. B.

z Luc.
XXIV, 28.

u Marc.
VI, 48.

x Act.]
XVI, 3.

y Strom.
Lib. VII.
Cap. 9.
p. 863.

z Livius
V. c. 48.

a Josue
VII. Silo.
in verbo
bellum p. 1,
v. 8.

3. Prioris exemplum est in Christo, [†] qui apud comites Emauntinos ⁶⁰ προσποιεῖτο ire longius, id est, speciem prætulit ituri longius, nisi malimus vere quoque voluisse eum ire longius, [†] sub conditione tamen nisi magno nisu retineretur, quomodo & Deus [†] multa velle dicitur, quæ non fiunt: & alibi ^u Christus ipse dicitur [†] voluisse præterire apostolos navigantes, nempe nisi impense rogaretur navem ascendere. Alterum exemplum dari potest [†] in Paulo, qui Timotheum circumcidit, ^z cum satis sciret, Judæos hoc ita accepturos, quasi circumcisionis præceptum, [†] quod revera abolitum jam erat, adhuc obligaret Israelis posteros, quasque ita sentirent ipsi Paulus, & Timotheus: cum tamen hoc non quæreret Paulus, sed tantum familiarius cum Judæis versandi facultatem sibi, & Timotheo præbere. Neque vero circumcisio, sublata lege divina, ex instituto [†] amplius significabat talem necessitatem, [†] neque malum, quod inde sequebatur, erroris ad tempus, dedocendi postea, tanti erat, quanti illud bonum, quo Paulus tendebat: nimirum, evangelicæ ⁵⁹ veritatis insinuatio. Hanc simulationem patres Græci sæpe vocant ^s Οἰκονομίαν. de qua egregia existat sententia Clementis Alexandrini, ^y qui de viro bono agens sic ait: ἐπὶ τῶν πλησίων ὀφελεία μόνη ποιήσει τινα, ἢ οὐκ ἂν προηγαμένως αὐτῷ πραχθείη: ob utilitatem proximi faciet quedam, quæ sponte alioquin, ac primaria intentione non faceret. Tale in bello Romanorum illud, ^z qui de capitolio ⁵⁸ panem in hostium stationes jecerunt, ne fame premi crederentur.

4. Exemplum [†] posterioris est in ficta fuga, ^a qualem Josue suis præcepit ad Hajum expugnandum, [†] & alii duces sæpe. Nam hic ⁵⁹ quod sequitur nocumentum [†] licitum esse ponimus ex belli justitia; ipsa autem fuga [†] ex instituto nihil significat, [†] quanquam hostis eam accipit ut signum pavoris, quod alter cavere non tenetur, [†] utens sua libertate huc, vel illuc eundi, & magis, minusve celeriter, & hoc, vel illo gestu, habituve. Eodem referri debet [†] eorum actus, qui hostium armis, signis, vestibus, velis usi passim leguntur.

5. Hæc enim omnia ejus sunt generis, [†] ut a quovis pro arbitrio, [†] etiam contra consuetudinem usurpari possint, quia consuetudo ipsa ⁶⁰ [†] singulorum arbitrio, [†] non quali consensu communi, introducta est, [†] qualis consuetudo neminem obligat.

IX. I.

G R O T I U S

^s Οἰκονομίαν] Sic hanc vocandam, non ἀπάτην id est fraudem, ait Chrysostronus indicato jam libro primo de Sacerdotio. (Tom. VI. pag. 7.) Idem II ad Corinthios IV, 6. ἢ δὲ ταῦτα ἕξ ὑπόκρισις, ἀλλὰ συγκατάβασις καὶ οἰκονομία non hic fraus fuit, sed obsequentia quedam, & dispensatio. (Tom. III. p. 313.) Et IX, 20. ἵνα γὰρ τὰς ὄντας ἀληθῶς εἰς ταῦτα μεταστή, ἐγένετο αὐτῶς ἢ ἀληθῶς, ἐπιδεικνύμενον μόνον, καὶ ἂν δὲ, εἴδῃ ἐν δικαιοῦσι ταῦτα πράττων ἕως ἔχρατος ut enim qui tales revera erant, corrigeret, factus ille talis, non revera aliud, quam quod erat, præ se ferens,

agens talia, sed non ex tali animi proposito. (Pag. 383.) Huc referri potest simulatus Davidis furor.

G R O N O V I I.

⁵⁶ Προσποιεῖτο] Præ se ferebat.

⁵⁷ Veritatis insinuatio] Quam scilicet sperabat se consecuturum conversando cum Judæis.

⁵⁸ Panem in hostium] Flor. I, 19.

⁵⁹ Quod hic sequitur nocumentum] Ut hostes pelliciantur in insidias, aut abducantur ab ejus loci tutela, cui insidiamur.

⁶⁰ Singulorum arbitrio] Prout alius, atque alius sibi commodum putarunt.

G R O -

IX. 1. Gravior est disputatio + de illis ^o notis, quæ, ut ita dicam, in commercio hominum versantur, + in quo genere proprie mendacium situm est. + Multa enim sunt contra mendacium in sacris literis. *Verbum mendax odio habebit justus*, id est, *vir bonus*. Proverb. XIII, 5. *Falsiloquentiam*, & *verbum mendax amove a me*. Proverb. XXX, 8. *Perdes loquentes mendacium*. Psalm. V, 7. *Ne mentimini alter alteri* Coloss. III, 9. Et hanc partem rigide tuetur + Augustinus : & sunt etiam inter philosophos, & poetas, qui cum eo sentire videantur. Notum illud Homeri, (*Iliad.* IX, 312, 313.)

*Ille mihi invisus pariter cum faucibus orci,
Cujus mens aliud condit, quam lingua profatur.*

Sophocles ^b,

*Aliena vero proloqui nunquam decet:
At vera certam si cui pestem ferunt,
Huic danda venia est si facit quod non decet.*

^b Fragm.
Crenel. apud
Stob.

Cleobulus (ee):

Mendacium odit quisquis animatus sapit.

+ Aristoteles dixit, ^c κατ' αὐτὸ τὸ μὲν ψεύδῃ φαῦλον καὶ ψεκτὸν, τὸ δὲ ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετὸν *per se mendacium turpe, atque vituperabile, veritas pulchra, ac laudabilis.*

^c Ethic.
Nicom. IV.
13.

2. Neque tamen deest in alteram quoque partem auctoritas : primum in sacris literis exempla t laudatorum hominum ^o sine reprehensionis nota : deinde veterum Christianorum pronuntiata, Origenis, Clementis, Tertulliani, + Lactantii, Chrysofomi, Hieronymi, Cassiani, imo pene omnium, ut ipse fatetur Augustinus, + ita dissentiens, ut tamen *magnam questionem, latebrosam tractationem, disputationem* ^o inter doctos alternantem (hæc enim omnia ipsius verba sunt) agnoscat.

^d Lib. I. §
II. & V.
de Rep.
^e Memorab. Socras.
Lib. IV. c.
2. §. 16, 17.
^f Plat. de
Stoicorum
contradict.
pag. 1055,
1056.

3. Inter philosophos aperte hinc stant Socrates, & discipuli ejus ^d + Plato, Xenophon ^e, & alicubi Cicero, & si Plutarcho, ^f ac ^o + Quintiliano ^e credimus, Stoici, qui inter sapientis dotes ponunt mentiri ubi, & quomodo oportet : neque videtur dissentire aliquot in locis Aristoteles, ^b cujus illud

^g XII, I.
^h Nic. II,
7. IV, 13.

καθ'

G R O V I I.

t *Laudatorum hominum sine reprehensionis nota*] *Irenæus* ex veteris presbyteri institutione didicit, docuitque : *de quibus scriptura non increpat, sed simpliciter sunt posita, nos non debere fieri accusatores.* Locus est libro IV, c. 50. (Vide quæ de eo loco diximus in Libro Gallico *De Doctrina Morali Patrum*, Cap. III. §. 7. J. B.)

G R O N O V I I.

61 *Notis, quæ in commercio*] De vocibus, & illis signis, quibus instituta hominum, & longam tempus definitam, & perpetuo eandem significa-

tionem imposuerunt.

62 *Sine reprehensionis nota*] Ne ob id quidem, quod mentiti fuisse videntur, reprehensorum, aut notatorum. (Adeoque suspicor heic in verbis Auctoris nostri, post *hominum excidisse, mendacio utentium*, aut quid simile. J. B.)

63 *Inter doctos alternantem*] Contrariis sententiis, & argumentis vehementer agitatam. (Locus Augustini est in Lib. *De Mendacio*, Cap. I.)

64 *Quintiliano*] 12, I. 357.

(ee) *ψεύδῃ δὲ μισὴ πᾶς σοφὸς καὶ χρησίμων.* Hoc etiam ex *С Т О В Ъ О*, sed qui *Menandro*, non *Cleobulo*, tribuit. J. B.

¶ *Para-
phr. Eth.
Nic. Lib.
v. c. 8. p.
c97.*

καθ' αὐτό, quod diximus, exponi potest ⁶⁵ communiter, sive re spectata ⁶⁶ sepositis circumstantiis. Interpres autem ejus Andronicus ⁶⁷ Rhodius de medico apud ægrotum mentiente sic ait: ἀπατᾶ μὲν, ἀπατεῶν δὲ οὐκ ἔστιν· decipit quidem, at deceptor non est: Causam addit: ἔ γάρ τελέῃ ἔχει τὴν ἀπάτην τοῦ νοσῶντος, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν non enim propositum sibi habet decipere, sed servare ægrotum.

¶ *Inst.
Orat. XII.
I.
i Apud
Stob. Tit.
XII.*

4. Quintilianus, ^k quem dixi, ⁺ hanc ipsam partem defendens, pleraque esse, ait, quæ ⁶⁸ non tam factis, quam causis eorum vel honesta fiant, vel turpia. Diphilus ^l,

*Quod pro salute dicitur mendacium
Me judice habere nil potest incommodi.*

Quærenti apud Sophoclem Neoptolemo, (*Philoctet.* vers. 107.)

Non tibi videtur turpe falsiloquentia?

Respondet Ulysses,

Non, si salus nascatur ex mendacio.

¶ *Inst.
Orat. II.
17.
n Lib. III.
C. 72.*

Cui similia ex Pisandro, & Euripide adferuntur. Et apud Quintilianum lego: ^m nam [¶] mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est. Eustathius Metropolitæ Thessalonicensis ad secundum Odyssæ: ψεύσεται ⁿ κατὰ καιρὸν ὁ σοφός· mentietur sapiens re urgente: ubi & ex ⁿ Herodoto, & Isocrate testimonia adfert.

¶ *Tb. 2. 2.
qu. 110.
art. I. in
resp.
p Gell.
XI, c. XI.*

X. I. Tam dissidentium sententiarum ⁺ conciliatio forte aliqua reperiri poterit ^o ex largiore, aut strictiore mendacii acceptione. Neque enim hic mendacium fumimus ^x ⁺ quatenus & imprudenti accidit, quomodo ⁺ mendacium dicere, & mentiri, apud ^p Gellium discernuntur: ⁺ sed de eo agimus, quod scienter profertur cum significatione, quæ mentis ⁶⁹ conceptui, sive in intelligendo,

G R O T I I.

^u Κατὰ καιρὸν] In tempore, ut *Donatus* loquitur ad *Adelphos* IV, 3. (vers. 18.) Et ipsam fallere in tempore, quidam de officiis scribentes re- flum putant. Cicero pro *Q. Ligario*, aliquod mendacium honestum, & misericors vocat (Cap. 5.)

^x Quatenus & imprudenti accidit] Ream linguam non facit nisi rea mens. Et: Nemo mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum, quia, quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Sunt hæc *Augustini*, de verbis *Apostoli* sermone XXVIII. & enchiridii c. 18. relata a *Gratiano* in causam XXII, questione 11. c. 3, 4.

G R O N O V I I.

⁶⁵ Communiter] Plerumque, ut plurimum.
⁶⁶ Sepositis circumstantiis] Extra casus singulares, qui satis id excusent.

⁶⁷ De medico apud ægrotum] *Celsus* apud *Ori- gen.* lib. 3. p. 171. 'Απάτη δὲ ἢ ψεύδος ἀλλὰ μὲν κακὰ, μόνως δ' ἂν ὡς ἐν Φαρμάκων μοίρα χρωσ- τος, ἢ πρὸς φίλους νοσῶντας ἢ μεμπτότας ἰωμένων· ἢ πρὸς ἐχθρὸς κίνδυνον ἐκφυγεῖν προμηθεύμενος.

⁶⁸ Non tam factis] In quibus non tam opus ipsum, quam intentio, & finis operis, vel laudem, vel vituperationem meretur, *Quintili- an.* 12, 1. 557. Sic judicet pleraque esse, quæ non tam factis, quam causis eorum vel honesta fiant, vel turpia. Nam si hominem occidere sæpe virtus, liberos necare nonnunquam pulcherrimum est; asperiora quedam adhuc dictu, si communis utilitas exegerit, facile conceditur: ne hoc quidem nudum est intuen- dum, qualem causam vir bonus, sed etiam quare, & qua mente defendat.

⁶⁹ Conceptui sive intelligendo] Cogitationi, vel quantum ad iudicium, & opinionem, vel quantum ad voluntatem, & consilium.

G R O :

telligendo, sive in volendo, disconveniat. Nam quod ⁷⁰ primo και ἀμέσως verbis, & similibus notis indicatur, sunt ⁷¹ mentis conceptus: + ideoque non mentitur qui dicit rem falsam, quam veram existimat, sed qui dicit rem veram quidem, + sed quam falsam putat, mentitur. ⁷² + Significationis ergo falsitas id est, quod ad communem mendacii naturam requirimus. + Cui consequens est, cum vox aliqua, aut ⁷³ sermonis complexio est πολύσημο, id est, plures uno significatus admittit, + sive ex vulgi usu, sive ex artis consuetudine, sive ex figura aliqua intelligibili, tunc si animi conceptus uni istarum significationum congruat, ⁷⁴ + non admitti mendacium, + etiamsi putetur is, qui audit, in aliam partem id accepturus.

2. Verum quidem est, talem locutionem usurpatam temere non probandam: + sed potest ex accedentibus causis honestari: puta si id pertineat + ad erudiendum eum, qui curæ nostræ est traditus, + aut ad evitandam ⁷⁵ iniquam interrogationem. Prioris generis exemplum ipse Christus dedit, cum diceret, *1 Lazarus amicus noster + dormit*, quod apostoli accipiebant tanquam de dormitione somni diceretur. Et quod + de templo instaurando ipse dixerat, intelligens hoc de suo corpore, Judæos sciebat accipere de templo proprie dicto. Sic & cum apostolis ad instar ⁷⁶ Phylarcharum, apud Hebræos sedes eximias, & regi proximas duodecim promitteret, + & alibi + vini novipotationem in patris regno, + satis scivisse videtur non aliter hoc ab illis accipi, quam de regno aliquo hujus vitæ, cujus spe + ad ipsum momentum Christi ad cælum ascensuri pleni erant. Idem alibi + per fabularum ambages populum alloquitur, + ne audientes ipsum intelligerent, + nisi scilicet animi attentionem talem, ac docilitatem afferrent, qualem afferri par erat. + Posterioris usus exemplum ex profana historia dari potest in L. Vitellio, + cui Narcissus instabat, + aperiret ambages, & veri copiam faceret: sed non ideo pervicit, + quin ⁷⁷ suspensa, & quo ducerentur inclinatura responderet.

q. Job.
XI, II.
r. Job. II,
20. 21.
s. Luc.
XXII, 30.
t. Matth.
XXVI, 29.
u. Act. 1.6.
x. Matth.
XIII, 13.
y. Tacit.
Annal. IX.
cap. 34.

Dictum

G R O T I I.

y. Etiamsi putetur is, qui audit, in aliam partem id accepturus] Quomodo Abraham captiosè loquebatur cum servulis, ita judicante, & probante Ambrosio, (De Abrah. c. 8.) quem sequitur Gratianus post c. si quælibet, dicta causa XXII, quæst. II. c. 20. (Plus est in hoc exemplo, quam Auctor putat. Sed de eo fufius agendi locus fuit in Notis nostris Gallicis. J. B.)

z. Quin suspensa, & quo ducerentur inclinatura responderet] Idem Tacitus historiarum III. (C.3.) Incerta disseruit, tracturus interpretationem prout conduxisset. Item: ita compositus, ut ex eventu rerum adversa abnueret, vel prospera agnosceret. (Ibid. c. 52.)

G R O N O V I I.

70. Primo και ἀμέσως] Simpliciter, & directe.

71. Mentis conceptus] Quod cogitur, quod sentit animus.

72. Significationis ergo falsitas] Dissensus cum mente.

73. Sermonis complexio] Sententia.

74. Non admitti mendacium] Mentis, & orationis discordiam requirit mendacium ad fraudandum eum, cui de mente nostra constare debet. Ergo ratio πολύσημο, etiamsi accepturus est eam secus, qui audit si non peccat in honorem Dei, amorem proximi, reverentiam superiorum, vacat crimine mendacii.

75. Iniquam interrogationem] Ad quam si respondeamus simpliciter, aut nobis, aut aliis innocentibus periculum imminet.

76. Phylarcharum] Quasi haberentur pro principibus tribunum.

77. Suspensa, & quo ducerentur] Passura talem interpretationem in hanc, aut illam partem, qualem eis aptares. Adde exemplum elegans apud Plinium lib. 1, epist. 5.

G R O

Dictum * Hebræorum huc pertinet : אמ יודע אדם להמוד את רביו מוטב ואם לא ישתוק *si quis norit uti perplexiloquio, recte: sin minus, taceat.*

2 De Offic.
III. 15.
* Demost.
in Lepti-
nem: pag.
363. A.

3. + Contra accidere potest, ut tali loquendi genere uti non modo illaudabile sit, sed & improbum, ^b puta cum Dei honos, ^c aut amor proximo debitus, + aut reverentia adversus superiorem, + aut rei, quæ agitur, natura exigunt, ut quod animo cogitatur omnino patefiat: sicut ⁷⁸ in contractibus, diximus, id aperiendum, quod natura contractus intelligitur exigere: quo sensu non incommode accipi potest Ciceronis illud, ² *tollendum esse ex rebus contrahendis + omne mendacium*, desumptum ex veteri lege ^a Attica ⁷⁹ *κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν*. quibus in locis mendacii vox videtur + ita laxè accipi, ut etiam obscuram locutionem includat. + At nos proprie loquendo a mendacii notione id ipsum jam exclusimus.

XI. I. Ad communem ergo mendacii notionem requiritur, ut + quod dicitur, scribitur, notatur, innuitur, + intelligi aliter nequeat, quam in eum sensum, qui a mente proferentis discrepet. Huic autem notioni laxiori + strictior mendacii, + qua naturaliter illicitum est, significatio differentiam aliquam propriam adjiciat necesse est, quæ, si recte res inspiciatur, + faltem secundum communem gentium existimationem, nulla videtur alia dari posse ⁸⁰ + præter repugnantiam cum jure existente, ac manente ejus, ad quem sermo, aut nota dirigitur: + nam sibi neminem mentiri, ut maxime falsum proferat, satis constat. + Jus hic intelligo non quodvis, & rei extrinsecum, sed quod proprium sit huic negotio, atque cognatum. Id autem nihil est aliud, quam ⁸¹ + judicandi libertas, quam homines colloquentes his, quibus colloquuntur, debere, quasi pacto quodam tacito, intelliguntur. + Hæc enim, nec alia est mutua illa obligatio, quam homines introduci voluerant, simul, atque

G R O T I I.

^a Hebræorum] Quorum & hoc est : מותר

לשנית מפני השלום. *licet perplexe loqui boni causa.* Citat doctissimus *Manasse Ben-Israel* in suo conciliatore, questione XXXVII. *Chrysostomus* I. de Sacerdotio : ἀπατῶν ἐκεῖ ἀν εἰν καλεῖσθαι δικαίῳ ὁ τῷ πράγματι κερημένῳ ἀδικίας, εἴχ' ὁ μὴ γνώσιν γνώμης τῶτο πειῶν fallax jure vocetur qui se tali injuste utitur, non qui salutare proposito. (in fin. Lib.)

^b Puta cum Dei honos] *Philo de Vita Mosis* : ἐπ' ἔργοις ἅπερ ἀκρίβεται εἰς Θεῷ τιμῆν, δι' ἃ μόνον καὶ τὸν ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἥσ' καταλειπόμενον, ἀνγκασθῶν ἦν ἀληθεύειν. ἀλήθεια γὰρ ὁπρὸς Θεῷ de factis loquor, quæ ad Dei honorem pertinent, in quibus solis veracem esse oportuit, etiam si quis cæterum ingenio esset mendace. *Veritas enim Dei comes.* (Pag. 679. E.) *Augustinus* epistola VIII. *Alia questio est, sitne aliquando mentiri viri boni: Et alia questio est, utrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit. Vide quæ infra §. XV.*

^c Aut amor proximo debitus] *Æschylus Pro-methæo*, (pag. 39. Ed. H. Stephan.)

Λέξω τὸρῶς σοι πᾶν, ὃ τι χηζεις μεθεῖν, Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἀπλῶ λόγῳ, Ὡσπερ δικαίον πρὸς φίλους εἰρεῖν εἶμαι

Dicam diserte quicquid audire expetis, Sermone nudo, non per implicitos modos, Quo more amicos alloqui verum, ac bonum est.

^d Judicandi libertas] Hinc furari cor Hebræis dicitur, qui adimit sciendi vias: *Genes. XXXI, 26. 27.* & ibi *Onkelos* & *LXX.* *Rabbi David* libro radicium, & *Rabbi Salomo* in commentario, & *Abenesdra.*

G R O N O V I I.

⁷⁸ In contractibus diximus] 2, 12. 9.

⁷⁹ Κατὰ τὴν ἀγορὰν] In foro nemo mentitor.

⁸⁰ Præter repugnantiam] Quod adimat ei, qui audit, justam, & debitam facultatem statuendi, & cognoscendi de animo, & proposito ejus, quem audit.

⁸¹ Judicandi libertas] Ut certior fiam de consilio, & voluntate alterius, & pro eo dicam, agamve quod mihi commodum videtur.

G R O -

que sermone, notisque similibus uti instituerunt; + nam sine tali obligatione inane fuisset tale repertum.

2. Desideramus autem, + ut quo tempore sermo sit, ⁸² jus illud subsistat, ac maneat: + fieri enim potest ut jus quidem fuerit, sed sublatum sit, aut tollatur ex alio jure superveniente, + sicut debitum ⁸³ acceptilatione, + aut conditionis cessatione. Tum vero requiritur, + ut jus, quod læditur, ejus sit, quicum loquimur, ⁸⁴ non alterius + (sicut & in contractibus injustitia non nascitur, nisi ex læso jure contrahentium.) Huc forte non male referas, + quod veriloquium ad justitiam refert post Simonidem ^b Plato, + & quod mendacium, + illud vetitum, sacræ literæ sæpe describunt falso (ff) testimonio, sive elocutione adversus proximum, & quod ipse Augustinus in mendacii natura constituenda ponit ^c + fallendi voluntatem. Et Cicero ^c quæstionem de veritate eloquenda + referri vult ad justitiæ fundamenta.

b L. I. de
rep. pag.
331. C. D.
Ed. H.
Steph.
c De Offic.
I. IO.

3. Tolle autem videtur posse + jus, quod diximus, sicut + consensu ejus, quicum agimus, expresso, + ut si quis ⁸⁵ prædixerit se falsa dicturum, & ⁸⁶ alter permiserit, ita & + tacito, æquave ratione præsumto, + aut ⁸⁷ oppositione juris alterius, quod communi omnium judicio multo plus valeat. + Hæc recte intellecta multas nobis suppeditabunt illationes, quæ ad concilianda sententiarum supra designatarum dissidia non parum valituræ sint.

XII. Primum est, etiamsi quid dicatur quod falsam habeat significationem infanti, aut amenti, + ia eo mendacii culpam non esse. Videtur enim communi omnium hominum sensu permiffum esse ^d,

d Lucret.
Lib. I.
vers. 938.

Ut + puerorum ætas improvida ludificetur.

Et Quintilianus de pueris locutus: ^e + utilitatis, inquit, eorum gratia multa fingimus. Ratio proxima est, + quia cum in infantibus, & amentibus non sit judicii libertas, non potest eis circa eam libertatem injuria fieri.

e Inst.
Orat. XII.
I.

XIII. I. Secundum est, + quoties sermo ad eum dirigitur, ⁸⁸ qui non decipitur,

G R O T I I.

^e Fallendi voluntatem] Lactantius institutionum VI, 18. Ut non mentiat unquam decipiendi, aut nocendi causa. (Locus autem Augustini est in Enchiridio: Omnis autem, qui mentitur, contra id, quod animo sentit, loquitur, voluntate fallendi. Cap. 22. J. B.)

G R O N O V I I.

⁸² Jus illud subsistat] Ut is talis sit, qui de animo nostro certior fieri omnino debeat: neque enim sicario sese quemquam prodere oportet.

⁸³ Acceptilatione] Si quis se accepisse, quod ei debebatur, debitori caverit, aut si non existat conditio, sub qua debeo.

⁸⁴ Non alterius] Tertii, qui forte auscultat, aut verba inter alios facta clepit auribus, vel per indicem qualemcumque agnoscit.

⁸⁵ Prædixerit se falsa] Ut cum Ovidius 10. Met. 302. Desit in hac mihi parte fides, nec credite factum.

⁸⁶ Alter permiserit] Ut cum Augustus patricidii reum sic interrogaret: certe patrem tuum non occidisti? Martial. 5, 1. Tu tantum accipias: ego te legisse putabo, Et facilis falsa credulitate fruatur.

⁸⁷ Oppositione juris] Si ei, qui loquitur, jus est contrarium, per quod alterum potest sententia suæ expertem habere.

⁸⁸ Qui non decipitur] Qui quod ego dico intelligit, aut utcumque intelligat, nullam inde jacturam sentit.

(ff) Addidi vocem falso, quæ in omnibus Edd. excidit, & necessariam omnino esse, vel nonum Præceptum Decalogi, manifestum facit cuius. J. B.

capitur, etiamsi tertius inde falsam hauriat persuasionem, nullum esse mendacium: + Non ratione ejus, ad quem sermo est: quia illi libertas manet integra, plane ut illis, + quibus id intelligentibus fabula narratur, aut apud quos profertur sermo figuratus, κατ' εἰρωνείαν, aut καθ' ὑπερβολήν, quæ figura, ut Seneca f ait, f 99 ad verum mendacio venit: & 99 Quintiliano ementiens superjectio dicitur. + Neque ratione 99 ejus, qui obiter id audit: quia cum eo non agitur, + ideoque nulla est ad illum obligatio. Immo + si ipse sibi 99 opinionem informat de eo, quod non ipsi, sed alteri dicitur, + habet quod sibi, non alteri rem imputet. Quippe, si recte judicare volumus, + illius respectu sermo 99 non sermo est, sed res, quæ significare quidlibet potest.

f VII, de Benef. 23.
g Livius XXXIV. c. 12.
h App. Hisp. pag. 301. Ed. H. Steph. i In Agesil. pag. 505. C. k Chrysof. in Galat. Tom. III. pag. 730. Hieron. Epist. ad Augustin. Tom. II. pag. 336. l Galat. x. 14.

2. Nihil ergo peccavit aut Cato Cenforius, s qui fociis auxilia falso est pollicitus, + aut Flaccus, b qui hostium urbem ab Æmilio expugnatam aliis narravit, + quanquam eo hostes decepti sunt: + cui rei similem de Agesilao narrat i Plutarchus. + Nihil enim hic dictum hostibus: + nocentum autem, quod inde secutum est, extrinsecum quid est, & + per se non illicitum optari, aut 99 procurari. + Ad hoc genus & Chrysofostomus k, & Hieronymus retulerunt Pauli sermonem, quo Antiochiæ Petrum l ut nimium judaizantem reprehendit. + Censent enim, Petrum satis intellexisse, non id serio fieri: + interim vero consultum infirmitati adstantium.

+ XIV. i. Tertium est, quoties 99 certum est, eum, ad quem sermo est, + libertatis suæ in judicando læsionem non ægre laturum, + immo gratias habiturum eo nomine, + ob commodum aliquod, quod inde assequitur, + tunc quoque + mendacium stricte dictum, id est injuriosum, non committi, + sicut furtum non perpetraret qui ex præsumta domini voluntate rem ipsius exiguam consumeret, ut inde magnam eidem utilitatem pararet. In his enim, quæ adeo certa sunt, + præsumta voluntas pro expressa habetur. + Volenti autem, constat, injuriam non fieri. Sic ergo videtur non peccare, + qui aut ægotantem amicum persuasionem non vera solatur, + ut Arria Pætum filio mortuo, quæ historia est h in Plinii Epistolis: aut in prælio periclitanti + ex falso nuntio animum addit, quo incitatus victoriam, & salutem sibi pariat, + ac sic deceptus non capiatur, quemadmodum Lucretius m loquitur.

2. Demo-

G R O T I U S.

f Ad verum mendacio venit] Incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. Seneca ibidem.

g Chrysofostomus, & Hieronymus] Adde Cyrillum adversum Julianum libro IX. circa finem. Neq̄ multo aliter Tertullianus primo, & tertio contra Marcionem. (L. 1. c. 20. IV. 3.)

h In Plinii epistolis] III, 16.

G R O N O V I U S.

99 Ad verum mendacio venit] Eo, quod non est, proferendo, vel adversum, vel maximum, minimumve, quod est, significat.

99 Quintiliano] 8, 6. 495. (Alii legunt, de-

eens superjectio. Vide quæ diximus in Notis Galat. Eccl. J. B.)

91 Ejus, qui obiter] Tertii, ad quem non loquor.

92 Opinionem informat] Falsum sibi persuadet.

93 Non sermo] Non expositio certæ rei, sed sonus forte accidens, quem interpretari tuo periculo possis: si male interpreteris, neminem præter temet ipse accusandum habeas.

94 Procurari] Strui, comparari. Licet enim hosti & male velle, & nocere.

95 Certum est, eum] Non auferitur alicui facultas illa, sed differtur hono ejus, atque is postea laudaturus est, quod ad tempus in capienda mente nostra frustratus habitus fuerit.

G R O

2. Democrius : * ἀληθομυθεύειν χρὸν ὄπῃ λῶϊον ὀμπνίνο νεπίλοquio uten- dum est, ubi id est melius. Xenophon : φίλος δίκαιον ἐξαπατᾶν, ἐπὶ δὲ ἀγαθῷ : amicos decipere licet, ipsorum bono. Et Clemens ὁ Alexandrinus concedit ψεύδεσθαι ἐν θεραπεύειας μέρει, mendacio uti pro remedio. Maximus Tyrius : * καὶ ἰατρός νοσήλια ἐξαπατᾶ, καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας καὶ δεινὸν κλέν. Ἔ medicus agrotium, Ἔ imperator exercitium, Ἔ gubernator nautas decipit : nec quicquam in hoc mali est. Rationem reddit ad Platonem Proclus : τὸ γὰρ ἀγαθὸν κρεῖττον ἐστὶ τῆς ἀληθείας nam * quod bonum est, id vero est melius. Tale illud i apud Xenophontem, * socios jamjam adfore, & Tulli Hostilii, * suo jussu circumduci Albanum exercitum : & Quinctii consulis, * ut historię loquuntur, salubre mendacium ; hostes ab altero cornu fugere : + ac similia passim apud historicos. Notandum autem est, *7 + læsionem judicii in hoc genere eo minoris esse, + quia ferme momentanea est, pauloque post aperitur veritas.

XV. I. Quartum, & + superiori affine est, quoties k qui habet. *8 jus supereminens in omnia jura alterius, + eo jure *9 + bono ipsius sive proprio, sive publico utitur. Et hoc maxime spectasse videtur 100 + Plato, * qui imperium habentibus concedit falsum dicere. Idem cum 101 + medicis modo dare videatur, modo adimere, discrimen hoc adhibendum videtur, + ut priore loco medicos intelligat publice ad hoc vocatos, posteriore eos, + qui privatim id sibi arrogat. + Deo tamen, quanquam jus summum in homines habenti, non convenire mendacium, recte agnoscit + idem Plato, + quia infirmitatis nota est, ad talia confugere.

2. Exemplum forte inculpatę falsiloquentię, laudante etiam ὁ Philone, * dari poterit m + in Josepho, qui regia vice impetans fratres primum quasi explora-

* Apud Stob. Serma. 12.
o Stromat. Lib. vii. Cap. 9. pag. 263.
p Dissert. III. pag. 30. Edit. Davis.
q Pag. 38r. Edit. Bafil. 1534.
r Lib. iv. Socr. c. 2. §. 16.
s Livius libro 1. c. 27.
t Idem, IL. 64.
u III. de Rep. pag. 389. B.

G R O T I I.

i Apud Xenophontem] Et Agesilaus tum in Bœotiam venisset, & intellexisset, Pisandrum navali prelio victum a Pharnabazo, & Conone, jussit militibus suis contrarium dici, coronatusque incendens sacra fecit pro victoria. Plutarchus Agesilao (pag. 605. C.)

k Qui habet jus supereminens] Iliados secundo Agamemnon Græcorum Imperator, (vers. 73.)

Πρωτα δ' ἔγών ἔπειν πειρήσομαι ἢ θέμις ἐστὶ, Καὶ φεύγειν ἐν μουσὶ πολυκλήσι κελύσω.

Ante tamen Danaos verbis tentabo, (sinit fas) Utque citi fugiant, arata classe monebo.

l Medicis] Exempla medicorum affert Chrysostramus dicto libro I. de Sacerdotio.

m In Josepho] Cum fratribus dispensatoria severitate exploracionis inureret, ait Cassiodorus de Amicitia. (Cap. De Naturali motu, pag. 637. Edit. Genov. 1650. Sed is liber non est Cassiodori.)

G R O N O V I I.

96 Quod bonum est, id vero est melius] Potius ad tempus falsum credere, quod utile, neque inhonestum est, quam verum scire, quod nocet.

97 Læsionem judicii] Diffimulationem, qua judicium alteri de sententia nostra eripitur.

98 Jus supereminens] Potestatem, imperium, tutelam.

99 Bono ipsius] Ad id, quod ei utile est, sive in ipsius persona, sive quatenus pars est corporis, cui utile est.

100 Plato, qui imperium] 3. de Republ. p. 611. Τοῖς ἀρχαῖσι δὴ τῆς πόλεως, εἴπερ τῶν ἄλλοις, πρόσκειναι ψευδοῦσι, ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα ; ἐπ' ἀφειρίας τῆς πόλεως τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν ἐκ ἀπλῶν τῶ τοῦτον.

101 Medicis modo dare] Εἰ γὰρ ὁρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι καὶ τῷ ὄντι, θεοῖς μὲν ἀρχήσων ψευδοῦσι, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ; αἷς ἐν Φαρμάκει εἶδει, δὴλον ἔστι τόγα τοῦτον ἰατροῖς δοτῶν, ἰδιώταις δὲ ἐκ ἀπλῶν. Hic certe non modo dat, modo adimit, medicis, sed ἀρχαῖσι solis, & medicis dat ; ἰδιώταις hoc est, ut ipse ibidem loquitur, πᾶσιν ἄλλοις, adimit. (Vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM nostrum, De Jure Nat. & Gent. Lib. IV. C. I. §. 17. Not. 1. alterius Editionis. J. B.)

x i Reg. 11. 25. y Iust. Orat. Lib. 11. c. 17. p. 197. Ed. Baum.

exploratores, deinde quasi fures, fecte, nec ita sentiens accusat. + Et in Solomone, * qui sapientiae divinitus datae specimen dedit, cum apud mulieres de partu litigantes voces eas protulit; quae voluntatem scindendi infantis significarent, cum animus ei longissime a tali voluntate abesset, & verae matri suum partum attribuerere vellet. Quinctilliani est y dictum: + aliquando exigit communis utilitas, ut etiam falsa defendantur.

z Horat. 111. carm. XI. vers. 35.

XVI. Quintum esse potest, n + quoties vita innocentis, aut par aliquid aliter servari, & alter ab improbi facinoris perfectione aliter averti non potest: quale fuit 2 factum Hypermetrae, quae hoc nomine laudari solet z,

a Lib. 11. De Rep. p. 382. C.

• 3 Splendide mendax, & in omne virgo Nobilis aevum.

b Lib. 1. De Cyri insit. c. 6.

XVII. I. + Latius, quam quae jam diximus, patet, quod passim statuunt sapientes, apud hostem falso sermone uti licere. + Sic regulae de non mentiendo exceptionem nisi adversus hostes addit a Plato, b + Xenophon, Philo c inter Judaeos, p inter Christianos d Chrysostomus. Quo forte non male referas, quod in sacris literis extat, e + Jabelitarum in obsidione mendacium, & factum non dissimile f Prophetae q Elisaei: & Valerii Laevini, qui Pyrrhum (gg) a se intereruntum jaectabat.

c 14. Sacr. C. 2. §. 16.

d De Migr. Abr. (immo De Cherubim, p. 110. D.)

e De Sac. Lib. 1.

f I Sam. XI. vers. 10. f II Reg. VI. 18, & sequ.

2. + Ad

G R O T I I.

n Quoties vita innocentis, aut par aliquid aliter servari, & alter ab improbi facinoris perfectione aliter averti non potest] Augustinus in V. Plalmum, (§. 7.) relatus a Gratiano in causam XXII, quest. 11. c. ne quis 14. (Sed ita ut verba paullo diversa sint) Duo vero sunt genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut jocamur, aut proximo consulendo mentimur. Illud autem primum in jocando ideo non est perniciosum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, causam jocandi fuisse dictum. Secundum autem ideo minus est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Tertullianus libro de Pudicitia inter delicta quotidianae incurfationis, quibus omnes sumus objecti, ponit, neccilitate mentiri. (Cap. 19.)

o Splendide mendax] Ubi scholasticus, decenter: Pulchrum est enim, pro justitia mentiri. Simile est illud Chrysostomi de Rahabe: o καλὴ ψεύδης, ὃ καλὸν ὄλεθρον, & προδιόντιον τὰ θεῖα, ἀλλὰ Φυλάττοντιον τὴν ἀλήθειαν, aut, ut alii habent codices, τὴν εὐσεβείαν, ὃ pulchrum mendacium, ὃ laudabilem dolum, non prodentis res divinas, sed custodientis veram pietatem. Augustinus de Obstericibus Aegyptiis: ὃ magnam humanitatis ingenium, ὃ piun pro salute mendacium! Laudat eandem obsterices, & praemia illis data, etiam aeterna, credit Hieronymus ad Ezechielem XXVIII. (pag. 481.) & ad Esaiam LXV. (pag. 249.) Ambrosius ad Syagrium libro VIII. (Ep. LXIII.) Augustinus ipse, ut solet, varians, ad Consen-

tium contra mendacium c. 15. Testatus negat in eo peccatum. Hecitant Augustinus lib. II. quaestione super Exodum, (Cap. 1.) Thomas 2, 2. quaestione CX. art. 4. resp. ad 4. & ibi Cajetanus. Vide si vacat & moria encomio Frobinum, & doctissimum Mysum ad Josiam 11. 5. (Verba CHRYSOSTOMI de Rahabe, leguntur Orat. II. De Penitentia, Tom. VI. pag. 775. Ed. Suvil. Adde BASILIUM, in principium Proverbiorum, Tom. I. pag. 402. Ed. Paris. 1638. J. B.)

p Inter Christianos Chrysostomus] Sic loquens: εἰ ἐβλήθη τῶν στρατιῶν τὰς ἐξ αἰῶνος εὐδοκίμους σκευὰς ἐξείλασαι, τὰ πλείονα αὐτῶν τριτόκια τῆς ἀπάτης εὐφρασίας ὄντα κατορθώματα, καὶ μάλλον τὰ τὰς ἐπαινεμένους ἢ τὰς φανεροῦς κρατύντας. Si nobilissimos ducum ad examen voces, pleraque eorum tropaea reperies fraudum esse opera, magisque talia laudari, quam qui aperte agendo vicerunt. (De Sacerdotio, Lib. I. Cap. 5.)

q Elisaei] Ejusdem Elisaei alterum simile est II Regum VIII, 10. ita ut legunt Masoretae, id est, secundum ירק, quod sequitur latina vulgata versio.

G R O N O V I I.

1 Attribuere vellet] Ita Caesar fama hostilium copiarum perterritos milites non negando, minucendo, sed insuper amplificando, ementendoque confirmabat. Suet. 66.

2 Factum Hypermetrae] Quae promiserat patri, se interfecturam patruelum maritum, quae servavit, Ovid. in epist. Heroid. 14.

3 Splendide] Gloriose, cum laude. (gg) Habet hoc Auctor sine dubio è FRON-TINO,

2. + Ad tertiam, + quartam, + & quintam observationum earum, quas jam posuimus, pertinet Iulianii Metropolitæ Nicæensis locus ad sextum § g Cap. 9.
εὐθετερόμενον, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁ ἀληθεύων ἐστίν. ἐστὶ γὰρ ποτε τὸν ὀρθῶς βεβαιώμενον καὶ περὶ αὐτῶ τοῦ ψεύδους βελεύσασθαι, ἢ ἐπιτηδῆς ψεύδεται πρὸς τινα ἢ ἐχθρὸν ὄντα, ἵνα σφάλη αὐτὸν, ἢ φίλον, ἢ ἐκπέψῃ αὐτὸν ἀπὸ κακῆ, καὶ τῶτων τὰ παραδείγματα ἐν ταῖς ἱστορίαις πολλά. qui recte consultat, non utique *ἔ* verum dicit. Fieri enim potest ut quis recte consultans hoc ipsum consultet, quo pacto de industria mentiatur, aut hosti ut eum saluat, aut amico ut eum a malo liberet: quarum rerum exemplis plene sunt historiæ. Et Quinctilianus, ^b si ab homine occidendo gra-

b Inst. Or. XII. 1.

3. Non placent hæc ³ scholæ actorum paulo ante seculorum, ⁱ ut quæ unum ex veteribus ⁺ Augustinum ferme in omnibus sequendum sibi delegit. Sed eadem schola tam ab omni usu abhorrentes ⁺ admittit interpretationes tacitas, ut dubitari possit, an non satius sit adversus quosdam ^o falsiloquium admittere ⁺ in iis, quos diximus, calibus, ⁺ aut eorum aliquibus, ⁺ (nihil enim deñiendum hic fumo) ⁺ quam ista a falsiloquio tam indiferece eximere: ut cum dicunt, nescio, ⁺ intelligi posse nescio ut dicam; ⁺ non habeo, intelligi posse ut tibi dem; & id genus alia, ⁺ quæ sensus communis repudiat, & quæ si admittantur, jam nihil obstabit ⁺ quominus qui quid affirmat, id ipsum negare, qui negat, affirmare dicatur.

i Th. 2, qu. 110. art. 1. §. 3. Covar. in c. quamvis de pactis in 6. p. 1. §. 1. n. 15. Soto de Justitia v. q. 6. art. 2. Telet. lib. 1v. c. 21. lib. v. c. 58. Less. lib. 11, de Justitia c. 42. dub. 9.

4. Verissimam quippe est, nullam omnino esse vocem, ^s quæ non ambiguum recipiat, cum omnes præter ⁷ significatum, quem vocant primæ notationis, ^t alterum habeant ⁸ secundæ, eumque varium ^u secundum varias artes, tum vero alios quoque ex translatione, ac similibus figuris. Neque magis eorum commentum probo, qui, quasi vocem, non rem exhorrescerent, joca vocant ea, quæ vultu, ac pronuntiatione maxime seria proferruntur.

XVIII.

TINO, sed qui alio modo rem refert, ut non satis ad rem faciat: VALERIUS LÆVINUS (inquit) *advexit Epirotarum Regem, occiso quodam gregali, tenens gladium inveniunt, exercitui utrique persuasit, Pyrricum interventum.* Strateg. Lib. II. c. 4. n. 9. Vide PLUTARCHUM, *Vit. Pyrrh.* pag. 393. E. F. Aptius fuisse exemplum num. 10. sequi. ubi Jugurtha falso Marium à se interentum jactat: de quo vide SALUSTIUM, *Bell. Jug.* cap. 107. Ed. Wail. J. B.

GROTII.

¹ Augustinum] Contra ejus posteriorem in hac re sententiam feri et Rupertus Abbas.

^s Quæ non ambiguum recipiat] Id Chrysippus defendit apud Gellium libro XI. c. 12. Et Seneca de Beneficiis secundo, capite 34. *Ingens est copia rerum sine nominis, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis, communitatisque.*

^t Alterum habeant secundæ] Augustinus de Magistro: *nallum nos signum comperisse, quod non inter cætera, quæ significat, se quoque significet.* (Cap. 7.)

^u Secundum varias artes] Vide quæ supra notata ad paragraphum decimum.

GRONOVII.

⁴ In servis reprehendum] Mendacium, & furtum, propria servorum vitia dicebant veteres. i. §. 20. n. 1.

⁵ Scholæ] Theologis superiorum ætatum, qui *κατ' ἐσχάτην* scholastici vocantur.

⁶ Falsiloquium admittere] Loqui aliter, ac sentias, mendacium non esse.

⁷ Significatum primæ notationis] Quam demiciliam propriam appellat Cicero 16, famil. 17.

⁸ Secundæ] Quas migrationes in alienum.

XVIII. Sciendum vero, + quæ de falsiloquio diximus, ad ⁹ afferentem sermonem, + & quidem talem, qui nulli nisi publico hosti noceat, ^x + non ad promittentem, referenda. Nam ex promissione, + ut jam modo dicere coepimus, + jus speciale, ac novum confertur ei, cui fit promissio: idque inter hostes etiam locum habere, ¹⁰ + sine ulla hostilitatis jam existentis exceptione, neque tantum in promissis expressis, + sed & in tacitis, ut in colloquii postulatione ostendemus, cum ad eam partem, + quæ de fide in bello servanda est, ventum erit.

+ XIX. Illud quoque ex superiori, quæ ¹¹ de jurejurando fuit, dissertatione repetendum est, ¹² + sive id assertivum sit, sive promissivum, vim habere excludendi omnes exceptiones, + quæ ex persona ejus, quicum agimus, peti possent, + quia non cum homine tantum, sed & cum Deo res est, + cui per jusjurandum obligamur, + etiamsi homini jus nullum nasci possit. + Ibidem & illud diximus, + non sicut in alio sermone, ita in jurato, ut a mendacio excusemur, + admitti interpretationes verborum qualvis non plane inusitatas: sed omnino veritatem requiri + eo in sensu, quem homo exaudiens intelligere fide optima existimatur: ut plane detestanda sit illorum impietas, qui ¹³ ut pueros talis, ita viros jurejurando fallendos asserere non dubitabant.

+ XX. I. Scimus etiam, fraudium, + quas concessas naturaliter diximus, genera quædam + a populis, aut hominibus nonnullis repudiata: sed id non accidit ¹⁴ ob injustitiæ opinionem, + sed ob eximiam quandam animi celsitudinem, + interdum & virium fiduciam. Exstat ¹⁵ apud Ælianum dictum Pythagoræ, duabus rebus hominem ad Deum proxime accedere, + vera (hh) semper loquendo, + & benefaciendo aliis: & apud ^k Jamblichum veracitas dux dicitur ad omnia divina, humanaque bona. Aristoteli *ὁ μεγαλόψυχος παρ' ῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικὸς, magnanimus verum, & libere loqui amat.* Plutarcho *τὸ ψεύδεσθαι δολοπραπέες, + servile mentiri.*

^k Pro-
trept. c. 20,
I Nic. IV, 5.

^m Lib. I.
snit.

Arrianus de Ptolemæo, *καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσα-*

G R O T I I.

^x Non ad promittentem] Distinguit hæc & Agensilaus, & cum eo Plutarchus: *τὸ μὲν σπείσασμενον ἀδικεῖν, τῶν ὅσων ἐστὶ καταβροχθῆν ἐν δὲ τῷ παραλογίζεσθαι τὰς πολιτείας, ἢ μόνον τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ὅτι πῶλλον, ἢ τὸ μεθ' ἡδονῆς καρδίαειν ἐνεσι: fidei violare, Deos est contemnere. Extra ea verbis hostem decipere, non justum modo est, sed & gloriam habet, & cum lucro voluptatem. (Vit. Agensil. pag. 600. D. Tom. I. Ed. Wechel.)*

^y Servile mentiri] Philo libro: omnem virum probum esse liberum: (Pag. 888.) *παρ' ὃ καὶ τὰς δολίους ἢ δολίους ἀπασιν ὀνομάζειν ἐθὺ ἀνελευθέρους τε ἢ δολοπραπέας: unde & eos, qui duplices sunt, atque fallaces, eos illiberales, servilisque animi vocare solent. (Locus Plutarchi exstat in Lib. De Educ. Liber. pag. 11. C. Edit. Wechel. Tom. II. J. B.)*

G R O N O V I I.

⁹ Afferentem sermonem] Quo tantummodo aliquid pronuntiatur esse, vel non esse: non etiam promittitur, aut adstringitur.

¹⁰ Sine exceptione] Nec prætextu, quod hosti omnibus modis nocere liceat, irritum fieri.

¹¹ De jurejurando] 2, 13.

¹² Sive id assertivum] Sive confirmatur eo aliquid tanquam verum; sive promittitur tanquam præstandum.

¹³ Ut pueros talis] Lyfandri Laconis, aut Philippi Macedonis. Ælian. 7, 12.

¹⁴ Ob injustitiæ] Non quod illas nullo modo licitas putarent, sed quod sese indignas, & inferiores.

¹⁵ Ælianum] 12, 59.

(hh) Vox illa, semper, apud Ælianum non legitur. J. B.

G R O :

Ψεύσασθαι ἢ ἔῃ ἰψί, utpote regi, turpius mentiri, quam alii civis. Apud eundem * Alexander: ἡ χεῖναι τὸν βασιλέα ἄλλο ἢ ἡ ἀληθεύειν πρὸς τὰς ὑπηκόους non debere regem apud subditos aliud, quam verum eloqui. Mamertinus ° de Juliano: mira est in principe nostro mentis, linguaque concordia. Non modo humilis, & parvi animi, sed & servile vitium scit esse mendacium: & vere cum mendaces homines aut inopia, aut timor faciat, magnitudinem fortune sua imperator, qui mentitur, ignorat. Laudatur Plutarcho p Aristidis Φύσις ἰδρυμένη ἐν ἡθελ βεβαίῳ καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτειχῆς, ψεῦδος δ' ἔσθ' ἐν παιδείᾳ τινι τρόπῳ προσιεμένη. ingenium morum constantia præditum, & justitenaax, mendacii etiam in joco fugiens. De Epaminonda τ Probus: adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.

2. Quod profecto + Christianis eo magis observandum est, (ii) quia ipsis non simplicitas tantum imperata est, + Matth. X, 16. sed & vaniloquentia interdicitur, + Matth. XII, 36. & is in exemplum propositus, in cujus ore τ dolus inventus non est. Lactantius: ἰταque viator ille verus, ac justus non dicet illud Lucilianum:

Homini amico, ac familiari non est mentiri meum.

Sed etiam inimico, atque ignoto existimabit non esse mentiri suum: nec aliquando committet, ut lingua interpret animi a sensu, & cogitatione discordet. Talis est in Philoctete Sophoclis Neoptolemus ὑπερβαλλῶν ἀπλότηι καὶ εὐγενείᾳ, generosa simplicitate excellens, ut recte notavit Dion Prusænsis, qui Ulyssi ad dolos hortanti sic respondet. (Philoctet. vers. 85, & seqq.)

*Ego audiens que doleo, Laërta fate,
Implere factis oderim multo magis:
Nam si nec ego sum natus ut fallacias
Sæcter, nec olim genitor, ut perhibent, meus:
At sum paratus vi mera, non fraudibus
Pertrahere raptum.*

Euripides Rheso, (vers. 510, 511.)

*Generosus animus hostibus furtim necem
Inferre nescit.*

3. Sic Alexander + furari negabat * se velle victoriam. Et Achæos abhorruisse

G R O D I I.

* Nec olim genitor, ut perhibent, meus] Achilles: de quo Horatius carminum lib. IV, ode VI. (vers. 13, & seqq.)

*Ille non inclusus equo Minervæ
Sacra mentito, male feriatos
Troas, & latam Priami ceteros
Falleret aulam:
Sed palam captis gravibus.*

Et quæ sequuntur. nisi Scholiastes dicit, Achillem nihil fraude, sed semper palam virtutis fiducia dimicasse. Nota illud virtutis fiducia, quod optime convenit cum iis, quæ nos hujus paragraphi initio in textu diximus.

(ii) Nihil heic poscit Religio Christiana ultra id, quod Lege Naturæ sancitur. Diximus plura in Notis nostris Gallicis. J. B.

G R O

x Lib.
XIII. c. I.
s. Ia II.
Caus. Ho-
war. vers.
248.

ruiſſe ab omni in hoſtes fraude, narrat x + Polybius, ideo quod eam demum firmam cenſerent victoriam, quæ, ut y Claudiani verbis ſenſum ejus expri-

mam, + *Confessos animo quoque ſubjugat hoſtes.*

z Var.
II. XII.
33.

Tales Romani ferme ¹⁶ ad uſque belli Punici ſecundi finem. *Ælianus*: z *ἵτασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ ἔ μὴν διὰ τέχνης καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τὰς ἐχθράς*. Romanis propria eſt virtus, non per aſtus, & va-
fritiem quaſita victoria. Unde cum ¹⁷ Perſeus Macedonum rex deceptus eſſet ſpe pacis, negabant veteres ſenatorum, ſe agnoſcere Romanas artes. majores nunquam ut aliu magis, quam virtute gloriarentur bella geſſiſſe: non ver-
futiis Punicis, non calliditate Græca, apud quos fallere hoſtem, quam vi ſuperare, glorioſius foret. Tum illud addebant: *interdum in præſens tempus plus profici dolo, quam virtute, ſed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui con-
feſſio expreſſa eſſet, ſe neque arte, neque caſu, ſed collatis cominus viribus juſto, ac pio bello eſſe ſuperatum.* + Etiam ſerius apud Tacitam ^a legimus: *non frau-
de, neque occulte, ſed palam, & armatum, populum Romanum hoſtes ſuos ul-
ciſci.* Tales etiam Tibareni, ^b + qui prælii quoque ¹⁸ locum, & tempus con-
dicebant. Quod & de Græcis ſui temporis apud Herodotum (kk) prodit Mardonius.

a Ann. I.
II. c. 88.
b Schön-
haſes ad
II. Apollo-
nii Rhod.
verſ. 1012.

+ XXI. Ad modum agendi & illud pertinet, quod ^a + quicquid alicui fa-
cere non licet, ad id eum impellere, aut ſollicitare non liceat. Pro exemplo ſint hæc: + regem ſuum occidere ſubdito non licet, + nec oppida ſine con-
ſilio publico dedere, + nec ſpoliare cives. Ad hæc ergo ſubditum, ¹⁹ + qui
talis maneat, + permovere non licet. Semper enim qui alteri peccandi cau-
ſam dat, peccat & ipſe. + Nec eſt quod regerat quiſquam, ipſi, qui talem
hominem ad facinus impellit, actum talem, puta hoſtis interfectionem, eſſe
licitum. Licet enim id ei facere, ſed non eo modo. Bene Auguſtinus: *c nihil
intereſt utrum ipſe ſcelus admittas, an alium propter te admittere velis.*

c Lib. II.
De Mor.
Ecol. Cath.
cap. 57.

XXII. Aliud eſt + ſi quis opera ſponte, nec ſuo impulſu peccantis ad rem ſibi licitam utatur: quod iniquum non eſt, ^b + Dei ipſius exemplo alibi pro-
bavimus, + *Transſugam jure belli recipimus*, inquit ^d Cæſus, id eſt, ^c + contra
jus belli non eſt, ut eum admittamus, qui deſerta hoſtium parte noſtram eligit.

d L. 51.
D. de acq.
rerum dom.

G R O T I I.

G R O N O V I I.

a *Quidquid alicui facere non licet, ad id eum impellere, aut ſollicitare non liceat*] Ita docet & *Maimonides* in *הלכות תובת* cap. V, ſect. 10.

b *Dei ipſius exemplo*] Libro II, cap. XXVI. §. 5.

c *Contra jus belli non eſt, ut eum admittamus, qui deſerta hoſtium parte noſtram eligit*] Neque reddendi tales, niſi pace convenerit. ut pace cum Philippo, Atolis, Antiocho. *Polybius* in excerptis legationum IX, XXVIII, XXXV. *Menander prætor* idem nos docet. (Pag. 118. *Edit. Hæſch.* in conditionibus Fœderis inter *Juſtiniani*, & *Chroſodi.*)

16 *Uſque ad belli Punici ſecundi*] Immo uſque ad initium tertii. *Salluſt.* lib. I. hiſtor.

17 *Perſeus Macedonum rex*] *Livius* 42, 47.

18 *Locum, & tempus*] Palam hoſtibus denun-
tiabant, ubi, & quando eos aggredi conſtituiſ-
ſent.

19 *Qui talis maneat*] Qui patriam, & civita-
tem non mutavit.

(kk) Locus eſt *Lib. VII. Cap. 9.* Sed ubi id reperit Auctor noſter, quod verba Græca, rectè expenſa, non præ ſe ferunt. *J. B.*

HENRI.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTTII

LIB. III. CAP. I.

IN omni bello tria sunt : 1. *persona* gerentes bellum, quæ sunt summæ potestates : 2. *causa*, propter quam bellum geritur : 3. *modus procedendi*. Hinc triplici modo bellum justum dici potest : tum ratione *personarum*, si scilicet bellum gerentes sunt summæ potestates : tum ratione *causa*, si summæ potestates ex justa causa bellum inchoant : tum ratione *processus*, si scilicet forma procedendi, ac ritus juris naturalis rite observantur. Ubi notandum, quod *priori*, & *posteriori* sensu bellum utrinque justum dari possit, non vero intuitu *causa*.

Idem igitur in bello obvenit, quod in causis, & litibus privatorum ; ibi enim pariter considerantur 1. *persona litigantes*, an personam standi in judicio habeant : 2. *causa*, quæ controvertitur in judicio, & quæ terminari debet per sententiam, uti causa belli per ultimam victoriam : 3. *processus*, qui non nisi juxta certas regulas instrui potest.

De *priori* membro actum est *L. 1. c. 3. §. 4. & 5.* De *altero* libro secundo per totum. De *tertio* agetur hoc libro tertio.

Auctor processum belli tribus regulis expedire conatur. *Prima* est. licere in bello quæ ad finem sunt necessaria. *Secunda*, jus non tantum ex principio, sed & causis in bello subnascentibus spectari. *Tertia*, quædam consequi sine injuria, quæ ex proposito non licerent. *Vid. b. c. 1. §. 2. §. 4.* Cum vero hæc obscura sunt, nostra principia præmittere liceat.

Tom. III.

PROPOSITIO I.

Bellum id demum licitum est, quod tendit ad reparationem juris nostri.

DEMONSTRATIO.

Supra jam demonstratum est, vim alteri inferre non licere nisi ex necessitate, et si aliud medium recuperandi juris non superesset. *Vid. l. 1. c. 2. pr.*

Additio.

» Præter loca ex dissertationibus B. P. rentis *dicto c. 2.* allegata, inferere hic, » liceat excerpta quædam ex ejus *Disput. de armis illicitis*, ubi de jure bellandi » §. 12. usque ad §. 17. ita differit :

Primum vero sciendum est, omne bellum sola necessitate defendendi juris sui excusari : Jure enim naturali nullum jus est homini in hominem, nisi quod parentum, vel legitimi magistratus est ; nedum jus inferendi vim, vel lædendi alterum. Et si igitur injuriam sibi factam quispiam putet, non tamen vi propria quicquam, sed per legitimi judicii tramites repetendum est : nam nemo est qui in re propria quod æquum est alteri vel cernat, vel cupiat ; sed ita homines sui studio ducuntur, ut suæ causæ conniveant. Præclare Cicero, *orat. pro Reg. Deiot. cap. 2.* Nemo, ait, est, qui sui periculi iudex, non sibi se aquirem, quam reo præbeat. Et cum parti alteri tantundem juris foret, non duæ partes, sed duo iudices essent in sua causa invicem contradicentes, & secum rixantes : neque possent tum lites alio, quam cædium exitu finire, nec hominum illa societates,

D d d

cietas,

cietas, sed ferarum congressus esset, qualis fuit in prisca illa hominum feritate, etsi nec tum judiciorum species defuerit, nec ipsi latronum coetus carere his possint. Cic. 2. off. 11.

Inde vero excipitur certo jure casus ille, cum quis aliter, quam vi jus suum tueri nequit; scilicet si neque judicis copia, neque homini aliud remedium a natura datum, permittiturve est: proindeque vis illa inevitabilis, ac defensio per vim, plane necessaria est. Hæc enim est illa necessaria naturæ defensio, quam magna cum facundia commendat Cicero pro Milone suo: illa, inquit, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, &c. Et deinde: Hoc est ratio doctis, est necessitas barbaris, est mos gentibus, est feris natura ipsa præscriptis, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent. Tum ad judices conversus efficacissima ratione id ita probat: Non potestis hoc facinus improbum judicare, quin simul judicetis, omnibus, qui in latrones incidissent, aut illorum velis, aut vestris sententiis esse perendum. Quod & Perseus Romanis respondet apud Liv. lib. 44. c. 41.

Enimvero frustra Deus homini jus constituit, nisi remedium permisisset ejus exercendi, & expediendi: quod si igitur non nisi unica ejus tuendi ratio, scilicet vis, homini reliqua est, necessario vel vis illa justa erit, vel jus illud frustra datum, cum tamen nihil sapientissima natura frustra fecerit. Et cum omnium rerum arbiter, qua est justitia, & sanctitate, jus inter homines defendi, injuriam vero tolli voluerit, non potest non permissam quoque velle, & probare vim, quoties sine illa jus defendi, ac injuria arceri non potest: cum enim non nisi unicum remedium consequendi beneficii relictum est, illud qui aufert, beneficium aufert. Et quemadmodum qui alium ad metam decurrere jubet, viam autem, qua sola decurrere potest, præcludit, illum eo pervenire non vult; ita cum nihil nisi vis juri tuendo, injuriæque propulsandæ superest, illam qui non permittit, injuriæ licentiam esse vult: quod cum sanctitate, & justitia summi judicis pugnat.

Hæc eadem gentium, etiam barbararum, ac magnorum belli Ducum sententia est, nihil in bello, nisi ex necessitate tuendi juris licitum esse. Is, quem ante memoravimus, Dux Samnitium Pontius, quem primum bellatorum, Duceumque laudat Livius, ad milites ait: *Justum est bellum, Samnites, quibus necessarium, est pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.* Liv. lib. 9. c. 1. Et Cicero concinne ait: *Cum duo sint genera de certandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si non licet uti superiore.* Cic. de off. 1. 1. c. 11. Idem docuit Augustin. Epist. 205. *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas; ut liberet Deus a necessitate, et conservet in pace.*

Certum igitur est, nihil ejus, quod homo in hominem vi, armisve facit, (præter vim legitimi magistratus in subiectos) jure naturæ, ac gentium valere posse, nisi quatenus necessitate defendendi juris excusatur. His finibus omnium bellorum justitia, ac licentiæ coercetur, non bellum tantum defensivi, ut vocant, sed & offensivi; nam & hoc non aliter justum esse potest, nisi quatenus est defensivum juris, ita ut alia ejus tuendi ratio non sit. Non modo enim ille, qui a se, jure suo adhuc integro, & intacto, vim imminentem vi propulsat, sed & qui jus sibi ereptum vi repetit, jus suum defendere recte dicitur; & si alia via non sit, licite potest: ut adeo omnia justa bella, rationibus rite subductis, non sint nisi defensiva.

PROPOSITIO II.

In bello id licitum est, sine quo justa victoria obtineri nequit.

DEMONSTRATIO.

Alia ergo quæstio est, quodnam bellum licitum sit? alia, quidnam in bello justum liceat? & dicimus, omnia licere, sine quibus nostra victoria obtineri nequit. Ideo enim bellum juste geritur, ut jus suum, quod aliter non potest, Princeps recuperet. Hic finis est totius negotii; qui autem non nisi per prælia, & victorias obtineri potest. *Vid. Disp. nostr. de jure vict. §. 8. et disp. de Arm. illic. §. 17.*

PROPOSITIO III.

Necessarium ad juris nostri reparationem,

rem, obtinendamque victoriam, id videtur, sine quo per naturam rei obtineri nequit, non si vitio, vel infirmitate hominis.

DEMONSTRATIO.

Necessarium igitur non ita intelligimus, ut plane obtineri finis aliter non possit; id enim certo in incerto bellorum eventu cognosci nequit: sed moraliter, & pro conditione rerum humanarum, ita ut necessarium id omne videatur, sine quo probabiliter finis obtineri nequit.

Desinit igitur esse necessarium, 1. si vitio nostræ jus nostrum reparari nequeat; forte quod negligentia nostra in necessitatem adacti simus, vel quod ob infirmitatem nostram finem illum obtinere non possumus: 2. si media non victoriam acceperant, sed dolorem augent.

PROPOSITIO IV.

Unde arma turpia, & facta, quibus nec consilii, nec virtutis laus inest, etsi ad reparationem juris nostri necessaria sint, illicita sunt.

DEMONSTRATIO.

Generaliter pro lege naturæ, & fonte totius hujus disceptationis habendum est, nullum genus armorum jure gentium licitum esse, nisi quod necessarium est ad juris nostri defensionem; & sine quo vel jus ereptum recuperari, vel impetum servari nequit. Quod cum obtineatur victoriis, nulla arma licita sunt, nisi quæ ad victoriam, & nulla victoria justa, nisi quæ ad jus nostrum obtinendum necessaria est. Quamquam vero hoc arbitrio, & conscientie bellum gerentis relictum sit, cum is iudicem in terris non agnoscat, omnino tamen & ille patitur iudicem, quippe docente Seneca, in *Thyest. act. 3. in fin.*

Omnia sub regno gravitate regnata est.

& Horatio, *Odav. Lib. 3. od. 1.*

Reges in ipsos Imperium est Jovis.

Quod iudicium, cæteris paribus, belli eventu declaratur.

Primum itaque certum plane est, ei, qui vi injuriam infert, vel factam tuetur, pariter vim omni jure gentium opponi posse. *Liv. lib. 43, cap. 41. Ovid. L. 3. de arte am.*

Armaque in armatos sumere jura sunt.

Cum vis vinci non possit nisi pari,

vel majore vi objecta. Itaque militi militem, ferro ferrum, locis munitis, ac machinis machinas, belluis belluas, & consueta cuique genti arma, & quantæ comparari vires possunt, opponere permissum est.

Unde cum Orientis populi Elephantæ, & Camelos in prælium adducere consuevissent, iis uti adversus illos quodque potuerunt qui assueti istis non fuere, uti Indi adversus Semiramidem; *Diod. Sic. Biblioth. hist. lib. 2. c. 16. & 19. & Alexandrum M. Curt. lib. 8. c. 13. Pyrrhus adversus Romanos, Jussit. lib. 18. c. 1. Flor. lib. 1. c. 18. & Persæ adversus Alexandrum M., etsi illi ipsi quoque ante in bellis uti iis nondum consuevissent. Curt. lib. 7. c. 3. Sic & Cyrus Cræsi equitatum Camelis, quos equi non ferunt, fugavit. Polyæn. lib. 7. c. 6. n. 6. De quibus *Ammiat. lib. 23. c. 6. fol. 378.**

E contrario detestanda omnino sunt omnia illa arma, quæ non tam ad vincendum, quam ad nocendum, ulciscendumque excogitantur; & exasperandis fauciorum doloribus, & ad tollendam omnem spem convalescendi inventa, & comparata, ac proinde immanitatis magis belluinæ, quam justitiæ exequendæ instrumenta sunt: uti si globis plumbeis, qui ex variis instrumentis bellicis emitti solent, æs, vel ferrum ita misceatur, ut aculei pariendo dolori, & ne sit eximendi iterum, convalescendique facultas, emineant. Qualis malicia & Barbarorum quorundam fuisse dicitur, qui spiculorum suorum cuspidem partium fraudem, ad augendum miserorum cruciatus, armasse deprehensi sunt.

Idem dicendum de ingentibus illis machinis bellicis, quæ non expugnandis, & occupandis oppidis, & munimentis, sed tantum concutiendis, & evertendis eorum ædificiis admoventur: vulgo *Bombardirent* dicitur, & voce, & res nova. Non enim apparet, gentes, etiam maxime barbaras, ejusmodi immanitate tantum ad nocendum usas in bellis fuisse. Nec quicquam magis a rationibus justorum armorum, justæque victoriæ remotum est, cum neque spes, neque animus sit expugnandæ urbis, sed exfatiandæ vindictæ, explendique odii. Adeo igitur hoc ne ad victoriam quidem, nedum ad juris tuitionem necessarium est, ut ne quidem vincendi, jurisque tuendi animo, sed nocendi, & ulciscendi causa fiat.

D d d d 2

Estque

Estque id adeo a prisco gentium ritu, ac more alienum, ut ne tum quidem, cum infamis ille abusus gentes invasisset, ut bello capti fierent servi, & in servos jus vitæ, & necis esset, talis inter eos consuetudo in bellis fuerit. E contrario tam caste habita tum fuit disciplina bellica, ut populationes quoque agrorum, quæ tantum populandi causa fierent, nec ad vincendum hostem necessariæ essent, improbaverint; cum enim Veientes in agrum Romanorum excurrerent, prædaque abacta Vejos rediissent, ait Livius: *Eos populabundos magis, quam justis more belli id fecisse Liv. lib. 1. c. 15.* Et tamen multo plus momenti ad vincendum hostem affert populatio agrorum, quam tectorum sicut in urbe destructio: nulla enim re facilius subigi hostis potest, quam inedia publica, quæ incensis agris inducitur. destructio autem aliquot ædium nunquam idonea visa est loci dedendi causa.

E contrario vero si hæc via necessaria visa fuerit ad subigendum hostem, vel non alia tuendi juris, locive ratio fuerit, nihil hujusmodi machinarum ab exercitio belli alienum erit. Unde non modo arietes, falces, testudines ad subruendos muros, (de quibus *Veget. lib. 4. de re milit. cap. 13. & seqq. Joseph. de Bell. Jud. lib. 3. c. 9. Ammian. lib. 23. cap. 4.*) Sed & currus istos falcatos, dirum mortis genus, usus veterum probavit. *Curt. lib. 3. cap. 12.* Quin naves incendiarias, globos ignitos, vel pulvere oppletos, ac sinu stragem gerentes, vel ingentia oræ incendio vomentes machinas mos hodiernus quoque commendat; aliaque atrociter ingeniosa in hostium perniciem instrumenta noviter quoque excogitantur, nulla ipsius partitis adversæ reprehensione.

Equidem tam humano generi dirum, triste, ac detestabile, quam stygio humani generis hosti lætum, jucundumque est, tantis homines inter se certare odiis, adeoque omnem humanitatis sensum plus, quam belluina, avernali que immanitate mutasse, ut, si quod in votis est possent, quicquid est infernalium furiarum, & ipsas pice torrentes, atraque voragine ripas, alter in alterum effunderent, atque immitterent. Verum, hujus immanitatis non illa pars obnoxia est, quæ aliter jus suum tueri, ac recuperari nequit, sed in illam, cu-

jus injuria necessitati tam execrabili causam dedit, ejus vindicta recidit, & illius caput tot innocentium hominum sanguini consecrat: ac ille, non alter, qui jus suum tuetur, tot malorum intolerabilium poenas manibus miserorum, qui ea passi sunt, pendet; ut in simili specie loquitur Justinus *lib. 36. cap. 4.*

Ex quo facile judicium fertur de prodigiosa illa machina Federici Jambelli Hispani, qua Antwerpienses anno 1560. pontem ab Hispanis Scaldi impostum, probeque munitum, destruxerunt. Cum enim ab Hispanis obsessi essent; nec auxilia ponte objecto accedere possent, stupenda, & immanis machinam quatuor majoribus, & tredecim minoribus navibus, utero suo exitium, & incredibilem tempestatum, ac fulminum vim gestantibus, mira arte a Jambello fabricata, & noctu ponti immissa adeo in pontem, ipsumque fluvium sæviit, ut *Scaldis prodigiose debiscens fundi ima patefacere primum visus, mox super ripas effusus, atque aggeribus aquatus, Marianam munitionem (ponti annexam) uno pede altior impleverit: ceu & pontem, & machinam describit Farnian. Strada de bel. Belg. l. 6. ad ann. 1585.* & terræ subfultantis motum ad 9000. passuum sensu perceptum, & 800. milites, ac ordinum ductores misere periisse, plurimosque saucios, & corpore truncatos fuisse, pluribus commemorat. Quomodo deinceps quoque alias hujusmodi machinas in pontem resectum immisere. Nec quicquam horum, cum nulla alia arcessendi auxilii, comteatusque via appareret, nisi destructo ponte munitissimo, improbandum videtur: inprimis in bello, quod pro libertate animorum, & conscientiæ, susceptum ferebatur.

Sed & in eum hostem, qui talibus armis promiscue, ac citra necessitatem juris sui tuendi utitur, vicissim eadem arma, eademque bellandi ratio permittitur, ut in eum quoque paria machinarum monstra, ac furia, etiam tantum ad nocendum, & ulciscendum parata sint, justa talionis lege immitti possint. Hæc enim justissima illa, & omni jure, ac apud omnes gentes probata lex est, quam ab æquitate sua naturali adeo commendat Iustus in *l. 1. princ. ff. Quod quisque jur. in alt.* quod summam habeat æquitatem, & sine cujusquam indignatione justus sit: Quis enim, addit, asper-

nabitur

habitur idem jus sibi dici, quod ipse alius dixit. Quo sensu & M. Marcellus Dux Romanus, cum Siculi nimiae in bello saevitiae ipsum Romae postularent, respondit: Quis passus esse hostilia, cum fecerint, indignatur? Liv. lib. 26. c. 31. Et hanc legem adeo gentes probantur, ut ad ejus rationes post mortem Regum justissimas poenas, ac praemia apud inferos exigere sinxerint. Vid. Disp. nostram de proopt. furt. §. 6. Eaque Deum quoque usum apud Hebraeos, patebit infra (h. Disp. de armis illicitis) In genere igitur quoties armis illicitis hostis injuria utitur, eadem reciproce ipsi optimo jure inferri posse, constat.

Ex dictis quoque sequitur, nunquam jus armorum, ac hostium in eos esse, qui armis jam capti, vel victi sunt: cum omnis cesset saevitiae in eos necessitas, qui jam sunt in nostra potestate, & atque adeo juri nostro tuendo, vel recuperando nullum amplius impedimentum afferre possunt. In eos igitur quae exercetur, vel interficiendo eos, vel diripiendo res eorum, crudelitas, cum nulla amplius necessitate excusari possit, nullo jure permessa videri potest. sup. (D. Disp.) §. 17. 14. 15. 16. §. 17. Quia vis hostilis in captos nihil amplius ad tutelam juris nostri, vel ad victoriam, cum victi jam sint, conferre potest. Quod prudentes viri, & magni Duces quoque in medio illo gentium abusu, quo in captos, & victos, jus plenum vitae, & necis, eoque in res eorum plenum sibi dominium arrogabant, senserunt, & hunc gentium excessum improbarunt, ut exemplis gentilium ostendit Grot. de J. B. §. P. lib. 3. cap. 11. §. 6. §. seqq. usque ad §. 13. cap. 12. §. 2. §. cap. 14. §. 3.

Neque movet, quod ipse Deus permiserit Hebraeis interficere masculos urbis captae, & res diripere. Deut. 20. v. 13. §. 14. Nam id jure talionis licitum est, quoniam gentes pro eo, qui tum fuit, abusu, in Hebraeos, & inter se, eo jure utebantur. Id vero non impedit, quin si qui sunt in captis, vel victis, qui quid injuria in bellis commiserunt, vel alias deliquerunt, vel si auctores belli, aut seditionis fuerunt, a victore pro modo reatus puniri, & coerceri possint; uti & hoc pluribus exequitur Grot. d. c. 11.

§. 5. add. Liv. lib. 26. cap. 16. §. Disp. nostram de jur. Vict. Quemadmodum & a nobis capti, victique, si suo facto, licet intra jus belli, damni quid dederunt, ad ejus restitutionem in pace quoque, & bello finito, ubi in potestatem forte nostram pervenerunt, compelli possunt; nisi per amnestiae pactum memoria damnorum, ac injuriarum plane abolita fuerit. Vid. Disp. nostram de postlim. §. Amnest. pass. Atque haec haecenus arma injusta, & ipso jure naturali ideo prohibita sunt, quia ad jus tuendum, vel recuperandum non sunt necessaria.

Sequitur jam, an, quando alia tutandi ita juris ratio non apparet, quam vis, etiam iis vincendi mediis uti liceat, quae alias turpia, & minus honesta habentur, ita ut necessitas reddat ea licita, maculamque omnem iis detergat? Et negamus, ulla arma, vel vincendi media, in quibus nulla ratio virtutis est, sed quae turpia, vel inhonesta sunt, jure naturali in bellis esse permessa. Nam I. bellum est verissime Dei judicium, quo causa, in qua alius nemo judex existit, ipsi committitur, ejusque arbitrio deciditur: & ita judicium Dei in antiquis quoque legibus dicitur. Vid. Disp. de Prob. Feud. c. 2. §. 2. Qua ratione dixit Lucanus. Lib. 1. vers. 227.

Utendum est iudice bello, 2

Et Hirtius de Bell. Alexandr. in fin. ait: Deos immortales omnibus casibus belli interesse. Quod & praclare docet divinus ille Homerus, cum omnibus praелиis Deos interfuisse, Jovemque imminente praelio concilium Deorum ante habuisse, & suas cuique Deorum partes in conflictu quasi tribuisse, per totam passim Iliada fingit. Sed & Hanno recensens bellum superius Punicum ob foederis violationem gestum, quo victi essent Pœni, inquit: Id, de quo verbis ambigebatur, uter populus foedus rupisset, eventus belli, velut aquus iudex, unde jus stabat, ei victoriam dedit. Liv. lib. 21. c. 10. Inde tum eventum alterius belli Punicum ita auguratur: Mox Carthaginem circumsidebunt Romanae legiones, ducebus iisdem Diis, per quos priore bello rupta foedera sunt ulsi. Liv. d. cap. 10. Quod cum deinde ita evenisset, idque Pœni agnoscerent, increpante quoque Scipione victore: Int claudibus caecis tandem Deos,

Et iurandam esse crederent. Liv. l. 30. c. 37. & supplices pacem peterent, legatis vero ideo Romam missis Senatus Romanus perfidiam ita exprobraret: *Per quos Deos fœdus iſturi eſſent, cum eos, per quos ante iſtum eſſet, ſefelliſſent?* Respondet Asdrubal legatus Pœnorum: *Per eosdem, qui tam inſeſti ſunt fœdera violantibus.* Liv. lib. 30. c. 42. Cum igitur tam memorabilibus exemplis conſtet, & gentes tam feroces, & barbaræ quoque agnoverint, bella eſſe iudicium Dei, quis credat, hunc juſtiſſimum iudicem, adeo quæ turpia ſunt abominantem, eis victoriam, qui turpibus armis, inhoneſtiſque mediis eam affectarunt, daturum, eoque turpitudinem rei comprobaturum eſſe.

Accedit, quod, ſi nihil virtutis eſt in ratione vincendi, nec bellum erit, nec victoria: ut ſi muliercula forte focaria pretio corrupta, potu, ciboque medicato Ducem fortiſſimum occidat, nemo tribuerit foemina vim victoriæ, nemoque inter eos certamen, quod in bello requiritur, atque adeo ex certamine Ducem a foemina victum fuiſſe, dixerit. Ita cum Neſſus ab Hercule telis tranſixus uxori illius Deianiræ veſtem ſuam veneno perſuſam donafſet, perſuaſiſſetque, ei vim ineſſe revocandi maritum ab aliarum mulierum amoribus, quo dolo deinde Hercules in furorem actus eſt, Ovid. *Metam. lib. 9. in fin.* nemo ſtatuet, Herculem a Neſſo certamine victum fuiſſe, ſine quo bellica victoria concipi nequit.

Porro cum ideo eventus belli expectetur, ut per victoriam appareat, cujus cauſa bello ſuperior, ac melior ſit, non poteſt id apparere ſi quis nulla hoſtis ſui virtute periit, ſed maleficio mulierculæ. Neque hoſtis ei prævaluiſſe dici poteſt, qui poculo a vetula intoxicato, vel inſidiis aſſaſſinii occultis periit; nec alterius cauſa ideo melior, vel ſuperior ſtatui, quia ille turpius rem egit, quam alter.

Quin ea lege, ac fiducia, altera pars his armis, ac mediis vincendi contra hoſtem abſtinet, quod & illum ea eſſe abominaturum ſperet, atque ita invicem ejus rei fidem habent, quam ſi alter fallat, non modo injuria agit, ſed & alteri parti poteſtatem facit eodem jure in ipſum utendi: eaque ratione non bella eſſent, non Dei iudicia, ſed mutua venenſia, aſ-

ſaſſinia, atrocina, *Meuchel-Mord*, &c.

Non minus igitur ſancta debent eſſe arma, quam iudicia, & quam juſtitia ipſa, cui tuendæ unice, ut ſupra oſtendimus, a natura permiſſa ſunt; immo magis, cum cauſa agatur ipſo Deo iudice, & in immediato divini illius Numinis iudicio ſanctiſſimo, in quo turpibus, pudendisque artibus uti, nefarium eſt quam maxime. Unde Romani arma ſacroſancta dixere; ut in illo Flori lib. 2. c. 20. qui de M. Aquilio dixit, *quod ſacroſancta Romana arma violafſet.* Quia totum jus bellicum, ſeu feciale, ut ſanctiſſimum omnium laudat Cicero *de offic. l. 1. §. 36.* quod non a XII. Tabulis petitur, ſed diu ante ab antiqua gente Equicolarum (quæ ab æquitatis ſtudio nomen accepit.) deſcriptum, & ſacro Fecialium collegio commiſſum eſt, Liv. l. 1. c. 32. ita ut omnes de bellis quaſtiones ad eos delatæ fuerint. *Alex. Gen. dier. lib. 5. cap. 3.*

Hinc igitur veneno in hoſtem uti, nullo jure gentium in bellis licitum eſt: cum nihil in eo virtutis, nihilque ſit, quo appareat, unam altero potiore, vel ſuperiorem eſſe; & præterea res foeda, improba, ac inter homines deteſtabilis ſit. Neque ea virorum, ſed ut dictum, mulierularum peſſimarum ſunt arma; non bella, ſed venenſia: nulla victoriæ indoles, cum nulla re alteri prævaluerit; ſed mera flagitii infamia. Neque vero in bellis probari poteſt modus, qui nullam relinquit deſenſionis copiam, & omnem cavendi facultatem ita excludit, ut dignoſci nullo modo queat, quis altero potior ſit.

Aliter ſentit poſt Baldum Grotius *de jur. B. & P. lib. 3. c. 4.* jure naturæ licitum eſſe hoſtem veneno tollere, & ſolo jure Gentium ſecundario id ſaltem improbari. Nam, inquit, *quem interficere liceat, eum gladio, an veneno interimat, nihil intereſt, ſi jure natura reſpicias.* Tum addit: *Non deberi defendendi ſui copiam hoſti, qui mori maruit.* Et denique jure Gentium voluntario inductum hoc, ait, *ex reſpectu communis utilitatis, ne pericula in bellis, quæ crebra eſſe ceperant, nimium inconsiderentur; & credibile eſſe, a regibus id profeſſum, quorum vita ab armis aut aliis defenditur, a veneno minus, quam aliorum tuta eſt, niſi defendatur jure aliqua religione; & metu infamia,*

nia. Atque hanc in rem allegat Baldum, Baldus Vegetium. Sed & idem statuit, ac jure saltem gentium secundario, quin inter Europæos tantum, nefas videri, fontes hostium veneno inficere, vel spiculis venenum illinere. *Gros. d. c. 4. §. 16.*

Quam vero hæc Grotii sententia falsa, omninoque explodenda sit; ex prædictis jam constat; falsumque omnino est, *nihil interesse, quem interficere liceat, gladio, an veneno, interimas*: in gladii enim actu virtus apparet, in veneno nulla: ex illo fortitudo, & quis superior sit, & victoriæ ratio dignoscitur; nihil horum in altero. Differunt igitur eo ipso, in quo omne quæstionis momentum situm est; scil. quod gladii, similibusque armorum usus in bellis honestus sit, veneni foedissimus, & plane infamis: & honestum est, certare quis armis potior, ac superior sit; turpissimum vero, quis veneficiis. Plurimum quoque interesse, vel inde patet, quia Magistratus reum, quem gladio occidere debet, veneno non potest. Nec ulla in jure naturæ est auctoritas Baldi, cum illi Jcti juris naturæ plane imperiti fuerint, & unice legibus dediti. In Vegetio autem, quod veneno hostem occidere liceat, nullibi invenitur.

Sed & illud falsum quam maxime est, quod Grotius *hostem dicit mortem meruisse*: nam Principes, qui bellum gerunt, de causæ suæ justitia utrinque persuasi esse possunt, ac bona fide bellum gerere; eorum vero subditi, qui judicium Principis sui sequuntur, omnino infontes sunt. Hostis igitur occiditur non quasi ex flagitio capitali, quod mortem meruit, sed jure defensionis naturalis, quæ aliter fieri nequit. Neque altera pars alterius est iudex, ut quid meritis sit judicare, & ideo poenam capitis inferre possit; & alias, si hostis mereretur poenam, omnibus utrinque moriendum esset.

Quodsi vero, ut Grotius existimat, jure saltem Gentium voluntario prohibita essent in bellis venena, nullam illud vim habiturum esset inter eos, qui bella gerunt, & neminem in terris superiorem agnoscunt, nec ab aliis gentibus, sed a solo Deo leges accipiunt. Jus igitur illud gentium secundarium non nisi jus, ut vocant, positivum plurium gentium est, quod inter privatos obtinet, summos ve-

ro Principes, & populos liberos non obligat; quin ab iis mutari potest, & locis, & temporibus plurimum variat, ut apparet ex iis, quæ coelo, terra, ac mari capiuntur.

Quin gentes cultiores agnoverunt potius, jure naturali nefas esse veneno in hostem uti. Valerius M. *lib. 6. c. 5.* ait: *Armis bella, non venenis geri debere*; idque sensitisse Romanos. Et Silius Ital. *lib. 3. v. 221.* Mitharum morem esse, ait:

————— *Scelerataque succis
Spicula dirigere, Et ferrum infamare veneno.*

Is ipse quoque, quem Grotius *d. §. 16.* allegat, Salisberienfis inquit: *Nec veneni, licet videam ab infidelibus aliquando usurpatum, ullo unquam jure indultam lego licentiam.* Ita de Fabricio oblata in hostem venena respiciente dixit Claudianus, *de Bell. Gild. vers. 273.*

————— *Bella negavit,
Per famuli patrare nefas.* ———

Et cum Aquilius bellum brevi, sed corruptis toxico fontibus, confecisset, improbat hoc maxime, & contra fas Deum fuisse, asserit ipse Florus *lib. 2. c. 20. Mixtis, nefas! veneno fontibus infamem sectæ victoriam; nam contra fas Deum, moresque majorum, medicaminibus impuris in id tempus sacrosancta Romana arma violavit.* Ita certatim hoc in bellis nefas abominantur Cicero, Lucanus, Ovidius, Plinius, Livius, Tacitus, Seneca, Ambrosius, Plutarchus, Gellius, &c. quos adducit Albericus Gentilis *de jur. Bell. lib. 2. cap. 6.*

Quod autem respondet Grotius *in d. §. 16. fas Deum saepe tribui quoque juri gentium secundario*, in eo maximopere fallitur; nec unquam per fas Deum intelligitur, vel intelligi potest id jus, quod gentes inter se pro sua utilitate constituerunt. Illa vero loca, quæ Grotius allegat *lib. 2. cap. 19. §. 1.* nihil huc faciunt, sed loquuntur de jure legatorum, & jure sepulturæ; quod utrumque verissime est ex jure Gentium primario, et si Grotius ad secundarium perperam referat.

Quin immo si de eo, quod gentibus placuit, quarimus, plurimæ earum, etiam ex Europæis, in bello venenis usæ leguntur: uti de Persis, Æthiopiis, Affricis, Getis,

Getis; Scythis, Caspiis, Heptacomētis, Turcis, antiquis Scotis, & Gallis, aliisque prolixè refert Albericus Gentilis *d. lib. 2. c. 6.* Itaque dicendum esset, non quod Grotius vult, jure Gentium voluntario id vetitum, primario permissum; sed contra hoc jure interdictum, & altero magis usurpatum fuisse.

Ad hoc belli nefas igitur multo magis pertinet si hostium fontes, & aquas, veneno hostis diluit; vel tela, gladios, hastas, glandes, aliave missilia ea peste inficit. Prius enim eo detestabilius, atque atrocius est, quo in plures ejus periculum indigentia aquarum, & fontium publica communicat: alterum vero mortem geminare videtur, & occidi hostis tum ferro, tum veneno. Quod ipsum quoque flagitium veneni hoc magis auget, quo minus ad vincendum, vel jus tuendum necessaria est veneni accessio, sufficiente ad id ferro. Quod animadvertunt Justinus *l. 12. c. 10. Sagittas veneno armant, atque ita gemino mortis vulnere plurimos interficiunt.* Et Ovid. Pont.

*Qui mortis sævo geminent ut vulnere causam,
Omnia Vipereo spicula felle linunt.*

Item Claudianus *Paneg. 1. in laud. Stilic. in fin.*

——— *Geminata venenis
Vulnera. ——— ———*

At vero non abhorret a rationibus belli si fontes, vel aquæ non ita corrumpuntur, ut homines earum hauſtu pereant, sed ut bibi nequeant. Uti enim efficacissimum hoc vincendi hostis remedium est si fame, & inedia adigatur ad deditiōem, *Liv. l. 5. c. 48*: ita eadem ratio est si siti; sive id fiat aquis averſis, sive obstructis, ut a Cæsare, *l. 1. de bello civ. cap. 10.* sive denique corruptis. *Grot. d. c. 4. §. 17.* Uti & Jugurtha, qua venturum hostem audierat, pabulum, & aquarum fontes, quorum penuria erat, corruerat. *Sallust. de Bell. Jugurth. c. 5.* Ille enim modus satis est commodus ad subigendum hostem: at medicatis fontibus illi potius, qui non resistunt, & in quorum arbitrio deditio non est, ut infantes, feminae, &c. sine vi, ac labore occiduntur.

Sed quid si alia via juris tuendi, & hostis vincendi non sit; uti si pars, quæ

læsam se putat, hoste nimis inferior sit viribus, ac consilio, nec ulla facultas ejus arcendi, veneno autem abigere eum possit? Equidem quæ supra §. 17. allata sunt momenta, & hanc causam sustinere, & eadem ratio, ac tuendi juris necessitas non minus venena, quam ferrum, & ignes ab injustitia, & vitio liberare videntur. Verum, id longe secus esse, nec regulariter venena in bellis ulla necessitate a vitio defendi posse, existimamus. Quod si quis enim nullis alijs viribus confidere, bellumque conficere possit, temerarium, & fatuum esset, bellum suscipere: quod & ipse Servator arguit *Luc. 14. vers. 31.* Si vero suscepto bello eo necessitate reductus fuerit, ut resistere aliter non possit, quam veneficiorum abusu, pro victo habebitur, ac dedere potius se debet, vel satisfacere hosti, quam ferrum infamare veneno. Generosum est illud Sallustii: *Vinci satius est, quam malo more injuriam vincere.* Idque est, quod suggerit Servator *Luc. 14. vers. 31.* scilicet ut qui se viribus hosti imparem sentit, mature pacem petat. Dices: quid si pacem dare hostis nolit? Resp. Si oblata satisfactione pacem dare recuset, non jam justus hostis, sed pro prædone, & latrone habendus est, in quem omnis necessaria tuendæ salutis ratio justa est. *Vid. §. 45. seqq.* Nec causari quisquam potest, nullum aliud remedium superesse tuendi sui; is enim non a natura est defectus, sed a propria imbecillitate, ac vitio: non enim inchoandum est tam temere bellum, sed parari debent ante vires, auxilia, fœdera, &c. quam respublica in discrimen mitti. Quod si causam orbi manifeste probaveris, non deerunt contra invasorem, & injuriæ exemplo non tantum, quam humanæ societatis hostem, amici; nec bello; si omnia recte administraveris, eventus.

Cæterum, non desunt casus, quibus veneno quoque se tueri fas erit. Etsi enim v. gr. civitas eo usque subacta, ac devicta, ut ultra resistere nequeat, deditiōe magis, quam veneno salvam se reddere debeat, *sup. §. 44.* quod si tamen sciant cives, victorem non mansurum intra fas belli, & victoriæ, & ab eo se non hostilia, sed ultra sacros victoriæ fines atrocija passuros, atque ideo herbis, ubi aliter non possunt, a suis, & conjugum, li-

berorumque corporibus, malorum extrema depellant, non id in legitimum hostem, sed in furiam, prædonem, ac tyrannum agitur, in quem, ut dictum §. præc. (b. Diss.) omnis expediendæ salutis honesta ratio est. Ita Hercules Nessum Centaurum, qui, dum ille fluvium trajiceret, Deianiram conjugem ipsius trans fluvium portandam receperat, sed, cum Hercules jam trajecisset, eam vitare tentabat, spiculis Lernæo sanguine infectis occidit. *Ovid. Met. 9. fab. 2.*

Refert quoque Pausanias medicaminis in hostem exemplum, quod etsi damnatur ab Alberico Gentili *de Jur. Bell. lib. 2. c. 6.* vix tamen est ut nimis improbandum videatur. Cum enim Amphictyones Clistheni Sicyonio expugnationem Cirrhæ urbis mandassent, Solon Clistheni, ut ejus consilio uteretur, additus tali astu urbem cepit: Aquam, quæ e fluvio Plisti in urbem inflebat, avertit; deinde accensa satis ex aquæ penuria oppidanorum siti, eam aquam, sed elleboro ab Anticyris collecto, & affatim injecto corruptam, satisque medicatam oppidanis restituit, qua avidè omnes hausta ad eò profluvio ventris vexati, & retenti fuere, ut interim facili negotio Clisthenes urbem cepit. *Pausan. in Phocid. seu lib. 10. c. 37.* Hoc inventum, cum eo non interfecti hostes, sed tantum impediti a propugnatione murorum fuerint, nemo arguet; cujus auctores Amphictyones (gravissimum illud communis Græciæ concilium), & inventor Solon, summus Græciæ Philosophus, fuerunt, quodque inter strategemata sua bellica cum Frontinus *l. 3. c. 7. n. 6.* tum Polygnus *l. 6. c. 13. n. 1.* & merito retulerunt, quippe quod plenum quoque fuit consilii, ac solertiz: estque id simile ei, quod supra §. 39. traditum.

Sequitur, an immisso percussore hostem occidere liceat? Grotius *de J. B. & P. lib. 3. c. 5. §. 18.* discrimen adhibet, & percussorem, qui hosti fidem debet, non posse immitti, putat, quod factò perfidia insit; qui non debet, posse, quia nihil intersit quot sint qui hostem invadant, & cum plures possint, magis paucioribus id permissum sit.

At nihil horum verè rationi consentaneum est. Inprimis verò a percussoribus separandi sunt qui, cum ipsi hostes sint, soli in castra hostium transeunt, hostemque vi, vel consilio, adeoque virtute ad-

Tom. III.

oriuntur: hoc enim & gloriosum, & heroicum est maxime. Inde magnum decus hoc factò retulit Scævola Porfennam ita adortus, ut hac virtute & suis, & hosti admirationi esset, jactans: *hostis hostem occidere volui. Liv. lib. 2. c. 12. 13.* Plut. *in vita Poplic. c. 26.* Ita Jonathan solus cum armigero in hostes feliciter irruit. *1. Sam. 14.* Theodotus Ætolus cum duobus vallum hostile Regis Ptolemæi ingressus regem petiit, sed in persona, ut Scævola, fefellit; quod Ætolica quidem (credo, quia minus prudenter, & circumspicte rem aggressus fuerat, ut postea arguitur), sed haud parum virili audacia factum, ait Polybius *lib. 5. Histor. cap. 81.* Pipinus Caroli M. pater cum uno satellite trajecto Rheno hostem in cubiculo interfecit; quod ex Pauli Warnafredi *lib. 6. assert. Grot. d. tit. 4. §. 18.* Quæ heroicæ fortitudinis exempla (nisi quid forte in Theodoto merito culpandum sit), omni a noxa, ac infamia absolvimus. Atque his casibus procedunt argumenta Grotii, ut cum hostibus decorum sit si magno numero hostem adorti occidant, etsi seipfos ante non prodiderint, sed fortè amicos simulaverint, multo magis peregregium videatur si unus, vel pauci idem ausi fuerint.

Procul verò ab his exemplis distant infamia illa, & detestanda atrocitas, cum percussor emitur, qui ex occulto, & ex infidiis hostem feriat. Etsi enim ille nulla fide hosti devinctus sit, id tamen non minus, quam venena, factu foedissimum esse, iisdem rationibus ostenditur: nam nec minus id turpe, ac foedum, nec plus in eo virtutis est, quam in veneno; & utrobique perinde sublata est mutæ defensionis copia, quæ in bellis non magis, quam in judiciis, tolli in unum potest.

Ita Icetas percussores in Timoleonem, dum sacris vacabat, immisit, *Plut. in vita Timol. c. 23.* & Perseus tres Macedonas Sicarios in Eumenem. *Liv. l. 42. c. 15.* Ita Gaspar Colinius Ammiralibus Franciæ *d. 22. Aug. 1572.* cum e regio consilio domum rediret, ex clatrata fenestra velo obducta duabus glandibus æreis (coque ad id paratis) ictus est. Quod facinus ut omnes boni execrati fuerint, ut Rex ipse se id acerrime vindicaturum sæpius, & sanctè dejeraverit, ut tamen e contrario Colinii memoria deinde damnata fuerit,

R e e e

fuerit, pluribus narrat Thuanus *Hist. l. 52. § lib. 53. in princ.* Eodem modo dirus percussor ab Hispanis emtus Wilhelmum Principem Arausionensem Colini generum domi ipsius glande trajecit. *Grot. Annal. lib. 4. Strad. de Bell. Belg. lib. 5. p. 543.* confessusque deinde Sicarius est, promissum sibi hoc facto cælum, persuasusque se id jam meruisse. *Thuan. Hist. lib. 79. ad ann. 1584.* Quasi Deus T. O. M. qui nutu omnia temperat, eo jam angustiarum redactus sit, ut sui cultum verum, suamque ecclesiam, per immanissimis quoque gentibus detestanda scelera, assassinia, paricidia, latrocinia asserere, atque ad id miserimi hominis assassini ope uti oporteat, & quasi pro maximo beneficio sibi præstito venale foedissimis flagitiis cælum habeat.

Hæc immania scelera gentes absque discrimine, an percussor fidem hosti debeat nec ne, detestata sunt maxime. Factum Persei ante memoratum, qui sicarios miserat in Eumenem, perinde ut veneficia ejus, adeo improbarunt Romani, ut ideo bellum intulerint: uti Dux Romanus hanc belli causam ei exponit, & inde sinistrum belli exitum ominatur: exprobat enim ei veneficia, cades; latrocinio nefando petiturum Eumenem; ea omnia, addit, quam Diis quoque inuisa essent, sensurum in exitu rerum suarum; favere enim pietati Deos, &c. uti prædixerat, ita respondit exitus, & Perseus amisso regno captus, & cum tribus filiis in triumphum ductus miserime periit. *Liv. lib. 44. § 45. Idem Liv. lib. 42. c. 18.* hostem eum judicatum, ait; quippe quem NB. non justum apparare bellum regio animo, sed per omnia NB. clarissima grassari scelera NB. latrociniorum, ac veneficiorum cernebant.

Sic Alexander M. negat, Darium percussores sollicitantem justum hostem, & cum eo jus belli esse; &, ad internecionem, ait, mibi persequendus est, non ut justus hostis, sed ut percussor veneficus. *Curt. lib. 4. cap. 11.* Quin adeo exprobat Dario percussores, ut ideo causam suam meliorem, & Deos a partibus suis esse, gloriatur: Impia, inquit, bella suscipitis, & cum habeatis arma, licitamini hostium capita. Et deinde: Percussorem in me emere voluisti: Diis igitur pro meliore stantibus causa, redegi, &c. *Curt. d. l. 4. cap. 1. Idem Bnnius dixit,*

Non cauponandum bellum, sed belligerandum:

Et de eo, qui percussoribus utitur, ait Valerius Max. *lib. 9. cap. 7. Victoriæ non meruit, sed emit.* In horum nullo ratio refertur ad fidei debitæ violationem (qui ne quidem casus est in omnibus), sed ad emtionem percussoris: non enim illi hostes sunt, sed assassinatores & assassini; non bella, sed assassinia, ac latrocinia.

Taceo furialem istam immanitatem, quæ Mithridates omnes per Asiam Romanos, & Siculi per Siciliam Gallos immixtis percussoribus trucidarunt. Sed omnium immanitatem longe superat laniena ista, qua Galli Gallos Lutetiaë mactarunt: cui reliquas (inprimis cum tunc in peregrinos factum fuerit, Lutetiaë vero in proprios cives) ne comparandas quidem esse, nec simile exemplum ab orbe condito in tota antiquitate evolutis gentium annalibus inveniri, testatur Thuanus *l. 53. in princ.*

Illud vero absurdum maxime est, quod Grotius *d. lib. 3. c. 4. § 18. in fin.* tradere haud erubuerit: percussorum usum tantum in bello solenni, & justo prohiberi; extra bellum vero solenne haberi jure gentium pro licito. Nam contra, in bello non justo minus licitum est, quam in justo, & solenni: in illo ne quidem jus est illius hominis interficiendi, cum id jus non nisi ex justa, & necessaria sui, & rerumque suarum defensione competat, ut ostensum est *sup. § 13.* adeoque omnes interfectiones ibi vera homicidii crimina sunt. Tantum igitur abest, in bellis non justis licere percussore immisso hominem occidere; ut contra nullum sit in iis jus occidendi hominis, quod est in bello justo.

Quod si igitur bellum v. gr. civile sit; vel cum subditis, constat, ne jus prædæ quidem, aut captivitatis, nedum mortis jus invicem esse. *l. 21. §. 1. l. 24. l. 27. ff. de capt. § Postl.* Unde hæc bella nec finiuntur pace, sed tantum pacto, ut injuriarum oblivio sit, (atque adeo nihil jure factum in iis creditur, sed omnia injuria) quod amnestiæ pactum dicitur. *Vid. Disp. nostram de Postlim. in pace.* Neque vero cum justum, ac verum bellum non est, belli jura esse possunt. Esti igitur indubium sit, magistratum in subditos suos rebelles supplicis quoque animadvertere posse,

posse, id tamen verum est si causa sub-
jecta esse possit hominum imperio: nam
v. gr. conscientia, & anima, non sunt ob-
jectum imperii humani. *Matth. 10. v. 28.*
Ita si manifestum sit, leges regni funda-
mentales convelli, statumque publicum,
qui tuendus, non destruendus magistratui
permisus est, subrui, eumque tueri velit
ipse populus, (quem major pars refert)
jam duæ partes erunt, quæ inter se con-
tendunt: & si altera pars venenis, aut
sicariis immisissis in alteram grassetur, pes-
simum in se exemplum statuit, talionis-
que facultatem alteri quoque concedit. Sed
etsi privati essent qui opprimi se putant,
non illico veneficis, aut sicariis exponen-
di sunt, sed causa imprimis cognosci de-
bet, idque a Judice non suspecto: quæ
omnia jure naturæ manifesta sunt; adeo
ut cum Hamilcar proditor, sed inauditus,
a Pœnis damnatus esset, per injuriam da-
mnatus dicatur. *Justin. lib. 22. cap. 3.*

Cæterum, quod Grotius *dict. c. 4.*
§. 18. n. 4. docet, si quis eo percussore
in hostem utatur, qui fide ei obstrictus
est, utrumque peccare: *etsi in aliis re-
bus, qui malorum opera in hostem utitur,
peccare censeatur apud Deum, non jure
Gentium;* in eo plurima notanda essent.
Nam & malorum opera in re justa uti li-
cet, & aliud est opera malorum, quæ
& bona esse potest, aliud opera mala. Si
quis vero in re injusta utitur opera alio-
rum, etsi bonorum, omnino uterque omni
jure delinquit: ut adeo in his verbis ni-
hil vel concludat, vel veri sit.

Uti in percussore distinximus, ita & in
feminis, si per eas forte hostis occida-
tur, distinguendum. Scilicet si factio virtus
inest, si eo generositas aliqua, fortitudo-
que, aut consilium, ac prudentia insignis
appareat, non minor, quin major, quam
in viris ejus erit admiratio: uti in factio
Judithæ, sive mera fabula, sive aliquid
in eo veri sit. *Sulp. Sev. lib. 2. Hist. Sacr.*
p. 108. Item in Jaële, *Jud. 4. v. 21.* aliis-
que viraginis; etsi id improbet Alberi-
cus Gentilis *lib. 2. de J. Bell. c. 8.* Si
vero nulla virtute, sed infami assassinio,
aliove malo more per eas hostis occiditur,
non id jus belli, sed turpe erit, ac illi-
citurum. Uti Augustus, labascente jam Ro-
mæ prisca morum disciplina, Cleopatram
multis, repetitisque pollicitationibus insti-

gare voluit in necem Antonii mariti sui.
Dio Cass. lib. 51. c. 2. §. cap. 4.

Legitur quoque, hostem scorta, eaque
formosissima, sed lue, vel peste infecta
emississe in castra hostium, ut harum mu-
lierum consuetudine, & contagione peri-
rent. Factum hoc ab Hispanis in obsidio-
ne Neapolitana ex Fallopio Medico, cujus
pater ibi militaverat, refert *Alb. Gent. d.*
tract. lib. 2. c. 6. Uti Madianitæ simili pro-
pmodum facto acerrimam divini Numinis
vindictam & in se, & in Hebræos exci-
tarunt. *Num. 25.* Quin in dicta obsidione
Hispani alios quoque peste laborantes ho-
mines ex urbe in castra Gallorum, & hac
ratione pestem exercitui Gallorum immisissis
dicuntur. *Guicciard. Hist. lib. 19. circa
med.* Quod sine dubio infame est, & a
rationibus justii belli maxime abhorret.

Sed & varias, insolitasque belluas in
hostem effusas fuisse, memoria proditum
est. Ita Annibal Serpentes venenatas, &
vasis fictilibus inclusas in classem Eumenis
conjecit, eoque modo eum fugavit. *Corn.*
Nep. in vita Hannib. 23. cap. 10. §. 11.
Cum Severus Atrenorum urbem Atras in
Asia obsideret, cives vasa fictilia parvis,
at venenatis bestiolis volucris impleta pro-
jecerunt, quæ ora militum Severi, & qua
parte corporis nudi erant, involarunt, ut
solvere locum obsidione compulsus sit. *He-
rodian. lib. 3. in Sever.* Saladinus Ægy-
ptius obsessa a Christianis Ptolemaide pa-
ravit 250. Scorpiones, & plurima vascula
igne Græco plena; quin & in caveolis ve-
nenatas serpentes: quæ omnia magnæ
navi cum comæatu imposuit, ut in Chri-
stianos diræ hæ pestes emitterentur: sed
navis ante oppressa est, quam eo veniret.
P. Emil. l. 6. in Philip. 2. R. 41. fol. 177.

Hoc quoque nefandum prorsus armorum
genus esse, non dubitamus; nam & hæc ve-
nena sunt, quibus sacra armorum, & bel-
li jura temerari non debent, ut supra
§. 34. §. seq. ostendimus. Sed nec in eo
quicquam virtutis, eoque nec victoria est,
sup. §. 36. Quam vero infestum hoc serpen-
tum genus iis in locis sit, ex historia
Mosis apparet, qui cum exercitum Pha-
raonis in Æthiopes per deserta harum Ser-
pentum foeta duceret, aves iis inimicas,
aves, secum tulit, atque in eas immisit,
& dum illæ pugnant, exercitum traducit.
Joseph. Antiq. lib. 2. c. 4.

E e e e 2

Quia

Quin & tautos, leones, apros, in prælia duxisse veteres, antiquus Poëta Lucretius lib. 5. circa fin. ita testatur:

*Sic alid ex alio peperit discordia tristis
Horribile, humanis quod gentibus esset in armis,
Inque dies belli terroribus addidit ausmen.
Tentarunt etiam Tauros in manere belli:
Expertique suos suos sunt mittere in hostes;
Et validos Parthi præ se misere leones,
Cum ductioribus armatis, sævique magistris.*

& deinceps, ut hæc belluæ hostes ante, & retro adortæ, & passim per aciem vagatæ ordines turbaverint, equos terruerint, homines prostratos misere laniaverint, graphice depingit. Canes quoque re-duxisse Garamantum Regem ab exilio, præliatos adversus perduelles, fingitur. *Plin. Hist. nat. lib. 8. c. 40.* Nec defuisse, traditur, qui canibus ferocibus, & canum cohortibus in prima quoque acie usi fuerint. Uti hæc diligenter collegit *Alb. Gent. de Jur. bell. lib. 2. c. 7.*

Sed & hoc bellandi genus jure naturali licitum esse, pernegamus. Nam non hominum in ea re virtus est, sed belloarum, & ab his, non ab hoste hostis vincitur. Et quid aliud id est, quam bestiis objici? quæ cum sit ipsa illa non nisi in servos, ac viles personas, nec nisi in atrocissimis criminibus statui olim solita poena immanissima, non debet in legitimum hostem exerceri; imprimis cum sequentium temporum mansuetudo totum hoc genus poenæ abominata fuerit.

Repugnat quoque modus hic præliandi regulæ supra §. 17. traditæ; non esse justa arma, nisi quatenus ad tuendum jus nostrum sunt necessaria. Atqui hominum vis alia vi hominum, opposita propulsari potest; quæ proinde ad vincendum sufficit, nec belluarum crudelissimarum usus natura ad id necessarius est. Nec dices, tantas esse hosti copias, ut parem vim hominum opponere non possis, eoque necesse habeas belluarum ope id supplere. Nam ea necessitas non a natura est, sed a tua imbecillitate, quæ hoste inferiore te, & victum facit: adeoque non bello tibi con-grediendum, sed oblata satisfactione pax mature querenda est, ut ostendimus supra §. 44. Ex tali enim, in quam tuo vitio, vel infirmitate conjectus es, necessitate jus nature non oritur.

Sed & talia hæc sunt, quæ ad nocen-

dum potius, quam ad vincendum perti-nent, & atrocitatis potius, quam justæ victoriæ argumenta sunt; qualia in bellis permissa non esse, itidem probavimus supra §. 20. Quin res ea plena desperationis est, cum hæc belluæ prælio rursus effera-tæ regi non possint; sed in utramque par-tem æque promiscue faviant. Unde Lucretius d. loc. ait, nequicquam eis ductores armatos addi,

*Quoniam permissa cade calentes
Turbabant sævi nullo discrimine turmas.*

Atque hinc doctissimus ille Poëta mox mo-rem hunc immanem ex hac ipsa ratione his verbis damnat:

*Sed vix adducor, ut ante
Non quierint animo præsentire, atque videre;
Quam commensare malum fueret, sedamque sus-turam.*

Et mox:

*Sed fudere id non tam NB. vincendi spe vo-luerunt,
Quam dare quod generent hostes, NB. ipsique perire,
Qui numero dissidabant, armisque vacabant.*

Neque movere debet, quod iisdem ra-tionibus Elephantorum quoque usus in præliis jure gentium interdictus videatur. Nam I. aliud longe est cum belluis pugnare, aliud cum hominibus, qui bellua vehuntur: pugna cum bestia uti, plane non est actus belli, vel victoriæ; ita nec belli jus inde esse potest: est autem, cum quis ex Elephanto pugnat; ac vincit, uti cum ex equo, vel curru. Nec refert, quod cum ipsis Elephantis quoque pugnandum sit, ne vel proboscide lædant, vel pedibus, aut corpore opprimant. Nam ita acci-dere quoque potest ut quis equorum vel corpore proffernatur, vel pedibus concu-cetur: hæc enim propria ratio bellorum est, ut virorum pugnam sequantur hæc pericula, quibuscumque armis utantur.

II. Plurimum quoque interest inter hæc bestias: Elephanto nullum brutum magis docile, & aptum est regi, & obsequi; cæteris nullum minus. Neque Elephantes cicurati facile interficiunt hominem nisi impulsus; at leones, &c. si emittantur, mox ad ingenium redeunt. Denique, non ut cæteræ feræ prædictæ, ita Elephanti faviant nullo discrimine in utramque partem, sed ma-

Magistri sui ductum ultro sequuntur in hostem; nec in suos ordines irrumpunt, nisi vulnerum doloribus, ac pavore nimium turbati.

III. Porro nec Elephantorum usum indistincte probamus, supra §. 19. uti nec tum, cum in bellis suis hostes ante iis usi non sunt, quia & illi plurimum ultra tuendi sui necessitatem, & fere tam nocendi, quam defendendi causa adhibentur. Vid. Curt. lib. 8. cap. 14. Si vero modus ille ex Elephantis pugnandi inter gentes, ut inter populos Orientis, receptus est, adeoque mos ille invicem probatur, neutra pars conqueri potest si inter se bellum gerant. Sed si extraneus eos invadat, ut Alexander M. fecit, concedi potest, suo bellorum ritu eos se tueri posse; quia eo solo pugnare docti sunt, nec, si aliis, quibus assueti non sunt, præliandi rationibus uterentur, defensio ipsis succederet. Quod si vero illi alios invadunt, (uti Pyrrhus Romanos aggressus est, & jam vincentes inusitata ante belluarum forma fugavit, Just. lib. 18. c. 1. Flor. lib. 1. cap. 18.) difficilius videtur hoc indulgendum: verum, cum & illi causari possint, non aliam vincendi rationem sibi constare, neque adeo alia præliorum specie jus suum asserere se posse, tolerarunt eo facilius morem istum gentes, quia brevi apparuit, facile vasta hæc corpora vinci, vel evitari posse. Hir. de Bell. Alex. c. 9. Quemadmodum & in bello Pyrrhi Elephantis (boves Lucæ olim dicti) Romanis primo prælio terrori fuerunt, deinceps ludibrio. Flor. d. c. 18.

Cæterum, etsi Scipionis filius, qui cum Cæsare bella gessit, magno numero eos in prælio habuerit, Hir. de Bell. Alex. c. 1. §. 7. Romanis tamen hoc genus bellandi probatum non fuit; neque ipsi eos, etiam in Asia, & Africâ cum militarent, in aciem adducere soliti sunt, nisi forte sociorum, qui isti pugnandi generi assueti erant, opera uterentur. Et Lucretius eos inter alia sævitæ exempla improbat. d. l. 5.

*Inde boves Lucas turrito corpore tetros
Anguimans belli docuerunt vulnera Panis
Sufferre, Et magnus mortis turbare catervas.*

Et sane excedit manifestos justorum armorum fines, cum tantum immittuntur ut cum iis, non ut ex iis pugnetur. Hodie vero Indiarum Reges us adhuc in bellis uti,

docent tum historię navigationum, quibus ante duo Secula Lusitanis repetitæ illæ terræ, & varia bella cum iis gesta sunt; tum edita pridem historia Magni Mogolis, cujus quatuor filii in patrem, & in invicem armati, deinde victor Aureng Zebe a suis nuper filiis justo talionis fato eadem fere perpeffus est, quæ in parentem patraverat.

Denique ab artibus Magicis quoque præsidium quandoque sibi quaerunt bellatores: & famosi ideo sunt ultimi septentrionis populi, Finiani, Lappi, &c. Vid. Olai Magni Histor. Gent. Septentr. lib. 5. c. 15. &c. Ea arte usus est Maxentius, Esseb. in vita Const. lib. 1. c. 36. aliique: Alciat. de sing. cert. cap. 37. n. 2. Et vulgi fabula est, esse qui se ferro impenetrabiles reddere queunt: Vest macben. Qualis Cæneus fuisse, atque id beneficium a Neptuno accepisse, fingitur Ovid. Metam. 12. fab. 5.

Ubi inprimis quaerendum esset, an in his aliquid veri, & anne potius omnia vana, illusiones, & vel vitia imaginationis, vel fraudes sint. Curtius putat esse vanissimi cujusque ludibria, lib. 7. c. 4. & Aventinus appellat artem hanc vanitatem magicam, & artium fraudulentissimam. Annal. Boj. l. 2. fol. 72. Equidem pleraque falsa esse, & fraude fieri, dubitandum non est: an omnia, quis certo definit? Nescimus qui sint fines potentie Dæmonum: at magnam esse, sacra pagina evincit. Ita existimamus: etsi quis artis magicæ usus in bellis esset, id tamen non nisi in eos, qui superstitioni huic dediti sunt, vim habere posse; in alios vero, qui animum, corpusque virtute, & recti studio munitum habent, nihil valere. Illud vero factum, quo Decii se devoverunt pro exercitu, Alciatus d. l. ad magicas artes; at Cotta apud Ciceronem lib. 3. de Nat. Deor. circa princ. ad Strategemata refert: quasi id fecerint confisi, milites Ducem in hostes incitato equo ruentem, omni invincuturos esse; quod & evenit.

Qualiacumque autem sint, a bello equidem procul ea esse debent, neque sacrum hoc Dei iudicium ulla turpi, necum magica arte violari, aut profanari. Uti Alberticus Gentilis de Jur. bell. lib. 2. cap. 6. in fin. concludit, quod bellum, contentio bonorum, fiat per has artes contentio Dæmonum.

E e e e

monum.

monum. Minime omnium vero his belli, vel victoriæ ratio inest; omniaque, quibus hæc armorum iustitiam, & sanctimoniam asseruimus, nihil magis, quam magicas impietates inde excludunt. Hoc sentire Angli, qui Johannam Viraginem Lotharingicam bello captam, hoc prætextu, quod magicis artibus usa fuisset, igne cremarunt; etsi ex rebus ipsius fortiter gestis nihil huius inferri posset: omnia enim manu, & consilio strenue gessit, nisi quod divino instinctu impulsam se ad bellum diceret. *Serran. in vita Caroli VII. ad ann. 1429. Delrio. Disquis. Mag. lib. 5. in Appendix. 1. Masson. Annal. lib. 4. in Car. VII. pag. 506. P. Æmil. de Reb. gest. Franc. lib. 9. in lib. Reg. 53. fol. 327.* Nec adeo mirum, quod per eam res Gallica subito in melius mutata sit; cum Carolus initio impar fati fortissimis Anglorum, & adversæ partis ducibus esset, nec tum graviter res bellica procuraretur, ut queritur *Serranus d. l.* hoc vero puellæ exemplo accensa, & excitata sint omnium studia. Quid autem valeant fœminæ ab ineunte ætate laboribus, bellisque assuetæ, pluribus exemplis patet, præsertim Vlastæ, seu Valiscæ Bohemicæ, ejusque puellarum. *Dubrav. Hist. Brem. lib. 3. Mariæ Puteolanzæ, &c. Masson. d. l. pag. 507.*

Ex his igitur manifestum est, licet, ubi alia ratio tuendi juris sui non est, belli jure homines interfici possint, tamen plurimum interesse in modo; nec fieri id posse nisi medio honesto, & cui virtutis ratio, ac certamen inest, ut sciri possit, cuius causa melior, ac superior sit; secus ac Grotius dixit *d. lib. 3. cap. 4. §. 15. n. 1.* nihil interesse si jus naturæ respicias. Quanto sanius est illud Ciceronis, *lib. 3. de Offic. cap. 22. Magnum dedecus, & flagitium, quicum laudis certamen fuisset, cum non virtute, sed scelere superatum. Et lib. 2. de offic. cap. 6. Male se rem habere, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.* Quibus ante disputatis ita concludit Erasmus: *Vides quantum momenti sit in modo, ut factum probetur? Adulterum ferro, non veneno, licet occidere: non hostem veneno, non malis artibus, &c.* Uti hæc ejus verba refert *Albericus Gentilis de Jur. bell. lib. 2. c. 6.*

Additio.

„ Nostram de armis, quatenus illicita

„ sunt, sententiam exposuimus in *Diff. proæm. XII. §. 742.*

PROPOSITIO IV.

Non igitur justum remedium est si mitiori, quam armis, via obtineri reparatio potest, scilicet fame, mendacio, simulatione, &c.

DEMONSTRATIO.

Si igitur pluribus mediis obtineri res potest, tenenda regula: Media in se licita præferenda esse mediis, quæ in se, & extra statum belli illicita sunt, etsi forte plus difficultatis habeant. Media enim per se illicita non alia ratione in bellis licita sunt, quam quia sunt unicum, & necessarium remedium juris nostri tuendi. Secus ergo si aliud in promptu sit, quo, licet paulo difficilius, reparatio juris obtineri possit, non si ei, quod per se licitum est, conjunctum sit probabile periculum, quod frustrari eventum possit.

Additio.

„ Plenius hæc explicantur a B. Parente in *Disp. de armis illicitis, §. 72. seq.*
„ Verba hæc sunt:

Supereft ut de altero genere armorum videamus, cum hostis consilio, dolo, ac prudentia superatur. Nam dolis quoque circumveniri hostem posse, constat; vulgatumque est illud Virgilio ex Homero desumptum:

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Quod latius persequitur Grotius de *Jure Bell. & P. lib. 3. c. 1. §. 6. 7. & 8.* Nos vero ratione quoque id demonstramus. Cum enim in bello hostem ferro occidere liceat, multo magis licitum dolo vincere: hoc enim longe minus, ac mitius est. Cui igitur permittitur quod durius, gravius, atque atrocius est, fuso scilicet innumerorum hominum sanguine se tueri, ei magis licebit quod lenius, mitius, & benignius est; sine sanguine, ac strage hominum vincere. Et ingenii quoque, solertizque laus, ac certamen, indeque victoria est non minus, quam ex virium periculo. Sic Cæsar de *bell. Civ. lib. 1. c. 15. Non minus, inquit, Imperatoris est, consilio vincere, quam gladio.* Id ostendunt tot strategemata bellis familiarissima, adeo ut vix illustrior victoria obtenta sit, quæ non solertiz potius Ducis, quam manui militum asserta fuerit;

fuerit : uti exemplis eorum strategematum constat , quæ integris tractatibus a Frontino , Polixeno , aliisque collecta sunt . Et hinc est , quod gentes bellis tres Deos , quasi tres virtutes , olim præfererint : Martem , qui vi ; Palladem , quæ prudentia ; & Mercurium , qui astutia res bellicas perficiat : uti id exponit Julianus apud Cyrilum contra Jul. lib. I. art. I.

Quin non licitum tantum , sed & multo præclarior , & gloriosior est , ingenio , quam vi vincere : vis enim communis est bratis , quin ea parte bruta sæpe in immensum nos superant ; ingenium autem homini proprium , quo solo ipse ante bruta est : illa corporis , hæc animæ virtus , atque victoria , eoque longe excellentior , atque pulchrior est . Illa corporis caduca , ac morbis , ætate , casibus fluxa ; hæc animi , & æterna virtus est . Illa fuso sanguine , & cædibus peragitur , & cum hominum strage , rerum vastitate , omnium pernicie conjuncta est ; hæc hoste quoque incolumi , & re salva exerceri potest . Quanto major vero ipsius Ducis gloria est , qui si ingenio vincit , ea ipsius solius laus , ac victoria est ; si vi , communis militi . Hinc Corvinus cum moneret , ne Flaminium aperto Marte concurreret cum Annibale ad Thrasimenum , ita concludit apud Sil. Ital. lib. 5. vers. 100.

Bellandum est astu , levior laus in duce dextra.

Idque arguit fictum illud Ajacis , & Ulyffis apud Poetas de armis Achillis certamen , cum apud Ovidium *Metam. lib. 13. fab. 1.* disertissimis orationibus , illè vim corporis , qua præstabat ; hic solertiam animi , qua maxime pollebat , in concione Græcorum defenderet : Ulyffi enim , seu solertiam in bellis , palma delata fuit . Cui simile est quod Saxo Grammaticus *Hist. Dan. lib. 1. fol. 9.* fingit suo more magis , quam narrat : *Affiduis bellis olim de verum summa inter gigantes , qui corporis mole , ac robore ; & Magos , qui ingenii vivacitate præcellere , certatum fuisse , at Magos viâores existisse.* Atque ita Sallustius *de bell. Catil. cap. 2.* docet : *In bellis plurimum ingenium posse.* Et luculenter Ovidius *l. 2. Antor. Eleg. 12.*

*Hæc est præcipuo victoria digna triumpho ,
In qua , quacunquæ est , sanguine præda caret.*

Unde concludendum omnino est , si victoria dolis (quæ vox media est , & in genere solertiam notat , *l. 1. §. 2. ff. de dol. mal.* ac in hostem turpitudine caret , *sup. §. 68*) , consilioque , sine sanguine obtineri potest , natura nec licitum esse vi rem gerere . Cum enim vis in bellis sola necessitate defendatur , *supra §. 13.* quæ hic cessat , ubi consilio confici res potest , sequitur , quod vis licita esse desinat , quæ definit esse necessaria . Et cum præstantius sit , prudentia , & sine cædibus vincere *supr. §. 73.* turpior jam videtur vincendi per vim ratio , eoque jure naturæ illicita , *supra §. 29. & seq.* Neque adeo Dux belli culpa carebit , qui vi victoriam obtinet , si alius prudentior , ac generosior solertia , absque cædibus superare hostem potuisset . Ita peregrinum Cæsaris Consilium est , qui cum posset hostem vi vincere , & milites arderent pugnandi studio , maluit tamen , iis quoque indignantibus , consilio uti , & intercludendo solerter hostem commeatu , ad deditiorem eum compellere . Ita enim ipse refert , *lib. 1. de bell. Civ. cap. 15. Cæsar in eam spem venerat , se sine pugna , & sine vulnere suorum rem conficere posse , quod re frumentaria adversarios interchusisset.* Cur , etiam secundo prælio , aliquos ex suis amitteret ? cur vulnerari pateretur optime meritis de se milites ? cur denique fortunam perichitaretur ? Movebatur etiam misericordia civium , quos interficiendos videbat ; quibus salvis , atque incolumibus rem obtinere malebat . Quod & Grotius graviter monet , & pluribus firmat *d. lib. 3. cap. 11. §. ult.*

Neque quicquam movere debet quod plurimi olim populi , & magni duces de hoc genere bellorum minus bene senserint . Ita Alexander M. Ducibus suis respondet : *Eam latruaculorum , & furum esse solertiam.* *Curt. lib. 4. cap. 13.* Idem jactat Achilles : *Hor. lib. 4. od. 6.* Sed & Romani olim , aliique populi plurimi magis probarunt , ut aperto Marte bella gererentur , quos longo ordine recenset Grotius *d. l. 3. c. 1. §. 20.* Nam ut taceam , rejici illis dolos , artesque viliores , & quæ contemptum parere possent ; non ingeniosam solertiam , quæ æque exprimit hosti victoriæ confessionem , ac vis , ut Pontius dicebat apud Livium *lib. 9. cap. 6* : verum est , olim hoc visum fuisse plurimis ; idque accidit .

vel quod hominum ingenia nondum ex-
cultata, exemplisve talis solertiae instructa,
neque ab usu, præceptisque ad profundioris
prudentiæ facilitatem erudita essent,
uti Barbari, & primis temporibus Romani
quoque, qui unice fere armorum, nondum
autem ingenii artibus affueti, & exercitati,
sed rudes adhuc erant: eaque ratio est,
cur Cæsar, cuius milites cum Gallis artium
rudibus vi pugnare consueverant, ubi cum
Africanis ingenio pollentibus bellarent, no-
va quasi disciplina militari sibi utendum
crediderit. *Hist. de Bell. Afric. c. 9.* Vel
quia externam rerum speciem magis secuti
sunt; cum vis aperta extrinsecus magis con-
spicua sit, & in oculos omnium incurrat,
adeoque ad gloriam illustrior videatur,
quam quæ in abdito, & obscuro sunt, a-
nimæ, ingenique artes, etiam reapse per-
fectiores. Unde inprimis Duces ætate, ac
corpore florentes, uti Achilles, & Ale-
xander M., peritiæ, virtutisque suæ pu-
blice in conspectu orbis, & utriusque par-
tis, ostentandæ studio magis flagarunt.

Verum, aliud eos deinde docuerunt ex-
empla Annibalis, & Fabii Maximi: qui
fortissimi, & toto orbe clarissimi Duces
omne studium suum in id, ut invicem
dolis, ac ingenio vincerent, collocarunt,
maximumque in hoc victoriæ genere lau-
dis momentum posuerunt; adeo ut Anni-
bal cum decepto Fabio Metapontum cep-
isset, quasi magna lætitia exultans gloria-
retur, nec Fabium dolis ipsius invictum
esse. *Liv. lib. 27. c. 18.* Post hæc tantorum
Imperatorum exempla, inprimis cum præ-
sente reipublicæ utilitate summa conjuncta,
jam non modo non puduit eos imitari,
sed & æmulari gloriosum fuit. Perpicue,
& scite id testatur Silius, *lib. 25. v. 323.*
qui cum utriusque prælapdati Ducis dolos
ingeniose confictos cecinisset, ita pergit.

————— *Postremus in armis*
Ductoris titulus cauti, solertia tutum,
Tam quoque adepta decus, captis sine sanguine
muris,

NB. Estis virtuti placuit dolus,

De mendacio mirum est quam discep-
tent. *Vid. Alb. Gent. de Jur. bell. lib. 2.*
*c. 8. Grot. l. d. lib. 3. cap. 1. §. 10. Et mul-
tis seqq. sed frustra.* Ex quo enim osten-
sum est, hostem occidi, & facto ipso
dolisque circumveniri posse, ridiculum est

dubitare, num & nudis verbis, seu men-
dacio possit. Quin mendacium nec extra
bellum per se est prohibitum, nisi con-
iuncta sit alterius injuria; immo aliquan-
do quoque laudabile est, & præmium me-
retur. *Exod. c. 1. vers. 19. 20. Et 21.*
Item cap. 21. caus. 22. qu. 2. Et l. 1.
§. 2. voc. deserviant. ff. de dol. mal. idque
latius demonstratum est in disp. nostra de
simulatione. Nec facit, quod vox menda-
cii turpe quid sonet; nam ea lis de vo-
ce est, & falisloquium dicere licebit: nam
& homicidii vox delictum notat, in bel-
lis tamen, & ex necessaria defensione li-
citurum est. Mendacium vero per se ne qui-
dem est delictum; sed contrahitur demum
delictum si accesserit injuria alterius. Sic
Cicero *Orat. pro Ligar. cap. 5.* ait: *Si*
honesto, Et misericordi mendacio saluti ci-
vis calamitosi consultius esse vellemus, ta-
men hominis non esset, in tanto discrim-
mine resellere, Et coarguere nostrum men-
dacium. Et Quinctilianus *Inst. lib. 12. cap. 1.*
ait: *Concedant mihi omnes oportet, quod*
Stoicorum quoque asperissimi consentitur, fa-
cturum aliquando bonum virum ut menda-
cium dicat, Et quidam nonnunquam le-
viorebus causis, ut in pueris ægotantibus
multa fingimus, Et c. Scævola quoque pa-
cis procurandæ causa finxit 300. juvenes
Romæ in Porfennam conjurasse. *Liv. lib. 2.*
cap. 12.

At fecus de perfidia: nam nec quic-
quam in bello fide sanctius, nec ejus vio-
lacione abominabilius est. Qui enim inter-
posita fide cum hoste de aliqua re con-
trahit, quoad eum quidem actum pacem
cum eo facit, atque adeo in eo non bel-
li, sed pacis jus obtinet. Nihil enim aliud
pax est, quam pactum, *l. 5. §. 1. ff. de*
Pactis. Quatenus igitur hostes inter se pacti
sunt, eatenus renunciant bello, & ratio-
ne rei conventæ pax inter eos est. Unde
cum Augustus de Cleopatra bello victa præ-
lubitu statuere, illa vero colloqui vellet,
sollicitè cavet, ne fidem daret; sed per le-
gatos speciei pacis deceptamprehendere ma-
luit. Sic enim Dio *Hist. lib. 51. circa*
med. Cesar, inquit, etsi gaza posiri, re-
ginamque vivam capere cupiebat, ut in
triumpho duceret, tamen si quid fide in-
terposita promississet, impostor videri nolens,
id agebat, ut cum capta in animi senten-
tia agere posset, Et c.

Nihil

Nihil vero huc pertinet factum Zopyri, qui sibi abscissis naribus, & auribus, transfugam se simulans, ab hoste Dux factus, urbem Babylonem Dario Regi suo tradidisse dicitur. *Herod. lib. 3. in fin. Just. lib. 1. cap. ult.* Non enim ille perfidia, cum fidem non dedisset, sed mendacio, & simulatione hostem fefellit.

PROPOSITIO V.

Judicium, quanam arma sint necessaria in dubio, est penes Principem.

DEMONSTRATIO.

Diximus enim, religioni Principis id ideo relinquendum esse, quia superiorem non habet, & altero justitiam armorum negante, id ipsum armis disceptandum est. Interim hoc ipsum judicium Principis Deo obnoxium est, qui victoriam, cæteris partibus, ei, qui jure agit, concedere solet: & sic judicium belli eventu declaratur. *Vid. Disp. de justo bellorum exitu per tot. & Disp. de arm. illic. §. 4. seq. & §. 17.*

A D §. I.

[*Ei qui bellum gerant*] „ Summæ scilicet potestates, de quibus egit *L. 1. c. 3. Et quibus ex causis*] „ De quibus vide *l. 2. c. 1. §. 1. & capitibus seq. usque ad finem.*

[*Et quibus modis*] „ Ubi quærit, quibus armis: item an dolo, an mendacio uti liceat.

[*Quod aut nude spectatur, aut ex promisso*] „ Nude spectari dicitur si nulla accedit promissio: *ex promissione*, si fides hosti data est. De eo, quod nude spectatur, vide *Diff. proæm. VII. §. 51. & seq. usque ad §. 63. seq.* de eo, quod ex promissione spectatur, vide *diff. diff. VIII. §. 53. & §. 114.*

[*Ex natura primum, deinde ex gentium jure*] „ Antequam ad interpretationem hujus libri tertii manum admovéamus, maxime interest systema Grotii circa quæstionem, quantum in bello liceat, exponere.

„ Postquam enim *1. in capite primo* regulas quasdam generales posuit, quid jure naturæ sociali in bello liceat? explicat *2. in capite II. usque ad cap. X. quid jure gentium voluntario* circa re-

Tom. III.

„ pressalias, circa jus interficiendi, capiendi jura, res, & personas hostis, & circa postliminium liceat.

„ Exposita licentia juris gentium *3. retro vestigia* legit in capite X. usque ad caput XVI. & bellum gerentibus eripit ea, quæ antea largitus est.

„ Temperat, nimirum, illam licentiam juris gentium non tantum *1. ex jure naturæ sociali*, sed præcipue *2. ex jure naturæ laxiori*, seu regulis charitatis.

„ *L. 3. c. 10. §. 1. n. 1. cap. 11. §. 7.*

„ *8. 9. 13. cap. 13. §. 4. cap. 15. §. 2.*

„ *seq. §. 12. 3. ex præceptis honestis* quidem, sed non debitis, *d. c. 10. §. 1.*

„ *n. 1. Denique, & 4. ex utilitatis* regulis, *cap. 12. §. 1. n. 2. §. 8. & passim.*

„ Cum vero Grotius in genere distinguat inter licentiam juris naturæ socialis, & inter id, quod jure gentium voluntario licet, operæ pretium erit, systema illud paucis hic repetere (nam plenius illud exposuimus in *Diff. proæm.*

„ *IV. §. 13. seqq. & diff. IX. §. 66.*

„ *seq.*) Vix enim est ut Grotius rite intelligi possit, nisi cognitis hujus systematis rationibus.

„ *I. Grotius principii loco* ponit, JURIS

„ NATURÆ, i. e. juxta justitiam internam, non dari bellum justum, nisi *1.*

„ bellum gerens justam causam habeat, & *2.* reparatio saltem exigatur intra

„ quantitatem debiti, & pena modum: atque hæc principia Grotii late exposui in *Diff. proæm. IX. §. 54. seq.*

„ *II. PRIMO* igitur requirit ad id, ut bellum naturali ratione justum dici possit, CAUSAM JUSTAM: quæ autem causæ justæ sint, quæ injustæ, explicat in *Lib. 2. c. 1. §. 1. & 2. & cap. seq. junct. c. 22. per tot.* Simulque distinguit inter causas justificas, & suasorias. *Lib. 2. cap. 1. §. 1. & cap. 22. §. 1. seq.*

„ *III. Eum, qui ex JUSTA CAUSA*

„ bellum gerit, omnia adhibere posse, ait, media, quæ ad sui juris defensionem sunt necessaria, *Lib. 3. c. 1. §. 2.*

„ ita ut opus non sit denunciatione si quis rem suam repetit, aut si poenam ab alio deposcit (fecus si aliud pro alio, aut res subditorum invadatur). *Kid. L. 2. c. 3. §. 6.*

„ *Ex his præmissis* concludit, bellum

F f f f

gerentem posse 1^o. interficere hostem si aliter vitam servare nequit. *L. 3. c. 1. §. 2. §. 6. n. 1. cap. 4. §. 6. c. 10. §. 1.*

2^o. Eripere hosti omnium rerum possessionem, *L. 3. c. 1. §. 2. n. 2. 3. cap. 6. §. 1. cap. 13. §. 1.* eique dominium acquiri ad compensationem usque ejus quod debetur, *d. c. 13. §. 1.* Atque hoc modo imperia quoque occupari posse, ait. *L. 3. c. 8. per tot. 3^o.* Personas capi, & in servitutem redigi intra debiti, & poenae modum, *L. 2. c. 5. §. 27. L. 3. c. 7. §. 1. cap. 11. §. 1. 2.* Servitutem autem tantum consistere, ait, in praestatione operarum, *L. 3. c. 14. §. 2. l. 2. c. 5. §. 27.* at jus vitae, & necis, victori non acquiri, *dict. loc. nec servitutem ad posteros pertinere. L. 2. c. 5. §. 22.*

Not. Jus illud capiendi res, & personas hostis, non extendi debere, putat, ad subditos innocentes, adeoque hos, eorumque res, nec jure repressaliarum, *L. 3. c. 2. §. 1. nec jure belli capi posse, L. 3. c. 13. §. 2.* excepto quod ad securitatem debiti res subditorum fidejussorio nomine detineri possint, sed restituendae cessante periculo. *L. 3. c. 13. §. 1. n. 1. §. 3. 4. n. 2. 3. L. 3. cap. 1. §. 2. n. 2. Lib. 2. c. 11. §. 10.*

4^o. Vastari, & corrumpi quoque posse, ait, res hostiles, sed pariter intra debiti, & poenae modum. *L. 3. c. 12. §. 1. 5^o.* Quae ab hoste nobis erepta sunt, si postea ad limen nostrum perveniunt, jure postliminii recipi, *L. 3. c. 16. §. 1. non si ad socios perveniunt, L. 3. c. 9. §. 2.*

IV. Econtrario omnia haec jura cessare, ait, si bellum geratur ex CAUSA INJUSTA: tunc enim omnia injusta, & illicita esse, quae aguntur, *L. 2. c. 1. §. 1. n. 3. lib. 3. cap. 10. §. 3.* adeoque qui tales actus operantur, instar praedonum esse. *L. 3. c. 10. §. 1. 3. 5. cap. 16. §. 1.* Quod etiam ad duces, milites, & socios extendit. *L. 3. c. 1. §. 3. cap. 10. §. 4. §. 5.*

V. Hinc concludit, jure naturae Regem, qui absque justa causa bellum gerit, 1^o. interficere hostes, eorumque subditos, ac socios non posse, *L. 3. c. 10. §. 3.* Nec 2^o. capere hostium res, nedum sibi acquirere, *L. 3. c. 10. §. 3.*

cap. 6. §. 1. 2. cap. 16. §. 1. cap. 4. §. 3^o cap. 18. §. 1. n. 1. nec 3^o. captos in servitutem redigere posse, nedum eorum posteros. *L. 3. c. 10. §. 3.* Sed & 4^o. vastare, ac corrumpere res eorum, nefas esse. *L. 3. c. 13. §. 1. n. 2. §. 2. cap. 2. §. 5. n. 2. 5^o.* Ea, quae ab hoste injuria laceffito capta sunt, & postea recipiuntur, postliminio non recipi, utpote hosti jure quaesita, *L. 3. c. 16. §. 1. junct. l. 3. c. 9. §. 1.*

Effectum insignem hujus rei naturali jure esse, tradit: nam bellum injustum gerentes, eorumque duces, milites, ac socios teneri ad reparandum damnum, quod interficiendo, capiendo, vastando, &c. dederunt, *L. 3. c. 10. §. 4. 5. cum expensis, dict. c. 10. §. 3. 4. 5. 6. cap. 13. §. 1. cap. 6. §. 1.* adeo ut etiam illi, qui causam a tali praedone habent, rem restituere teneantur. *L. 3. c. 16. §. 1. n. 1. §. 2. 3. cap. 10. §. 6. cap. 9. §. 16. 2^o.* Si res, vel persona capta in territorio pacato deprehenditur, priorem dominum judiciali auctoritate rem repetere, & libertatem vindicare posse; ac dominum territorii teneri eum in possessione defendere, *L. 3. c. 6. §. 2. n. 1.* etsi possessio bona fide ad tertium pervenerit, *L. 3. c. 6. §. 7. n. 1. 3^o.* Unumquemque privatum, & quemvis populum, eum, qui sine justa causa bellum gerit, tanquam homicidam, & furem punire posse. *L. 3. c. 4. §. 3.*

VI. SECUNDO (Vid. n. II.) Praeter justitiam causae Grotius requirit, ut reparatio exigatur INTRA QUANTITATEM DEBITI, ET POENAE: i. e. ut non plus exigatur, quam alter debet, vel meritis est. *L. 3. c. 1. §. 2. n. 2. 3. §. 5. n. 3. cap. 6. §. 1. n. 1. §. 27. cap. 14. §. 1. cap. 4. §. 3. c. 5. §. 1. 2. n. 2. in fin. cap. 13. §. 1. cap. 16. §. 1.* Quia bellum tantum juris tuendi causa gerere licitum est. *L. 3. c. 1. §. 2.*

Si quis proinde ultra debiti, & poenae modum ab hoste suo, utut injusto, aliquid exigit, actus tales injustos esse putat, *L. 3. c. 1. §. 2. n. 2. 3. §. 5. n. 3. cap. 6. §. 1. n. 1. §. 27. cap. 20. §. 32. cap. 1. §. 2. cap. 5. §. 1. cap. 4. §. 3. cap. 14. §. 1. cap. 12. §. 1. n. 1. cap. 16. §. 1. cap. 11. §. 1.* & nullum jus capientij

20 pienti inde acquiri. *L. 3. c. 10. §. 3. 5.*
 21 *cap. 6. §. 1.* Sed potius inde oriri re-
 22 stituendi ablati necessitatem, consequen-
 23 ter etiam damni dati restitutionem, &
 24 expensarum solutionem. *L. 3. c. 10.*
 25 *§. 3. 4. 5. §. 6. cap. 13. §. 1.* Eam-
 26 que obligationem non tantum in eo esse
 27 se, cujus nomine bellum geritur, sed &
 28 in ducibus belli, militibus, immo & fo-
 29 ciis, aliisque, qui causam a capiente
 30 habent. *d. c. 10. §. 4. 5. 6. cap. 18. §. 6.*
 31 *c. 9. §. 16. c. 16. §. 1. 2. 3.* Immo jus
 32 puniendi aliis gentibus, ac cuique pri-
 33 vato ex tali excessu quæri, & gentes
 34 dominos excessum illum vindicantes ju-
 35 diciali auctoritate defendere debere. *L. 3.*
 36 *c. 13. §. 1. n. 1.*

20 VII. JURE GENTIUM VOLUN-
 21 TARIO duo illa principia generalia ju-
 22 ris naturæ mutata esse, fingit; ac com-
 23 muni consensu gentium statutum esse,
 24 ait, 1. ut etiam EX INJUSTA CAU-
 25 SA bellum gerere, & 2. ULTRA
 26 MODUM DEBITI, ET PŒNÆ,
 27 HOSTEM LĒDERE liceat. *Grot. l. 3.*
 28 *c. 4. §. 3. 4. cap. 6. §. 2. Conf. Diff.*
 29 *proem. IX. §. 63. seq.*

20 Causam, cur prius gentibus placuerit,
 21 hanc assertit, quod periculosum foret si
 22 gentes inter duos populos de justitia
 23 belli pronunciare, eoque bello alieno se
 24 implicare velent, *L. 3. c. 9. §. 4. n. 2.*
 25 adeoque nihil melius eos facere posse,
 26 quam ut id, quod evenisset, pro jure
 27 haberent, *L. 3. c. 10. §. 5. n. 1. Poste-*
 28 *rioris konstitutionis hanc assertit rationem,*
 29 quod in bello etiam justo inter duos po-
 30 pulos vix satis cognosci possit ex indi-
 31 ciis, quis justus sit se tuendi, *suaque*
 32 *recuperandi, aut pœnis exigendi modus.*
 33 *L. 3. c. 4. §. 4. cap. 10. §. 5. n. 1. De-*
 34 *nunciationem autem, seu clarigationem*
 35 gentes ideo necessariam judicasse, ut
 36 certo constaret, non privato ausu, sed
 37 voluntate utriusque populi, aut populi
 38 capitum, bellum geri, *d. c. 3. §. 11.*

20 Hanc autem mutationem saltem con-
 21 tigitisse, ait, in BELLO PUBLICO,
 22 & JURE GENTIUM SOLENNI,
 23 i. e. quod utrinque a summa potestate
 24 geritur, *L. 1. c. 3. §. 1. 4. n. 1. 2.*
 25 *§. 5. n. 1. L. 2. c. 17. §. 19. l. 3. c. 19.*
 26 *§. 11. c. 4. §. 1. cap. 3. §. 12. cap. 20.*
 27 *§. 8. 11. & indictum est: L. 1. c. 3.*

20 *§. 4. n. 1. §. 5. n. 1. L. 3. c. 4. §. 3.*
 21 *cap. 3. §. 1. 5. 6. n. 1. §. 3. §. 11.*
 22 *L. 2. c. 17. §. 19. l. 3. c. 19. §. 11.*
 23 *Conf. diff. proem. IX. §. 63. n. 4. seq.*
 24 VIII. Addit, ex hoc jure Gentium
 25 non oriri jus internum, quod in con-
 26 scientia tutum reddit, *L. 2. c. 1. §. 3.*
 27 *cap. 3. §. 6. cap. 12. §. 26. n. 1. L. 3.*
 28 *c. 7. §. 6. n. 4. §. 7. cap. 9. §. 5. n. 2.*
 29 *§. 18. n. 6. cap. 16. §. 1. n. 1. cap. 19.*
 30 *§. 11. fed. saltem externum, Lib. 3.*
 31 *c. 6. §. 27. cap. 7. §. 6. n. 3. cap. 17.*
 32 *§. 1. n. 2. Jus improprium. Proleg. §. 41.*
 33 *l. 2. c. 1. §. 1. n. 3. cap. 4. §. 4. in fin.*
 34 *cap. 5. §. 28. cap. 17. §. 9. lib. 3. c. 6.*
 35 *§. 1. cap. 7. §. 6. n. 2. 6. cap. 23. §. 13.*
 36 *n. 5. Vid. Diff. proem. IX. §. 64. seq.*

20 IX. Hoc jus externum duobus capi-
 21 tibus absolvi, ait; illud enim ei, qui
 22 injuria bellum gerit, tribuere 1º. DO-
 23 MINIUM EXTERNUM in res, &
 24 personas captas, *Lib. 2. c. 5. §. 20.*
 25 *lib. 3. c. 4. §. 4. cap. 6. §. 2. 7. cap. 7.*
 26 *§. 6. n. 1. 2. sine fine, & modo. dict.*
 27 *cap. 6. §. 2. 2º. IMPUNITATEM.*
 28 *Lib. 3. cap. 4. §. 3. 4. 5. n. 3. junct.*
 29 *cap. 6. §. 1. n. 1. cap. 10. §. 1. n. 1.*

20 X. Ex his principiis concludit, ho-
 21 stem jure Gentium etiam EX INJUSTA
 22 CAUSA, & ULTRA MODUM
 23 DEBITI, ET PŒNÆ, i. e. in in-
 24 finitum 1º. occidi posse qualicumque vi-
 25 & quocumque modo. *L. 3. c. 4. §. 3.*
 26 *cap. 18. §. 1. n. 1. Conf. Diff. proem.*
 27 *IX. §. 87. seq. 2º. Res hostiles capi*
 28 *posse etiam ultra debiti, & pœnæ mo-*
 29 *dum. L. 3. c. 2. §. 2. cap. 4. §. 2. 3.*
 30 *cap. 6. §. 1. 2. cap. 13. §. 1. 3. Idque*
 31 *extensum esse etiam ad bona subditorum*
 32 *innocentium, sive jure belli, sive per*
 33 *repressalias capiantur. L. 3. c. 2. §. 2.*
 34 *dict. cap. 13. §. 2. Conf. Diff. proem.*
 35 *IX. §. 88. Immo. & ad imperia ipsa.*
 36 *Lib. 3. cap. 8. per tot. 3º. Personas ho-*
 37 *stis omnes, etiam subditos innocentes,*
 38 *in servitutem detrudi posse; eamque*
 39 *servitutem etiam extensam esse ad po-*
 40 *steros, & ad jus vitæ, & necis. L. 3.*
 41 *cap. 2. §. 5. n. 1. cap. 7. §. 1. n. 2.*
 42 *§. 2. 3. 4. §. 5. n. 1. 2. Conf. Dissert.*
 43 *proem. IX. §. 94. seq. 4º. Vastari, &*
 44 *corrumpi posse omnes res hostis, in in-*
 45 *finitum. Lib. 3. c. 5. §. 1. 2. 5º. Res*
 46 *ab hoste nobis ereptas, etsi jure, post-*

liminio recipi, si ad civitatem injuria agentem, vel ad ejus socios revertuntur. *Lib. 3. c. 9. §. 2. cap. 16. §. 1.*
 „ XI. Insignem autem effectum hujus *juris gentium* apud alias gentes esse, fingit. Nam i. eum, qui sine justa causa bellum gerit, omnium illorum actuum nomine pœnam non debere, *l. 3. c. 19. §. 5. cap. 4. §. 22. nec ideo bello ab alio peti, l. 3. c. 4. §. 2. n. 2. §. 3. 4. 5. 6. 27. cap. 10. §. 1. n. 1.* aut in deprehensum in alieno territorio, tanquam in homicidam, vel furem, judiciali auctoritate animadverti posse, putat. *L. 3. c. 4. §. 3. §. n. 2.*
 „ Immo capientem, etiam apud medios judiciaria manu, non tantum ipsum, *L. 2. c. 5. §. 29. n. 3. l. 3. c. 16. §. 1. n. 1.* sed omnes, qui causam ab eo habent, in possessione rerum, tanquam dominos, defendi debere: *L. 3. c. 4. §. 4. cap. 6. §. 2. 7. n. 1. c. 7. §. 6. n. 1. 2. §. 7. cap. 10. §. 1. 5. n. 1. cap. 19. §. 1. 2. Conf. Diff. proœm. IX. §. 66. seq.* Adeo ut gens illa, quæ externum dominium capienti eripit, a qua libet alia gente puniri, & bello peti possit, ac infamis fiat. *L. 3. c. 4. §. 15. n. 1.* Hoc enim jus inter gentes adeo firmum esse, ait, ut modus hic certo modo naturalis dici possit. *L. 3. c. 6. §. 2. n. 4.*
 „ XII. Totum hoc systema corrui ex hoc solo fundamento, quod jus gentium voluntarium non detur juxta tradita in *Diff. proœm. IV. §. 61. usque ad §. 71.*
 „ Solum igitur jus naturæ inter gentes bellum gerentes obtinet; jure naturæ autem omnino requiritur i. *justa causa*, & bella, quæ absque justa causa geruntur, sunt latrocinia. At quia inter duas summas potestates, quæ judicem non habent, morali ratione de justitia causæ, quam uterque sibi tribuit, constare nequit, jure naturæ suspensa est illa certitudo usque dum Deus bellorum arbiter per ultimam victoriam de justitia causæ deciderat.
 „ Idem jus naturæ 2. permittit, ut etiam *ultra modum debiti*, & *pœna*, i. e. in infinitum, hostem lædere, ejusque res capere possimus; quod alibi probavimus.
 „ Unde 3. apparet, ea, quæ Auctor

„ *juri gentium* tribuit, verum esse *jus natura*: temperamenta autem, quæ 4. in capite X. usque ad cap. XVII. commendat, & ex charitatis, & perfectionis regulis desumit, legi merentur; at ad disciplinam juris naturalis, quatenus jus hominibus tribuit, non pertinent.

Quid ergo natura liceat videamus] „ Cum bellum sit medium necessarium juris nostri tuendi, facile constat, omnia ea licita esse, quæ ad defensionem juris nostri sunt necessaria, adeoque capere personas, & res hostium, vastare eas, occidere hostes, &c. quibuscunque armis, sine quibus victoria per quam jus nostrum reparatur, obtineri nequit, licitum esse. Secus ergo si alio modo, quam armis, vel alio armorum genere minus nocivo, jus nostrum defendi potest.

A D §. II.

U t jam ante diximus aliquoties] „ *Vid. l. 2. c. 5. §. 24. n. 2. c. 7. §. 2. c. 14. §. 11. n. 1.*
 „ *Quæ ad finem ducunt in morali materia estimationem intrinsecam accipiunt*] Hæc est regula, quam B. Parens in positionibus juris gentium *pos. IV. n. 4.* statuit, qui concedit finem, concedit etiam ea, quæ ad istum finem obtinendum sunt necessaria.
 „ *Quare quæ ad finem juris consequendi sunt necessaria, ad ea jus habere intelligimur*] Si enim Creator jura quædam nobis concedit, ac facultatem ea defendendi tribuit, omnia licita sunt, sine quibus defensio illa expediri nequit; quia alias Creator frustra finem illum voluisset. *Conf. l. 2. c. 1. §. 3. ibique not.*
 „ *Non secundum physicam subtilitatem, sed moraliter*] „ i. e. Jus habere intelligimur non intuitu actus, quem agimus, sed intuitu totius negotii, quod agitur: quod Auctor exemplo ejus, qui vitæ suæ tuendæ causa innocentem occidit, illustrat. *Jus illud, quod frivole ita dicitur*] Et laxiori opponitur. *Vid. l. 1. c. 1. §. 5. l. 3. c. 4. §. 2.*
 „ *Et facultatem agendi in solo societatis respectu significat*] „ i. e. Quod ideo facere licet, quia naturæ sociali convenit, vel, „ quod

quod idem est, quia tendit ad conservacionem societatis humanæ. Vid. proleg. §. 8. & 12. item L. 1. c. 1. §. 3. At sæpius diximus, non dari societatem humanam, adeoque nec jus sociale. Nec opus est confugere ad societatem humanam, quia citra omnem societatem ratio naturalis nos docet, homines jura a Deo singulis concessa tueri, etiam cum internectione alterius, posse, l. 2. ff. just. & jur. Quare] ,, Quia jus habemus ad agendum ea, quæ ad conservacionem juris nostri sunt necessaria.

Licet mihi vi qualicumque arcere] ,, i. e. jura, quæ ex voluntate Dei mihi concessa sunt, tueri; idque jure necessariæ defensionis.

Etiansi forte is peccato vacet] ,, Forte, quod sit furiosus, vel quod me putet hostem, &c.

Sed ex jure, quod mihi pro me natura concedit] ,, Sufficit enim, quod ego non teneam id, quod alter intendit, pati: quæ sunt verba Auctoris in d. c. 1. §. 3.

Quin & rem alienam, ex qua certum mihi periculum imminet, invadere possum]

Qua de re integram disputationem conscripsit B. Parens de jure belli in amicos.

Add. supra L. 2. c. 2. §. 10.

Non tamen Dominus fieri] ,, Cessante enim periculo restitui debet domino.

Donec securitati meæ satis cautum sit]

Nam ad eum solum finem occupatio licita est, quo sine cessante etiam jus cessat.

Sic rem meam, quam alius detinet, eripere ei, naturaliter mihi jus est] ,, Hic

perpetuus ille error Auctoris est, unicuique privato competere jus debitorem privata auctoritate compellendi, vel rem

suam vi recipiendi. Quod verum non est nisi inter summas potestates, vel cessante judicio. Vid. l. 2. c. 7. §. 2.

Aliud tantundem valens] ,, Morali enim æstimatione id idem est. Lib. 2. cap. 11.

§. 10.

Ut & debiti consequendi gratia] ,, Hoc in genere verum non est, sed inter eos

saltem obtinet, qui superiorem non habent.

Quibus ex causis dominium quoque sequitur] ,, Non sola securitas: nam occupatio rei hostilis est justus dominii acquirendi

titulus, uti infra videbimus. L. 3. c. 6.

Alio modo læsæ æqualitatis reparari nequit]

Auctor putat, justitiam, contractuum in primis, in æqualitate consistere, quæ si læsa est, reparari debeat: quod examinavimus supra l. 2. c. 12. §. 8.

Sic ubi justa est punitio] ,, Si jus mihi est agendi ad reparationem injuriæ, omnia justa sunt, sine quibus reparatio illa fieri nequit, adeoque & arma.

Et omne, quod pœna pars est, ut rerum corruptio per incendium, aut aliter] ,, Jus vastandi res hostiles jure naturæ licitum esse, ait, quatenus vastatio necessaria est ad juris reparationem; quod examinabimus infra cap. IV.

Intra justum scilicet, & qui peccato respondeat, modum] ,, Adeoque juxta portionem delicti. Vid. c. 11. §. 2. & §. 5. n. 3. c. 13. §. 1. c. 15. §. 1. Quod etidem examinabimus d. c. IV. Conf. Dissert. proœm. LX. c. 3. §. 18.

A D §. III.

Sed & ex causis subnascentibus] ,, Nam bello inchoato novæ injuriæ subnasci solent, & possunt: uti si hostis fidem datam, vel alia jura inter hostes communia

violat. Vid. L. 2. c. 1. §. 16. l. 2. c. 21. §. 20.

L. 3. c. 13. §. 3.

Sicut & in judiciis post litem contestatam jus sepe novum parti paritur] ,, Si v. g.

alter attentata committit, &c.

Sive socii] ,, Qui alterius causam defendunt: de quibus Vid. Dissertatio proœmialis XII.

Sive subditi] ,, Vide l. 1. c. 5. & l. 2. c. 26.

In se quoque jus tuendi me mihi porrigunt] ,, Hoc non est ex causa aliqua subnascente, sed ex causa originaria. Socii

enim, qui hosti meo assistunt, ejus causam sequuntur, & defendunt; adeoque

illis quoque resistere possumus, non ex causa aliqua subnascenti, sed quia tuentur causam principalem. Eadem ratione

subditi hostis mei vim inferre jure possum, quia injuriam principis defendunt,

ejusque judicium sequi, & causam principalem defendere tenentur, adeoque

eius sunt instrumentum.

Qui bello se miscent, quod injustum est, obligant se ad sumtus, & damna] ,, Sæpius diximus, de causæ justitia non quæ-

F f f f 3

ri

„ ri inter duas summam potestates. Idem
 „ quoque dicendum de Sociis, qui causæ
 „ illi accedunt. Adeoque ex eventu saltem
 „ apparet, cujus causa justa fuerit, & qui
 „ ad sumtus, & damna teneantur. Interim
 „ utraque pars cum Sociis hostis agit, ac si
 „ justam causam haberet, & cujusque ju-
 „ dicio valet intra fines suæ, Sociorum-
 „ que civitatis.
 „ *Præsertim si ipsi id injustum esse scire pos-
 „ sunt, & debent*] „ Uti si subditi forte ad
 „ deliberationem adhibentur, l. 2. c. 26.
 „ §. 2. At ibidem notavimus, subditos sem-
 „ per teneri sequi judicium principis, in
 „ quem omne jus suum contulerunt.
 „ *Ipsi quoque pena meritum contrahunt*]
 „ Immo etsi Socius ex ratione, quam ju-
 „ stam credit, accedat alieno bello, victo
 „ eo, cujus jure bellum geritur, Socius
 „ æque ad reparationem tenetur. Nam de-
 „ cisis causæ, cum alius judex non sit, de-
 „ pendet ab eventu. Victus semper iniuria
 „ egisse, & victoris causa ab initio justa
 „ fuisse censetur, & ex judicio hominum
 „ censeri debet.
 „ *Donec qui fontes sunt cogantur &c.*]
 „ i. e. donec injuria reparata fit.

A D §. I V.

I A. D. jus agendi multa consequi indirecte,
 & extra agentis propositum] „ Sic v. g.
 „ civitate obsessa etiam furiosi, & infantes,
 „ absque injuria interficiuntur; quia aliter
 „ jus meum reparare non possum: adeoque
 „ id sequitur ex contagione, & vicinia eo-
 „ rum, quæ jus agendi habeo. Gron. b.
 „ *Explicavimus alibi*], L. 2. c. 1. §. 4. ubi
 „ nostram sententiam exposuimus.
 „ *Si tantundem accipi non potest*] „ Dixit
 „ enim Auctor, ultra quantitatem debiti,
 „ vel proportionem pœnæ, bello nihil peti
 „ posse. Vid. §. 2. n. 2. & 3.
 „ *Plus accipere nobis jus est, sub obligatio-
 „ ne sâmen restituendi pretium ejus, quod re-
 „ dundat*] Dixit enim Auctor, jure naturæ
 „ bello non plus peti, vel damnum inferri
 „ posse, quam datum est. Hinc concludit, si
 „ plus occupatum est, residuum pretii resti-
 „ tuti debere.

Nos in infinitum res hostiles capi posse,
 asserimus. Nam 1. nondum videtur recepta
 res, nec reparatum jus, quia bello pœn-

dente auferri iterum possunt. 2. Neque dici
 potest, me tantundem recepisse. Rem enim
 meam tenui extra statum belli, & cum pa-
 cis securitate; nondum ergo tantundem re-
 cepi, nisi rem in eodem statu habeam: quod
 non fit nisi per ultimam victoriam, aut
 transactionem; priori enim casu facultas re-
 sistendi in perpetuum sublata est; posteriori
 casu ex consensu hostis rem recipit, adeo-
 que cum securitate rem tenet.

Additio.

„ Systema Auctoris exposuimus in *Diff.*
 „ *Proæm. IX. §. 54. seq.*
 „ *Etiamsi intra eandem navem, aut do-
 „ mum, sint pauci infantes*] „ Quia aliter
 „ jus meum reparare non possum; adeo-
 „ que culpa est eorum, qui resistunt. *Conf.*
 „ l. 3. c. 4. §. 9.
 „ *Si aliquis ex ipsorum usu percussus inte-
 „ reat*] „ Nam alter suo jure utitur.
 „ *Antebac monui*] „ Vide loca in *Diff.* 2
 „ *Proæm. II. §. 11. seq.*
 „ *Non semper ex omni parte licitum est,*
 „ *&c.*] „ Quia forte repugnat charitati, vel
 „ aliis perfectionis regulis. Exempla Grotii
 „ exhibui *diff. II. §. 11. seq.*
 „ *Juri stricte sumto*] I. e. juri naturæ so-
 „ ciali. *Diff. proæm. I. §. 13.*
 „ *Sape enim proximi charitas non permittet,*
 „ *ut summo jure utamur*] „ Ut rem exem-
 „ plo illustremus, repetendum est ex l. 2.
 „ c. 1. §. 4. n. 1. Auctorem statuere, in-
 „ nocentes, qui fugam meam necessariam
 „ impediunt, obtæri jure stricte posse, quia
 „ multo apud me minor est societatis re-
 „ spectus, quam propriæ salutis cura; at
 „ *legem dilectionis*, quæ alterum nobis æ-
 „ quat, id plane non permittere: quam
 „ opinionem examinavimus *ibidem*.
 „ *Quare etiam quæ extra propositum acci-
 „ dunt, cavenda erunt*] „ Dixit enim initio
 „ hujus §. nos jus agendi ad multa conse-
 „ qui indirecte, & extra agentis propositum,
 „ ad quæ per se jus non esset. Hæc igitur
 „ pariter vitanda esse, ait, quia proximi
 „ charitas non permittit ut summo jure uta-
 „ mur.
 „ *Nisi multo majus sit bonum, quo nostra
 „ actio tendit*] „ In concursu enim perfectio-
 „ num major gradus eligendus est. Sic v. g.
 „ charitatem exigere, putat, ut occidere
 „ se potius patiatur, quam ut alium occi-
 „ dat: at excipit casum, si fit persona
 „ „ multis

multis utilis. Vid. l. 2. c. 1. §. 8. (& cap. 24. §. 5.

Aut nisi in pari bono, & malo, multo major sit spes boni, quam mali metus] „ De qua regula vide lib. 2. c. 24. §. 5. n. 3. & 4.

Ut in dubio ad eam partem, qua alteri magis, quam sibi consulit] „ Quia lex dictionis alterum nobis æquat. Vid. l. 2. c. 1. §. 8.

Optimus magister] „ Bene Tefmarus in notis hic monet, per zizania non intelligi malos homines, sed malos Christianos. Neque ibi dicitur, magis malo christiano, quam sibi consulendum esse; sed magister jubet, ut utrumque & Zizania, & triticum crescere sinant usque ad tempus messis.

Vindicta immodestiam] „ Vid. Gron. b. Add. Sozom. 6. 24. Theod. 5. 13. Aug. de Civ. Dei 5. 26. Nicepb. 12. 25.

Nec si quid Deus facit tale] „ Respicit Auctor ad excidium septem populorum; quod exemplum quidam allegare solent.

Ob plenissimum illud Domini jus, quod ille in nos habet] „ Deus enim legem quidem inter homines statuit, ne in se invicem grassentur. At sibi ipsi talem legem non dixit; indeque tanquam Auctor vitæ, & necis, pro lubitu de vita hominum disponere potest, inprimis si meritum accedit. Vid. Diff. proem. I. §. 60.

Ut alibi notavimus] „ L. 1. c. 4. §. 7. n. 1. L. 2. c. 20. §. 4. n. 2. & c. 21. §. 14.

Et eo suam, qua iudex est, aequitatem testatam facit] „ Unde concludit, si Deus, qua iudex est, parceret nocentibus propter innocentes, nedum hominem in hominem id facere debere.

Ex his quidem generalibus regulis cognosci potest quantum in hostem liceat naturaliter] „ Systema Grotii exposuimus in Differt. proem. LX. §. 54. & seq. Simplissimum hujus materię principium est: omnia in bello licere, sine quibus jus nostrum reparari nequit. Vid. supr. §. 1. Propos. 2. & seq.

A D §. V.

Quid liceat in eos, qui hostes non sunt, sed hostibus res aliquas subministrant] Regula generalis est, quod hostis commercium

pacati cum hoste impedire nequeat: quia pacatus ille suo jure utitur dum alii vendit, &c. neque commerciorum jus, ob litem inter duas gentes ortam, tertio pacato auferri potest.

Excipe, si eo commercio hostis juvatur: tunc enim jure necessariæ defensionis capi res illæ possunt.

Additio.

Hanc materiam exposuit B. Parens in Disp. de commissis. §. 19. & prolixius in disp. de jure belli in amicos ubi §. 4. & seq. ita differit.

CETERUM, etsi ista haudquaquam diffitemur, accidit tamen sæpe, ut in eos in quos bellum decretum non est (quos omnes hic voce amicorum complectimur) aliquando jura belli, & hostium exerceri possint; idque non rupta modo, sed & salva pace: quorum exempla quædam, pro dispositionis exercitio, paucis excutiemus.

Neque vero hic ad ea jura respicimus, ad quæ medii, vulgo neutrales, utrique parti tenentur. Ea enim pacis jura sunt, non belli, uti jus transitus, & commerciorum in genere. Neque ad abusum illos, qui in pacatos pretextu juris belli committi solent, & necessitate bellica leniuntur, non excusantur; sed ad ea, quæ etsi pace illicita, tamen bello in pacatos jure gentium permissa sunt.

Tale primum est, quod nonnumquam in eos exerceri potest, qui commercia cum hoste nostro agunt. Id vero quale sit, maximè inter gentes, & populos contentionibus, & adeo probabilibus utrinque rationibus disceptatum fuit, ut ipsum prope jus gentium collidere videatur. Ab eorum enim parte, qui commercia exercent cum hoste, ratio manifesta est: nam indubie jure gentium domini res suas vendere, cui velint, possunt. A parte vero eorum, qui commercia hac sibi noxia impediunt, ratio non minus evidens est: nam cum cuique a natura se, juraque sua tueri concessum sit, etiam ea concessa sunt, sine quibus tueri ea non potest, uti si non possit, nisi impeditis cum hoste commerciis. Utrumque certi juris gentium est. Ita in bello inter Regem Daniam, & Senonem Suecum, Lubecenses commerciorum cum Sueciis libertatem jure gentium receptam flagitabant: Dania negabat, natumque inde bellum fuit. Crantz. Vandal. lib. 14. c. 29. Loccen. Histor. Suec. lib. 15. ad

ad annum 1502. Joh. Meurs. in Histor. Dan. part. 3. lib. 2. ad annum 1503. Dani Judicium secutus est Jacobus IV. Rex Scotiae: Lubecensium, Imperator. Meurs. dict. loc. Eadem contentio & alias saepe servuit, cuius rei exempla plurima refert Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 1. §. 5. in Annot. Nec in eo, quod nunc per Europam geritur, bello, in hac causa querela desuere.

Equidem non est illa, qua vulgo traditur, rerum distinctio, quarum alia usum tantum habent in bello, alia non nisi extra bellum. Grot. d. c. 1. §. 5. Verum, quid in quaque specie statuendum sit, ambigitur.

Plane ea, qua nullum in bellis usum habent, sed luxuria, & voluptatis saltem instrumenta sunt, nec hostium instruunt vires, hostibus vendi, nemo quisquam moleste ferre poterit, eorumque cum hostibus commercium nulla causa est, qua impediatur; nam in his rebus altera illa ratio §. 6. h. Disp. allegata, eorum, nimirum, qui commercia ob jus belli impediunt, tota cessat, eoque altera, qua dominis res suas vendendi potestatem defendit, vires integras retinet.

De ceteris rebus valde variant. Jure enim communi earum commercium cum hoste indistincte prohibitum est, & non tantum armorum, aliorumque, qua non nisi in bello usum habent, sed & frumenti, salis, & similibus, l. 11. princ. ibi: ut ferrum, & frumentum, & sales. ff. de Publican. c. 11. X. de Judicis. c. 1. Extrav. commun. eod. tit.

Alii vero hac discernunt, & armorum quidem, ceterorumque bellicorum instrumentorum, quibus & eos subigendo serra necessaria continetur, d. l. 11. princ. cum hostibus commercium jure gentium interdictum censent; qua res inde contra bando, id est, interdicta dicuntur.

Frumenti vero, ceterique comateus defendendi potestatem non ita promiscue auferunt. Et Grotius quidem d. §. 5. ita rem definit, ut si quis v. gr. obsessa urbe, subvectione mercium, spem, eventumque excitatum obsidentis frustraverit, cum scire id poterit, teneatur ex culpa ad restitutionem damni dati, uti per quem factum est ut debitor alicujus carcere effugeret, si obsessorum evidentissima sit injustitia, etiam criminaliter; damno autem nondum dato, ad cautionem. Denique si obsessor ipse indigeat, etiam capere eum merces posse, ait, & necessitatem ei jus dare, sed eius onere restitutionis.

Esti vero horum pleraque baud procul a vero abeant, tamen id perinde esse videtur, ut cum quis in vasta sylva offendens plures, & obversas in omnes partes vias, eligit casu eam, qua vera est, vel vera proxima. Ceterum, comparatio illa domini res suas hosti nostro vendentis, & ejus, qui debitorem e carcere dimittit, plane claudicat; ille enim suo jure utitur, hic non item. Neque convenit, quod illum nescientem, sed qui scire possit, & hunc scientem confert. Sed nec mercatori recte tributur judicium de justitia belli, nec juri gentium quadrat quod de criminali judicio affertur. Illa vero minime probari potest sententia, quod necessitas jus faciat, adeo ut tempore necessitatis omnia iterum communia fiant, prout sentit Grot. l. 2. c. 2. §. 6. Denique non redditur causa differentia inter arma, & comateum, quo aequae, ac armis, hostis juri vari videtur.

Horum igitur unde arcessenda sit decisio; videamus. Scilicet duabus regulis contrariis maxime res definienda erit, quarum prima est: Orto inter duos populos bello, non excludi jure gentium pacatos a libero cum hostibus commercio. Jure enim suo in res suas utuntur, in quas alteri nihil juris est, & cum pax hosti cum pacatis daret, pacis quoque jura, nimirum commercia, inter eosdem durare necesse est. Altera vero: Qui hosti nostro in bello assistit, eum hostis loco esse. Idem enim actus est, ex quo injuria, vel damnum nobis inferitur, actus scilicet tam assistentis, quam inferentis. Atque hac re maxime violari amicitiam, & hostens fieri si cum hostibus te conjungas, dicebat T. Quintius Dux Romanus. Liv. lib. 34. c. 32. & lib. 32. c. 22.

Verum initio, prima regula fines rite constituendi sunt. Illa igitur restringi debet 1. ad commercia pacis, non belli, seu qua propria bellorum sunt; uti durante bello arma ministrare: is enim actus excedit commercia pacis, eoque magis assistitur hosti in bello, quam commercium pacis cum eo exercetur; quale intelligi non potest illud, quod bellorum proprium est, hosti arma ministrare. 2. Commercia illa pacis non cum alterutro hostium solo, sed cum utroque ita equaliter exercenda sunt, ut ne videatur alterum alteri preferre. Hoc ipso enim desinit esse medium, & unius partis judicium magis sequi videtur, atque adeo in partibus jam esse, & bello se miscere incipit. Hinc

Hinc I. is, qui hosti frumentum venale, vel alias comneatum subvehit, non ideo hostis statim loco erit, vel ad reparationem damni tibi tenebitur, etsi forte ea causa sit cur tu pulsus fueris, vel cum damno cesseris; vel etsi interdixeris, modo tibi id pro eodem pretio, vel tantundem petenti non denegaverit. Nam alias eadem ratione dicendum esset, si tibi vendidisset frumentum, eaque causa fuisset cur hostis tuus victus sit, tam huic eum teneri ad reparationem damni, cum utriusque hostis eadem ratio sit. Igitur hoc ipsum potius est officium verum mediatorum, & pacatorum, ne commerciorum consuetudine alteri parti pra altera faveant. Ita cum Teji Classi Antiochi comneatum benigne praevisissent, & 500 vasorum vini polliciti essent, Praetor Romanus in eos jus belli exercuit; verum, si sua classi tantundem praestarent, remissurum se vim promisit. Liv. lib. 37. c. 27. & 28. ubi inquit: Tejis purgantibus civitatem omnis facti, dictique hostilis adversus Romanos, & juvisse eos comneatu classem hostium, arguit (Dux Romanus), & quantum vini Polyxenidae (Duci Antiochi) promisissent; quae si eadem classi Romanae darent, revocaturum se a populatione militem, sin minus, pro hostibus eos habiturum.

Hinc II. si quis urbem obsessam, clausaque portus teneat, & civis pacatorum obsessis fame laborantibus frumentum venale invito hoste inferre velit, jus belli in eum obtinebit; hoc factio enim non commercium exercet, sed assistit hosti, eumque periculo eximit. Nec potest quisquam ulla re magis hosti se conjungere, quam ejus mediam comneatu sublevando, eoque ab obsessioe ipsum liberando.

Hinc III. etsi hostile per se non fit si pacatus frumentum hosti tuo venum exhibeat, si tamen id faciat animo hostis sublevandi, & ab imminente periculo liberandi, etsi iusto pretio vendat, tamen hostium loco erit, & jus belli in eum obtinebit, quia animo hostili, non commercii exercendi, neque animo sibi lucrandi, sed tibi nocendi id facit. Quo fit ut non factio ipso tantum, sed & studis, ac animis, hostium partes tueatur.

Hinc IV. etsi ferrum, & arma quoque commercio in pace commutari, modo non in Barbaros, possint, cum nemini injuria tum fiat, nemoque impedire id possit, ubi nemo hostis est, nec tunc in bello assistere

intelligatur, ubi bellum non est, tamen si durante bello id fiat, indistincte jus belli in eum, qui distrabit, obtinebit. Non minus enim ille hosti assistit, qui arma, & instrumenta bellica, quam qui militem, manum, copiasque auxiliares, etsi pretio accepto, animoque lucrandi submittit. In summa enim belli nihil interest, an quis hosti tuo odio tui, an spe lucri assistat; nam & milites mercenarii hostium indubie pro hostibus nobis sunt, & jus belli in eos valet, etsi mercede, & sui lucri causa, non odio nostri, operam hosti nostro locent suam.

Arma itaque, & instrumenta bellica durante bello semper sunt merces interdixisse, seu contra bando; idque communi gentium consensu firmatum est: & quanquam Grot. ad d. §. 5. in Annot. referat, Gallos commercia amicis suis cum hoste permittere, & in eam rem edicta Galliae plura alleget, iisdem tamen edictis excepta sunt arma, & res bellica.

Hinc V. si quis hosti, etsi indigenti maxime, pecuniae summam credat, qua ipse arma, militesque comparat, nullum ideo erit in ipsum jus belli, cum ea quoque liberi commercii, & pacis sit, modo intra officium mediatorum id fiat, juxta §. 15. At si hostem nostrum inopia pecuniae in praesenti periculo jam constitutum, credita pecunia inde liberet, vel animo alteri nocendi id faciat, obtinebit in eum jus belli, d. §. 15.

Hinc VI. nihil committit amicus, qui hosti nostro transitum permittit; cum nec jura gentium denegari innoxius transitus possit: verum, si hosti nostro permittat, nobis neget, hostium partes sequitur.

Et olim & nuper] „ Exempla vidimus
„ supra ad pr. b. §. Adde Demetr. L. 18.
„ p. 767. ad an. 1597.

Cum alii belli rigorem] „ Quo omnia
„ agere licet, quibus hostium vires minuuntur. Vid. §. 2.

Alii commerciorum libertatem] „ Quae
„ natura cum omnibus hominibus competit.
„ Vid. L. 2. c. 2. §. 13.

Primum distinguendum inter res ipsas] „
Auctor tria mercium genera distinguit: 1. quae tantum extra bellum, 2. quae tantum in bello, 3. quae utrobique usum habent: ad primum refert ea, quae solius voluptatis causa desiderantur. Ad secundum arma (quo leges Romanae etiam referunt potem ferro

acuendo. *leg. xi. publ. Et veſt.*) Ad tertium
 ea, quæ ad ufum hominum communem
 omni tempore pertinent, ut aurum, argen-
 tum, frumentum, panni, &c. *Primum* mer-
 cium genus pacatis licitum eſſe, ait, in-
 ferre: *alterum* maxime prohibitum eſſe.
Tertium tunc prohiberi, cum iis mercibus
 iuvatur hoſtis. Uti ſi pacatus urbem fame
 laborantem ab inedia liberare velit, vel pe-
 cuniam, quæ urbi deficit, inferre cupiat.

Neque *obſtat*, 1. hoc modo jus tranſitus
 impediri, quod tamen omnibus hominibus
 commune eſt. *Reſp.* Hoc verum eſt de
 tranſitu innoxio, qualis hic non eſt, ubi
 ad iuvandum hoſtem tranſit.

Obſtat 2. Principem pacatum utriuſquæ
 factum pro iure habere. *Reſp.* Hoc iudicium
 valet in territorio pacati, non extra terri-
 torium; nam in factis extra territorium ſub-
 eſt eorum iudicio, per quorum territorium
 merces tranſportat.

Ut arma] ,, Quo etiam pertinent vagi-
 næ gladiatorum, prout iudicatum eſt in
 Gallia. Diſſentit *Petrus Bell. p. 9. n. 26. &*
Zuch. lib. 2. c. 8. n. 8. Et 9. Rationem ad-
 dunt, quia linum, & lana permittuntur,
 ex quibus veſtimenta conficiuntur. Quid
 armorum nomine veniat, in genere tradi-
 tur in *L. 41. l. 233. §. 2. V. S.*

Quæ voluptati inferviunt] ,, Hæc enim
 non iuvant hoſtem. *Vid. Quinſt. decl. 323.*

In primo genere] ,, In rebus, quæ in
 bello tantum ufum habent.

In hoſtium eſſe partibus] ,, Quia aſſiſtit
 hoſti, & ſic meus fit hoſtis.

Secundum genus querelam non habet] ,,
 Ea enim, quæ ſoli voluptati inferviunt,
 non iuvant hoſtem.

Largiri ei, qui conſpirat adverſus patriam] ,,
 Quia vires ejus augentur.

In tertio genere] ,, Quæ tam in bello,
 quam extra illud ufum habere poſſunt.

Si tueri me non poſſum] ,, Rectius, ſi
 vires hoſtis inde augentur.

Neceſſitas jus dabit] ,, Immo neceſſitas
 nullum jus in res alienas tribuit: adeo ut
 ſi per merces illas hoſtis non iuvatur,
 intercipere eas non poſſim, licet iis in-
 digeam. *Econtrario*, ſi hoſtis vires inde
 augentur, capere eas poſſum etſi ipſe iis
 non indigeam.

Ut alibi expoſuimus] ,, *L. 2. c. 2. §. 6.*
n. 2. l. 2. c. 6. §. 5. l. 2. c. 18. §. 4. v. 6.

Sub onere reſtitutionis] ,, Si ſcilicet ne-
 ceſſitas ceſſat. *Vid. l. 2. c. 2. §. 9. Conf.*
ſupra §. 2. n. 2.

Tenebitur ille mihi de damno culpa dato] ,,
 Pacatus ille fit hoſtis; vires enim hoſtis
 mei auget, eoque impedit, quo minus
 jus meum reparetur: adeoque cauſam mei
 hoſtis ſequitur, eamque defendit; hinc
 omnia in eum licent, quæ in hoſtem.

Ut qui debitorem carceri exemiſit] ,, Hic
 jure civili quoque ex culpa lata tenetur.
L. 7. pr. l. 32. Depoſ.

*Aus fugam ejus in meam fraudem inſtru-
 xit*] ,, Facto enim ejus damnum mihi da-
 tur. At comparationes has claudicare,
 probavit *B. Parens præced. p. 600.*

*Et ad damni dati modum res quoque ejus
 capi*] ,, Immo in infinitum res ejus capi
 poſſunt, quia hoſtis fit.

*Et dominium earum debiti conſequendi
 cauſa quæri poterit*] ,, Quia occupatio re-
 rum hoſtilium eſt juſtus acquirendi do-
 mini titulus.

Jus erit, rerum retentione eum cogere] ,,
 Immo injuria nondum eſt data, jus ejus
 læſum nondum eſt, adeoque fruſtra de
 reparatione quæritur. *Vid. l. 2. c. 1. §. 2.*
 Secus ſi animus nocendi in aliquem actum
 externum ſe exſerat. *L. 2. c. 20. §. 18.*

Et ille eum in bello iniquiſſimo conſermet] ,,
 Scilicet ſuadendo, & hortando, ne in-
 juriam reparat.

Non tantum civiliter tenebitur de damno] ,,
 Hoc verum eſt ſi alter bellum aliter con-
 tinuaturus non fuiſſet. *L. 2. c. 17. §. 6.*
ſeq. c. 21. §. 1. n. 2.

Sed Et criminaliter] ,, Ad effectum re-
 parandi injuriam, ita ut tantundem malû
 ei infligere poſſit.

*Ut is, qui judici imminenti reum mani-
 feſtum eximit*] ,, *Vid. Grov. b.* Hæc inju-
 ria, adeoque juſta belli cauſa eſt.

*Licebit Et. ſecundum ea, quæ de pænie
 diximus*] ,, *d. l. 2. c. 17. §. 6. ſeq. Et c. 21.*
§. 1. n. 2.

*Quare intra eum modum quoque ſpoliari
 poterit*] ,, Dixi jam, ſpoliari eum poſſe ut
 hoſtem, adeoque non ad certam tantum
 quantitatem, ſed in infinitum.

Publicæ ſignificationes fieri] ,, Dixi, ju-
 dicio, an bellum juſtum ſit, an non,
 eſſe ſolus Principis bellum gerentis. At
 plerumque ſcriptis exponi ſolet cauſa bel-
 li: tum ut *ſubditis* conſtet, non niſi ex
 neceſſitate

„ necessitate summa bellum geri ; tum ut
 „ socii de iustitia causæ certiores , eoque ad
 „ ferendum auxilia celeriores reddantur ;
 „ tum denique ut *medii* a mittendis hosti
 „ subsidiis deterreantur. Nemo enim iis
 „ facile se adjungit , qui jus , fas , fidem ,
 „ &c. viha putant. *Vid. Grot. §. 27. in*
 „ *proleg.*

„ *Ut de spe probabili*] „ Quia plerumque
 „ victoria causæ iustitiam sequi solet , d.
 „ §. 27.

5 „ *Hanc autem questionem*] „ An scilicet
 „ pacati cum hoste meo commercia habere
 „ possint.

„ *Ad jus natura*] „ Intelligit jus sociale ,
 „ feu stricte sic dictum.

„ *Nihil comperire potuimus ea de re jure*
 „ *voluntario gentium esse constitutum*] „ Ex
 „ hypothesi Auctoris jus gentium volunta-
 „ rium præcipue probatur ex historia. *Vid.*
 „ *proleg. §. 46. & l. i. c. i. §. 14.* Nos
 „ tale jus Gentium non dari , probavimus
 „ *ibidem.*

„ *Et magistrum , & gubernatorem suspen-*
 „ *dit*] „ Exempla similia vide apud *Greg. Leti*
 „ *in Philippo II. p. 1. l. 3. Thuan. l. 15.*
 „ *p. 305. Tesm. b. §.*

A D §. V I.

1 „ *Vis , ac terror maxime propria bello-*
 „ *rum*] „ Sequitur id ex definitione belli ,
 „ quod est certatio per vim. *Vid. L. i. c. i.*
 „ *§. 2. n. 1.*

„ *An & dolis uti liceat , quæri solet*] Si
 „ reparari jus nostrum potest sine vi , tum ar-
 „ ma licita non sunt. Vis enim tunc demum
 „ adhiberi debet , cum necessaria est , i. e. cum
 „ unicum est medium conservandi juris. Se-
 „ cus igitur si dolo , aliisque artibus id obti-
 „ neri potest. Dolus igitur omnino licitus est ;
 „ idque argumento a majori sumto probatur :
 „ si enim vi uti licitum est , quæ conjuncta
 „ cum cædibus esse solet , multo magis dolus
 „ permissus censeri debet , ubi nulla cædes
 „ intervenit.

„ Neque videri debet , *dolum* inferre deli-
 „ ctum ; nam *dolus* est vox mediæ signifi-
 „ cationis , ac etiam bonus esse potest. *Struo.*
 „ *Ex. 8. th. 23. Last. pag. 78.* Hinc Jcti Ro-
 „ mani quando *dolum* in malam partem su-
 „ munt , addere solent *malum*.

Additio.

„ Mentem Grotii , obscuram fatis , expo-
 „ suimus in *Diff. proæm. IX. §. 57.* Veram
 „ sententiam B. Parens proponit *infra §. 10.*
 „ Eamque prolixius explicavit in disputa-
 „ tione *de armis illicitis* , quam , quatenus
 „ ad hanc materiam facit , retulimus supra
 „ §. 1. *Prop. IV.*

„ *Ulysses , &c. plenus ubique fraudium in*
 „ *hostem*] „ Diximus supra , in ficto illo de
 „ armis Achillis certamine Ulyssi palmam
 „ delatam fuisse.

„ *Ammiani*] „ *Lib. 17. c. 10.* in epistola
 „ Saporis regis Persarum ad Imperatorem
 „ Constantium. *Tesm. b.*

„ *Bonum dolum*] „ Dictum enim est , do-
 „ lum esse vocem mediæ significationis.

„ *Δόλος , &c.*] „ *Quintil. decl. 282.* ait : *bella*
 „ *quoque insidias habent.*

„ *Nec desunt sententia , &c.*] „ Rationes ,
 „ quæ pro contraria sententia militant , re-
 „ futavimus initio *b. §.*

„ *Quarum nonnullas infra adferemus*]

„ *Vid. §. 20.* Darius fiducia virium nihil
 „ astu agere voluit , affirmans suis , occulta

„ consilia furtivæ victoriæ convenire. *Curt.*
 „ *4. 13. & l. 11. c. 6.* Idem de Alexandro

„ testatur *Arrianus 3. p. m. 176. Justin.*
 „ *l. 9. c. 8.* Idem traditur de Hercule apud

„ *Sen. in Octavo v. 1515 , & Sophoclem in*
 „ *Philoct. v. 88.* De Romanis veteribus vi-

„ de *Liv. lib. 42. 47.* de Atheniensibus *Thu-*
 „ *cyd. l. 2. c. 8.* de Helvetis *Cæsarem de*

„ *B. G. l. i. c. 13.* de Parthis *Ammian.*
 „ *Marc. l. 17. c. 10.* de Achæis vide *Po-*

„ *lyb. l. 13. c. 11.* Conf. *Lips. l. 5. pol. 17.*
 „ *& Tesm. b. & ad §. 20.* Exempla stra-

„ tegematum tum Romanorum , tum Græco-
 „ rum , collegere Frontinus , & Polyænus.

„ Cæsar ait , non minus Imperatoris esse ,
 „ consilio superare , quam gladio. *De bell.*

„ *civ. l. i. c. 15.* Sed & nuperis bellis frau-
 „ de sæpius actum legimus. *Vid. Meter.*

„ *l. 1. p. 27.*

„ *Questionis hujus definitio pendet ex eo ,*
 „ *&c.*] „ Dictum jam est , omnem *dolum*

„ licitum esse ; immo præferendum esse
 „ vi , utpote medio tunc non necessario.

„ *Non esse faciendum malum*] „ *Pachy-*
 „ *merius Hist. l. 4. Cavendum ne malo ma-*

„ *la cures.*
 „ *Sed quibus accidere etiam potest ut bona*
 „ *sint*] „ Quod recte affirmat Auctor. Dixi-

„ mus enim , vocem *doli* esse mediæ signi-
 „ ficatio-

„ ficationis. Ipsi Jcti Romani distinguunt
 „ inter dolum bonum, & malum. *Add.*
 „ *Gell. l. 12. c. 9.*

AD §. VII.

MEDUM alium consistere in actu negativo] „ Quo nihil dicit, vel facit, quod
 „ contrariatur facto, vel dicto præcedenti,
 „ sed dissimulat.

Alium in actu positivo] „ Quo quid fa-
 „ cit, vel dicit contra ea, quæ ante dicta,
 „ vel facta sunt.

Etiã ad ea, quæ in negativo actu con-
 „ sistunt, extendo] „ Adeoque dissimulatio
 „ quoque dolus est.

Crude nimis a Cicerone] „ Loquitur Ci-
 „ cero de vita perfectiori, in quo convenit
 „ ei cum Servatore; qui docet, sermo ve-
 „ ster sit ita ita, non non.

Omnia aperire aliis tenearis] „ Alii enim
 „ jus in me nullum competit; adeoque non
 „ obligatus sum ad aperiendum alteri id,
 „ quod de re illa cognitum mihi est.

Aliam interim causam, nec falsam tamen]

Dixit enim, se prostravisse preces coram

rege, ne eum reduci juberet in domum

Jonathan, & ibi moreretur, c. 38. v. 26.

Id est, ex usitato tum loquendi more]

De quo vide supra l. 2. c. 5. §. 13. &

14. in not.

Matrimonium dissimulans] „ Idem imi-
 „ tatur Isaacus Gen. 26. v. 7. Conf. Augu-
 „ stini verba in c. 22. q. 2. c. 21. & 22.

AD §. VIII.

AUCTOR differentiam inter simulatio-
 „ nem, & mendacium, hic explicat; illam-
 „ que permittit, non autem mendacium: cum
 „ tamen utrobique eadem sit ratio.

Additio.

„ Quomodo dissimulatio, de qua §. præ-
 „ cedenti egit Auctor, differat a simulatio-
 „ ne, hæc vero a mendacio, docet B. Pa-
 „ rens in Disputatione de simulatione §. 1.
 „ usque ad §. 14. Verba hæc sunt:

ALBUUM explicatu est, simulationum; &
 „ dissimulationum abditu evolvere, & hu-
 „ manarum quasi mentium sinus, ac latebras
 „ scrutari. Et quanquam a plurimis tentata,
 „ atque tractata res fuerit, apparebit tamen

vel ex paucis his thesibus, nun superflua quæ
 „ tractari mereantur.

SIMULATIO in genere est actus ratio-
 „ ne utentis, quo aliud agit, aliud videtur
 „ agere. l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. Cic. lib. 2.
 „ acad. quaest. §. 15.

Id, quod agitur (cum strictius loquimur)
 „ dissimulationis, quod agi videtur, simu-
 „ lationis verbo exprimimus; & simulamus id,
 „ quod credi volumus, l. ult. pr. C. Mand.
 „ l. 37. C. de liber. caus. dissimulamus, quod
 „ regi. l. 1. C. qui ad lib. procl. Ita apud Virg.
 „ spem vultu simulat, id est fingit; at con-
 „ tra, consilium vultu tegit, id est dissimu-
 „ lat. Unde spem vultu simulat, qui nullam
 „ habet; dissimulat, qui habet. Eademque
 „ plane sunt, stultitiam simulare, seu dissi-
 „ mulare prudentiam. Et utrumque, seu dis-
 „ simulabo, seu simulabo, quasi eos non vi-
 „ deam, pari sensu dicitur, sed non pariter.
 „ Prior vox exprimit actum, quo vidi, &
 „ sensu; altera, quo præterii, quasi non vi-
 „ derim.

Actus itaque dissimulationis, (seu id;
 „ quod agitur) verus est, & non apparet;
 „ actus simulationis, (seu quod quis agere
 „ videtur) apparet, & falsus est. Ut si partes
 „ simulent emtionem factam, qua facta non
 „ est, nihil emtum esse verum est, nec appa-
 „ ret; emtio apparens, & falsa est.

In pactis tamen, aliisque, qua consensu,
 „ & animi destinatione fiunt, nonnunquam
 „ contra videtur. Nam si quis pactum ineat,
 „ & secum cogitet, animoque reservet, tamen
 „ pro vero habetur; quod mente retentum;
 „ & non apparet, pro falso. Sed id ideo,
 „ quia nihil valet, nulliusque omnino momenti
 „ est, quod sola mente reservatur; nec nego-
 „ tium id est, quod animo retentum, & co-
 „ gitatum, sed quod rite declaratum est. Nul-
 „ lum enim negotium, neque ulla dispositio
 „ est, qua sola cogitatione continetur, sed qua
 „ verbis, factisve rite explicatur. Unde in eo,
 „ quod sola mente cogitatur, tota negotii, ne-
 „ dum juris, & dispositionis substantia, ac
 „ forma deficit; cum ex sola cogitatione nul-
 „ lum plane jus, sed ex eo solo, quod verbis,
 „ factisve significatum est, oritur. l. 1. §. fin.
 „ ff. Quod quisq. jur. l. 18. ff. de Pœn. l. 8.
 „ §. 6. ff. Quib. mod. pign. toll. 2. Feud. 51.
 „ §. si voluerit. Animus itaque ille dissimula-
 „ tus magis nullus, quam verus; & quod rite
 „ declaratum est, non tam vere, quam unice
 „ actum est.

Simula-

Simulationes non semper totius negotii faciem, ipsumve negotium fucant, sed saepe partem tantum, vel aliquem actum ipsius fingunt: uti cum quis vendit Titio rem sub lege, ut si melior conditio afferatur, res inempta sit; deinde alia emptio quidem, at non melior conditio sequitur, sed hæc fingitur: quo casu utraque emptio vere contracta est, & sola pretii qualitas dissimulata, l. 14. pr. & §. 1. ff. de in diem addict.

Falsum hic accipimus, quicquid aliter nobis apparet, ac est. Unde non semper illud est in simulante, sed saepe tantum in opinione ejus, cui aliter videtur: uti cum sol nobis longe minor videtur, ac est, causa ejus non est in sole, sed in sensu. Tale est quod Haman ab Esthera, dissimulato, quod in eum conceperat, odio, ad convivium vocatus, inde ejus erga se gratiam colligebat. Esth. 5. vers. 8. & 12. & quod idem a Rege dissimulante de quo sentiret rogatus, quid faciendum ei, quem Rex honoratum vellet, sibi cultum eum destinatum conjiciebat. Esth. 6. v. 6. In neutro actu, sive Esthera, sive Regis, quicquam falsi fuit, sed in opinione ambitiosa, & collectione Hamanis. Sic Deus injunxit Abrahamo ut filium immolaret; Jona, ut Ninivitis excidium prædiceret. In neutro Deus aliud egit, ac sensit; etsi enim alter filii, alter urbis interitum certum fore ex jussu credidit, non tamen ex jussu tali id sequitur, sed ejus natura, ac sensus tantum est, ut qui jubetur, paratus sit exequi, salvo semper jubenti revocandi jure: neque mutatio ulla est si jusserit, sed revocandi animo. Alteri vero mandato inest quoque respiciendi conditio.

Vulgatum: simulari falsa, dissimulari vera, nisi sano sensu capias, facile fallit: nam & dissimulatio continet falsum, & per eam quoque aliud agitur, aliud agi videtur. At falsum non est id, quod dissimulatum dicimus, scil. id, quod agitur; sed alterum, quod agi videtur, ac creditur.

In genere accepta simulatio & dissimulationem complectitur, d. l. 1. §. 2. Cic. 12. ad Attic. epist. 21. non facile retro; nisi forte ævo Justiniani, qui in l. ult. in pr. & §. 2. C. Mand. donationem dissimulatam dicit, cum intelligat simulatam; & in l. 30. C. de jur. dot. divorcium dissimulatum pro simulato, verum pro falso, & ficto.

Simulatio factis fit, mendacium verbis, quibus palam falsum asseritur. Itaque reh-

qui sermones, uti elogia, & similia, quibus aliud quid tegitur, vel factum accedit, quo quid tegitur, pro factis sunt, iisque simulatio fit; uti dissimulatio illa Socratica, qua inopia dicitur apud Cic. lib. 2. de Orat. §. 269. & 270. & lib. 2. Acad. quæst. §. 15.

Simulatio est media natura, & in se indifferens; potestque non tantum injustitia carere, sed & vitio, ac imperfectione, ut in d. l. §. 2. verb. tuentur &c. ff. de dol. mal. l. Sam. 21. v. 2. & v. 13. & cap. 27. v. 10. Luc. 24. v. 28. quin & virtuosa, & laudabilis esse, Exod. 1. v. 19. 20. 21. d. l. 1. §. 2. voc. deserviant. c. 21. XXII. q. 2. ut cum licite, pie, & virtuose agens reticeat tamen (ut potest) quo animo id agat, & alter alio animo id fieri credat, idque agens sciat. Talis erat simulata sententia Salomonis de secundo infante 1 Reg. v. 25. c. 2. X. de præsumt. & cum Deus ipse jussit occidi Isaacum, non voluit. Genes. 22.

Accedit autem simulationi injustitia, cum fit in detrimentum, aut præjudicium alterius, vel alia contra natura, civitatisque leges: nam simulatio, qua fit alterius circumveniendi animo, in verum dolum incidit, l. 7. §. 9. ff. de pact. c. 5. X. de Emt. & vend.

Hinc cum Aquilius, & Servius dolus per simulationem definirent, scil. cum aliud agitur, aliud simulatur, merito reprehensæ sunt, ille a Cicerone, Lib. 2. de Offic. §. 61. & seqq. hic a Labeone, & Ulpiano in d. l. 1. §. 2. Verum, si addatur circumscripti bendi alterius causa, vera definitio doli est; quod cum addat Pedius d. l. 7. §. 9. recte id probatur.

Sed & in culpam cadere simulatio potest, si ea læsus quis est citra animum lædendi: nec ab ea immune videtur factum Davidis 1 Sam. 22. v. 15. & 22. at necessitate excusandum. Sed & si simulatio omni injuria careat, tamen a virtute, & perfectione recedere potest, atque in reprehensionem bonorum virorum incurrere: qualem omnino censemus epouitar Socratis, quem secutus est Africanus major, de qua c. 13. XI. q. 3.

„ Huc usque B. Parens. Cæterum, alibi „ demonstravimus, an, & quatenus MEN- „ DACIUM verum sit delictum, ac men- „ dacem obliget ad reparationem. Vid. Diss. „ præm. XII. §. 521. n. XIII.

G E G E 3 Dolu;

1 *Dolus, qui in actu positivo consistit*]
 ,, Vid. Gron. ad §. 7. b. not. 38.
Voces naturaliter signa esse intellectuum]
 ,, Voces enim ideo inventæ sunt, ut homi-
 ,, nes voluntatem suam inter se explicent.
Res non item] ,, Quia aliud agere pos-
 ,, sumus, quam agere videmur.
*Citra hominum voluntatem nihil signifi-
 care*] ,, Verba enim inventa sunt in usus
 ,, hominum, nec valent nisi ex usu, quem
 ,, homines eis dederunt. Vid. l. 2. cap. 16.
 ,, §. 2. Conf. Gron. b.
Hominis naturam banc esse pecuniarem]
 ,, Vid. proleg. §. 7.
Et ad eam rem voces repertas] ,, d.c. 16.
 ,, §. 2.
Sed § mutibus] ,, Conf. supra lib. 2.
 ,, cap. 16. §. 2. §. 26. lib. 2. c. 11. §. 11.
Ut apud mutos] ,, Ante inventa verba
 ,, homines nutu locutos fuisse, ait Lactant.
 ,, l. 6. c. 10. Ique modus loquendi cum
 ,, Americanis olim fuit.
Commune ipsa natura] ,, Quo pertinet
 ,, signum illud Tarquinii summa papave-
 ,, rum capita decutientis. Liv. 1. 54.
Sive tantum ex instituto] ,, Ita cum in-
 ,, clinatione capitis assentimus; quassatione
 ,, negamus. Gell. 10. 3.
Nota illæ] ,, Quibus usi sunt veteres,
 ,, ante quam præfens litterarum ordo, &
 ,, constructio inventa est. De quibus vide
 ,, Tesm. b.
*Sive ex aliqua convenientia, ut nota bie-
 roglyphicæ*] ,, Ægyptiorum. (Gron. b.) Ubi
 ,, res ipsa conveniebat cum figura.
Ut apud Sinenses] ,, Ubi una sæpius lit-
 ,, tera verbum integrum significatur.
 2 *Alia igitur hic adhibenda distinctio est*]
 Dicitur jam est, veram distinctionem inter
 mendacium, & simulationem esse, quod il-
 lud verbis fiat, hoc re.
 Additio.
 ,, Auctor rejicit differentiam inter *simula-
 tionem*, & *mendacium* (quam quidam
 ,, in eo constituunt, quod *simulatio* fit si
 ,, dolus in re est; *mendacium*, si dolus est
 ,, in sermone): & recte, quia *mendacium*
 ,, non tantum sermone, sed & signis com-
 ,, mitti potest, utpote quibus æque volun-
 ,, tas explicatur, ac verbis. At nec illa
 ,, distinctio, quam Auctor adhibet, admitti
 ,, potest.
 ,, In voce juris gentium], Vid. Diff. proæm. IV.
 ,, §. 8. §. 24. Grotius enim jus Gentium

,, distinguit in *latius patens*, quod moribus
 ,, receptum est tanquam ex condicto, Proæ-
 ,, leg. §. 42. §. 43. & cum mutua obliga-
 ,, tione, l. 2. c. 3. §. 5. *diff. diff. proæm.*
 ,, IV. §. 8. §. 21. Et *arctius*, quod apud
 ,, plures gentes quidem obtinet, at non
 ,, ex condicto, Proæ. §. 58. quod non re-
 ,, ceptum est cum mutua obligatione, ad-
 ,, eoque vim pacti non habet inter gentes.
 ,, L. 1. c. 1. §. 14. l. 2. c. 3. §. 5. *diff. diff.*
 ,, IV. §. 16. §. 24. At neutrum jus gentium
 ,, existere, adeoque fabulam esse quæ de
 ,, jure gentium, sive latius patenti, sive
 ,, arctiori dicuntur, probavimus *diff. diff.*
 ,, proæm. IV. §. 29. *seq.*

*Et quod singulis gentibus placuit sine mu-
 tua obligatione*] ,, Adeoque & ab uno popu-
 ,, lo inconsultis aliis mutari potest, l. 2.
 ,, c. 8. §. 1. n. 2. §. 42. c. 3. §. 5.

*Et id, quod mutuam in se continet obli-
 gationem*] ,, Quod respicit utilitatem ma-
 ,, gnæ illius universitatis, seu humani ge-
 ,, neris, proleg. §. 17. & pertinet ad mutuam
 ,, gentium inter se societatem. L. 2. c. 8.
 ,, §. 1. n. 2. At in allegatis locis demonstra-
 ,, vimus, non dari jus gentium voluntarium,
 ,, neque cum mutua obligatione, neque
 ,, sine mutua obligatione.

*Reperta sunt ad significandum cum mu-
 tua obligatione*] Ita ut non possint adhiberi
 alio modo, ac sensu. Quod verum non est.
 Quilibet enim pro suo arbitrio vocibus uti
 potest; verba enim reperta sunt ut possit ex-
 primere animi sensus, non ut teneatur: ad-
 eoque natura, & voces, & facta sunt juris
 concessivi, nisi in alterius damnum, & in-
 juriam cedant.

Additio.

,, Latius hoc argumentum examinavimus
 ,, in *Diff. proæm. XII. §. 521. n. 13. Vid.*
 ,, *infra §. 10.*

Res alia non item] ,, Diximus, nec ver-
 ,, ba, nec alia signa inter gentes cum mu-
 ,, tua obligatione recepta esse: hactenus
 ,, igitur non est differentia inter *voces*,
 ,, & *res*.

Hinc fit] ,, Scilicet, ex placito illo gen-
 ,, tium.

*Ut rebus aliis uti liceat, etiamsi prævi-
 deamus futurum, ut alter inde falsam concipiat
 opinionem*] ,, Ratio Auctoris est, quia
 ,, res non sunt repertæ ad significandam
 ,, cum mutua obligatione: unde concludit,
 ,, ei, qui ex re falsam concipit opinionem,
 ,, jus

„ jus non quæri, secus, ac in mendacio;
 „ quod satis ex præcedentibus refellitur.

„ *Loquor de eo, quod intrinsecum est*]
 „ i. e. Quod ex natura rei sequitur. Nos
 „ diximus, nec mendacium per se illicitum
 „ esse, nec simulationem; quia simulatio
 „ æque, ac mendacium, res sunt per
 „ se indifferentes. *Vid. infr. §. 10.*

„ *Aut ubi nocumentum ipsum seposita doli
 „ consideratione licitum est*] „ Tunc enim
 „ non est injuria, nec alter mea culpa
 „ læditur. Auctor exemplis rem illustrat n. 4.
 „ *Sub conditione tamen*] „ Immo non opus
 „ est hic fingere conditionem tacitam: sed
 „ simpliciter dicendum, voluisse Servatorem
 „ simulare, idque rem arbitrii, &
 „ maxime licitum fuisse, utpote cum nul-
 „ lum detrimentum in discipulos inde se-
 „ cuturum erat, quin tendebat potius illa
 „ simulatio ad bonum finem.

„ *Multa velle dicitur, qua non fuit*]
 „ Ita voluit evertere Ninive, nec tamen
 „ fecit.

„ *Voluisse præterire Apostolos navigantes,
 „ nempe nisi impense rogaretur navem ascen-
 „ dere*] „ Simulabat præterire, non sub
 „ conditione nisi retineretur, sed quia res ar-
 „ bitrii erat id simulare, & finis erat
 „ laudabilis.

„ *In Paulo, qui Timotheum circumcidit*]
 „ Hic non erat simulatio: non enim id
 „ fecit ut alii falsam conciperent opinio-
 „ nem, sed quid eo facto intentaret, pu-
 „ blice declaravit.

„ *Quod revera jam abolitum erat*] „ In-
 „ stituto baptismo. *Vid. supr. L. I. c. I.
 „ §. 17.*

„ *Amplius significabat talem necessitatem*]
 „ Circumcisio enim per se res indifferens
 „ est.

„ *Neque malum, quod inde sequebatur,
 „ erroris ad tempus*] „ Dixi jam, non fuis-
 „ se malum, sed rem plane indifferentem:
 „ at in proposito eo magis laudandam, quia
 „ tendebat ad bonum finem, ad augendam
 „ Evangelii doctrinam.

„ *Posterioris*] „ Ubi nocumentum ipsum
 „ seposita doli consideratione licitum est.
 „ *Et alii duces sæpe*] „ Exempla vide apud
 „ *Liv. I. 14. & 6. 21. 5. & c. 54.*
 „ *Lucan. 4. v. 743. Justin. I. 8. Tac.*
 „ *Ann. 2. 11. Tesm. b.*

„ *Licitum esse ponimus ex belli justitia*]
 „ Nam in hostem omnia licent, quate-

„ nus ad reparationem juris nostri neces-
 „ saria sunt.

„ *Ex instituto nihil significat*] „ i. e.
 „ Actus hic inter gentes non receptus est
 „ cum mutua obligatione, ita ut non ali-
 „ ter possit fieri.

„ *Quancquam hostis eam accipit ut signum
 „ pavoris, quod alter cavere non tenetur*]
 „ Simulata igitur fuga non est illicita, et si
 „ fugiens prævideat, hostem falsam inde
 „ concepturum opinionem, quasi id ex
 „ pavore fiat. Id enim malum non esse,
 „ recte ait Auctor, quia fugiens cavere
 „ non tenetur, quo minus hostis id
 „ credat.

„ *Utens sua libertate, &c.*] „ Diximus,
 „ natura in hostem omnia licere, adeoque
 „ & vim, nedum simulationem.

„ *Eorum actus*] „ Exempla vide apud
 „ *Camden. pag. 2. pag. 317. Curt. 7. 2.*
 „ *Thuan. 40. pag. 817. & l. 10. pag. 213.*
 „ *Theodoret. 4. 12. Vid. Tesm. b.*

„ *Ut a quovis pro arbitrio*] „ Citra ullam
 „ necessitatem.

„ *Etiã contra consuetudinem*] „ Quæ per
 „ actum talem aliud quid intendit.

„ *Singulorum arbitrio*] „ Adeoque non
 „ cum mutua obligatione. *Vid. n. 1.*

„ *Non quasi consensu communi*] „ i. e.
 „ Cum mutua obligatione. *Id. n. 1.* At
 „ sæpius dictum est, talem consuetudinem
 „ communi consensu munitam non dari.

„ *Qualis consuetudo neminem obligat*] „ A-
 „ liam consuetudinem communi gentium
 „ consensu introductam non dari, vidi-
 „ mus.

A D §. I X.

„ *De illis notis, qua ut ita dicam in
 „ commercio hominum versantur*] „ i. e.

„ Quæ inter gentes communi consensu re-
 „ pertæ sunt ad significandum cum mu-
 „ tua obligatione, *vid. §. 8. n. 1.* ita ut
 „ necessario id, quod iis notis asseritur,
 „ significare debeant, nec alio sensu ad-
 „ hiberi possint. Quam sententiam exami-
 „ navimus in *Diss. proœm. XII. §. 13.*

„ *In quo genere proprie mendacium situm
 „ est*] Immo non in quolibet signo menda-
 „ cium situm est, sed in sermone, quando
 „ palam falsum asseritur.

Adi.

Additio.

„ Verior videtur sententia Auctoris, omnem assertionem falsam, etiam quæ scriptis, nutu, aliisque notis fit, mendacium esse. *Vid. §. 8. n. 1.* At quod Auctor porro asserit, voces, nutus, &c. reperta esse ad significandum cum mutua obligatione, merito negamus.

Multa enim sunt contra mendacium]

„ Auctor occasione quæstionis, *an contra hostem mendacio uti liceat?* totam materiam mendacii, & an natura ei vitium infit, examinat; atque hic auctoritates adfert, quæ omne mendaciorum genus (quod Augustinus triplex facit, injustum, officiosum, & jocosum) damnant.

„ *Augustinus]* „ In *Enchiridio c. 22.* ubi addit rationem. *Verba*, ait, *propterea instituta sunt, non per quæ se invicem homines fallant, sed per quæ in alterius quisque notitiam cogitationes suas præferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est.*

„ *Aristoteles]* „ Plato ait, *mendacium non tantum a Diis, sed & ab hominibus odio habetur. l. 2. de republ. in f. Sophocles ait Philoſt. v. 1136. boni viri est, verum dicere. Addatur Nepos in vita Attici c. 15. Arrian. 1. pr. rer. Ind. pr. 532. Cicero pro Roscio n. 16. aliique apud Tasm. b. & Alex. ab alex. Gen. diæ. l. 6. c. 10.*

2 „ *Lactantii]* „ De ira Dei c. 10. & de vero Cultu c. 18.

„ *Ita dissentiens]* „ Ipse enim omne mendacium improbat. *Vid. n. præced.*

3 „ *Plato]* „ De republ. l. 2. in f. & l. 3. post pr. Idem de legibus l. 2. p. 663.

„ & *Justin. 2. c. 12. 13.*

4 „ *Hanc ipsam partem defendens]* „ Scilicet, licentiam mentiendi.

A D §. X.

1 „ *CONCILIATIO forte aliqua reperiri poterit ex largiore, aut strictiore mendacii acceptione]* Immo jure naturæ res absque illa distinctione clara est. Simulatio, & mendacium sua natura sunt res mediæ, quibus bene, vel male uti possumus. *Simulatio* enim est, ubi quis aliter facit, ac

sentit; *mendacium*, ubi quis aliud asserit, aliud sentit. Neutrum injuriam continet, quia nulla est obligatio sic faciendi, vel loquendi; cum nullius interfit, & quisque de suis actibus pro lubitu disponere possit: quin alter potius injuria agit, qui cum facultatem nullam in meas actiones habeat, a me exigit ut ei verum dicam.

Hinc *simulationes*, & *mendacia* aliquando possunt esse honesta, si scilicet jus meum simulando, vel mentiendo tueri, vel alterius jus eo servare possum. Exempla sunt in Mulieribus Ægyptiis timentibus Deum, quæ celabant partum utendo mendacio.

Equidem de *simulatione* id concedit Auctor; sed non de *mendacio*. Nos idem in mendacio jus esse, jam diximus. Nam 1. quisque de lingua sua, de suo sermone disponere, i. e. loqui potest quicquid vult. Neque enim 2. alteri in meum sermonem ullum jus competit; indeque quocumque modo loquar, jus ejus non læditur. Adeoque 3. ejus non interest, num verum dicam, num falsum; quia vel plane inde non læditur, vel jure læditur, uti hostis, cui vi, nedum mentiendo nocere jure possum.

Neque *obstat*, quod contra verborum naturam agatur, quæ inter homines ideo reperta sunt, ut animi sensus iis exprimantur: adeoque contrarium videtur juri naturæ, sensum eorum intervertere. Resp. Inventa sunt verba ut animi sensus quis exprimere possit, non ut teneatur; adeoque res meri arbitrii est: & sic verum non est quod Auctor ait, Gentes verba hæc inter se recepisse cum obligatione mutua, ita ut teneantur membra illius societatis magnæ sic, & non aliter sentire.

Utrobique autem excipitur casus si alterius, quem lædere fas non est, decipiendi causa vel simulamus, vel mendacium dicimus. Tunc enim fit illicitum, non quod mentitus alter est, vel simulavit, sed quia alterum læsit, eoque injuriam fecit: adeoque non quia invertit naturalem verborum usum, sed quia ea inversione alii damnum dat.

Additio.

„ Auctor ex distinctione inter mendacium laxius, & stricte sumtum, decipiendi causam, *an mentiri liceat*, sumi posse putat. *Strictè* autem mendacium, „ cium

ciū esse, ait, quod scienter profertur
cum significatione, qua mentis conceptui
disconveniat, §. 9. n. 1. Laxius autem
mendacium dici, quatenus & impru-
denti accidit: aut, ubi dicit rem fal-
sam, quam putat veram: aut, si u-
nius vocis plures sunt significationes;
& loquens sciat, eum, qui audit, in
aliam partem accepturum. d. §. 9. n. 1.
Hæc omnia a mendacii notione exclu-
dit. d. §. 9. in fin. junct. §. 10. n. 1.
Nostram sententiam exposuimus in Diss.
proem. XII. §. 521. n. 13. Add. in-
fra §. 11.

Quatenus & imprudenti accidit] ,, Hoc
mendacium non est, quia non aliter
loquitur, ac sentit. Nam putat, licet
ex imprudentia, verum esse quod as-
ferit.

Mendacium dicere, & mentiri, apud
Gellium] ,, Illud fit absque proposito
mentiendi, hoc cum proposito: hinc
recte ait Gellius, illo casu falli men-
tientem, hoc casu eum, cui mendacium
dicitur.

Sed de eo agimus] ,, Stricte ergo men-
dacium dicitur, ubi verbis, vel signis
asserimus id, quod falsum esse vel sci-
mus, vel putamus, & quod aliter in-
telligi non potest. Vid. §. 10. n. 1.

Ideoque non mentitur qui dicit rem fal-
sam, &c.] ,, Quia id, quod ipse cogi-
tat, quod sentit, indicat.

Sed quam falsam putat] ,, Verba enim
disconveniunt cum mentis conceptu.

Significationis ergo falsitas] ,, In eo enim
tota ratio mendacii consistit, quod quis
aliter, ac sentit, voluntatem suam de-
clarat.

Cui consequens est] ,, Scilicet ei, quod
ad mendacii naturam requiratur falsitas si-
gnificationis.

Sive ex vulgi usu, sive ex artis consue-
tudine] ,, Vide supra l. 2. c. 16. §. 4.
n. 1.

Non admitti mendacium] ,, Quia re-
vera non aliter loquitur, quam sentit.
Neque enim potest dici falsum asseruisse,
qui aliquo sensu verum dicit.

Etiamsi putetur is, qui audit, in aliam
partem id accepturus] ,, Sufficit enim,
quod in loquente significatio vocis, quæ
profertur, non disconveniat mentis con-
Tom. III.

ceptui; neque ejus est curare, quo sen-
su alter accepturus est.

Sed potest ex accedentibus causis honesta-
ri] ,, Adeoque locutio, quæ diversos
sensus admittit, indifferens est, & ali-
quando bona, & honesta esse potest,
si ad bonum finem tendit; exempla
statim sequuntur: illicita autem fit si in
alterius vergit injuriam, n. 3. seq.

Ad erudiendum eum] ,, Adeoque ubi
nemini fit injuria, sed potius bene al-
teri fit.

Aut ad evitandam iniquam interrogatio-
nem] ,, Quia hoc casu non tantum non
fit injuria, sed forte injuria impeditur,
quæ respondendo directe alii imminere
posset.

Dormit] ,, Hæc vox æquivoca est;
nam & de mortuo sumi potest, & de
dormiente. Vid. Lightfoot ad Matth.
c. 9. v. 24.

De templo instaurando] ,, Immo hic si-
gnificatus vocis templi plane improprius,
& locutio mere figurata est; adeoque
hoc exemplum huc non pertinet.

Et alibi vini novi potationem] ,, Joban.
c. 22. §. 30.

Satis scivisse videtur] ,, Hæc voces si-
gnificatum, quem Servator eis tribuit,
nec ex figura aliqua intelligibili admit-
tunt. Adeoque non ex ea ratione pro-
bantur hæc locutiones, sed quia quilibet
homo jus habet figurate loquendi, si
alii inde non fit injuria.

Per fabularum ambages populum alloqui-
tur] ,, Hoc enim docendi modo uti,
res arbitrii est; eaque antiquissima do-
cendi ratio fuit. Vid. Gell. 2. 29. Quin-
til. 1. 9. pr. & §. 11. Senec. ad Po-
lyb. 27.

Nisi scilicet animi attentionem talem,
ac docilitatem afferrent] ,, Ibi populus
sciebat, Servatorem allegorice loqui,
sed allegoriam non intelligebat.

Posterioris usus] ,, Ubi æquivoca voce
uti licet ad evitandam iniquam interro-
gationem.

Aperiret ambages, & veri copiam fa-
ceret] ,, Vitellius enim, cum de adulte-
riis Messalinæ quæstio esset, deque eo-
rum probatione, in genere saltem ex-
clamavit: o facinus! o scelus! Tac.
l. 11. ann. c. 34.

Quin suspensa, & quo ducerentur incli-
natura

H h h h

natura responderet] „ Hinc ignaro pro-
 „ pior fuisse dicitur d. l. 11. c. 35. Similia
 „ exempla vide apud Tac. *Hist. lib. 3.*
 „ c. 3. & *Ann. l. 2. c. 87. Liv. l. 8.*
 „ c. 2. l. 4. c. 47. *Vid. Tbuur. 4. p. 82.*
 „ *Plin. l. 1. ep. 5.*
 3 *Contra accidere potest]* „ Diximus enim,
 „ locutionem æquivocam esse indifferen-
 „ tem: at posse bonam, vel malam fieri.
 „ *Aut reverentia adversus Superiorem]*
 „ Cum enim subditus veritatem superiori
 „ quærenti dicere teneatur, injuriam facit
 „ quæ si per æquivoca verba impedit, quo
 „ minus Princeps id cognitum habeat,
 „ quod scire vult.
 „ *Aut rei, quæ agitur, natura exigunt]*
 „ Uti si duo paciscuntur, tunc enim va-
 „ let tantum id, quod ex utriusque men-
 „ te actum est; non vero quod alter æ-
 „ quivoca locutione voluit, quia scit,
 „ alio me sensu id accipere.
 „ *Omne mendacium]* „ Quo scilicet alter
 „ læditur.
 „ *Ita laxè accipi, ut etiam obscuram lo-*
 „ *cutionem includat]* „ Immo de vero men-
 „ dacio loquitur, quo alterius jus læditur.
 „ *At nos proprie loquendo a mendacii no-*
 „ *tione id ipsum jam exclusimus]* „ Quia ubi
 „ æquivoca est locutio, non potest dici,
 „ cæ, aliter eum sensisse, aliter dixisse:
 „ animi enim conceptus uni istarum signi-
 „ ficationum convenit. *Vid. n. 1.* At dixi-
 „ mus, effatum Ciceronis, & legem Atti-
 „ cam eo non pertinere, sed agere de ve-
 „ ro mendacio.

A D §. XI.

1 *QUOD dicitur, scribitur, notatur,*
immittitur] „ Nam omnibus his modis men-
 „ dacium dici, vidimus §. 8. n. 1.
 „ *Intelligi aliter nequeat]* „ Adeoque ubi
 „ aliquid asserit, quod palam falsum est,
 „ & cum conceptu animi directo pugnat.
 „ *Strictior mendacii significatio, &c. dif-*
 „ *ferentiam aliquam propriam adjiciat necesse*
 „ *est]* „ Auctor communem notionem men-
 „ dacii esse, ait, disconvenientiam sermo-
 „ nis, & mentis: at mendacium *strictè*
 „ dictum, i. e. injuriosum esse, quando per
 „ illam disconvenientiam libertas judican-
 „ di, quam jure gentium loquens ei, cum
 „ quo loquitur, debet, læditur.

„ Supponit enim Auctor; 1. Gentes
 „ voces, nutus, aliasque declarandæ vo-
 „ luntatis notas introduxisse cum mutua ob-
 „ ligatione: indeque 2. homines collo-
 „ quentes his, quibus colloquuntur, qua-
 „ si ex pacto tacito debere judicandi li-
 „ bertatem: 3. hoc jus existens, & ma-
 „ nens quæsitum esse ex communi gen-
 „ tium æstimatione ei, ad quem sermo,
 „ aut nota dirigitur: 4. hanc repugnantiam
 „ cum illo jure existente, & manente,
 „ (i. e. mendacium) illicitam esse.
 „ At 1. negamus, gentes voces, &c.
 „ introduxisse cum mutua obligatione,
 „ adeo ut homines non possint alio sensu
 „ illis uti, quam eo, quem gentes com-
 „ muni æstimatione indiderunt: neque enim
 „ de tali pacto constat, neque illud probari
 „ poterit. Sane, voces inter homines
 „ repertæ sunt, ut possint animi sensum
 „ explicare, non ut teneantur. Quilibet
 „ jus in suas actiones, adeoque in suum
 „ sermonem habet, non alius. Sane, alii
 „ nulla fit injuria si falso sermone utor;
 „ jus ejus non læditur: nullum ergo inde
 „ alii jus agendi oritur.
 „ Hinc 2. negamus, ei, cum quo lo-
 „ quimur, ex pacto tacito deberi liberta-
 „ tem judicandi. Diximus, pactum tale
 „ tacitum non existere. Præterea velim mi-
 „ hi explicari, quid sit illa libertas judi-
 „ candi; quæ actio inde detur, & quæ
 „ reparatio inde debeatur.
 „ Negamus 3. hanc libertatem judican-
 „ di esse jus aliquod existens, & manens;
 „ sed id merum est figmentum Auctoris.
 „ Negamus 4. repugnantiam cum illo
 „ jure existente, & manente, menda-
 „ cium strictè sic dictum constituere, &
 „ illicitum esse.
 „ Mendacium igitur per se non est il-
 „ licitum; neque enim eo jus alterius læ-
 „ ditur, adeoque cessat reparandi necessi-
 „ tas. Exc. si per mendacium damnum alii
 „ datur; tunc enim ille, qui mentitur,
 „ causa est damni dati, adeoque obliga-
 „ tur non ex tacito pacto, & quia liberta-
 „ tatem judicandi alteri aufert, sed ex
 „ regula naturæ, quia damnum factum, &
 „ culpa sua alii infert, quod reparare te-
 „ netur. *Vid. Diss. præm. XII. §. 521.*
 „ n. XIII.

Qua naturaliter illicitum est] „ Menda-
 „ cium

cum ergo juxta communem notionem
 ,, illicitum non esse, ait, sed tunc de-
 ,, mum si alterius libertas judicandi lædi-
 ,, tur. Vid. §. b. n. 1. §. 12. & 14.

Saltem secundum communem gentium exi-
 stimationem] ,, Quibus placuisse, ait, ut
 ,, voces, nutus, aliæque indicandæ vo-
 ,, luntatis notæ adhiberi debeant cum mu-
 ,, tua obligatione. Vid. §. 8. n. 2.

Præter repugnantiam cum jure existente,
 ac manente ejus, ad quem sermo, aut no-
 ta dirigitur] ,, Dictum jam est, eum,
 ,, ad quem sermo dirigitur, non habere
 ,, jus exigendi ab alio, ut verba, quæ
 ,, profert, conveniant cum ejus mente;
 ,, adeoque hæc repugnantia merum figmen-
 ,, tum est.

Nam sibi neminem mentiri] ,, Quia ea
 ,, intentione mentimur, ut alius credat id,
 ,, quod asserimus, { & quod verum non
 ,, est.

Jus hic intelligo non quodvis, & rei
 extrinsecum, sed quod proprium sit huic
 negotio] ,, Non ergo intelligit Auctor jus,
 ,, quod extra rem est, & ab ea distinctum;
 ,, adeoque non præcise requirit ut damnum
 ,, alter, cum quo loquimur, ex hoc men-
 ,, dacio sentiat, sed jus intelligit, quod
 ,, rei ipsi cognatum est, & negotio, quo
 ,, indicatur voluntas, proprium: nimi-
 ,, rum, intelligit jus, quod consistit in li-
 ,, bertate judicandi, & quod læditur per
 ,, falsiloquium. Quæ omnia frustra dicuntur.

Judicandi libertas] ,, Auctor igitur jus
 ,, mihi ex sermone alterius quæsitum esse,
 ,, putat, ad eum effectum ne aliter lo-
 ,, quatur, quam sentit, quia aliter loquen-
 ,, do eripit mihi libertatem judicandi. At-
 ,, que hinc ait, nec infanti, nec furioso
 ,, mendacium dici, quia libertas judicii,
 ,, adeoque læsio in iis cessat. §. 12. Hinc
 ,, porro concludit, culposum non esse men-
 ,, dacium si mentimur non illi, qui de-
 ,, cipitur ex nostro sermone, sed alii; quia
 ,, hujus libertas non læditur. §. 13. Item
 ,, si is, cui mentimur, consentit, vel fal-
 ,, tem præsumtio est eum oonsensurum:
 ,, quia libertati judicandi renunciare po-
 ,, test. §. 14.

At in præcedentibus dictum est, jus
 hoc merum figmentum esse, & nec dari
 aliquod jus gentium, neque ex eo li-
 bertatem judicandi deberi ei, cum quo
 loquimur. Sed nec ex vocum receptio-

ne ullam sequi obligationem illis sic
 ,, non aliter utendi, jam demonstravimus,
 ,, & porro demonstrabimus.

Hæc enim, nec alia est mutua illa obli-
 gatio, quam homines introduci voluerant]
 ,, Supponit enim voces, nutus, aliasque
 ,, indicandæ voluntatis notas communi gen-
 ,, tium consensu repertas esse ad signifi-
 ,, candum cum mutua obligatione, vid.
 ,, §. 8. n. 1. & n. 5. ita ut aliter non pos-
 ,, sint adhiberi, nisi eo sensu, quem gen-
 ,, tes eis indiderunt, indeque homines ei,
 ,, cum quo loquuntur, obligari. Quod in
 ,, præcedentibus refutavimus.

Nam sine tali obligatione inane fuisset ta-
 le repertum] ,, Quale? scilicet qua lo-
 ,, quentes se obligant, quod velint voci-
 ,, bus in sensu communi receptis uti, co-
 ,, que permittere eis, cum quibus loquun-
 ,, tur, facultatem judicandi. Nos jam di-
 ,, ximus, fabulam esse quæ de jure gentium,
 ,, & inde deducta obligatione, Auctor af-
 ,, fert. Sed & verum non est, sermo-
 ,, nem inutilem fore sine tali obligatione:
 ,, nam 1. usum habet sermo in laudando
 ,, creatore, etsi homines invicem non col-
 ,, loquantur. 2. Usus habet ut possint
 ,, homines animi sensa explicare si velint.
 ,, 3. Præcipuus autem usus in eo est,
 ,, quod teneantur quoque præstare id,
 ,, quod semel juxta sensum vocis recep-
 ,, tum voluerunt, si jus in alterum inde
 ,, est translatum: 4. quod teneantur sensu
 ,, recepto uti, si de damno, & injuria
 ,, ejus agitur, cum quo loquuntur. Atque
 ,, his casibus obligatio oritur non ex jure
 ,, gentium voluntario, nec ex tacito pa-
 ,, cto, neque ideo quia mentiri non licet;
 ,, sed ex eo jure naturæ, quo quis id,
 ,, quod alteri promissit, juxta sensum vo-
 ,, cis inter utrumque receptum præstare te-
 ,, netur, vel quia alteri damnum mea as-
 ,, sertione inferitur.

Ut quo tempore sermo fit, jus illud sub-
 sistat, ac maneat] ,, Sensus est, ut eo
 ,, tempore, quo quis cum alio loquitur,
 ,, hic judicii libertatem habeat.

Fieri enim potest, ut jus quidem fuerit,
 sed subiatum sit, aut tollatur ex alio jure
 superveniente] ,, Sic v. g. furiosus ex hy-
 ,, pothesi Auctoris jus habuit, & liberta-
 ,, tem judicandi, antequam furore corre-
 ,, ptus fuit, adeoque eo tempore men-
 ,, dacium

H h h h 2

,, dacium

„ dadium ipsi dicere non licebat ; sed jus
 „ hoc sublatum esse , putat , accedente fu-
 „ rore : cum enim jam deficiat iudicandi
 „ libertas , hanc per mendacium lædi non
 „ posse , statuit.

„ *Sicut debitum acceptilatione*] „ Ibi vere
 „ jus quæsitum fuit , quod per acceptila-
 „ tionem tollitur.

„ *Aut conditionis cessatione , &c.*] „ Hic
 „ itidem jus , etsi eventuale , quæsitum
 „ fuit , quod deficiente conditione , adeo-
 „ que ex jure superveniente , expirat.

„ *Ut jus , quod lœditur , ejus sit , quicum*
 „ *loquimur , non alterius*] „ i. e. Ut is , cum
 „ quo loquimur , iudicandi libertatem ha-
 „ beat. Unde concludit , nullum esse men-
 „ dacium si sermo ad eum dirigitur , qui
 „ non decipitur , etiam si tertius falsam in-
 „ de hauriat persuasionem : quia illi , cum
 „ quo loquimur , libertas iudicandi manet
 „ integra. *Vid. §. 13.*

„ *Sicut & in contractibus injustitia non*
 „ *nascitur nisi ex laeso jure contrahentium*]

„ *Vid. l. 2. c. 12. §. 8. seq.* Non ergo alius
 „ ex hoc contractu jus sibi arrogare potest.
 „ *L. 2. c. 11. §. 18.* Auctor idem obtinere
 „ in mendacio , putat , quia colloquentes
 „ ex tacito pacto obligari , fingit , ut re-
 „ cepto , non alio , sensu voces accipiant.
 „ At jam dictum est , colloquentes ipsos
 „ non teneri ad verum disendum , adeo-
 „ que nullam jus colloquentibus , nedum
 „ tertio , inde quæri.

„ *Quod veriloquium ad justitiam refert*]

„ Hoc verum est quatenus de præjudicio al-
 „ terius agitur : nam si ex mendacio jus
 „ alii aufertur , is , qui mentitus est , il-
 „ lud reparare ex regula justitiæ generali
 „ tenetur.

„ *Et quod mendacium , &c. sacra lite-
 „ ra sepe describunt , falso testimonio , sive*
 „ *elocutione adversus proximum*] „ i. e. Si
 „ quis falsum testimonium dicit : hoc enim
 „ mendacium illicitum est , quia proximus
 „ inde læditur , eique fit injuria.

„ *Illud veritum*] „ Intelligit mendacium
 „ strictè sic dictum , i. e. injuriosum. *Vid.*
 „ *§. 14.*

„ *Fallendi voluntatem*] „ Sed hæc volun-
 „ tas nihil habet illiciti , nisi alius inde
 „ lædatur , ut bene Lactantius observat.

„ *Referrunt autem ad justitia fundamenta*]

„ Immo id non de omni elocutione affe-
 „ rit , sed de ea , qua *fides* datur : hæc

„ enim adimplere præcise tenetur is , qui
 „ fidem dedit ; non quia mentiri non li-
 „ cet , sed quia jus sua voluntate in alium
 „ transtulit , adeoque jus alienum in pa-
 „ trimonio habet , quod ei tribuere debet ,
 „ cujus jus est.

„ *Jus , quod diximus*] „ i. e. Iudicandi li-
 „ bertas , quam jure gentium deberi , ait ,
 „ ei , cum quo colloquimur. *Vid. n. 1.*
 „ *Consensu ejus , quicum agimus , expres-*
 „ *so*] „ Libertati enim iudicandi , juxta hy-
 „ pothesin Auctoris , unusquisque renun-
 „ ciare potest ; & volenti non fit injuria.
 „ *Vid. §. seq.*

„ *Ut si prædixerit , se falsa dicturum , &*
 „ *alter permiserit*] „ Si quis prædicit se fal-
 „ sum dicturum , alteri non competit a-
 „ ctio , etsi is putet loquentem verum di-
 „ xisse , indeque lædatur ; quia falsum re-
 „ vera non dixit is , qui loquitur : nam
 „ advertit eum , cum quo loquitur , ne
 „ credat id , quod asserit. Idque verum
 „ etiam est , licet alter non permittat ;
 „ quia sufficit , alterum prædixisse , se ve-
 „ ritatem non dicturum.

„ *Tacito , æquave ratione præsumto*] „ Ut
 „ si certum est , eum , ad quem sermo
 „ dirigitur , læsionem in libertate iudican-
 „ di non ægre laturum , forte ob commo-
 „ dum aliquod , quod inde assequitur. *Vid.*
 „ *§. 14.* Ubi rationem addit , quia præsu-
 „ mitur voluisse , eoque renunciassè suo ju-
 „ ri iudicandi. Verior ratio est , quod om-
 „ ne mendacium jure licitum sit , quo alter
 „ non læditur ; quod hic non fit.

„ *Aut opposicione juris alterius*] „ Forte
 „ quod is , qui falsum loquitur , potius
 „ jus habeat , & supereminens. *Vid. §. 15.*
 „ At nec Princeps mentiri potest si de al-
 „ terius præjudicio agatur , cui nocere fas
 „ non est.

„ *Hæc rectè intellecta multas nobis suppedi-*
 „ *tabunt illationes*] „ Ex præcedentibus ap-
 „ paret , hypothesin Auctoris non tantum
 „ rem per se claram magis implicare , sed
 „ & omni ratione juris carere. Principia
 „ hujus rei sunt simplicissima. Nemo alii
 „ verum dicere tenetur ; neque ex liber-
 „ tate iudicandi jus oritur inter colloquen-
 „ tes. Si vero mendacio hoc nocetur ei ,
 „ cui fas non est nocere , is , qui men-
 „ titur , tenetur , non quia verum non di-
 „ xit , sed quia facto hoc damnus alii de-
 „ dit ; quod proinde reparare tenetur. At-

„ que

que ex his principiis omnes de mendacio quæstiones facile explicari possunt.

AD §. XII.

In eo mendacii culpam non esse] „ Est mendacium. Nam palam aliter loquitur, ac sentit: at non est culpa mendacii, quia jus infantis non læditur. *Puerorum atas ludificetur*] „ Dum fabulæ illis narrantur. *Utilitatis eorum gratia*] „ Per fabulam enim moralium præceptis imbuuntur. *Quia cum in infantibus, & amentibus non sit iudicii libertas*] „ Tota enim ratio, cur mendacium sit illicitum, in eo ab Auctore ponitur, quia iudicandi libertatem homines colloquentes invicem quasi ex pacto tacito debeant, cui juri quæsito repugnet mendacium. *Vid. §. II. n. I.* Hinc igitur concludit, infantibus, & furiosis non dici mendacium, quia iudicandi libertas in illis deficit; adeoque non posse iis circa eam libertatem fieri injuriam. At gratis hæc dicuntur. Is, qui mentitur, ideo non tenetur, quia damnum alii hoc mendacio non datur.

AD §. XIII.

QUOTIES sermo ad eum dirigitur: qui non decipitur etiamsi tertius inde falsam basiat persuasionem, &c.] „ Exemplo res clarior fiet. Cajus mentitur, se literas accepisse, naves certis mercibus oneratas naufragio periisse. Sejus, qui præsens id audivit, magno pretio emit easdem merces exstantes: naves interim adveniunt, & pretium mercium minuitur, &c. Quæritur, an hic sit verum mendacium? Auctor negat; nos affirmamus: aliter enim loquitur, aliter sentit. At porro quæritur, an Sejo jus agendi contra Cajum competat, quia damnum ei ex hoc mendacio obvenit? & merito id negatur, quia mentiens non habuit animum decipiendi tertium, cum quo locutus non est. Sejus igitur non deceptus est culpa Caj. *Non ratione ejus, ad quem sermo est; quia illi libertas manet integra*] „ Vera

ratio est, quia Sejo, cum quo locutus non est, facto Caj damnum non datur. *Quibus id intelligentibus fabula narrantur*] „ Jus eorum non læditur.

Neque ratione ejus, qui obiter id audit, quia cum eo non agitur] „ Adeoque animum eum decipiendi non habuit.

Ideoque nulla est ad illum obligatio] „ Ex hypothesi enim Auctoris jus, ne libertas iudicandi auferatur, debetur saltem inter colloquentes, ex tacito pacto. *Vid. §. II. n. I.*

Si ipse sibi opinionem informat] „ i. e. assertionem falsam, quæ alii fit, veram credit.

Habet quod sibi, non alteri rem impunitet] „ Recte: mentiens enim nec ei mentitus est, nec ei mentiri voluit.

Illius respectu sermo non sermo est] „ Sensus est, quod sermo saltem sit respectu ejus, cum quo collocutus est.

Nibil ergo peccavit Cato censorius, &c.] „ Barbari castella Bilistagis focii Romanorum oppugnarunt: is auxilia quærebat apud Catonem, hic milites navibus imponebat, & hostes fama Romani auxilii implebat. At profectis legatis revocat ex navibus milites: quæritur, an simulatio hæc licita fuerit? Quod merito affirmatur, quia focis auxilia præstare Romani tenebantur, & cum vi, ac armis eis assistere potuerint, multo magis dolo in hostes uti potuerunt.

Aut Flaccus] „ Qui dum in castra comitatus importat, manifestis insidiis circumventus hac solertia evasit; inter milites suos rumorem spargit; Pallantiam ab Æmylio captam; quam vocem Barbari audientes, & ita se rem habere existimantes, discesserunt.

Quamquam hostes eo decepti sunt] „ Hoc non ideo licitum est, quod sermo non directus fuerit ad hostem, sed ad alium: nam sermo falsus, qui ad ipsum hostem dirigitur, nunquam peccatum est; hosti enim omni modo nocere licet. Aliud in promissis obtinere, infra videbimus. *Cui rei similem*] „ Alia Exempla vide infra §. 17.

Nibil enim hic dictum hostibus] „ Immo etsi ipsis hostibus esset dictum, peccatum non fuisset, quia hosti omni modo nocere licet.

Nocumentum autem, quod inde secutum est,

H h h h 3 est,

est, extrinsecum quid est] „ Dixi jam,
„ intrinsece quoque damnum hosti inferre
„ licere.

Per se non illicitum optari, aut procurari] „ Si per se non est illicitum nocere hosti, etiam mendacium ei dicere, eoque hostem decipere licet.

Ad hoc genus, &c.] „ Petrus noluit comedere cum gentilibus Judæis, quem Paulus ideo reprehendit. Quidam patrum ajunt, fictam, non veram fuisse reprehensionem Pauli, eumque consulere voluisse infirmitati adstantium: quod verum non esse, tum ex Pauli rationibus apparet, tum ex natura rei. Nam Servator, pro toto humano genere mortuus, per Evangelium Judæos, & gentiles fecit æquales, indeque omnem differentiam sustulit.

Consent enim, Petrum satis intellexisse, non id serio fieri] „ Dissentit Augustin. ep. 8. Paræus ad Rom. 15. dub. 3.

Interim vero consultum infirmitati adstantium] „ Scilicet gentilium, qui se excludi videbant a consortio Apostolorum.

A D §. XIV.

AUCTOR ait, mendacium tunc quoque licitum esse si alteri prodest. Quod omnino verum est. Nam tota, quæ in mendacio est, injuria in eo consistit, quod alter inde lædatur; quæ ratio cessat si is, cui mentimur, commodum inde assequitur.

Libertatis suæ in judicando læsionem non agre laturum, &c.] „ Dixi 1. libertatem judicandi non deberi ei, cum quo loquimur, & jus hoc merum esse figmentum; adeoque 2. mendacium non ideo illicitum esse, quia hæc libertas læditur, sed quia alteri damnum inde oritur: quo proinde 3. cessante, uti cessat in casu proposito, mendacium pro peccato haberi nequit.

Inno gratias habiturum] „ Si igitur alter gratias non habet, sed respuit commodum, ex hypothesi Auctoris erit peccatum ob læsam nunc libertatem judicii. Uno errore dato, sequuntur infiniti alii. Ob commodum aliquod] „ Cujus rei exempla mox sequuntur.

Tunc quoque mendacium, &c. non

committi] „ Quia nemini jus inde agitur, fertur.

Mendacium stricte dictum, id est injuriosum] „ Auctor mendacium distinguit in laxius, & stricte sic dictum. Vid. §. 10. n. 1.

Sicut furtum non perpetraret qui ex præsumpta domini voluntate rem, &c.] „ Quia non habet animum rem domini contrectandi, sed patrimonium ejus augendi. Unde tenetur tanquam negotiorum gestor, non vero actione furti.

Præsumpta voluntas pro expressa habetur] „ I. e. consensisse videtur ut libertas ejus judicandi lædatur. At non ideo desinit esse mendacium, sed desinit esse peccatum, quia non animo decipiendi mentitur, sed animo negotia alterius gerendi. Volenti autem, constat, injuriam non fieri] „ Regula vera est, sed male hic applicatur.

Qui aut ægotantem amicum persuasione non vera solatur] „ Jus enim alterius non læditur.

Ut Arria Patrum filio mortuo] „ Marito enim ægotanti, & de filii æque ægroti, ac jam mortui statu interroganti respondit, hunc bene quievisse, & libenter cibum summissee, &c.

Ex falso nuncio animum addis] „ Exempla vide apud Liv. l. 2. c. 64. Chalcond. rerum Turc. l. 2. p. 233. Vid. supr. §. 13. n. 2.

Ac sic deceptus non capiat] „ I. e. damnum inde non sentiat.

Ac similia] „ Si celatur mors ducis. Vide Tacit. Ann. 1. 5. Liv. 1. 41. & 3. 18. Evag. 5. 1. Herodian. 2. 1. Tbuans. l. 13. p. 259.

Læsionem judicii in hoc genere eo minoris esse] „ Rationem hanc jam rejecimus; omne mendacium licitum est, quo jus alterius non læditur.

Quia ferme momentanea est, pauloque post aperitur veritas] „ Sic v. g. mox constabit, an hostis fuga vera sit, vel non. Sed fabulam de judicii libertate, ejusque læsione jam excussimus.

A D §. XV.

SUPERIORI affine] „ Ubi ob commodum alicujus mentiri licet.

Eo jure] „ Immo id non est effectus im-
perii, sed jus naturæ omnibus hominibus
commune.

*Bono ipsius sive proprio, sive publico uti-
tur*] „ Princeps, omnisque alius, qui Im-
perium summum habet, ratione mendacii
non plus juris habet, quam quilibet sub-
ditus. Nimirum, neutri mentiri licet si
alterius jus inde læditur, eique fit injuria.

Plato] „ *Lib. 3. de republ. p. m. 95. &*
de Legibus l. 2. p. 663. & passim.

Medicis] „ Immo Plato non modo dat,
modo adimit medicis facultatem mentien-
di; sed eam dat medicis publicis, i. e.
magistratibus, eisque solis: at *privatis*
(non medicis, sed, ut ipse loquitur,
πᾶσι ἀλλοις, omnibus aliis) eam adimit;
loquitur autem Plato de mendacio hosti,
aut utilitatis publicæ causa dicto, *de re-
publ. l. 3. p. 94.*

Ut priori loco medicos intellegat] „ Immo
intelligit administrantes rempublicam.

Qui privatis] „ Immo, per privatos in-
telligit omnes alios homines imperium
non habentes.

Deo tamen non convenire mendacium] „
Imperfectionem enim infert falsiloquium;
quæ in Deum non cadit.

Idem Plato] „ *Nil est causa igitur ut
Deus mentiatur? nihil. Igitur Daemonum,
Deorumque natura a mendacio plane alie-
na est? Omnino. Quocirca & simplex, &
verax est Deus & opera, & verbis: &
neque mutatur ipse, neque alios decipit,
neque simulacrorum objectis, neque ser-
monibus, neque signis immixtis, &c. De
republ. l. 2. in f.*

*Quia infirmitatis nota est, ad talia con-
fugere*] „ Deus ipse est veritas, quæ pugnat
cum falsiloquio.

In Josepho] „ Immo id non animo læ-
dendi, sed convincendi fratres injuriæ
fiebat, & ad bonum tendebat finem. *Vid.
Gen. 42. v. 9.* Quanquam etiam in pœnam
frater læsus terrorem eis inferre jure po-
tuerit.

Et in Solomone] „ Simulationem tanquam
medium explorandæ veritatis adhibuit,
unde nemini fiebat injuria. *Vid. 1 Reg.
3. 16.*

Aliquando exigit communis utilitas] „ Nam
jura subditis quæ sita auferri possunt ob
utilitatem publicam.

A D §. XVI.

*QUOTIES vita innocentis, aut par al-
quid, aliter servari, & alter ab improbi
facinoris perfectione aliter averti non potest*]

„ Mendacium enim per se res indifferens
est, & bonum fit si alterius jus inde fer-
vetur. Exemplum vide in *Chron Argent.*
„ *ad an. 1313. & alia apud Gron. b.*

A D §. XVII.

„ *QUERITUR*, an contra hostes falso
sermone uti liceat si damnum eis inde
datur? Merito id affirmatur. *Vide supra
§. 1. Prop. IV.* Cum enim ad consequen-
dam reparationem juris licitum sit occi-
dere hostem, nedum licitum erit ei men-
tiri, eoque damnum illi inferre.

Latius, quam qua diximus, patet] „ Ha-
ctenus Auctor saltem exceptiones expli-
cavit regulæ, quod mentiri non liceat,
quia libertatem judicandi alteri adimit:
hic exceptionem generalem, & latius
patentem affert in hoste, utpote cui li-
bertatem judicandi semper auferri posse,
putat, quia ipsam vitam ei auferre licet.
Sic regula de non mentiando] „ Immo
regula est, mentiri licere. Dictum enim
est, mendacii vocem per se indifferen-
tem esse, & solum excipi casum, ubi
alius, quem lædere fas non est, inde læ-
ditur.

Xenophon] „ *Lib. 2. inst. Cyr. pag. 309.
Adde Ovid. 2. fast. 25. Thucyd. lib. 6.
pag. 344. Appian. de bell. Purb. n. 152.
Nepos in Them. c. 5. in Agesil. l. 3. Liv.
29. 37. Thuan. 8. p. 166. Busbeq. ep. 3.
p. 207. Thesm. b.*

Jabesitarum in obsidione mendacium] „
Immo id non erat mendacium: nam ex
pacto, & utriusque consensu septem con-
cedebantur dies, intra quos si non defen-
derentur, deditionem promittebant Ja-
besitæ. *Vid. 1 Sam. XI. v. 3.*

Ad tertiam] „ Si in commodum ejus,
cum quo loquimur, mentimur.

Quartam] „ Si jure imperii mentimur.
Et quintam] „ Si in commodum tertii
mentimur.

Augu.

3 *Augustinum*] „ Is omne peccatum, etiam
 „ vitæ sive suæ, sive alterius servandæ cau-
 „ sa, improbat. *Augustinus de mendacio*
 „ *cap. 14. 15. 16. 20.* Verba vide in *caus.*
 „ *22. q. 2. cap. 8. & apud Term. d. §. 16.*
 „ *b. Conf. August. Enchirid. 22. & epist. 8.*
 „ *§. 19.*
 „ *Admittit interpretationes tacitas*] „ Nam
 „ si quis me interrogat, an homo in mea
 „ domo latitet, eadem schola licitum esse,
 „ ait, respondere, *me nescire*: neque id
 „ mendacium esse, quia hæcenus me nesci-
 „ re asserere possum, *ut dicam*. Quæ ab-
 „ surda sunt, & verum mendacium infe-
 „ runt: de quo mox: *ad rubr. ab b. quin-*
 „ *tam.*
 „ *In iis, quos diximus, casibus*] „ Nempe
 „ juxta quinque observationes præcedentes.
 „ Nos jam diximus, omne mendacium li-
 „ citum esse, quod non tendit in alterius
 „ injuriam.
 „ *Aut eorum aliquibus*] „ Immo omnibus.
 „ *Nihil enim definiendum hic sumo*] „ Im-
 „ mo tuto defini potest, omne mendacium
 „ licitum esse, nisi quo jus alterius læditur.
 „ *Quam ista a falsiloquio tam indiscrete exi-*
 „ *mere*] „ i. e. Quam temere asserere, in
 „ omnibus casibus observatis non licere ali-
 „ ter loqui, aliter sentire.
 „ *Intelligi posse nescio ut dicam*] „ i. e.
 „ Nescio ad eum effectum ut tibi dicam ve-
 „ ritatem.
 „ *Non habeo, intelligi posse ut tibi dem*]
 „ v. g. Aliquis vult rem sibi ablatam, quam
 „ ego possideo, restitui. Si repono, *me non*
 „ *habere*, non esse mendacium, ajunt Scho-
 „ lastici, quia *non habeo* ad eum effectum,
 „ ut roganti rem reddam.
 „ *Quæ sensus communis repudiat*] „ Pugnans
 „ enim directo cum recepto loquendi usu.
 „ *Quo minus qui quid affirmat, id ipsum*
 „ *negare, qui negat, affirmare dicatur*]
 „ Sunt enim reservationes mentales, quæ
 „ in dispositionibus, ubi de utriusque con-
 „ sensu agitur, & in casibus, ubi verita-
 „ tem quis dicere tenetur, maxime sunt
 „ prohibita.

A D §. XVIII.

Quæ de falsiloquio diximus] „ Scilicet,
 „ illud licitum esse in casibus exceptis, &
 „ imprimis in hostes.

Es quidem talem, qui nulli nisi publice
hosti noceat] „ Nam ei soli, qui publice
 „ hostis declaratus est, nocere licet.
 „ *Non ad promittentem*] „ Nam dum ho-
 „ sti fidem do, jus in eum qua hostera
 „ transfero; unde obligatio oritur ex mea
 „ voluntate.
 „ *Ut jam modo dicere capimus*] „ Jus enim
 „ quod fuit, tollitur ex alio jure superve-
 „ niente. *Vid. Supr. §. 11. n. 2. & 3.*
 „ *Jus speciale, ac novum confertur ei, cui*
 „ *fit promissio*] „ Vera ratio est, quod jura
 „ etiam inter hostes commutari possint:
 „ nam illi quoque jus in suas res, & actio-
 „ nes habent; de quibus proinde uti dis-
 „ ponunt, ita jus est. De quo latius *infra*
 „ *cap. 9. & c. 20. seq.* agemus.
 „ *Sine ulla hostilitatis jam existentis exceptio-*
 „ *ne*] „ Qua hostes de suo jure disponunt,
 „ adeoque exceptioni hostilitatis quasi re-
 „ nunciant.
 „ *Sed & in tacitis*] „ i. e. Ubi ex medi-
 „ necessitate fides sequitur: uti qui conce-
 „ dit colloqui facultatem, promittit secu-
 „ ritatem eundi, & redeundi.
 „ *Quæ de fide in bello servanda est*] „ De
 „ fide tacita agitur *l. 3. c. 20. §. 1. & c. 24.*
 „ *per tot.*

A D §. XIX.

„ AUCTOR regulam illam, quod asse-
 „ rente sermone hosti mentiri liceat, limi-
 „ tat, nisi jurato quis asserat: quia profa-
 „ natio est nominis divini, neque Deus
 „ testis mendacii adhiberi debet.
 „ *Sive id assertorium, sive promissorium*]
 „ *Lib. 2. c. 13. §. 3.*
 „ *Quæ ex persona ejus, quicum agimus,*
 „ *peti possent*] „ Uti hic hosti opponi posset,
 „ quod ei nocere, adeoque & mentiri li-
 „ ceat: quod de assertivo verum est, non
 „ de promissorio. *Vid. §. præced.*
 „ *Quia non cum homine tantum, sed &*
 „ *cum Deo res est*] „ Examinavimus hoc prin-
 „ cipium passim. *L. 2. cap. 11. §. 2. & 3.*
 „ *c. 14. §. 3. & 6. n. 1. c. 11. §. 3. 4. &*
 „ *16. c. 12. §. 9. n. 2.* Speciatim autem in
 „ materia juramentorum. *L. 2. c. 13. §. 14.*
 „ *usque ad §. 20. & c. 14. §. 3.*
 „ *Cui per jusjurandum obligamur*] „ Adeo
 „ ut si verum non sit id, quod jurato as-
 „ seruimus, Deo penam violati numinis
 „ dare tenemur. *Etiamsi*

Etiamsi homini nullum jus nasci possit]
 „ In promissorii hosti semper jus nascitur,
 „ adeoque ei semper fides servanda est et si
 „ non sit jurata : at in assertorii nec ju-
 „ rata assertio jus dat hosti, quia dolo in
 „ hostem uti licet. Verum, asserens Deo
 „ tenetur ob perjurium.
 „ *Ibidem & illud diximus*] „ L. 2. c. 13.
 „ §. 3. 4. & 5.
 „ *Non sicut in alio sermone*] „ Nam si quis
 „ vocem ambiguam alio sensu, ac alter
 „ intelligit, profert, non esse mendacium,
 „ dixit supra §. 10. n. 1.
 „ *Admitti interpretationes verborum*] „ Nam
 „ & in juramento verba accipienda sunt ex
 „ sensu ejus, cui promittitur, vel juratur,
 „ si promittens, vel jurans scit, alterum eo
 „ sensu accipere.
 „ *Eo in sensu, quem homo exaudiens*] „ Cum
 „ enim jurans scit, alterum alio sensu ac-
 „ cipere, idque inter utrumque agitur ut
 „ fides alteri fiat, juraret animo decipiendi,
 „ & in eum finem testem adhiberet Deum.

„ aliter sentire; quia eo animo fit ut alter
 „ decipiatur. Secus ergo si mendacium ad
 „ bonum tendit finem, nec alii fit injuria;
 „ tunc enim & laudabile esse, diximus.
 „ *Matth. X. 16.*] „ *Estote prudentes sicut*
 „ *serpentes, & simplices sicut columbae.*
 „ *Matth. XII. 36.*] „ *Quoniam omne ver-*
 „ *bum otiosum, quod locuti fuerint homi-*
 „ *nes, reddent rationem de eo in die judicii.*
 „ *Furari negabat*] „ *Curt. l. 4. c. 13.* At
 „ is non dolum, & solertiam improbat,
 „ sed metum ab hoste; neque improbat vi-
 „ ctoriam, quæ arte procuratur, sed quæ
 „ arte tam vili, & latruncolorum propria.
 „ Nos diximus, improbam esse vim, ubi
 „ dolo vincere possumus.
 „ *Polybius*] „ Sed videtur loqui de fraude
 „ illicita, quæ a virtute abest, & crimen
 „ infert, de qua alibi agetur. Nam Græcis
 „ quoque strategemata in usu fuisse, ex
 „ Frontini, & Polyæni libris constat.
 „ *Confessos animo*] „ i. e. Ubi adeo fractæ
 „ sunt vires hostium, ut fateri necesse ha-
 „ beant, se subjugatos esse: quod dici ne-
 „ quit si salvis viribus dolo saltem vincuntur.
 „ *Etiamsi servitu*] „ I. e. post bellum Puni-
 „ cum secundum.
 „ *Qui praelii quoque locum*] „ Ne aliquid
 „ arte, aut dolo fecisse videantur.

A D §. X X,

„ AUCTOR allegat exempla gentium,
 „ quæ fraudes in hostem quoque improbant.
 „ At addit, gentes repudiassse fraudes, non
 „ quod justitiæ repugnent, sed quod minus
 „ perfectum, minusque generosum credide-
 „ rint, dolo in hostes uti.
 „ *Quas concessus naturaliter diximus*] „ Sci-
 „ licet, per dissimulationem, simulationem,
 „ & mendacium.
 „ *A populis, aut hominibus nonnullis repu-*
 „ *diata*] „ Vid. supra §. 6. n. 4. exempla quo-
 „ que ibi allegavimus.
 „ *Sed ob eximiam quandam animi celsitudi-*
 „ *nem*] „ Adeoque ex virtute, & perfectio-
 „ nis studio.
 „ *Interdum & virium fiduciam*] „ Hæc
 „ ratio feritatem gentium primævam sapit.
 „ Diximus, non posse vim adhiberi, ubi do-
 „ lo vinci hostis potest.
 „ *Vera semper loquendo*] „ Hæc intelligen-
 „ da sunt quando alterius interest verita-
 „ tem dici.
 „ *Et benefaciendo aliis*] „ Hoc est, quod
 „ gentium Philosophi dixere, *imitari Deum.*
 „ *Servile mentiri*] „ Vide supra §. 17. n. 2.
 „ *Christianis eo magis observandum est*]
 „ Imperfectionem infert, aliter loqui, &
 „ Tom. III.

A B §. X X I.

„ QUÆRITUR, an hostis possit subdi-
 „ tum sui hostis subornare, ut Principem,
 „ Ducem &c. occidat? Negatur, quia res
 „ per se illicita est; uti probabimus plenius
 „ infra c. 5. §. 18. Unde Alexander apud
 „ Curtium l. 4. c. 1. & c. 11. exprobrat Da-
 „ rio, quod milites suos ad prodicionem,
 „ & amicos ad perniciem suam numis sol-
 „ licitet; adeoque quod ne quidem bellū
 „ jura cum eo servet: indeque ait, se Da-
 „ rium ad internecionem persecuturum,
 „ non ut justum hostem, sed ut percusso-
 „ rem veneficum.
 „ *Quidquid alicui facere non licet, ad id*
 „ *eum impellere, aut sollicitare non liceat*]
 „ Nam supra diximus, eum, qui confi-
 „ lium dat, laudat, si alter facturus aliter
 „ non fuisset, esse causam damni, & deli-
 „ cti. Idem est si impellit, aut sollicitat.
 „ *Regem suum occidere, subdito non licet*]
 „ Nam nec privatum occidere fas est, ne-
 „ dum regem. Ii ii Nec

Nec oppida sine consilio publico dedere]
 „ Quia de re aliena disponderet.
Nec spoliare cives] „ Jus enim in res ci-
 „ vium, utpote alienas, non habet.
Qui talis maneat] „ Secus ergo si defe-
 „ rit civitatem, & noster civis fit, nostram-
 „ que causam defendit.
Permoveere non licet] „ Qui enim alii est
 „ peccandi Auctor, ipse peccat.
Nec est quod regerat] „ Auctor ad obje-
 „ ctionem, quod licitum sit jus suum re-
 „ parare quocunque modo, etiam cum in-
 „ ternectione hostis, respondet, id fieri qui-
 „ dem posse, sed non eo modo, i. e. non
 „ per subditos hostis; tunc enim auctor esset

„ parricidii, & ipse parricida:
*Si quis opera sponte, nec suo impulsu pec-
 cantis, ad rem sibi licitam utatur*] „ Uti
 „ si quis opera transfugæ utatur contra ci-
 „ vitatem, & patriam illius transfugæ.
Dei ipsius exemplo] „ Nam Deus & dia-
 „ boli, & impiorum parata opera utitur,
 „ d. §. 5.
Transfugam] „ De transfugis agetur in-
 „ fra l. 3. c. 20. §. 12.
*Contra jus belli non est, ut eum admis-
 tamus, qui deserti hostium parte nostram eli-
 git*] „ Sensum hujus legis plane alium esse,
 „ demonstrabimus infra c. 20. §. 12.

C A P U T I I.

Quomodo jure gentium bona Subditorum pro debito imperantium obligentur: ubi de repressaliis.

- I. Naturaliter ex facto alieno neminem teneri nisi heredem.
- II. Jure tamen gentium introductum, ut pro debito imperantis teneantur res, & actus subditorum.
- III. Exemplum in prehensione hominum:
- IV. Et rerum.
- V. Locum habere hoc post jus denega-

- tum: & quando id factum cen-
 seri debeat: ubi ostenditur, rem
 judicatam proprie jus non dare,
 aut adimere.
- VI. Vitam non obligari.
- VII. Distinctio ejus, quod in hac mate-
 ria est juris civilis, & gentium.

I. I. + **V**Eniamus ad ea, ¹ quæ ex jure descendunt gentium. + Ea par-
 tim ad quodvis bellum spectant, + partim ad certam belli spe-
 ciem. + A generalibus auspicemur. + Mero naturæ jure ex facto alieno nemo
² tenetur, + nisi qui bonorum successor est: ² ut enim cum oneribus bona
 transfrent, simul cum dominiis rerum introductum est. Imperator ^a + Zeno
 æquitati naturali contrarium dicit, ut pro alienis debitis alii molestentur.
 Hinc tituli in jure Romano, ^b ne uxor pro marito, + ne maritus pro uxore,
 + ne filius pro patre, + ne pater, vel mater pro filio conveniantur.
 2. + Nec quod universitas debet, singuli debent, ut diserte ^c loquitur
 + Ulpia-

^a L. an. C.
 ut mil. ex
 vit.
^b Tot. tit.
 C. ne uxor
 pro mar.
 & ne fil.
 pro pat.
^c L. 7. §. 1.
 D. qu. cuj.
 univ. nom.

G R O T I I.

G R O N O V I I.

^a Ut enim cum oneribus bona transfrent, simul
 eum dominiis rerum introductum est] Vide supra
 lib. II, c. XXI. §. 19. Adde c. in literis 5. de
 raptoribus c. tua 9. de nefuris.

¹ Quæ ex jure descendunt] Quæ in bello li-
 cent, non quidem naturæ, sed tamen gentium
 jure.

² Tenetur, nisi qui] 2, 21. 19.

G R O -

+ Ulpianus : + nimirum , si universitas bona habeat : + alioqui enim tenentur
 non ut singuli , sed qua pars sunt univerforum . Seneca : ^d *si quis patria mea pecuniam credat , non dicam me illius debitorem , nec hoc ^e as alienum profitebor :* ^b *ad exsolvendum tamen hoc portionem meam dabo.* Supra dixerat : ^e *unus e populo non tanquam pro me solvam , sed tanquam pro patria conferam.* Et : *singuli debebunt non tanquam proprium , sed tanquam publici partem.* Hinc
 + speciatim jure Romano constitutum , ^f ut nullus ex vicinis pro alienis vicinorum debitis teneatur ; & alibi nulla possessio ^g alterius pro alienis debitis etiam publicis conveniri præcipitur : & + in novella Justiniani ^b vetantur *ἐνεχυρισμοί* , id est , ^c pignorationes pro aliis , + addita causa , quod rationem non habeat , alium quidem esse debitorem , alium vero exigi ; ubi & hujusmodi exactiones + odiosæ vocantur . Et rex Theodoricus apud Cassiodorum ⁱ fœdam vocat licentiam alterum pro altero pignorandi .

+ II. I. + Hæc quanquam vera sunt , tamen + jure gentium voluntario induci potuit , + & inductum apparet , ((aa)) ut pro eo , quod debet præstare + civilis aliqua societas , aut ejus caput , ^s + sive per se primo , + sive quod alieno debito jus non reddendo se quoque obstrinxerit , + pro eo teneantur , & obligata sint bona omnia ^o + corporalia , & incorporalia eorum , qui tali societati , aut capiti subsunt . + Expressit autem hoc quædam necessitas , quod alioqui magna daretur injuriis faciendis licentia , + cum ⁷ bona imperantium sæpe non tam facile possint in manus venire , quam privatorum , qui plures sunt . + Est igitur hoc inter jura illa , quæ Justinianus ^k ait usu exigente , & humanis necessitatibus a gentibus humanis constituta .

2. + Non autem hoc naturæ repugnat , ⁱ ut non more , & tacito consensu induci potuerit , + cum & fidejussores sine ulla causa ex solo consensu obligentur . Et spes erat facilius membra ejusdem societatis ^s + a se mutuo jus consequi posse , & indemnitati suæ consulere , quam externos , quorum multis

d Tit. vi.
de Benef.
c. 20.
e Cap. 19.
ib.
f D. l. un.
C. ut null.
ex vit. l.
XI. c. 56.
g L. 4. C.
de exec. &
exalt. l.
XII.
b Nov.
52. & 154.
c. 7.
i Lit. 17.
var. epist.
19.
k Inst. de
Jur. Nat.
§. 2.
l Th. 2. 2.
q. 40. art.
1. Molin.
disp. 120.
& 121. Zan-
lent. disp.
3. q. 16.
num. 3.
in
Navar. c.
27. n. 136.

G R O T I I.

^b *Ad exsolvendum tamen hoc portionem meam dabo*] Vide leges Siculas sine libri I. (Tit. 100.)
^c *Pignorationes*] C. unico *de injuriis* in sexto : *pignorationes , quæ vulgaris elocutio repressalis nominat.* Rectius scribas , ut libri quidam , *repressalis* . Id enim voci Saxonice *Withernamii* ad amissum respondet , sed usus alterum recepit .

G R O N O V I I.

³ *Non qua singuli*] Non ut quilibet unus suo nomine , sed ut cætus illius , sive universitatis commodorum , & incommodorum participes .

⁴ *Æs alienum profitebor*] Potest intelligi , quum scilicet bona , more Romano , profiteor in censu : tum enim & debita profitebantur , ut eis detractis intelligeretur quid proprie quisque in bonis haberet . Sed addit *Seneca* omissum Gr. *candidatus* , aut *reus* . Quorum illi solebant hoc facere , ut sciretur esse bonos , & locupletes ci-

ves , censu senatorio præditos : hi propter lites æstimandas , ne major imponeretur mullæta , quam in damnatorum bonis esset .

⁵ *Sive per se primo*] Sive injuria cesset in proprii nominis debito , sive in morandis , ac destituendis privatis , ne ad jus suum perveniant .

⁶ *Corporalia , & incorporalia*] Vide tit. *Institutionum* hac formula .

⁷ *Bona imperantium*] Hæc enim rarius in alienum territorium , & sub alienam jurisdictionem veniunt , quam privatorum , qui negotiantur , & mercaturam per varias terras exercent .

⁸ *A se mutuo jus*] Nam cujus bona detinentur , is persequi compellitur civem suum , a quo injuria non vindicata cœpit in exterum , ut aut ab eo recipiat quod amisit , aut eum cogat externo satisfacere .

((aa)) Hoc non oritur ex jure illo Gentium voluntario , quod gratis statuitur , sed ex ipsa constitutione Societatis Civilis , ut ostendimus in Notis nostris Gallicis . *J. B.*

in locis exigua habetur ratio: deinde, + commodum ex hac obligatione commune erat omnibus populis, ita ut qui nunc eo gravaretur, alio tempore indidem sublevari posset.

3. + Receptum autem hunc morem, non tantum apparet^d ex bellis plenis, quæ populi populis inferunt: + in his enim quid observetur, ostendunt denuntiationum formulæ: *m populis priscorum Latinorum, hominibusque priscis Latinis bellum indico, facioque: & in rogatione: n vellent, juberent, Philippo regi, Macedonibusque, qui sub regno ejus essent, bellum indici: & in decreto iplo: o populus Romanus cum populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum jussit, quod ex Cincio est in re militari: & p alibi: hostis sit ille, + quique intra presidia ejus sunt: verum etiam + ubi p ad eam belli plenitudinem nondum ventum est, sed tamen violenta quadam juris executione, + id est, bello imperfecto, opus est, + idem videmus usurpari. + Pharnabazo regis Persarum subdito dicebat olim q Agesilaus: ἡμεῖς, ὦ Φαρνάβαζε, καὶ Φίλοι ὄντες πρότερον βασιλέως, ἐχρώμεθα τοῖς ἐκείνη πράγμασι φιλικῶς. καὶ νῦν πολεμιοὶ γεγονότες, πολεμικῶς ἐν ἐν καὶ σε τῶν βασιλέως κτημάτων ὀρώντες εἶναι βεβλόμενον, εἰκότως διὰ σὲ βλάπτομεν ἐκείνον. Nos, Pharnabaze, & cum amici regis essemus, amice nos erga ea, quæ ipsius erant, gerebamus: & nunc, cum hostes finis facti, hostiliter nos gerimus. Quare cum & tu esse velis inter ea, quæ regis sunt, jure per te illum ledimus.*

+ III. I. + Ejus, quam dico, executionis species erat, quam Athenienses vocabant ¹⁰ ἀνδραφίαν, de qua sic habebat lex Attica: εἰάν τις βιαίως θανάτω ἀποθάνῃ. ὑπὲρ τῆς τῶν προσήκων εἶναι τὰς ἀνδραφίαν, εἰς ἀν ἢ δίκας τῶν Φόνων ὑπόσχωσιν, ἢ τῶν ἀποκτείναντων ἐκδώσιν τὴν δ' ἀνδραφίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μὴ id est, ¹¹ si quis morte per vim illata ¹² + obierit, pro eo + proximus, ac necessarius jus esto homines prendendi, + donec aut pecunia sumatur de cæde, aut homicidæ dedantur: liceat autem + tres tantum ¹³ homines prendere, non ultra. Hic videmus pro debito civitatis, ¹⁴ + quæ

G R O T I I.

G R O N O V I I.

d Ex bellis plena] Distinguit bella ab his pignorationibus vir prudens *Nicolaus Damascenus*, ubi ostendit Herodi, cui non licebat bellum inferre Arabi, licuisse ῥύσια λαμβάνειν, pro sibi ex contractu debitis uti pignoratione. *Josephus* XVI. antiquæ historiæ, ubi hæc verba: τὸ δάνειον εἰπῶν τῶν πεντακοσίων ταλάντων, καὶ τὴν συζητήσιν ἐν ἣ ἢ τῆτο ἢ προσγεγραμμένον, ἐξίνοι τῆς προδεσμίας παρεκλήσας ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἀπάσης τῆς χώρας, τὴν μὲν στρατιῶν ἢ στρατιῶν ἔλεγεν, ἀλλ' ἐπὶ δικαίων τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν cum narrasset, quingenta Herodi talenta debita, cautionemque de iis expositam id continere, ubi dies præstituta transisset, posse ipsam ex omni Arabum terra pignora capere, hæc expeditionem non expeditionem esse dicebat, sed justam debiti exactionem. (Cap. X. §. 8. division. *Hudson.*)

b Ad eam belli plenitudinem] Adversus quem bellum nondum declaratum est, sed tamen vi opus est, quia sponte jus non reddidit.

10 Ἀνδραφίαν] Q. esset viricaptionem; sed Clarigationem Latini vocant, *Liv.* 8, 14. Vide *Gall. de Pignorationibus. Busium Subtil. Jur.* 1, 17. *Salmas. de Mod. usur. cap. 13. p. 531. & p. 212.*

11 Si quis] Civis Atheniensis.

12 Obierit] In alieno solo, ac territorio; aut etiam domi, evadente aliquam aliam in urbem homicidæ.

13 Homines] Ejus urbis cives, in qua Atheniensis injuria occisus est, aut in qua tutum exilium agit qui occidit; si proximus, ac necessarius in ea judicium redditum non est.

14 Quæ obligatur] Cujus officium est punire cives, & incolas suos, qui damnum dederunt, nisi id faciat, obligatum, atque adeo prendenti, vel manus injectioni obnoxium esse.

G R O N O

in Liv.
lib. 1. c. 32.
n Lib.
XXXI. c. 6.
o Gell. 1.
XVI. c. 4.
p Livius
lib.
XXXVIII.
c. 48. &
alibi.
q Plut.
Agel. pag.
602. D. E.
Est Xen.
Hist. Gr.
IV. c. 1. §.
15.

* Apud
Demosth.
Or. adv.
Aristocr.
p. 440. C.

* quæ obligatur subditos suos, qui aliis nocuerunt, plectere, + obligari jus quoddam incorporale subditorum, ipsam scilicet libertatem morandi ubi velint, & agendi quod velint, + ita ut in servitute interim sint, + donec civitas id faciat, quod facere tenetur, id est, puniat fontem. Quanquam enim Egyptii, ut ex + Diodoro Siculo ¹⁵ discimus, disputabant, corpus, sive libertatem pro debito obligari non debere, + nihil tamen in eo est naturæ repugnans, + & mos non Græcorum tantum, sed & aliarum gentium ¹⁶ in contrarium valuit.

¹⁵ Biblioth. L. 1. c. 79.

2. Aristocrates Demostheni coævus decretum rogaverat, si quis Charidemum occidisset, eum abripere undecunque liceret, & si quis obstitet, is hostium esset numero. + Hic multa reprehendit Demosthenes: primum quod non distinxit Aristocrates inter cædem justam, & injustam, + cum & justa aliqua esse possit: + deinde quod non exigit, ut prius postuletur judicium: præterea + quod non eos, apud quos facta sit cædes, sed eos, qui homicidam recipiunt, teneri velit. Verba, Demosthenis sunt: *ὁ μὲν νόμος, ἂν μήτε δίκας ὑπόσχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, μήτε τὰς δεδρακότας ἐκδίδωσι, κελεύει κατὰ τῶν εἶναι τὸ ἀνδρολήψιον κατὰ τριῶν. ὁ δὲ τῶν μὲν ἀθάνατος παρήκε, καὶ εἰς λόγον πεποιήται περὶ αὐτῶν εἶδέναι, τὰς δὲ τὸν ἤδη πεφευγότα, φήσω γὰρ ἔγω, κατὰ τὸν κοινὸν ἀνθρώπων νόμον, ὅς κεῖται τὸν Φεύγοντα δεχεσθαι, ὑποδεξαμένως ἐκπόνδως εἶναι γραφεῖ, εἰ μὴ τὸν ἰκέτην (male editur (bb) οἰκέτην) ἐκδοτὸν δίδωσιν.* Lex, si apud quos cædes evenit neque jus reddant, neque fontes dedant, adversus eos dat trium hominum prehensionem. At hic + hos quidem relinquit intactos, ac ne mentionem quidem eorum facit. At eos, qui jam fuga elapsi sunt, ita enim rem ponam, + susceperunt secundum jus omnium hominum, quod fugientes vult posse suscipi, hos vult esse hostium loco nisi supplicem dedant. Quarta reprehensio est, + quod Aristocrates rem statim ad plenum bellum deducit, cum lex prehensione contenta sit.

¹⁶ Ubi se pro.

3. Ex his + primum illud, & secundum, & quartum ratione non caret. ¹⁶ At tertium illud, + nisi ad solum eventum cædis casu, aut ob sui tutelam factæ restringatur, + non est ut non ¹⁷ oratorie magis, & argumenti causa, quam ex vero, & jure sit dictum. Nam + jus gentium ut supplices suscipiantur, & defendantur, ut supra ¹⁸ diximus, + ad eos tantum, ¹⁸ quibus fortuna, non crimen obstat, pertinet.

¹⁷ Lib. II. c. XVI. §. 4. seq.

4. + Cæteroque par jus est eorum, apud quos crimen est factum, & eorum,

G R O N O V I A.

henter, non scelere, ac consilio occiderunt.

¹⁵ In contrarium valuit] Nempe ut qui non haberet in ære, lueret in corpore.

¹⁶ At tertium.] Licere suscipere profugos.

¹⁷ Oratorie] Immo vere, ac non oratorie Demosthenes: nam jus gentium sine discrimine commendat, supplices recipi, ac defendi, dum incerta causa est, & tantisper etiam noxios, donec judicium de illis factum est, 2, 21. 6.

¹⁸ Quibus fortuna] Qui fortuito, & impru-

(bb) Ita disertè habet ultima Editio HIERONYMI WOLFFII, *Babil.* 1572. quæ utor. Sed nonnulla alia Auctor. heic emendat tacite, idque non sine causa, meo quidem judicio. Potuisset etiam, pro *φήσω γὰρ ἔγω*, scribere *φήσω γὰρ ἔγω*, ut est in MSS. bonæ notæ, & in quadam Editione: quum præsertim ipse vertat: *ita enim rem PONAM.* J. B.

rum, qui fontem punire, aut dedere recusant. Atque adeo aut illa ipsa lex, qua utitur Demosthenes, + interpretationem eam, quam dico, ex usu recipit, + aut adversus cavillationes tales expressius postea est posita; + horum enim alterum quin sit, non negabit qui attenderit ad illud * Julii Pollucis: ἀνδρολήψιον δὲ ὅταν τις τὰς ἀνδροφόνους καταφυγόντας ὡς ἴνας ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνη, ἕξῃσι ἐκ τῶν οὐκ ἐκδιδόντων ἄχρι τῶν τριῶν ἀπαγαγεῖν hominum prehensio est, quoties quis homicidas, qui ad aliquos confugerunt, ¹⁹ + non recipit cum id postulaverit. Nam jus est tres homines prehendi adversus eos, qui dedere recusant. Nec aliter y Harpocration: ἀνδρολήψια, τὸ ἀρπάξαι ἀνδρας ἐκ τινὸς πόλεως. ἐνεχούραζον γὰρ τὴν ἔχουσαν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον, καὶ μὴ προιεμένην αὐτὸν εἰς τιμωρίαν. Jus hominum prehensionis est jus rapiendi aliquos ex urbe aliqua. Nam in eam civitatem, qua homicidam teneret, nec pœna dederet, pignoratione utebantur.

§. + Simile huic est, quod + ad recuperandum civem injuria manifesta captum, civitatis, apud quam id factum est, cives retinentur. Sic Carthagine quidam impedierunt, * ne Ariston Tyrius caperetur, hac addita causa: + idem Carthaginensibus, & Tyri, & in aliis emporiis, in qua frequenter comitent, eventurum.

IV. + Alia executionis violentæ species est ἐνεχυριασμός, sive e + pignoratō inter populos diversos, quod + jus repressaliarum vocant recentiores jurifconsulti *, + Saxones, & Angli Withernamium, & Galli etiam, + ubi a rege impetrari id solet, + literas Marcæ. Locum autem habet, ut ajunt jurifconsulti, + ubi jus denegatur.

V. I. Quod fieri intelligitur, non tantum + si in fontem, aut debitorem, judicium intra tempus idoneum obtineri nequeat, + verum etiam si in re minime dubia (+ nam in dubia re ²⁰ præsumtio est pro his, qui ad judicia publicè electi sunt) plane contra jus judicatum sit: + nam auctoritas judicantis ²¹ non idem in exteros, quod in subditos valet. + Etiam ²² inter subditos non tollit quod vere debebatur. Verus debitor, licet absolutus sit, f natura tamen debitor permanet: inquit b Paulus jurisconsultus: c Et cum ²³ per injuriam judicis domino ²⁴ rem, quæ debitoris non fuisset, abstulisset creditor quasi

G R O T I U S

G R O N O V I U S

* Pignoratō inter populos diversos] Σύλλας id dicit Demosthenes in oratione pro Corona, & Aristoteles œconomicόν secundo. (pag. 503. C. Sed locus DEMOSTHENIS non extat, quod quidem sciam, in nobili illâ, & longâ Oratione pro Corona, verum in brevi Oratione Περὶ τῆς Σεφάνης τῆς τριμραρχίας pag. 717. A. quam laudat HARPOCRATION, voce Σύλλας: unde sine dubio natus error Auctoris. J. B.)

f Natura tamen debitor permanet] Spectant huc quæ habet Gailius de Pace publica lib. II, cap. VIII. num. 7. & Vasquius libro IV. controversiarum illustrium cap. X. §. 41.

¹⁹ Non recipit] Deditos ab iis, apud quos delitescunt.

²⁰ Præsumtio est pro hujus] Ubi non est manifesta injustitia, judices habentur pro bonis viris, ut judicatum pro veritate.

²¹ Non idem in exteros] Non tenet, aut obnoxios habet ad eandem patientiam exteros, ad quam subjectos.

²² Etiam inter subditos non tollit] Ut scilicet id ipsa, quod semel abjudicatum est, petere rursus non possint mutatis temporibus, & apud alium judicem priore mortuo, aut remoto.

²³ Per injuriam] Per injustam sententiam.

²⁴ Rem, quæ debitoris] Rem alienam, quam debitoris esse putabat.

G R O -

quasi obligatam sibi, & quaeretur, an soluto debito restitui eam oporteret debitori, Scævola restituendam probavit. + Hoc interest, quod subditi executionem etiam injustæ sententiæ vi impedire, aut contra eam jus suum vi exsequi licite non possunt, + ob imperii in ipsos efficaciam: + exteri autem jus habent cogendi, + sed quo uti non liceat quamdiu per judicium suum possint obtinere.

2. + Tali igitur de ^d causa aut ^s + corpora, + aut res mobiles subditorum ejus, qui jus non reddit, capi posse, + non quidem naturâ introductum est, + sed moribus passim receptum. Vetustissimum exemplum est apud Homerum Iliados A, ^e ubi Nestor narratur ob ereptos patri equos Elidensium pecora, & armenta cepisse ^h ²⁵ ῥύσι ἐλαυνόμενῳ, ut Poëta loquitur, ubi ῥυσία interpretatur Eulathius ²⁶ τὰ ἀντὶ τινῶν ῥυόμενα, ὃ ἐστὶν ἐλκόμενα καὶ ἀντὶ τῶν προαρπασθέντων ἀρπαζόμενα. Sequitur deinde in narratione, + convocari edicto ad jus suum persequendum omnes eos, quibus aliquid ab Elidensibus debebatur, ^f nimirum,

Μὴ τις οἱ ἀπεμβόμενῳ κίσι ἴσῃς.

Ne quis justa sibi parte careat.

Aliud exemplum est in historia Romana de Romanorum navibus, quas pro bonis Tarquiniorum Cumis ^s Aristodemus Tarquiniorum hæres retinuit. Famulos, jumenta, pecunias retenta, dixit ^b Halicarnassensis. Et apud Aristotelem Oeconomicón ⁱ secundo de decreto Carthaginensium adprehendendas exterorum naves, εἰ τις σύλαν ἔχει, ut ibi loquitur, + si quis jus prehendi haberet.

VI. + Vita autem subditorum innocentium ut ex tali causa obligetur, forte creditum fuit apud aliquos populos, eo nimirum, + quod crederent unicuique hominum jus vitæ plenum esse in se, + & id ad rempublicam potuisse transferri: + quod minime esse probabile, nec saniori theologiæ consentaneum, ²⁷ + alibi diximus. Fieri tamen poterit, non ex intentione, + sed ex accidenti, ut occidantur qui juris executionem per vim volunt impedire. Sed id si prævideatur, ex charitatis lege omittendam potius juris perfectionem,

d Jac. de Canibus Anch. Dr. mimic.
Franc. in s. 1. de injuriis in 6.
Fulg. & Salic. in authent.
Omnino C. de act. & obl. Jac. de Bellovisu in Auth. Ut non fiant pignora. Silv. in verbo repress. Bart. in tract. de repress.
Guid. Guido Papa q. 32. Gail. de pign. obs. 1. n. 5. Vid. de Jure belli n. 41. Covarr. c. peccatum p. II. §. 9. n. 4.
eVerf. 67A. fVerf. 70A. g Livius, II. 34. h Ant. Rom. VII. 12. i Pag. 503. C. Ed. Paris.

G R O T I I.

[^g Corpora] Vide exemplum apud Ammianum libro XVII. ubi Julianus Francorum quosdam retinet usque dum captivi ex pacto liberentur. Adde quæ habet Leo Afer lib. III. (p. 435. Edit. Elzevir. 1632.) de Monte Beni qualid. (Auctor ex Ammiano nobis proponit Francos, pro Alemanni. Deinde hi tamquam obsides retenti: adcoque aliò pertinet exemplum. Vide Cap. II. di- & i Libri XVII. pag. 189. Edit. Vales. Gron. ubi res narratur. J. B.)

^h ῥύσι ἐλαυνόμενῳ] Hoc sensu ῥύσια invenias excerptis legationum ex Polybio XXXVIII. ubi de Achæis contra Bæotos; & excerpto CXXIII.

ῥυσιάζειν apud Diodorum Siculum excerptis manuscripti Peiresiani. (Ubi τὴν πόλιν, scilicet Lacedæmonia, ῥυσιάζειν, dicitur Polychares Messeniens: pag. 229.) Alibi vero ῥύσια καταγγίλσειν in bello usurpatur, ut dicemus mox capite III. §. VII. sunt enim hæc valde affinia.

G R O N O V I I.

²⁵ ῥύσι] Pignora agens.

²⁶ τὰ ἀντὶ τινῶν] Quæ pro quibusdam aguntur, id est, trahuntur, & pro rebus raptis rapiuntur.

²⁷ Alibi diximus] 2, 15. 16. 2, 21. 11.

G R O.

cutionem, (ii) + alibi ostendimus, cum ex ea lege, Christianis præsertim, + pluris esse debeat vita hominis, quam res nostra, ut alibi k demonstra- tum est.

k Lib. II, c. 1. §. 12. § 13.

VII. I. Cæterum, non minus in hac materia, quam in aliis cavendum est, ne, confundamus ea, + quæ juris gentium sunt proprie, & ea, + quæ jure civili, + aut pactis populorum constituuntur.

l Dec. conf. 352. Bal. k. 3. de Off. n. 13.

2. + Jure gentium subjacent pignorationi omnes subdici 28 injuriam facientis, l + qui tales sunt ex causa permanente, + sive indigenæ, + sive advenæ: + non qui transeundi, aut moræ exiguæ causa alicubi sunt. + Introductæ enim sunt pignorationes ad exemplum onerum, quæ pro exsolvendis debitis publicis inducuntur, quorum immunes sunt qui tantum pro tempore loci legibus subsunt. A numero tamen subditorum + jure gentium excipiuntur legati, + non ad hostes nostros missi, +. & res eorum.

3. + At jure civili populorum sæpe + excipi solent personæ mulierum, & infantium; + eorum vero, qui literis operam dant, & ad mercatus veniunt, etiam res. + Jure gentium 29 singulis pignorandi (kk) jus est, ut & Athenis εν ανδροληψια. + Jure civili multorum locorum peti id solet alibi a potestate summa, + alibi 30 a iudicibus. Jure gentium + ipso facto dominium rerum captarum acquiritur + ad summam debiti, & sumtuum, i ita ut residuum reddi debeat. + Jure civili solent citari quorum interest, postea (ll) res publica auctoritate divendi, aut addici iis, quorum interest. Sed hæc, atque alia peti debent ab his, qui jura civilia tractant, & nominatim in hac materia + a Bartolo, qui de repressaliis scripsit.

m Reg. Regius de actibus super n. disp. XIII, du. 7. n. 117.

4. Illud hic addam, quia ad juris hujus satis per se rigidi emolitionem pertinet, m + eos, qui 31 non solvendo quod debebant, 32 aut jus non reddendo, causam dederunt pignorationibus, ipso naturali, ac divino jure k + teneri

G R O T I I.

i Ita ut residuum reddi debeat] Uti hac æquitate Veneti, captis in Galata Genuensium navibus, memorante Gregora libro IX. αλλ' εδὲ τῶν εἰλησκομένων ἐκείνων νεῶν ἀπαρτῶν τὰ πληρώματα ἐλυμνησαντὸ τὸ παράπαν ἕδεν. ἦν γὰρ τὸ μὲν πλῆρωμα εἰτὸ κ' κρητὴ τῶν δ' ὄψων ταρχη, ὅποσα γεωργεῖσι λίμναι κωπαίδες τε κ' μαιωτίδες, κ' ποταμοὶ ταναϊδές. ἀλλὰ διετήρησαν εἰς τ' ἀκριβὲς ἀλώβητα, εἰς ἀπολαβόντες τὸ χρεῖον, ἀπέδοσαν ἅπαντα. sed neque de onere captarum a se navium corraeperunt quicquam, onus erat frumentum, & hordeum: ad hæc, salsamenta piscium, qualia profertur Copaides, & Meotides paludes, & Tanaii sumina: sed ea servarunt auxis, nihil imminuta, donec recepto debito integra redderent. (Pag. 189. Ed. Genev.)

G R O N O V I I.

28 Injuriam facientis] Ejus, qui jus non reddidit, aut injuriam fecit, siquidem habitant in ejus territorio, non si itineris, aut peregrinatio-

nis, aliave de causa tempus aliquod dumtaxat ibi morati sunt.

29 Singulis pignorandi] Quisque injuriæ sibi ab alieno magistratu factæ in subjectos ejus ukor esse potest.

30 A iudicibus] Ab inferioribus magistratibus.

31 Non solvendo] Privatos reliquantes, & per gratiam dissimulatos, & non compulsos ad solvendum.

32 Jus non reddendo] Judices ipsos, & magistratos.

(ii) Sed hac ratione jus istud planè inutile erit Christiano. Diximus in Notis nostris Gallicis. J. B.

(kk) Quo sensu id verum sit, exposuimus etiam in iisdem Notis Gallicis. Ceteroquin postulabat finis Societatis Civilis, ut jure illo privati non utantur absque concessione, expressâ, aut tacitâ, summi Imperantis. J. B.

(ll) Addidi vocem illam postea, sine quâ, aut simili, locum esse hiulcum, nemo non videt. J. B.

G R O-

* + teneri ad refarcienda damna ³³ aliis, quibus eam ob causam aliquid decedit.

GROTII.

* Teneri ad refarcienda damna] Plutarchus in Cimone de Scyriis: & βαλομένων τα χρήματα των ποδών συνεκτινείν, άλλα τας έχοντας η διαπρακότας κπόδων κελούτων. Plerique pecunias contrinere volebant, sed jubebant eos, qui res alienas

aut habebant, aut rapuerant, sarcire damnum. (Pag. 483. C.)

GRONOVII.

³³ Aliis] Civibus, quorum bona repressalium nomine apprehenduntur.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTII

LIB. III. CAP. II.

S. I.

VENIAMUS ad ea, quae ex jure descendunt gentium] „ Dixit enim, quid, quantumve in bello liceat, & quibus modis, aut nude spectari, aut ex promisso antecedenti: nude autem spectari ex natura primum, deinde ex gentium jure. Vid. sup. c. 1. §. 1. Hactenus egit de nudo natura jure; hic, & in sequentibus agit de eo, quid, quantumve nudo jure gentium in bello liceat, & quibus modis. Systema Auctoris examinavimus capite praecedenti ad §. 1. rubr. quintam.

Ea partim ad quodvis bellum spectant] „ Sive publicum, sive privatum; sive solenne, sive minus solenne; sive plenum, sive minus plenum, seu imperfectum. Vid. §. 2. n. 3. Singulas horum bellorum species explicavimus in Diss. proem. IX. §. 19. seq. Partim ad certam belli speciem] „ Nimirum, ad solum bellum jure gentium solenne. De quo Cap. seq.

A generalibus] „ i. e. Ab eis, quae ex jure gentium descendunt, & ad quodvis bellum spectant.
Tom. III.

Mero jure natura ex facto alieno nemo tenetur] „ Vid. lib. 2. c. 17. §. 10. & c. 21. §. 19. Examinat hoc capite Auctor, an jus repressalium juri natura conveniat? Idque negat, quia ex facto alieno naturaliter nemo tenetur nisi haeres. b. c. §. 1. §. 2. Unde concludit, subditos pro debito, vel delicto imperantis conveniri non posse, i. e. repressalium licitas non esse, ibid. At jure gentium voluntario introductum esse, ut pro debito imperantis teneantur res, & actus subditorum, tradit hoc cap. §. 2. 3. si scilicet juris reparatio petita, & denegata est, ibid. §. 5. vitam tamen non obligari, ibid. §. 6. Denique differentiam inter jus gentium, & jus civile, exponit, §. 7.

Nos ex principiis B. Parentis statim demonstrabimus jus repressalium non ex jure gentium voluntario (quale non agnoscimus), sed ex ipso jure natura oriri. Vid. §. seq. Nisi qui bonorian successor est] „ Vid. l. 2.

Kk kk

„ l. 2. c. 14. §. 10. c. 21. §. 19. L. 2.
„ c. 9. §. 12. L. 2. c. 13. §. 17.

*Ut enim cum oneribus bona transfrent ,
simul cum dominiis rerum introductum est]*

„ Alibi probavimus , hæreditates non de-
„ mum post introductum dominium , adeo-
„ que jure gentium voluntario , sed ipso
„ naturæ jure in liberos transfere , d. l. 2.
„ c. 14. §. 10. & *Diff. præm. XII. §. 280.*
„ *seq.* Error Auctoris inde oritur , quod
„ res omnes natura esse communes omni-
„ bus , & divisione demum , ac subsecu-
„ ta occupatione , adeoque voluntate de-
„ mum gentium in patrimonium singulo-
„ rum transiisse , putet : quem errorem
„ late refutavimus supra L. 2. c. 2. §. 2.
„ *seq.* & *Diff. præm. VI. §. 68.*

Zeno æquitati naturali contrarium dicit]

„ *In L. un. c. ut nullus ex vicaneis pro alio-
„ rum vicaneorum debitis teneatur.* Ratio
„ hæc est , quia unusquisque tantum jus in
„ suas res , & actiones , non in alienas
„ habet , adeoque ex mea dispositione
„ alium obligare non possum.

„ *Ne maritus pro uxore] „ Cod. l. 4.
„ tit. 12.*

„ *Ne filius pro patre] „ Cod. l. 4. tit. 13.*

„ *Ne pater , vel mater pro filio] „ Ne pa-
„ ter teneatur pro filio , agitur in C. l. 4.
„ tit. 13. ne mater pro filio , in d. l. 4.
„ tit. 12.*

2 *Nec quod universitas debet , singuli de-
„ bent] „ Vide L. 2. c. 5. §. 17. Lib. 2. c. 9.
„ §. 3. l. 2. c. 20. §. 1. n. 8. & c. 21.
„ §. 2. & 7.*

„ *Ulpianus] „ L. 7. §. 1. ff. quod unto.
„ nom.* Nec quod universitati debetur , sin-
„ gulis debetur , *ibid.* alia enim sunt jura
„ singulorum , alia universitatis. L. 6. §. 1.
„ *ff. de rer. div.*

„ *Nimirum , si universitas bona habeat]*
„ Ex quibus scilicet solutio fieri possit ,
„ quia hæc bona speciatim ad id destina-
„ ta sunt , ut publica inde solvantur debita.

„ *Alioqui enim tenentur non ut singuli ,
sed qua pars sunt universorum] „ Cum
„ enim debitum publico nomine contra-
„ ctum solvi debeat , singuli concurrere
„ tenentur , quia est pars defensionis ci-
„ vitatis , ad quam singuli tenentur.*

„ *Speciatim jure Romano constitutum] „ L.
„ un. c. ut nullus ex vicaneis : id enim na-
„ turali æquitati repugnare , Zeno ait.*

„ *In novella] „ Vide rubricam Nov. § 1.*

„ *ut non fiant pignorationes pro aliis per-
„ sonis.*

„ *Addita causa] „ d. Nov. 53. c. 1.*

„ *Odiosa vocantur] „ Vid. Nov. 134. c. 7.*

AD §. I L.

AUCTOR regulam hæcenus posuit ,
jure naturæ neminem ex facto alterius ,
adeoque nec singulos ex facto universitatis
teneri ; indeque pignorationes pro alieno
debito illicitas esse , ait.

Putat autem , id jure gentium volunta-
rio mutatum esse , gentesque ob publicam ,
& communem utilitatem convenisse , ut
singuli quoque pro civitatis debito obligen-
tur : indeque executiones , & pignorationes
in bonis civium quoque fieri posse. At hoc
non demum ex jure gentium secundario ,
sed ex ipso jure naturæ sequi , jam de-
monstrabimus.

PROPOSITIO I.

*Repressalia sunt , quando pro injuria a
Principe illata ejus subditi , vel eorum bo-
na , ab alio populo capiuntur donec satisfiat.*

DEMONSTRATIO.

Repressaliæ dicuntur a *prensando* , seu
ab Italico *presa* , quod captorum denotat :
apud Belgas dicuntur *breeven van marquis*.
*Vid. Pac. Hisp. & Belg. de ann. 1648.
art. 27. & 60.* (quia id non cuique li-
cet , sed cui id per literas publicas con-
cessum est). Antiquis Germanis *Wit-
thername*. *Grot. in not. ad §. præced. &
infra §. 4. Conf. Bodin. l. 1. c. 10.* (ubi
tamen repressalias , & clarigationem con-
fundit.)

Repressaliæ igitur sunt veræ pignora-
tiones , quando scilicet pro injuriâ ab altero
illata subditorum bona , vel personæ pren-
santur , i. e. pignori capiuntur , donec al-
ter satisfaciat.

PROPOSITIO II.

*Infertur quoque injuria a principe , cum
illatam a subdito non vindicat imploratus.*

DEMONSTRATIO.

Equidem ex injuria , quam nobis alte-
rius populi subditus infert , nec Princeps
illius subditi , nec ejus concives obligan-
tur. Nam quisque ex suo saltem facto ,
non alieno obligatur. Hinc merito censet
Livius , valuisse pactas cum Romulo in-
ducias , etsi quidam Vejentianorum contra
Roma-

Romanos militassent. L. 1. Et recte Veneti Galliarum regi conquerenti quod commeatu, & pulvis tormentarius Venetiis emtus, & hostibus advectus sit, responderunt, factum hoc esse privatorum mercatorum. Guicciard. l. 5.

At læsus populum, cujus subditus debet, vel injuriam fecit, tenetur implorare, & ut subditum ad satisfaciendum adigat, instare potest: quod si imploratus nolit facere, tum jam ipse injuriam facit, quia probat, & tuetur injuriam, resistit reparationi juris nostri, cum reparare id & possit, & teneatur. De quo late actum est supra l. 2. c. 21. §. 3. 4. 6. & 7.

PROPOSITIO III.

Repressalia eodem jure licita sunt, quo bellum.

DEMONSTRATIO.

Uti enim bellum non obtinet nisi ubi aliter jus meum reparari non potest, ita nec repressaliæ locum habent nisi ex eadem necessitate. Uti igitur bello propter injuriam a principis extraneo nobis illatam subditorum res, & personas capere possum, quia subditi factum principis probare, illudque tueri tenentur; ita eadem ratione, propter eandem injuriam, extra bellum capere subditorum res, & personam possum, usque dum Princeps satisfaciat. Quin præferendum hoc potius remedium est bello, utpote mitius, si scilicet jus nostrum hoc modo æque reparari potest.

Unde apparet, male ab Auctore jus hoc tribui juri gentium voluntario, cum sit ab ipso naturæ jure.

PROPOSITIO IV.

Differunt tamen bellum, & repressalia: 1. quod bello acquiratur dominium rei captæ; hoc jure autem saltem pignus, seu securitas: 2. illo vastari res possunt, hoc auferri tantum: 3. illo homines occidi, hoc capi tantum: 4. hoc jure continetur restitutio rei prehensæ si satisfactum est; contra in bello. 5. Jus repressaliarum non est in advenus, & peregrinos, quia statim, ac discedunt, desinunt esse subditi; neque Princeps ladens horum intuitu moveretur ad satisfactionem: at aliud est in jure belli. 6. Fœmina, & infantes capi possunt jure repressaliarum, non jure belli: de quo infra §. 6.

PROPOSITIO V.

Requiritur ad repressaliarum justitiam,

ut res repetatur a Principe, qui læsus, ejusque officium imploretur.

DEMONSTRATIO.

Nam nescitur, ane injuriam reparare velit; adeoque de eo constare debet. Si nolit reparare, tunc duplici remedio læsus uti potest: 1. repressaliis, capiendo res, & personas lædentium, ad solam securitatem: 2. bello, quo casu ea licita sunt, sine quibus victoria obtineri nequit; adeoque vastare res hostis, easque capere, hostem interficere, &c. licet.

Hæc quanquam vera sunt] „ Scilicet, „ quod alius ex alterius facto non teneatur, indeque bona unius ob alterius injuriam pignori capi non possint.

Jure gentium voluntario induci potuit] „ Immo non potuit, quia tale jus non existit.

Et inducendum apparet] „ Talis gentium voluntas nec probari poterit, nec ullibi existat. Neque opus est eo confugere, cum res ex ipso naturæ jure perspicua sit.

Civilis aliqua societas] „ Sive populus, sive rex.

Sive per se primo] „ Si ipse Princeps, vel tota civitas immediate debitum contraxit, vel injuriam fecit.

Sive quod alieno debito jus non reddendo se quoque obstrinxerit] „ Sæpius enim dictum est, Principem ab extraneis imploratum ut injuriam a subditis illatam repararet, eam suam facere si id neget.

Pro eo teneantur, & obligata sint bona omnia] „ Quia subditi tenentur tueri factum Principis; unde & jus belli in eos obtinet, nedum jus pignorandi.

Corporalia, & incorporalia] „ Nam universono patrimonio suo factum Principis tueri tenentur; adeoque totum hoc patrimonium læsus est obligatum. Unde & in bello id occupare, licitum est. Vid. c. 8. §. 4.

Expressit autem hoc quadam necessitas] „ Jus enim gentium ex communi necessitate ortum ducere, Auctor docuit: at diximus, jus hoc ab ipsa natura esse.

Cum bona imperantium sæpe non tam facile possint in manus venire] „ Immo sola difficultas rem meam a Principe læ-

„ dente recuperandi nullum mihi jus dat
 „ in bona subditorum : neque unquam
 „ probari poterit , Gentes hoc prætextu
 „ ufos esse.

Est igitur hoc inter jura illa , qua Justinianus ait , usu exigente] „ Alibi jam
 „ diximus , hanc definitionem juris gentium non fuisse cognitam antiquis Romanorum Jctis , sed a Triboniano ex juris illius ignorantia esse inventam : Romanis præter naturæ jus aliud jus gentium cognitum non fuit , adeoque ad id solum referri debet jus repressaliarum.
Vid. Diff. præm. XII.

2 *Non autem hoc naturæ repugnat , ut non more , & tacito consensu induci potuerit]* „ Mens Auctoris hæc est : Repressalias etiam jure gentium introductas non ita repugnare naturæ , ut non tacito consensu gentium talis obligatio , (qua subditi pro debito , & injuria civitatis tenantur) introduci possit , etsi nulla causa intuitu subditorum subsit ; idque exemplo fidejussorum firmat , qui itidem sine causa ex solo consensu obligantur . At passim jam diximus , obligationem hanc subditorum ex vero jure naturæ descendere , quia subditi injuriam civitatis defendunt ; vel defendere tenentur , adeoque ex hac propria injuria obligantur .

„ Hinc apparet , causam fidejussorum plane diversam esse , qui non tenentur ideo , quia injuriam rei principalis defendunt , sed quia consensu suo debitum alienum in se recipiunt .

Cum & fidejussores sine ulla causa ex solo consensu obligentur] „ Scilicet , jure naturæ . Nam jure Romano ex nudo consensu fidejussor non obligatur , (nisi stipulatio accesserit) quia causa non subsistit , propter quam fidejussor alterius obligationem suscipiat . Jus Romanum autem non vult , ut cives temere suum jactent . *Vid. Diff. præm. XII. §. 461. n. 2. §. 490. 491.* At diximus , disparera esse causam repressaliarum , & fidejussorum : priori enim casu non obligantur subditi ex consensu , nedum tacito , uti Auctor statuit , sed ex delicto , quia defendunt injuriam civitatis .

A se mutuo jus consequi posse] „ Dixi jam , difficultatem repetendi rem meam a Principe nullum mihi jus , nec natura , nec jure gentium , dare in bona subditorum .

Commodum ex hac obligatione commune erat omnibus] „ Hæc ratio supponit jus gentium , i. e. tacitum gentium consensus . Cum autem talis communis consensus non existat , tota illa ratio corruit .

Receptum autem hunc morem non tantum apparet] „ Receptum est hoc jus non ut mos gentium , sed ut verum jus naturæ ; idque non tantum ex rationibus naturæ allegatis , sed & ex hoc ipso gentium consensu probatur .

In his enim quid observetur , ostenduntur denunciationum formula] „ Quibus non tantum Principi lædenti , sed & subditis ejus bellum denunciatur . *Vid. infr. c. 4. §. 6.*

Qui intra præsidia ejus sunt] „ Adeoque & subditi , & advenæ , &c.

Ubi ad eam belli plenitudinem nondum ventum est] „ Diximus enim , jus repressaliarum obtinere antequam ad bellum procedimus ; quin id præferendum esse si per talem pignorationem , absque vi , & armis , jus nostrum recipere possumus . *Id est , bello imperfecto]* „ Immo plane non est bellum , quia nondum est certatio per vim .

Idem videmus usurpari] „ Ut nimirum etiam subditorum bona pro debito regis teneantur .

Pharnabazo] „ Immo hoc exemplum huc non pertinet , sed ibi bellum erat inter Græcos & Persas ; unde subditi Persarum ; inter quos etiam erat Pharnabazus , jure belli (non repressaliarum) violari potuerunt .

A D §. III

„ AUCTOR modum pignorationis seu violentæ executionis apud Athenienses usitatum refert , quo tres cives capere alterius licebat civitatis , quæ eum , qui civem Atheniensem interfecit , vel punire , vel dedere recusabat .

Ejus , quam dico , executionis , &c.] „ Quæ scilicet ex hypothese Auctoris jure gentium voluntario , i. e. tacito gentium consensu inducta est . *Vid. §. præc. Obiervit]* „ Sive homicida sit civis Atheniensis fugitivus , sive extraneus .

Proximis , ac necessariis] „ Quibus jus est

est vindicandi cædem. *Vid. l. 2. c. 20.*
Donec aut pœna sumatur de cade, aut homicidia dedantur] „ Arbitrium ejus esse
 „ civitatis, ubi homicida invenitur, vidimus supra *l. 2. c. 21. §. 4. & 5.*
Tres tantum homines] „ Cives ejus urbis, in qua homicida degit, & quem
 „ dedere, aut a quo pœnam fumere civitas illa recusat.
Quæ obligatur] „ Quæ imploranti jus dicere tenetur.
Obligari jus quoddam incorporale subditorum, ipsam scilicet morandi libertatem]
 „ Diximus, teneri civem ex debito, & injuria civitatis, quia judicium civitatis sequi, illudque tueri tenetur. Atque hinc in bello civis ille, utpote juri nostro resistens, occidi, nedum extra bellum pignoris loco capi potest.
Ita ut in servitute interim sint] „ Immo non fiunt servi; non enim sunt justo bello capti, quia hostes non fuerunt.
Donec civitas id faciat, quod facere tenetur, id est puniat fontem] „ I. e. donec injuria nobis facta reparetur, vel puniendo fontem, vel eum dedendo.
Diodoro Siculo, &c.] „ Diodorus inter leges Ægyptiorum refert, quod solutio ex bonis debitoris solum fieri debeat, corpus autem adduci creditori non possit. Rationem legislatoris hanc affert. *Putabat enim, oportere bona tantum subdita esse debitis, corpora, quorum opera & bello, & pace uterentur, civitatibus addicta esse.*
Non enim aquam videbatur, milites, qui pro patria salute pericula subirent, pro usuris in carcerem duci, aut ob vitium avaritiam in periculum agi patriæ salutem. Et tum addit: *Hanc quoque legem videtur Solon ad Athenienses transtulisse, quam Sisacrtiam appellant, decernens ne ob usuras civium corpora necerentur.* *Diod. Sic. l. 2. p. m. 36.*
Nihil tamen in eo est natura repugnans] Naturalis enim ratio vult, ut debitor, qui ex bonis solvere non potest, tantundem præstet, i. e. operis suis obligationem tollat. Patet ergo, legem illam, qua corpus obligari prohibetur, esse mere civilem; quod vel ex ratione allegata apparet: indeque ad creditores extraneos, de quibus Auctor hic loquitur, plane non pertinere. *Consf. l. 2. c. 5. §. 27. c. 14. §. 2. n. 1. l. 1. c. 3. §. 8.*

„ *n. 1. l. 3. c. 7. §. 1. n. 1. c. 14. §. 8. n. 1.*

Et mos non Græcorum tantum] „ Testatur id idem Diodorus *d. l. Haud injuria queruntur quidam de nonnullis Græcis legumlatoribus, qui arma, aut aratrum, aut aliud quidvis operi necessarium, probeant ob sœnus adduci creditoribus; cor-pora vero, qua his utuntur, tradi permittant.*

Hic multa reprehendit Demosthenes] ²
 „ Euthycles contradicebat huic decreto, utpote legibus contrario.

Cum & justa aliqua esse possit] „ Lex supponit cædem injustam, quia prospicere saltem voluit Charidemo contra infidias inimicorum.

Deinde quod non exigit ut prius postuletur judicium] „ Implorari enim ante omnia debet officium ejus civitatis, ubi homicida degit, rogarique ut vel fontem puniat, vel dedat. Verum, id jam sub verbis illius legis, *si quis obfisteret*, continebatur.

Quod non eos, apud quos facta sit cædes, sed eos, qui recipiunt homicidam, teneri vult] „ Male hic quoque reprehenditur Aristocrates; nam illi, apud quos facta est cædes, non tenentur, sed solus homicida: si vero illi hunc homicidam recipiunt, soli injuriam committunt si reum dedere, aut pœnam ab eo fumere recusant.

Hos quidem] „ Scilicet, tres illos homines, quos ex lege Attica capere licebat. At lex supponit casum, ubi reus fuga elapsus est, adeoque ubi illa civitas reum punire, vel dedere non potuit.

Susciperunt secundum jus omnium hominum] „ Immo jure naturæ homicida dolo, de quo casu lex agit, suscipi non potest, sed vel dedi, vel judicium in eum dari debet; adeoque hæc mera cavillatio fuit Demosthenis.

Quod Aristocrates rem statim ad plenum bellum deducit, cum lex prebensione contenta sit] „ Aristocrates speciali functione vitam Charidemi salvam esse voluit; adeoque hostem declaravit eam civitatem, quæ homicidam protegerit. Sane, lex quidem Atheniensium voluit mitius prius adhiberi remedium, nimirum, repressalias; sed id contraria lege, inprimis protutanda salute tanti viri, mutari potuit.

K k k k 3

Primum

3 Primum illud, & secundum, & quartum, ratione non caret] „ Contrarium „ am probavimus.

Nisi ad solum eventum cadis casu, aut ob sui tutelam facta restringatur] „ Tunc „ enim fugientes secundum jus omnium „ hominum suscipi possunt : at de tali „ casu Aristocrates non loquebatur.

Non est ut non oratorie magis] „ Dixi, „ meram hanc esse cavillationem.

Jus gentium ut supplices suscipiantur] „ Immo hoc non ex jure gentium voluntario, sed ex ipso jure naturæ sequitur.

Ad eos tantum, quibus fortuna non crimen obstat, pertinet] „ Recte : criminis „ igitur rei recipi quidem possunt, at non „ defendi; recipi, inquam, possunt usque „ dum causa cognoscatur : si de crimine „ constat, necessario vel puniri, vel dedi „ debent, d. l. 2. c. 21. §. 6. Si id negat „ civitas, jus belli cum ea est, vel „ jus repressaliarum.

4 Catero qui par jus est eorum, apud quos crimen est factum] „ Neque id negat Aristocrates : si enim homicida apud eos, „ apud quos facta est cædes, commoratur, „ neque civitas reparare injuriam velit, „ eadem omnino ratio est, & vel cives „ eorum capi, vel ex lege Aristocratis „ belli jure peti possunt. At Aristocrates „ ponit casum, ubi aufugit homicida : „ hoc autem casu cives illius loci, ubi „ cædes commissa est, nec capi, nec ipsa „ civitas hostis loco haberi potest.

Interpretationem eam, quam dico, esse usum recipit] „ Immo lex illa erat particularis, & ad personam Charidemi restricta, statutumque, ut quæ civitas obliteret quo minus abriperetur ejus intersector, hostis loco esset. In reliquis ergo „ manebat lex, quod cives prius capi deberent.

Aut adversus cavillationes tales expressius postea est posita] „ Immo id non opus erat, „ quia tota lex salva manebat, extra casum Charidemi.

Horum enim alterum quin sit, non negabit] „ Dixi, non opus esse hoc effugio : „ manebat lex generalis de capiendis civibus, & speciale saltem quid constitutum „ erat in casu Charidemi, ut scilicet jus „ belli in receptores esset.

Non recipit] „ I. e. quoties illi, ad „ quos confugerunt fontes, eos non dedunt.

Simile huic est] „ Scilicet, juri prestantiam „ di cives alienæ civitatis, si homicidam „ dedere nolint. Vid. n. 1.

Ad recuperandum civem injuria manifeste captum] „ Hoc hodieque frequentissime fit, & eadem ratio est. Nam si „ civitas, quæ civem nostrum capit, injuriam hanc reparare non vult, subditi „ ejus civitatis ideo tenentur, quia factum „ principis, in quem omne judicium suum „ contulerunt, tueri tenentur, eoque sunt „ participes injuriæ.

Idem Carthaginensibus eventurum] „ Similia exempla vide apud Justin. 2. 15. „ & supra l. 2. c. 18. §. 7.

A D §. I V.

ALIA executionis violenta species] „ Hæc „ tenus enim saltem egit de Androlepsia „ Atheniensium, & de cive injuria incarcerato.

Pigrioratio inter populos diversos] „ Recte „ additur, inter diversos populos ; quia „ inter hos est medium necessarium recuperandi jus nostrum. Nunquam ergo obtinet inter privatos, quia hi superiorem „ habent, a quo jus impetrare possumus.

Jus repressaliarum] „ A latino prestantiam „ do, vel ab Italico presa.

Saxones, & Angli Withernamium] „ A Germanico Wiedernebmien, quia vicissim „ res aliorum capiuntur.

Ubi a rege impetrari id solet] „ Nam „ privati repressalias exercere nequeunt, „ sed jussu publico demum id fieri debet : „ quia publica injuria per repressalias vindicatur; quod privatis non licet.

Literas Marca] „ Bodin. de rep. l. 1. „ c. 10. Cujac. ad l. un. C. ut nullus ex vicaneis. Belgis quoque dicuntur brevve van marquen. Vid. supr. §. 1. prop. I.

Ubi jus denegatur] „ Adeoque ubi aliter imploratus injuriam nobis factam reparare non vult.

A D §. V.

SI in fontem, aut debitorem judicium „ intra tempus idoneum obtineri nequeat]

Repressaliæ igitur tunc demum locum „ habent, 1. quando alius populus, 2. nobis „ bis,

„ bis, vel subditis nostris injuriam facit,
 „ & 3. imploratus eam reparare, & qui-
 „ dem 4. intra tempus idoneum nolit.

*Verum etiam si in re minime dubia pla-
 „ ne contra jus judicatum sit]* „ Nam eo
 „ ipso denegatur justitia.

Nam in dubia re] „ I. s. si judex
 „ rationes probabiles allegat pro suo judi-
 „ cato.

*Nam auctoritas judicantis non idem in
 „ exteros, quod in subditos valet]* „ Nam in
 „ hos valet judicatum, ut ut injustum.

*Etiā inter subditos non tollit quod ve-
 „ re debebatur]* „ Hoc verum non esse,
 „ nec id a Jctis dici, probavimus supra
 „ l. 2. c. 23. §. fin. n. 5.

Hoc interest] „ Dixit enim, auctoritatem
 „ judicantis non idem in exteros valere,
 „ quod in subditos valet.

Ob imperii in ipsos efficaciam] „ Re-
 „ ctius, ex sua dispositione, quia coëun-
 „ do in civitatem compromittunt in judi-
 „ cis sententiam.

Exteri autem jus habent cogendi] „ Si
 „ ipsis jus denegatur: uti denegatur si
 „ contra jus judicatur.

*Sed quo uti non liceat quamdiu per ju-
 „ dicitum suum possint obtinere]* „ Secus er-
 „ go si judicium denegatur: uti denega-
 „ tur si sententia pronuntiatur, quæ ipso
 „ jure nulla est.

2 *Tali igitur de causa]* „ Ubi quis con-
 „ tra jus judicatum esse, contendit.

Corpora] „ Fieri hoc magis solet quan-
 „ do pro subditorum nostrorum corpori-
 „ bus metuimus: ut alii metu talionis
 „ deterreantur.

Aut res mobiles subditorum] „ Quod
 „ plerumque fit, quando res nostræ apud
 „ alios detinentur, vel debitum nobis de-
 „ negatur.

Non quidem natura introductum est]
 „ Immo natura introductum est ut si in
 „ fontem, aut debitorem judicium obti-
 „ neri nequit; a civitate ejus cives, &
 „ eorum bona capi possint. *Vid. n. 1. pr.*

Sed moribus passim receptum] „ i. e. Ju-
 „ re Gentium. *Vid. infr. §. 7. n. 4. &
 „ supr. c. 2. §. 2. n. 1. §. 5. n. 1. Add.
 „ infr. c. 13. §. 1. n. 2. c. 21. §. 9.* Quod
 „ passim refutavimus.

Convocari edicto] „ Nam non solum
 „ Nestori injuriam fecere Elidenses, sed
 „ & aliis, qui proinde ex rebus civitatis

„ merito juris sui reparationem petere po-
 „ tuerunt.

Si quis jus prebendendi haberet] „ i. e.
 „ si alicui injuria facta, nec ad postula-
 „ tionem reparata fuit.

A D §. VI.

VITA autem subditorum] „ Celebris
 „ quæstio est, an si civitas vicina jus ci-
 „ vi nostro denegat, atque ideo membra
 „ illius civitatis capiuntur, an, inquam,
 „ capti, si reparatio non sequitur, in-
 „ terfici possint? Negat Auctor, quia etsi
 „ cives pro debito civitatis jure gentium,
 „ i. e. tacito pacto se obligaverint, id ta-
 „ men ad vitam non extendi, ait, quia
 „ nemo vitæ suæ est dominus, indeque
 „ eam obligare nequit.

„ Ut rite intelligamus hanc quæstionem,
 „ præmittendum est, i. jus capiendi per-
 „ sonas alterius civitatis non oriri ex ju-
 „ re aliquo ficto gentium, sed ex ipso ju-
 „ re naturæ: Rationem illius juris confi-
 „ stere in eo, quod cives illius civitatis
 „ approbent, vel approbare teneantur fa-
 „ ctum suæ civitatis, adeoque ex propria
 „ injuria ad reparationem teneantur

„ His præmissis facile concedimus, si
 „ civitas extranea nostro civi jus denegat,
 „ quod ei ex *causa civili*, vel ex *delicto*
 „ non *capitali* debetur, *vid. §. 5. n. 2.*
 „ captum occidi non posse: creditor enim,
 „ vel læsus, si idem consequi non pos-
 „ sunt, nil nisi æstimationem, seu tan-
 „ tundem petere possunt; non ergo vitam
 „ demere capto: quia nulla proportio est
 „ inter vitam, & debitum, sive id ex
 „ promisso oriatur, sive ex delicto non ca-
 „ pitali.

„ At aliud dicendum si civitas nolit ju-
 „ dicitum dare *in reum mortis*, adeoque
 „ causa est, quo minus sanguis vindicari
 „ possit; tunc enim sanguis capti, qui
 „ factum civitatis defendit, iterum effundi
 „ potest: hoc enim solo modo reparatio
 „ fit injuriæ. Sane, lex Attica de *homi-
 „ cidio loquitur*, *vid. supr. §. 3. n. 1. 2.*
 „ & 4. quod expiari non potest nisi san-
 „ guine.

„ Neque *obstat*, denegationem juris,
 „ etiam *civilis*, justam causam dare bello:
 „ at in bello cives hostis occidere licet,
 „ Resp.

„ Resp. hoc jus belli, adeoque & jus occidendi captos, locum non habet quamdiu reparatio obtineri potest per repressalias; si vero per illam capturam reparatio obtineri nequit, nihil impedit, quo minus bello jus vindicari possit; & tunc capti hostium loco haberi possunt.

Quod crederent, unicuique hominum jus vitæ plenum esse in se], „ Adeoque unumquemque vitam alii obligare posse.

Et id ad rempublicam potuisse transferri] „ Ita ut etiam pro facto civitatis vitam obligare possit.

Quod minime esse probabile, &c.], „ Evidem in genere verum est, neminem jus in vitam suam habere nisi ad ejus conservationem. At excipitur casus, ubi quis jus alterius, adeoque & civitatis suæ defendit; tunc enim etiam vitam suam obligare potest. In repressaliis jus, quo vita captis auferri potest, non oritur ex tali obligatione, sed ex propria injuria, quia factum suæ civitatis defendit.

Alibi diximus] „ *L. 2. c. 21. §. 11. n. 2. c. 11. §. 18. seq. c. 20. §. 43. c. 15. §. 16. c. 17. §. 2. n. 1.*

Sed ex accidenti, ut occidantur], „ Vide *l. 3. c. 1. §. 2. & 4. n. 1. Lib. 2. c. 1. §. 3.*

Alibi ostendimus], „ *dd. ll. Inprimis l. 2. c. 1. §. 11. 12. & 13. l. 2. c. 14. §. 1. l. 3. c. 1. §. 4. n. 2.*

Pluris esse debeat vita hominis, quam res nostra], „ Hoc virtutis est, non juris: si ego aliter rem meam tueri non possum nisi internecione raptoris, id licitum omnino est, & culpa est ejus, qui injuriam fecit.

A D §. VII.

Quæ juris gentium sunt proprie], „ i. e. quæ ad jus gentium latius patens pertinent. De quo vide *Diff. præm. XV. §. 10. 13. seq. & quale non existere, probavimus ibid. §. 29. seq.*

Et quæ jure civili constituuntur], „ Quod vocat jus gentium arctius, *diff. dissert. §. 24.*

Aut patris populorum], „ Nam si populi certum modum procedendi consti-

„ tuerunt, processus institui debet juxta modum conventum.

Jure gentium subjacent pignorationi omnes subditi, &c.] „ Immo id non ex jure gentium est, quale non existit, sed ex ipso jure naturæ. Rationem naturæ exposuimus *supra §. 2.*

Qui tales sunt ex causa permanente] „ I. e. perpetuo in territorio commorantur; adeoque ibi domicilium constitutum habent.

Sive indigena], „ I. e. ibi nati.

Sive advena], „ Qui domicilium in eo territorio fixerunt.

Non qui transeundi, aut mora exigua causa alicubi sunt], „ Hi enim non tenentur sequi judicium Principis, nec illud tueri, adeoque nec pro Principe obligantur.

Introducuntur enim sunt pignorationes ad exemplum onerum], „ Eodem nituntur fundamento: quia subditi cœundo in civitatem, promittunt, se defensuros communi ope civitatem. *Vid. l. 2. c. 5. §. 24. l. 2. c. 9. §. 8.*

Jure gentium excipiuntur legati], „ Auctor enim statuit, placuisse gentibus ut communis mos (qui quemvis in alieno territorio exceptionem ejus loci territorii subjicit) deceptionem pateretur in legatis, ut qui sicut fictione quadam habentur pro personis mittentium; ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium, *vid. l. 2. c. 18. §. 4. n. 5.* quod ibi refutavimus. Certum igitur est, etiam legatos in territorio nostro degentes pignorari posse; nam illi quoque factum suæ civitatis defendunt.

Non ad hostes nostros missi], „ Nam si ad hostes nostros mittuntur, Auctor jure belli quoque eos capi, quin occidi posse, statuit *d. c. 18. §. 5.*

Et res eorum], „ Hæ capi possunt, quoties ipse legatus capi potest. Quia idem jus in personis obtinet, quod in rebus, *d. c. 18. §. 8. & 9.*

At jure civili populorum], „ I. e. jure gentium improprie sic dicto: quod multis populis commune est sine mutua obligatione. *Proleg. §. 53.*

Excipi solent persona mulierum, & infantium], „ Immo non excipiuntur, sed pignori capi omnino possunt, usque dum satisfiat.

Eorum

Eorum vero, qui literis operam dant, &c.] „ Neque horum res ullibi excipiuntur, sed pignori capi possunt: & privilegium eruditorum, & quod arrestari eorum res non possint, est privilegium juris Romani.

Jure gentium singulis pignori jure est] „ Immo, jure naturæ non nisi jussu publico id fieri potest. Bodinus ait, Carolus VIII. ad jus regium id retulisse, cum id ante promiscue factum fuerit. *L. 1. c. 10. in fin.*

Jure civili multorum locorum peti id fore a summa potestate] „ Immo id ex ipso jure naturæ est.

Alii a iudicibus] „ Nemo id concedere potest nisi summa potestas, & ex ejus concessione magistratus inferiores. *Ipso facto dominium rerum captarum acquiritur*] „ Jure naturæ tantum pignus in ea re acquiritur, non dominium; nam capitur saltem usque dum nobis satisfiat.

Ad summam debiti, & summi] „ Jure naturæ capere licet etiam ultra summam debitam, quia in securitatem debiti capitur. At si res postea vel venditur, vel creditori addicitur, residuum restitui debet rei domino.

Jure civili solent citari] „ Juris naturalis est ut residuum restituatur; id vero sine citatione fieri nequit.

A Bartolo] „ Adde Barbofam, Hunnium, & Peshwitz de repressaliis. *Limn. de jure publ. l. 4. c. 8. n. 314. Gailium de pignorationibus. Busium de subtilit. jur. 1. 17. Sahnas. de mod. usur. c. 13. p. 531. & 212. Ruland. de com. p. 1. l. 7. c. 9. & alios, quos allegat Bechtold. in Sylloge materiarum ad verba repressalia. Vide quoque Pufend. l. 8. c. 6. §. 13. 4* *Eos, qui non solvendo, quod debebant, aut jus non reddendo, causam dederunt*] „ His enim duobus casibus Auctor statuit, repressalias statui posse.

Teneri ad resarcienda damna] „ Est enim civitas, ejusque Rector injuria agant jus denegando, certum tamen est, reum, qui vel non solvit quod debet, vel injuriam non reparat, primam esse causam pignorationis: adeoque cives, qui ex hac injuria damnum sentiunt, ad restitutionem damni agere possunt contra debitorem. At non video quid subditi sperare possint a Principe, qui læsis extraneis jus denegat, & secunda causa est pignorationis.

C A P U T I I I.

De bello justo, sive solenni, jure gentium; ubi de indictione.

- I. Bellum solenne juris gentium esse inter diversos populos.
- II. Distinctio populi quamvis injuste agentis a piratis, & latronibus.
- III. Mutationem interdum incidere.
- IV. Requiritur ad naturam belli solennis, ut auctorem habeat eum, qui summam potestatem habeat: quod quomodo intelligendum.
- V. Requiritur & denuntiationem.
- VI. Quid in denuntiatione sit juris naturæ, quid proprium juris gentium, distincte explicatur.
- VII. Denuntiatio alia conditionata, alia pura.
- VIII. Quæ in denuntiationibus sint juris civilis, non gentium.
- IX. Bellum alicui indictum simul indictum esse ejus subditis, & sociis, quæ ipsum sequuntur:
- X. Non quæ per se considerantur: quod exemplis illustratur.
- XI. Causa cur denuntiatio ad effectus quosdam requiratur.
- XII. Hos effectus non reperiri in aliis bellis.
- XIII. Bellum an simulatque indictum est, geri possit.
- XIV. An indicendum ei, qui jus legationis violavit.

* I. I. ^a **S**upra dicere incepimus, justum bellum apud probos auctores dici saepe, ¹ non ex causa, unde oritur, ⁺ neque ut alias ^o ex rerum gestarum magnitudine, ⁺ sed ³ ob peculiare quosdam juris effectus. Quale autem sit ⁺ hoc bellum, optime ⁺ intelligitur ex hostium definitione apud Romanos Jurisconsultos: ⁺ *hostes sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decernimus: + ceteri latrones, aut pradones sunt*, ait ^a Pomponius: nec aliter Ulpianus ^b: *hostes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano; ceteri latrunculi, vel pradones appellantur. Et ideo ^b qui a latronibus captus est, servus latronum non est, + nec ⁺ postliminium illi necessarium est. Ab hostibus autem captus, + puta a Germanis, & Parthis, & servus est hostium, & postliminio statum pristinum recuperat. Et ^c Paulus: ^c *A piratis, aut latronibus capti liberi permittuntur. Accedat illud Ulpiani: ^d in civilibus dissensionibus, quamvis saepe per eas respublica ledatur, ⁺ non tamen in exitum reipublicae contenditur: qui in alterutras partes discedent, vice hostium non sunt eorum, inter quos jura captivitatum, aut postliminiorum fuerint: & ideo captos, & venundatos, posteaque manumissos placuit supervacuo ^o repetere a principe ingenuitatem, quam nulla captivitate amiserant.**

^a L. 118. de verb. sign.
^b L. 24. D. de captiv.
^c L. 19. §. 2. D. de captiv.
^d L. 21. §. 1. eod. tit.

2. Illud tantum notandum, ⁷ sub exemplo populi Romani quemvis intelligi, qui in civitate summum imperium habeat. ⁸ *Ille hostis est*, ait Cicero, ^o *qui habet rempublicam, curiam, ararium, consensum, & concordiam civium, & ⁹ rationem aliquam, si res ita tulerit, pacis, & federis.*

^e Philipp. IV. c. 6.

+ II. I. ⁺ Non autem statim respublica, aut civitas esse definit (cc) ⁺ si quid admittat injustum, ¹⁰ etiam communiter, ⁺ nec coetus piratarum, aut latronum, civitas est, ⁺ etiamsi ¹¹ forte aequalitatem quandam inter se fervent, ⁺ sine qua nullus coetus posset consistere. Nam hi ^d ¹² criminis causa sociantur

G R O T I U S

^a *Supra*] Lib. I, cap. III. §. 4.
^b *Qui a latronibus captus est, servus latronum non est*] Hinc argumentum Pœnulo Plauti: Eunucho Terentii. Talis & Eumzeus Odyss. O. (vers. 402, & seq.)
^c *A piratis*] Pompejus a piratis captos liberos pronuntiavit. Appianus Mithridatico (pag. 237. Ed. H. Steph.) Adde Herveram tomo II.
^d *Criminis causa sociantur*] *Ομιλ. ἀνδραγαθῶν & νόσφ. ἐπιόντων, ἀλλ' ἐν τῇ ἀδίκῃ ἐνεργημένων* turba hominum non lege congregata, sed injustitia causa in unum coacta. Procopius II. Vandalicorum. (Cap. 15.)

G R O N O V I I.

1 *Non ex causa*] Quod gerit gravibus, & intolerandis causis laesit.
2 *Ex rerum gestarum magnitudine*] Ut distinguatur a levi motu, aut tumultuario confictu, latrunciorumve persecutione.
3 *Ob peculiare*] Quo quod moribus gentium in hostem factum, aut de illo acquisitum est, id jure factum, & jure acquisitum putatur.
4 *Postliminium*] Quo qui servus, aut alieni

juris fuit, redit in pristinum statum. Non restituitur autem qui non mutasse statum creditur, uti qui non fuit in potestate justis hostis.
5 *Non tamen in exitium*] Non ut is populus non sit, aut ut in alienigenae potestatem veniat, & tributarius fiat; sed utra factio in republica salva priores partes ferat.
6 *Repetere a principe*] Petere ut restituantur in ingenuorum, & civium locum, nec habeantur pro libertinis.
7 *Sub exemplo P. R.*] Quod Romani JC. dixerunt de populo, vel principe Romano, id nobis accipiendum de omni populo, vel principe, qui rerum potitur.
8 *Ille hostis est*] Hinc Florus 3, 20. *pulet dicere hostes.*
9 *Rationem aliquam*] Qui talis sit, vel ejus generis, quicum pax, & foedus esse possit.
10 *Etiam communiter*] Consensu omnium, vel omnium, qui sunt cum imperio.
11 *Forte aequalitatem*] Ut Bardylis Illyrius latro. Cic. 2, de Offic. 11.
12 *Criminis causa*] Ut alienas res invadant.

(cc) Confer PUFENDORFIUM, De Jure Nat. & Gentium, Liv. VIII. c. 6. §. 5.

G R O

fociantur : illi etsi interdum delicto non vacant, ¹³ juris tamen fruendi causa sociati sunt, + & exteris jus reddunt, + si non per omnia secundum jus naturæ, quod ¹⁴ multos apud populos ex parte quasi obliteratum + alibi ostendimus, + certe secundum pacta cum quibusque inita; + aut secundum mores. Sic Græcos, + quo tempore mari prædas agere pro licito habebatur, + abstinuissē a cædibus, & populationibus nocturnis, + & a raptu ¹⁵ boum aratorum, notat ad Thucydidem f scholiastes. Alios etiam populos, itidem ex raptō viventes, ubi ex mari domum se receperant, misissē ad dominos ^e ut rapta, si vellent, æquo pretio redimerent, memorat & Strabo. Ad tales pertinet & ille Homeri locus Odyssææ ξ. (vers. 85, & seqq.)

f Lib. 7.
C. 5. El.
Oxon.
g Lib. XI.
pag. 495,
496.

Καὶ μὲν δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι, οἳ τ' ἐπὶ γαίης
Ἀλλοτρίης βῶσιν, καὶ σφιν Ζεὺς λήϊδα δῶη,
Πλησάμενοι δέ τε νῆας ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστῳ,
Καὶ μὲν τοῖς ὀπίθῃ κρατερὸν δέθῃ ἐν Φρεσὶ πίπτει.

*Ipsi etiam raptus avidi, qui aliena pererrant
Littora, concessu Superum si præda reperta est,
Navibus impletis abeunt, & vela retorquent :
Quippe Deos metuunt memores sandi, atque nefandī.*

2. + ¹⁶ Principale autem pro forma est in moralibus : & , ut recte Cicero dictum est de finibus ^b quinto, ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur : cui convenit illud Galeni, ¹⁷ ἀπο τοῦ πλεονεκτῆν ἢ ἐν τῇ κρείσσει γίνονται αἱ προσηγορίας. Idem talia sæpe vocat ¹⁸ ὀνομαζόμενα κατ' ἐπικράτησιν. Quare ¹⁹ crude nimis dictum est ab eodem Cicerone, de republica tertio, i ubi injustus est rex, ubi injusti optimates, aut ipse populus, + non jam vitiosam, sed nullam esse rempublicam : quam sententiam ^k + Augustinus corrigens, nec ideo tamen, ait, vel ipsum non esse populum, vel ejus rem dixerim non esse rempublicam, quamdiu manet qualiscunque multitudinis rationalis cætus rerum, quas diligit concordie communionē sociatus. + Corpus morbidum, corpus tamen est : & civitas, quamquam graviter ægrotā, + civitas est, quamdiu manent leges, manent judicia,

^b Cap. 32.

ⁱ Apud August. de Civit. Dei. Lib. II.

^{cap. 21.}
^k De Civ. Dei l. XI. c. 24.

G R O T I I

^e Ut rapta, si vellent, æquo pretio redimerent] Tales & illi, quorum Saxo meminit libro XIV. (pag. 234.) Ideo Scyrios Plutarchus cum tempore pejores factus notat : ληϊόμενοι δὲ τὴν θάλασσαν ἐκ παλαιῶ, τελευτῶντες ἢ οἱ τῶν εἰσπλεόντων παρ' αὐτοὺς ἢ χρωμέναν ἀπειχόντο ξένων' cum ab antiquo mari prædas egissent, postremum ne iis quidem, qui ad eos ipsos commercii causa navigabant, abstinere injuriam. (Vit. Cimon. p.483.C.)

G R O N O V I I

33. Juris fruendi] Ut honeste vivant, nemi-

mem ledant, suum cuique tribuant.

14 Multos apud populos] Magis, vel minus efferatos, ac desiccantes a communi naturæ instinctu, in oblivionem venisse.

15 Boum aratorum] Qui alantur ad rus colendum; non qui saginantur ad macellum, aut penum.

16 Principale] Quod prævalet in natura, in substantia rei.

17 Ἀπὸ τῆς πλεονεκτῆν] Ab eo, quod superat in mixtura, fiunt appellationes.

18 Ὀνομαζόμενα] Appellata a potiore.

19 Crude] Immo Latine: sed tu crude reprehendis. Vide ad Senecam de Tranq. an. c. 19.

1 Bory-
sthenit.
pag. 443.
A. & de
lege, pag.
648. A.
m Tom. II.
pag. 385.
A. B.

cia, & quæ alia necessaria sunt, + ut ibi jus exteri consequi possint, non minus, quam privati inter se. Rectius Dion Chrysostomus, ¹ qui legem + (eam præsertim, ²⁰ quæ jus gentium facit) dicit esse in civitate, + ut mentem in corpore humano: f + ea enim sublata civitatem non esse amplius. Et ^m Aristides in ea, qua Rhodios ad concordiam hortatur, ostendit, + etiam cum tyrannide leges multas bonas posse consistere. Aristoteles quinti de re publica capite nono ait, ²¹ si quis nimium intendat vim paucorum, aut populi, primo vitiosam fieri rempublicam, postremo nullam. Exemplis rem illustremus.

* §. I. n. 1.
o L. 21.
§. I. D. De
Captiv.
p L. 24.
D. ibid.
q Bell.
Gall. Lib.
VI. c. 23.
r De Mo-
rib. Germ.
o. 46.
s Ann.
XII. c. 27.
t Hist. IV.
cap. 50.
u Ap. Illyr.
p. 761.
x Judic.
XI. 3.
y De Civ.
Dei lib. IV.
c. 4.

3. A latronibus captos capientium non fieri, supra ^m dicentem audivimus * Ulpianum. Idem captos a Germanis, ^p ait, libertatem amittere. + Atqui apud Germanos latrocinia, quæ extra civitatis cujusque fines fiebant, nullam habebant infamiam, quæ verba sunt ^q Cæsar. De Venedis ^r Tacitus: *quicquid inter Peucinos, Fœnosque situarum, ac montium erigitur, latrocinii pererrant.* Idem alibi ^s Caros nobilem Germaniæ populum latrocinia agitalle, dicit. Apud eundem ^t Garamantes latrociniiis fœcunda gens, sed gens tamen. Illyrici sine discrimine mari prædas agere soliti: ^m de iis tamen ²² triumphus fuit: ²³ + Pompejo de piratis non fuit. + Tantum discrimen est inter populum, quantumvis sceleratum, & inter eos, qui, cum populus non sint, sceleris causa coeunt.

+ III. Potest tamen mutatio incidere, non in singulis tantum, sicut * Jephthes, ²⁴ Arfaces, ²⁵ + Viriatus, ex prædonum ducibus iusti duces facti sunt, ^z + sed etiam in cœtibus, ut qui prædones tantum fuerant, aliud vitæ genus amplexi civitas fiant. Augustinus ^y de latrocinio locutus: *hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crepat, ut ^z loca teneat, sedes constituat, civitates occupet, populos subjuget, + regni nomen assumit.*

IV. Summum autem imperium qui habeant, + diximus supra; unde intel-
ligi

G R O T I I.

f *Enim sublata civitatem non esse amplius*] Cicero libro X, epist. 1. *Nec leges sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod, ac vestigium civitatis.*

g *Sed etiam in cœtibus, ut qui prædones tantum fuerant, aliud vitæ genus amplexi civitas fiant*] Exemplum in Mamertinis. Diodorus Siculus in fragmentis (e Libb. XXI. XXII.)

G R O N O V I I.

20 *Quæ jus gentium*] Cum observatur quod apud omnes gentes receptum est, etsi jus civile mererit tyrannis.

21 *Si quis nimium*] Si supra modum efferatur vis paucorum, aut populi.

22 *Triumphus fuit*] A. U. C. 525. Cn. Fulvii Centumali, qui præcedente anno classe illos vicerat. (Immo ab Octavio, ut narrat APPIAN. ^z Bell. Illyr. pag. 766. nam victricem

Centumali pax sequuta est. Hæc igitur tempora, & personas confundit Vir doctissimus. J. B.]

23 *Pompejo de piratis*] Non mirum: nam hi erant veri piratæ, colluvies hominum exulum, & perditorum. Illyrii exercebant quidem & piraticam, sed pro captu suo iustum imperium, & regem, tum reginam Teutam, filii tutricem habebant. Et tamen triumphavit tum & Pompejus: sed ei triumpho nobilissimum nomen dedit a Mithridate, de quo simul triumphavit. Titulus triumphi est apud Plin. 7, 26. Et de iisdem antea triumphaverat P. Servilius Haureus, testibus Cicero, Valerio Max. Ascen. Prædiano, Claudiano, Sex. Rufo. V. Sigonii Fastos a. 676. Rectius dixisset de Euno P. Rupilius, M. Aquilium de Athenione fervorum ducibus, de Spartaco, & gladiatoribus Crassum non triumphasse: etsi res maxime molis fuerint, Crassus tamen ovans urbem introiit.

24 *Arfaces*] Justin. 41, 4.

25 *Viriatus*] Justin. 44, 2, Flor. 2, 17.

ligi & hoc potest, + si qui ²⁶ pro parte habeant, pro ea parte iustum bellum gerere: multoque magis eos, qui non subditi, ^h + sed inæqualiter sunt federati, * quomodo inter Romanos, & eorum socios, quanquam federe inferiores, Volscos, Latinos, Hispanos, Pœnos, + omnia iusti belli exercita, ex historiis discimus.

*z Cypet. 27
2. q. 40
art. 1.*

V. Sed ut iustum + hoc significatu bellum sit, + non sufficit inter summas utrinque potestates geri: sed oportet, ut audivimus, ut & ²⁷ publice decretum sit, & quidem ita decretum publice, ⁱ + ut ejus rei significatio ab altera partium alteri facta sit, unde promulgata prælia (dd) dixit Ennius. Cicero officiorum * primo: *at belli quidem aequitas sanctissime feziali populi Romani jure perscripta est: ex quo intelligi datur, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit, & indictum.* Minus plene vetus scriptor apud ^b Isidorum: *iustum bellum est, quod ex edicto geritur, rebus repetitis, aut propulsandorum hominum causa.* Sic ^c Livius bellum + palam, & ex edicto gerere, dixit in iusti belli descriptione. Et cum narrasset, ^d Acarnanas agrum Atticum esse populatos: *irritatio animorum ea prima fuit: postea iustum bellum + decretis civitatum ultro indicendo factum.*

*a Cap. 17.
b Lib.
XVIII. c. 1.
c Lib. 2.
c. 27.
d Lib.
XXXI. a.
14*

VI. 1. Quæ loca, & alia de belli promulgatione agentia ut intelligantur, + accurate distinguenda sunt quæ jure naturæ debentur, quæ naturâ non debentur, sed honesta sunt, quæ jure gentium requiruntur ad effectus juris gentium proprios, & quæ præterea ex peculiaribus populorum quorundam institutis veniunt.

+ Naturali jure, + ubi aut vis illata arcetur, + aut ab eo ipso, qui deliquit, pœna deposcitur, + nulla requiritur denuntiatio. Et hoc est quod + Sthenelaidas ephorus dicit ^k apud ^e Thucydidem *ἡ δίκαις ἐδὲ λόγοις διακροτέα μὴ λόγῳ καὶ αὐτὰς βλαπτομένους* non est quod verbis, & judiciis disceptationis ultra verba lesi. Et Latinus apud ^f Halicarnassensem: *τὸν ἄρχοντα πο-*

*e Lib. 2.
c. 86.
f Lib. 1.
Ant. Rom.
c. 18.*

λέμα

GROTIUS

^h Sed inæqualiter sunt federati] Ut dixit Lotharingæ, apud *Oratorum* Saxonis XII, 13. Civitas Sundensis principibus suis Pomeranis bellum indixit. Idem *Crantzium* Vandalicorum XIV, 35.

ⁱ Ut ejus rei significatio ab altera partium alteri facta sit] *Josephus* antiquæ historiæ libro XV. (Cap. 5. §. 3. divis. *Huds.*) πόλεμον ἀκήρυκτον ἰσάγειν, ἀνομία: bellum inferre non ante denuntiatum, injuriam est. Vide hujus gentium moris exempla apud *Crantzium* Saxonis XI. apud *Oderbornium* in vitâ Basilidis lib. III. Facta contraria Turcæ Olizathlanis, & Neemonis Servii, reprehendit *Nicetas* lib. III. & IV. (L. III. C. 6. L. V. C. 4.)

^k Apud *Thucydidem*] Idem libro III. in Platzenium oratione: κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθαρῶτα, τὸν ἐκόντα πόλεμον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι, ex jure apud gentes omnes recepto fas est urcere eum, a quo injuriam impetitur. (Cap. 56.) *Flaminius* apud

Diodorum Siculum in excerptis *Petrescianis*, ἐπεμαρτύρητο πάντας ἀνθρώπους τε ἡ θεὸς, ἐπὶ τῷ προκατήχθηται τὸ πόλεμον τὸν βασιλεῖα omnes Deos, hominesque testabatur, inceptum a rege bellum. (Pag. 297.) Adde quæ habet *Mariana* XIX, 13. De bello non indicto vide *Dexippum* in excerptis de legationibus. (pag. 6. *Edit. Heschel.*)

GRONOVIUS

²⁶ Pro parte habeant] Pro parte aliorum *vt* falli.

²⁷ Publice decretum] Vel a populo comitiis, vel ab ordinibus, seu optimatium senatu, vel a principe, & consilio ejus.

(dd) Non *Ennius*, sed *Cicero*, promulgata prælia dicit, *Orat. pro Mur.* Cap. 14. ubi partem quamdam refert versuum veteris Poetæ, quos integros nobis servavit *AUL. GELLIUS*, *Noct. Attic.* Lib. XX. c. 9.

g. Pag.
473. C.

h. Lib.
XXXV. c.
51.

λέμω πᾶς ὁ προπάθει ἀμύνεται bellum inferentem is, qui impetitur, + a se repellere solet. Et Ælianus ex Platone ait, (ee) quod ad propulsandam vim suscipitur bellum, non a caduceatore, + sed a natura indici. Hinc Dion Chrysostomus e in ea, quæ est ad Nicomedienses, πόλεμοι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖ-
σον ἀκήρυκτοι γίνονται + pleraque bella sine denuntiatione suscipiuntur. Nec ob aliam causam b Livius Menippo præfecto Antiochi objicit, quod Romanos quosdam cecidisset nondum + aut indicto bello, + aut ita commisso, ut trictos gladios, aut sanguinem usquam factum audissent: eo ipso ostendens, + ex his duobus alterum potuisse ad facti defensionem sufficere. Neque magis per naturæ jus indictio necessaria est, + si dominus 28 rei suæ manum injicere velit.

2. At + quoties pro re una res alia, + aut pro debito res debitoris invaditur, multoque magis + si res eorum, qui debitori subditi sunt, occupare quis velit, + interpellatio requiritur, + qua constet, alio modo fieri nequire ut nostrum, aut nobis debitum consequamur. + Jus enim illud non primum est, sed 29 secundarium, & surrogatum, + ut alibi explicavimus. Sic etiam antequam summam potestatem habens 30 impetatur ex debito, aut delicto subditi, + interpellationem oportet intercedere, quæ 31 illum in culpâ constituat, + ex qua aut damnum dare censeatur, + aut & ipse delinquere, juxta ea, quæ a nobis supra tractata sunt.

3. Verum etiam ubi jus naturæ non præcipit, talem interpellationem fieri, 1+ honeste tamen, & laudabiliter interponitur, puta ut ab offendendo abstinetur, aut delictum pœnitentia, & satisfactione expietur, secundum ea, quæ 2m de tentandis rationibus belli vitandi diximus: quo & illud pertinet (ff),

Extrema primo nemo tentavit loco.

i. Deut.
31, 10.

Et 2 præceptum quod Deus i Hebræis dedit, ut civitatem oppugnandam prius ad

G R O T I I.

1 *Honeste tamen, & laudabiliter interponitur*]
Vide *Marianam* XXVII, 13.
m *De tentandis rationibus belli vitandi diximus*]
Lib. II, c. XXIII. §. 7.

G R O N O V I I.

28 *Rei suæ*] Quam alius abstulit, quam detinet.

29 *Secundarium, &*] Cap. præced. 2.

30 *Impetatur*] Bello lacessatur ob id, quod subjectus ejus nobis, vel subjectis nostris debet, aut quod in nos, subjectosque nostros deliquit.

31 *Illum in culpa*] Ut siquidem ad hanc ille non amice responderit, constet omnibus, illius esse culpam, non nostram.

(ee) Minimè loquitur de vi propulsandâ, nec magis de indictione quadam, ÆLIANUS, nimirum, non Auctor ille notissimus *Varia Hi-*

storiæ, & Animalium, sed scriptor *Tacticorum* i qui, ut probet, Artem Militarem omnium utilissimam esse, ait, omnibus Hominibus, & Civitatibus, secundum *Platonem*, bellum inter se esse naturaliter, & quidem ἀκήρυκτον. Locus est *Cap. 1. pag. 12. Edit. Arcer. 1613.* Vide apud ipsum *PLATONEM, De Legg. Lib. I. p. 626. A. Tom. II. J. B.*

(ff) Versus est *SENÆCÆ, Agamem. vers. 153. J. B.*

G R O T I I.

n *Præceptum, quod Deus Hebræis dedit*] *Josephus* antiquæ historiæ V, 2. ἐπέχε δὲ αὐτὸς ἢ γερωσία, πείρασα μὴ δὲν ἕκως ἕτως πρὸς τὰς ὁμοφύλους ἐκφέρειν πόλεμον, πρὶν ἢ λόγους διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐγκλημάτων, τῆ νόμος μὴ ἐπὶ τῶς ἀποστρίψας ἐφένει διχὰ πρεσβείας, ἢ τοιαύτης πρὸς τὸ μετανοῆσαι, πείρας, τῶς δόξαντας ἀδικεῖσθαι φροτικῶν ἀναγκασίῃν sed retinuit eos senatus, ostendens

ad pacem invitarent: + quod cum specialiter illi populo datum sit, male a nonnullis cum jure gentium confunditur. + Neque enim erat ³² illa qualificumque pax, sed sub lege subjectionis, & tributī. Cyrus cum in regionem Armeniorum pervenisset, antequam noceret cuiquam, misit ad regem, qui debitum ex federe tributum, & militem exigent: *νομίζων φιλικώτερον εἶναι ἔταος, ἢ μὴ προειπόντα πορεύεσθαι*, + *humanius id existimans, quam si ultra duceret nihil prædicens, ut in ea historia Xenophon ^k loquitur. Cæterum,* + jure gentium ad effectus illos peculiare omnibus casibus requiritur denuntiatio, non utrinque, sed ab altera partium (gg).

VII. I. Sed hæc denuntiatio aut + conditionata est, aut pura, + Conditionata, ³³ ubi cum rerum repetitione conjungitur. ° Rerum autem repetitionum nomine + jus faciale comprehendebat non tantum ³⁴ + vindicationem ex jure domini, sed & ³⁵ + persecutionem ejus, quod ex causa civili, aut criminis debetur, ut recte explicat ^p Servius. Inde illud in formulis, *reddi, satisfieri, dedi; ubi dedi*, ³⁶ ut alibi diximus, intelligendum est, + ni punire fontem malint ipsi, qui conveniuntur. + Hanc rerum repetitionem dictam esse ³⁷ clarigationem, testis est ^q Plinius. Conditionata est denuntiatio apud ^r Livium: *eam se injuriam, nisi ab ipsis, qui fecerint, dematur, ipsos omni vi depulsuros esse*, & apud ^m Tacitum, *ni supplicium in malos præsumant, usurum promiscua cede*: & vetus ejus exemplum Supplicibus Euripidis, ubi Theseus caduceatori hæc dat mandata ad Creontem Thebanum, (*vers. 383, & seqq.*)

*k De Civit
Instit. Lib.
II. c. 4. §.
19.*

*l Lib.
VIII. c. 23.
m Lib. I.
ann. c. 43.*

*r Vicina Theseus, qui tenet regni sola,
Humare poscit mortuos: quod si datur,
Sit amica, faciet gens Erechtidum tibi.
Hæc si probantur, tum refer retro pedem:
Sin nemo parvet, verba sint hæc altera:
Jam mox ut arma pubis expectent mea.*

Papinius

non oportere ita subito bellum inferri popularibus, priusquam quædam verbis disceptate sint, cum lex ne in externos quidem permittat injuria affectis producere exercitum, nisi legatione prius missa, tentatisque viis, quibus ad saniozem mentem injuriæ auctores revocari possint.

o Rerum repetitarum nomine] Vide Parulam de Bello Cyprio lib. I. Bizanum lib. XXIII. de Turcis. Reinking. lib. II, classe III. c. IV.

p Servius] Ad X. Æneidos. (*vers. 14.*)

q Plinius] Libro XXII, 2. Et legati cum ad hostes clarigatum mitterentur, id est, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur. Et de Verberna agens libro XXV, 9. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus. Vide Servium ad IX. & X. Æneid. (*vers. 53. Lib. IX. 14. Lib. X.*)

r Vicina Theseus, qui tenet regni sola] Similis denuntiatio est in *Batrachomyomachia*, (*vers. 135, & seq.*) & in Amphitruone *Plauti* initio. (*A&I. Sc. I. vers. 50.*) Vide & *Croquerum*, Lib. XXI.

GRONOVII.

³² Illa] Ad quam Cananzos invitare jubentur Israelitæ.

³³ Ubi cum rerum] Quæ bellum minatur, nisi res restituantur, aut satisfiat pro injuriis.

³⁴ Vindicationem] Adsertionem, & restitutionem rei ablatæ.

³⁵ Persecutionem] Exactionem pœnæ, vel multæ, vel ejus, quod interest.

³⁶ Ut alibi diximus] 2, I. a. & 2, 21. 4.

³⁷ Clarigationem Plinius] Lib. 22, 2. clarigatum, i. res raptas clare repetitum. Servius ad 10. Æneid. 14. Clarigationem exercere, hoc est, per faciales bella indicere.

(gg) Quid si, non indico bello, aliquis arma movit adversus alterum, & sic isti, qui sese defendere cogitur, non reliquit locum, ac tempus belli indicendi? an tale bellum idco minores effectus, Jure gentium, habeat? De hæc ceteris

Papinius in ejusdem rei narratione, (*Thebaid.* XII, 598.)

Aut Danais edice rogos, aut praelia Thebis.

³³ + Polybius hoc vocat *ρύσια καταγγέλλειν*, + Romani veteres (hh) *condicere*. + Pura denuntiatio est, + quæ specialiter indictio, aut + edictum, + ubi aut bellum jam alter intulit (& hoc est, quod apud + Isidorum * dicitur, bellum propulsandorum hominum causa) ^s aut ea deliquit ipse, quæ pœnam merentur.

ⁿ Orig.
^{xviii}, 1.

2. Interdum autem + conditionatam pura subsequitur, + quanquam id necesse non est, sed ex superabundanti. Hinc illa formula: * *testor populum illum injustum esse, neque jus reddere*. Et ^p altera: + *quarum rerum, litium, causarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato populi Priscorum Latinorum, hominibusque Priscis Latinis, quas res nec solverunt, nec dederunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, solvi oportuit, puro, pioque duello querendas censeo, consentio, consciscoque*. Et tertium carmen: quod populi Prisci Latini adversus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum Priscis Latinis jussit esse, Senatusque Romanus Quiritium censuit, consentit, conscivit, ut bellum cum Priscis Latinis fieret, ob eam rem ego, populusque Romanus populo Priscorum Latinorum bellum indico, facioque. ³⁹ + Hoc autem casu, ita ut dixi, non esse præcise necessariam denuntiationem, ex eo quoque apparet, quod ad proximum ⁴⁰ præsidium rite fieret, + ut feciales ^q in Philippi Macedonis, + & postea in ^r Antiochi causa consulti responderunt, cum prima denuntiatio ipsi facienda esset, qui bello petebatur. Immo & + belli in Pyrrhum indictio facta est uni militum Pyrrhi, idque in circo Flaminio, ubi is miles locum ⁴¹ emere dicis causa jubebatur, ut ⁴² Servius narrat ad nonum Æneidos.

• Livius,
ⁱ. 32.
^f Ibid.

^q Liv. l. 6.
^r Idem
^{xxxi}. c. 8.
^{Lib.}
^{xxxv}.
^o. 3.

3. Super-

bus illi, scilicet impunitas, & jus bello capta pro suis retinendi, nec ex indictione, nec ex Jure quodam Gentium voluntario oriuntur; ut suo loco ostendimus in Notis nostris Gallicis. J. B.

G R O T I I.

^s *Aut ea deliquit ipse, quæ pœnam merentur*] Exemplum vide apud *Bembium* libro VII.
^t *Quarum rerum, litium, causarum*] Confer Græca *Dionysii Halicarnassensis* excerpto legationum II.

G R O N O V I I.

³⁸ *Polybius*] Lib. 4. cap. 53. Idem in excerpt. legat. 123. *ἡγενο ρύσια τὰς Ἀχαιῶν οἱ Δῶλοι καὶ τὰ τῶν Ἀθηναίων*. (Videtur apud *Polybium* agi de Jure pignorationis, seu *Repressaliarum*: & Auctor nos ter ipse Historicum illum testem adhibuit vocis *ρύσια* hoc sensu sumta, Notâ in §. 5. Capituli præcedentis. J. B.

³⁹ *Hoc autem casu*] Quia bellum jam alter

intulit, aut ea in nos deliquit, quæ jus dant pœnas exigendi.

⁴⁰ *Præsidium*] Locum munitum, aut armis possessum ab eo, quicum res nobis futura est.

⁴¹ *Emere dicis causa*] Per 2s, & libram, ut in emancipationibus, & venditionibus imaginariis. *Suetonius Octav.* 64. *Dicis causa*, ut *Nepos Attic.* 25, & *Ant. Augustin.* Emen. 2, 1. *Cujacius* 5, obs. 33.

⁴² *Servius ad nonum Æneidos*] Vers. 53.

(hh) Hoc longe à vero alienissimum opinatur V. C. JAC. GRONOVIVS, in Not. ad Liv. l. 1. 32. hac præcipue ratione nixus, quod *Patris Patrati* omnis opera, ususque solummodo fuerit in jurejurando patrando, & fœderis legibus recitandis; minimè autem in denuntiando bello. Sed hoc falsum esse, ostendimus in Nota nostra Gallica ad hunc locum. Post quam scriptam læti videbamus nobiscum facientem Virum Eruditissimum, JOHANNEM JENSIUM, in Dissertatione de *Fecialibus Populi Romani*, C. 6. quæ pars est *Ferculi literarii*, anno 1717. proposita. J. B.

G R O -

3. Supervacuae observationis & hoc argumentum est, + quod bellum saepe utrinque indictum est, ut + Peloponnesiacum a Corcyrensisibus, & Corinthiis, cum ab altera parte indictum esse sufficiat. Thucyd. I. 29.

VIII. A more autem, & institutis quorundam populorum non à jure gentium sunt, + caduceus apud Græcos, + sagmina, & hasta sanguinea + apud Æquicolas primum, & horum exemplo apud Romanos, + renunciatio amicitiae, & societatis si qua intercessisset, post res repetitas + triginta dies solennes, + hasta missio iterum, & alia id genus, quæ cum his, + quæ proprie juris gentium sunt, confundi non oportet. Nam & horum magnam partem + suo tempore usurpari desuisse, docet nos + Arnobius: immo jam Varronis ævo quædam omittebantur. Punicum bellum tertium + simul indictum, + simul illatum est. Et Mæcenæs (ii) apud Dionem quædam horum vult + propria esse status popularis. t Arnob. l. II. cont. gent. p. 91. Ed. Lugd. B.

IX. Indictum autem bellum ei, qui imperium in populo summum habet, + simul indictum censetur omnibus ejus non subditis tantum, + sed & qui se socios adjuncturi sunt, + ut qui accessio sint ipsius; & hoc est, quod ajunt recentiores jurisconsulti, + diffidatō principe diffidatos ejus adherentes. + Nam indicere bellum vocant diffidare: quod intelligendum est + de eo ipso bello, quod adversus eum, cui indictum est, geritur, quomodo bellum Antiocho indictum cum esset, Ætolis separatim indici non placuit, + quod ipsi palam se Antiocho adjunxissent; + Ætolos ultro sibi bellum indixisse, respondebant + faciales. u Varro l. IV. de Lingua Latina, pag. 23. Ed. H. Steph. v Vide Appian. Bell. Puv. pag. 43. x Bald. ad l. a. C. de Serv. n. 70. y Livius lib. XXXVII. erit cap. 3.

X. + At eo bello absoluto, si ob auxilia suppeditata populus, aut rex alter + bello impetendi sint, + ut effectus juris gentium consequantur, + opus

S E R V I I.

■ Caduceus apud Græcos] Unde caducei origo, dicitur ex Plinio XXIX, 3. & Servio ad IV. & VIII. Æneidos. (At Caduceus signum erat Pacis, non Belli. Id patet vel ex locis Plinii, & Servii, quos Auctor ipse indicat. Referam tantum verba SERVII: Unde, secundum LIVIUM, legati pacis Caduceatores dicuntur. Sicut enim per Faciales à fœdere (suppl. dictos) bella induebantur: ita pax per Caduceatores fiebat. In Æn. IV. 243. Add. AUL. GELL. Noct. Attic. X. 27. ISIDOR. Orig. VIII. II. SUIDAM, voce Κηρυκται: imprimis THUCYDIDEM, Lib. I. Cap. 53. & ult. J. B.)

× Hasta missio] Vide Servium ad IX. Æneidos, (vers. 53.) Ammianum XIX. & quæ ad eum notata a doctissimo Lindenbrogio, (sup. 2. pag. 229. Edit. Vales. Gron.)

G R O N O V I I.

43 Caduceus] Baculus, sive sceptrum, quod ferebat facialis, sive legatus bellum indicens (unde & eaduceator vocatur) argumento, se venire ab illo, qui sceptruchus est, sive summum habet imperium. Eo & Mercurium Dep-

Tom. III.

rum nuntium ornabant. Instar hujus in Fulviæ numis familie Antonie tab. 7. in Antwerp. Cæsarium tab. 2. n. 18.

44 Sagmina] Liv. I. 24. ubi & verbenas, & graminis herbam puram appellat. Idem 30, 43. Plin. 22, 2. & 25, 9.

45 Sanguinea] Non quæ infecta esset cruore, sed ex arbore sanguinea, quæ suo ingenio erat ejus coloris, unde nomen accepit. Liv. I. 32. Plin. 16, 18. & 37. Idem 24, 10. l. 9. D. ad l. Pompejam de parric. Macrob. 2, Satur. 16.

46 Dies] Liv. I, 23. Macrob. I, Satur. 16. si forsan interea permoverentur ad satisfaciendum sine bello: ut in jure privato eris confessi, erisque debiti judicatis post sententiam XXX. dies dabantur justis ex LL. XII. tabb. Gellius 20, 1.

47 Hasta missio] Justin. II, 5. Cum delatus in continentem esset, primus Alexander jaculum velut in hostilem terram fecit. cap. seq. n. 1.

48 Ætolos ultro sibi bellum] Cum Romanis.

49 Impetendi sint] Qui scilicet in nova pacificatione comprehensi non sunt.

(ii) Nescio ubi. Nihil certè in Oratione illa satis longà, quæ Lib. LIII. legitur. Originem erroris ex eo, quod Auctor noster legerat apud Albericum Gentilem, ostendimus in Notâ Gallicâ ad hunc locum. J. B.

M m m m

G R O.

erit nova indictione. Jam enim non ut accessio spectatur, [†] sed ut principale aliquid. Ac propterea recte dictum est, [†] non fuisse justum jure gentium bellum, aut (kk) Manlii in Gallo-Græcos, [†] aut (ll) Cæsaris in Ariovistum: [†] non enim jam ut accessio alieni belli, sed principaliter impetebantur; quam ad rem [†] sicut ex jure gentium indictio, [†] ita ex jure Romano ¹⁰ novus populi Romani jussus desiderabatur. Nam quod in rogatione contra Antiochum dictum ^z erat: *vellent, juberentque cum Antiocho rege, quique sectam ejus secuti essent, bellum iniri*: [†] quod & observatum in decreto adversus regem Persea, ^a videtur intelligi debere [†] quamdiu cum Antiocho, aut Perseo bellum esset, [†] & de his, qui re ipsa ei bello se immiscerent.

^z Livius lib. XXXVI. cap. 1.
^a Lib. XLII. c. 31.

^b Alb. Gerl. lib. 6. 1.

^c Lib. III. de Ira c. 2.
^d Ayala 1. c. 5.

XI. Causa autem cur gentes [†] ad bellum illud, quod jure gentium justum diximus, denuntiationem requirerent, [†] non ea fuit, quam adferunt ^b nonnulli, [†] ne quid clam, aut dolo agerent, [†] id enim ad fortitudinis præstantiam magis, quam ad jus pertinet; ^z [†] sicut nationes quædam etiam ⁵¹ prælii diem, & locum condixisse leguntur: [†] sed (mm) ut certo constaret, non ⁵² privato ausu, sed voluntate utriusque populi; aut populi capitum geri bellum: [†] nam inde [†] nati sunt effectus peculiare, [†] qui neque in bello adversus prædones, [†] neque in eo, quod rex gerit in subditos, locum habent. Ideo Seneca distincte dixit: ^c *indicta bella finitimis, aut gesta cum civibus.*

XII. Nam quod notant ^d quidam, & exemplis docent, etiam in ⁵³ bellis talibus capta fieri capientium, [†] verum est, sed ⁵⁴ ex una dumtaxat parte, [†] idque ex jure naturali, [†] non ex jure voluntario gentium, [†] ut quod gentibus

G R O T I I.

[†] Non fuisse justum jure gentium bellum aut Manlii in Gallo-Græcos] Aut Ulyssis sociorum in Ciconas Priamo quondam auxiliatos, de quibus Homerus Odyssææ I & ibi Didymus. (Lib. IX. vers. 40.)

^z Sicut nationes quædam etiam prælii diem, & locum condixisse leguntur] Ut Porſenæ Romani, memorante in Publicola Plutarcho, (pag. 105. C.) Turcæ biduo ante prælium ignes plurimos accendunt. Chalcocondylas VII.

G R O N O V I I.

⁵⁰ Novus P. R. jussus] Lex, sive rogatio cœnitii centuriatis perlata, & inde denuntiatio per feciales.

⁵¹ Prælii diem, & locum] Ut Marius cum Cimbris. Flor. 8, 3.

⁵² Privato ausu] Paucorum, vel ducis ipsius cum sua factione.

⁵³ Bellis talibus] Adversus prædones, fugitivos, gladiatores, aut civilibus.

⁵⁴ Ex una parte] Cum prædonibus ex parte civitatis, aut justis populi: in civilibus ex vicinæ parte. Suet. Vesp. 10, 5.

(kk) Vide supra Lib. 2, Cap. 3. §. 5. num. 4. J. B.

(ll) Immo bellum illud, in se spectatum, omnino justum erat. Diximus in No. is Gallicis Viæ & eruditam Dissertationem CHRISTOPHORI CELLARII, De C. Julii Cæsaris adversus Ariovistum Regem, atisque Germanos, Bello; quæ texta est collectionis editæ anno 1718. J. B.

(mm) At æquè, si non magis, certo de hæc re constaret. Exercitu in fines regionis missa. Reverà scopus, & finis præcipuus moris indicendi belli hæc fuit, ut omnibus constaret, eum, qui ad arma venit, justam causam habere, & ut hosti ipsi significaretur, per eum stetisse, & stare adhuc, quominus res alio modo dirimatur. Id invenit DIONYSIUS HALICARNASSEN- SIS, Ant. Rom. Lib. II. Cap. 72. ubi de institutione Collegii Fecialium agit: & SERVIUS in En. X, 14. Sed præsertim NONIUS MARCELLUS, cujus locum, quamvis in quibusdam depravatum, ad summam rei quod spectat, luculentum hæc proferam: I T A Q U E (Romani) bella & tardè, & magnâ licentiâ (legendum mihi videtur decentiâ, cujus vocis exemplum ex Cicerone auctor ipse profert, pag. 203.) suscipiebant: quod bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere, prius indicabant (ita lego pro indicerent) bellum iis, à quibus injuria facta sciebant: Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. In voce Feciales, pag. 529. Ed. Merrett. J. B.

G R O N O V I I.

tibus tantum prospicit, + non his, qui sine gente sunt, + aut pars gentis. Errant & in eo, quod putant, + bellum sui tuendi, aut rerum tuendarum ergo susceptum, indictione non egere: nam eget omnino: + non quidem simpliciter, + sed ad eos, quos dicere coepimus, & mox explicabimus, effectus.

e Alv. Gen. d. l. 11, c. 2.

XIII. Ne illud quidem verum, + non statim, atque ⁵⁵ indictum est, inferri bellum posse: quod + Cyrus in Armenios, + Romani in Carthaginienses, ut modo diximus, fecerunt. + Nam indictio ⁵⁶ nullum post se tempus jure gentium requirit. Potest tamen fieri, + ut ex naturali jure tempus aliquod requiratur ex negotii qualitate, puta cum res repetitæ sunt, aut poena in nocentem postulata, & id negatum non est. Tunc enim id dandum est tempus, quo quod petitum est commode fieri possit.

XIV. Quod si jus etiam legationum violatum sit, + non ideo tamen denuntiatione opus non erit + ad eos, quos dico, effectus: + sed sufficiet eam fieri quomodo fieri tuto potest, per literas scilicet: quomodo & citationes, & denuntiationes alias fieri, mos habet in locis minus tutis.

GRONOVII.

justos interponi, quemadmodum apud Romanos
⁵⁶ Nullum post se tempus] Quod bello vacuum esse oporteat.

⁵⁵ Indictum est] Quasi necesse sit, triginta dies

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

IN

HUGONIS GROTTII

LIB. III. CAP. III.

RURSIAM hujus capituli Auctor ponit de bello justo, sive solenni jure gentium: quia putat, dari adhuc aliud bellum minus solenne, quod refutavimus supra l. i. c. 3. §. 4.

Additio.

Repetendum est ex notatis ad cap. i. hujus libri §. 1. Grotium circa licentiam bellorum distinguere inter jus naturæ, & jus gentium: JURE NATURÆ bellum justum esse, dixit, si justa causa adfit: & in tali bello denunciatione opus non esse, putat, si quis rem suam

repetit, aut poenam ab alio deposcit; cap. b. §. 6. n. 1. & tantum excipit casum, quoties pro re una res alia, aut pro debito res debitoris invaditur, aut res subditorum; tunc enim interpellationem requirit, *ibid.* §. 6. n. 2. Idem obtinere, ait, si princeps impetatur ex debito, vel delicto subditi, *ibid.* JURE GENTIUM ab hoc naturæ jure recessisse, ait, in BELLO PUBLICO, & JURE GENTIUM SOLENNI; ibi enim indistincte requiri denunciationem, *vid.* §. 5. II. Ad hujus rei intellectum

M m m m 2

no

notandum est, Grotium bellum publicum dividere in *solemne*, & *minus solemne*, *L. 1. c. 3. §. 4. Solemne* definit, quod peculiare quosdam ex pacto gentium effectus habet, *l. 1. c. 3. §. 4. §. 5. l. 3. c. 3. §. 1. Solemnitates*, quæ ad obtinendos illos effectus peculiare a Gentibus supponi, putat, in eo consistere; ait, 1^o. ut utrinque sint summæ potestates: 2^o. ut clarigatio præcedat, & indictio sequatur, *d. l. 1. c. 3. §. 4. d. l. 3. c. 3. §. 2. 3. 4. 5. §. hoc cap. §. 4. 5. Effectus autem particulares hujus belli solennis* Grotio sunt; ut 1. belli jura inter gentes obtineant etiam si injustum sit bellum: 2. ut utrinque hostem lædere, interficere, & res ejus capere, ac vastare liceat: 3. ut id liceat ultra debiti, vel pœnæ modum. Quod Systema latius exposui in *Dissert. proam. IX. §. 48. seq.*

Minus solemne bellum, etsi publicum, definit, quod 1. geritur a quovis magistratu, etiam in privatos: 2. quod caret clarigatione, vel indictione, *d. l. 1. c. 3. §. 4. n. 2. §. 5. L. 3. c. 3. §. 1.* Quam hypothesein ulterius explicavi in *diſſ. diſſ. XI. §. 70. seq.* eamque refutavi in *Diſſ. IV. §. 168.*

Alibi jam demonstravi, non dari *jus gentium voluntarium*, adeoque frustra queri, quid illo jure statutum sit. De solo *jure nature* quaestio est inter gentes, & eo jure clarigationem, seu indictionem belli necessariam esse, probabimus infra §. 6. Quid vero huic invento Auctoris causam dederit; examinavimus *diſſ. diſſ. IX. §. 168.*

A D §. I.

NON ex causa unde oritur] Quasi causa belli justa sit.

Neque ut alias ex rerum gestarum magnitudine] Nam bellum etiam ratione causæ justum dici potest, etsi nec prælia, nec obsidiones urbium secutæ fuerint, quin licet paucissimo militum numero exercitus consent.

Sed ob peculiare quosdam juris effectus] Quos gentes bello solenni tribuisse, Auctor fingit: & quos late exposuimus *diſſ. Diſſ. IX. §. 48. seq.*

Hoc bellum] Scilicet, solemne, fest quod solennitates certas ex pacto gentium habet.

Intelligitur ex hostium definitione apud Romanos Jctos] Immo ex illa definitione hostis nulla ratione intelligitur dari bellum solemne, quod jure gentium peculiare effectus habeat: & omnino minime intelligitur, quale illud bellum sit. Uti in sequentibus videbimus.

Hostes sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decernimus] Hæc definitio non ex jure gentium, sed ex jure nature desumta est. Nam eo jure hostis non est, nisi 1. talis declaratus sit, i. e. nisi bellum indictum sit: & quidem 2. publice, i. e. publica auctoritate; quia familiæ omne jus suum vi agendi in civitatem contulerunt, adeoque tuendi necessitas, & modus ab arbitrio civitatis dependet.

Ceteri latrones, aut pradones sunt] Quia jus non habent vi agendi.

Nec postlimum illi necessarium] Vid. *l. 5. l. 19. §. 2. ff. capt. §. post.*

Putat a Germanis] Unde constat; Germaniam non fuisse in provinciæ formam redactam tempore Ulpiani, quia liberi populi erant, *l. 24. ff. capt. §. post.* etsi quidam Germaniæ populi Romanis paruerint, tradente Macro Jcto, qui coævus fuit Ulpiano, in *l. 3. ff. de ass. officio.* & Celso in *l. 48. ff. Cond. §. dem.*

Non tamen in exitium reipublica contenditur] Non odio publico civitatis, sed mutuo, & studiis privatis. Seu, non geritur contra reipublicam, quam uterque salvam vult, sed in concives, vel potius in partem civium; & contenditur saltem, utra factio in republica salva priores partes ferat. *Gron. b.*

A D §. II.

Auctor discrimen statuit inter societatem civium, & societatem latronum; & recte ait, illam juris tuendi causa esse constitutam, licet aliquando injuste agat civitas, quia hoc non est vitium status: latronum autem cœtum criminis causa sociari; adeoque ipsum statum vitiosum esse, conſpirationem, nimirum, exequendi injurias,

jurias, et si per accidens quoque actus justitiæ exercent.

Non autem statim respublica, aut civitas esse definit] „ Adeoque nec jus belli.

Si quid admittat injustum] „ Nam finis tamen civitatis manet, scilicet, ut jus tueantur. Status autem a fine discernuntur.

Nec cœtus piratarum, aut latronum, civitas est] „ Quia finis hujus cœtus est, injuriam facere.

Etiā si forte æqualitatem quandam inter se servent] „ Per æqualitatem intelligit justitiam, utpote quam in æqualitate ponit. Vid. l. 2. c. 12. §. 8. seq. Talis enim cœtus ideo pro civitate non habetur, quia finis ejus non est, jura tueri.

Sine qua nullus cœtus posset consistere] „ Adeoque nec cœtus latronum. Vid. proleg. §. 13.

Et exteris jus reddunt] „ Contra propriæ quoque civitatis membra.

Si non per omnia, secundum jus naturæ] „ Immo jus reddere exteris tenentur juxta naturæ jura, & in eum finem civitates sunt constitutæ.

Aliibi offendimus] „ Vid. l. 2. c. 5. §. 12. n. 3. c. 15. §. 5. n. 1. c. 20. §. 43. n. 2. & §. 47. l. 1. c. 2. §. 5. Conf. l. 3. c. 9. §. 18.

Certe secundum pacta cum quibusque inita] „ I. e. juxta leges fœderum.

Aut secundum mores] „ Per mores intelligit jus gentium voluntarium l. 2. c. 19. §. 1. n. 1. & c. 20. §. 41. Exemplum vide l. 3. c. 6. §. 25. At tale jus gentium non dari, probavimus in Diss. proœm. IV. §. 29. seq.

Quo tempore mari prædas agere pro licito habebatur] „ De quo statu vid. l. 2. c. 15. §. 5.

Abstulisse a cadibus, & populationibus nocturnis] „ Nam Græcos abhorruisse ab omni fraude, etiam in hostem, vidimus supra c. 1. §. 20. & §. 6. n. fin. Et a raptu boum aratorum] „ Favore agriculturæ.

Principale autem pro forma est in moribus] „ I. e. status discernitur a fine: finis reipublicæ est jus reddere, finis autem cœtus latronum, injuriam facere.

Non jam vitiosam, sed nullam esse rem

publicam] „ Oratorio more loquitur Cicero; respublica enim vox juris est: indeque aliquo sensu dici potest, nullam esse in actu injusto.

Augustinus corrigens] „ At Augustinus eodem, quo Cicero, sensu alibi ait: remota justitia quid sunt regna, quam magna latrocinia? de Civ. Dei c. 44. Corpus morbidum, &c.] „ At nec Cicero id negavit.

Civitas est quamdiu manent leges] „ Nam finis civitatis principalis manet; jus enim suum cuique regulariter tribuunt.

Ut ibi jus exteri consequi possint] „ Non tantum juxta pacta, sed & juxta jus naturæ. Vid. n. 1. Conf. supra l. 2. c. 21. §. 6.

Eam præsertim, qua jus gentium facit] „ Scil. voluntarium. At talem legem non dari, diximus.

Ut mentem in corpore humano] „ Uti corpus non potest subsistere sine mente, sic civitas sine lege subsistere nequit.

Ea enim sublata civitatem non esse amplius] „ Cœunt homines in civitatem ideo, ut legem naturæ de suum cuique tribuendo communibus viribus, cum singuli non sufficiunt, exsequi possint; hoc sine sublato definit esse civitas.

Etiā cum tyrannide leges multas bonas posse consistere] „ Per tyrannidem intelligit statum regium; uterque enim status tendit ad eundem finem, scilicet, ad tuendum jura singulorum.

Atqui apud Germanos latrocinia, &c. nullam habebant infamiam] „ Argumentum hoc est: Germani latrocinia exercebant; neque tamen ideo desierunt esse populus, & civitas: unde etiam ab iis capti fiebant servi.

Pompeio de Piratis] „ Immo de Servilio prædone, & de Servilio bello Pompejus triumphavit. Flor. l. 3. c. 22. Item de Ciliciæ Piratis. Val. Max. l. 8. c. 15. n. 8. Utriusque rationem vidimus l. 1. c. 3. §. 1. n. 1. in not. Tale bellum Auctor vocat mixtum. Vid. l. 1. c. 3. §. 1. Quæ latius examinavimus in Diss. proœm. IX. §. 166.

Tantum discrimen est inter populum quantumvis sceleratum, & inter eos, &c.] „ Sensus est, quod respublica, licet scelerata, maneat respublica, maneatque

„ populus, cum quo belli jura, adeoque
 „ jura hostis, triumphis, &c. obtinent :
 „ locus, ac in societate latronum.

A D §. III.

AUCTOR recte ait, cœtum latronum
 in justam civitatem evalescere ex momento,
 quo constituunt latrones, se socios non cri-
 minum, sed juris tuendi esse velle; adeo-
 que ex quo perpetuam intentionem habent
 intra fines illius territorii, quod occupant,
 jus suum cuique tribuendi.

Viriatus] Hic nunquam justus dux fa-
 ctus est; ab initio venator, tandem latro
 fuit. *Flor. l. 2. c. 17.* Unde Justinus quo-
 que non ait, judicio populi, & ad jura
 tuenda esse electum, sed *multitudinem eum
 secutam esse, ut cavendi scientem, decli-
 mandorumque periculorum peritum. L. 44.
 cap. 2.*

*Sed etiam in casibus, ut qui pradones
 tantum fuerant, aliud vitæ genus anple-
 xi civitas fiunt*] „ Uti si plures latrones
 „ in unum corpus sociantur, juris tuen-
 „ di causa.

Regni nomen assumit] „ Jam enim fi-
 „ nis justæ civitatis adest, quia regnum
 „ supponit justitiæ administrationem.

A D §. IV.

Diximus supra] „ *L. 1. c. 2. §. 7.
 „ seq. Vid. Diff. proœm. VIII. §. 18. seq.*
*Si qui pro parte habeant, pro ea parte
 justum bellum gerere*] „ Auctor statuit,
 „ dividi imperium posse, & diviso imperio
 „ jus cuique parti esse bellum gerendi.
 „ Hypothesin ejus de divisione imperii ex-
 „ posuimus in *Diff. proœm. VIII. §. 20.
 „ n. 2.* Nostram sententiam explicavimus
 „ *supra L. 1. c. 3. §. 18.*

Sed inæqualiter sunt fœderati] „ Hi
 „ enim comiter quidem, & reverenter
 „ habent aliorum populorum majestatem;
 „ sed non desinit eorum majestas, quia
 „ suis legibus vivunt: quod late demon-
 „ stravimus *supra L. 1. c. 3. §. 21.*

Omnia justis belli exercita] „ Nam pro-
 „ prio jure imperium eis competiit, suis
 „ vivere legibus, &c.

„ Ex eodem principio Status Imperii

„ Romano-Germanici jus belli merito sibi
 „ asserunt, quia summam potestatem ha-
 „ bent, utut relativam; etsi enim ratio-
 „ ne Imperatoris, & Imperii, sint status,
 „ ratione sui territorii supremum aliquod
 „ jus habent, leges pro lubitu statuunt,
 „ ac jus belli, ac pacis exercent. *Vid.
 „ l. 1. c. 3. pag. 278. prop. II.*

A D §. V.

Hoc significatu] „ Ut obtineat pecu-
 „ liares quosdam juris effectus. *Vid. §. 1.
 „ n. 1.*

*Non sufficit, inter summas utrinque po-
 testates geri*] „ Nec jure naturæ id suf-
 „ ficit.

*Ut ejus rei significatio ab altera partium
 alteri facta sit*] Id est, denunciari bellum
 debet. Hoc verum omnino est; summa po-
 testas enim, quæ læsam se putat, non
 statim vi agere, & armis jus suum vim-
 dicare potest, sed prius satisfactionem po-
 stulare tenetur, eaque negata arma demum
 adhibere potest. Exemplum illustre est apud
Dubravium Hist. Bohem. l. 7, ubi Bretis-
 laus Bohemus, cum Poloni in fines Bo-
 hemiæ incursionem fecissent, instabat ut si-
 ne mora miles Poloniam invaderet: sed
 Seniores obtinere ut prius deditio petere-
 tur, qua denegata publica demum injuria
 futura fuisset.

Palam, & ex edicto gerere] „ Edi-
 „ ctum hoc necessarium erat in statu po-
 „ pulari; ibi enim senatus jus belli non
 „ habebat, sed decreto populi opus erat.
 „ Hinc formula solennis apud Romanos,
 „ *vellent, juberent, populo Carthaginensi
 „ bellum indici. Liv. l. 21. c. 17.* Et hu-
 „ pertinet deliberatio apud Livium: *utrum
 „ populi jussu indiceretur bellum, an satis
 „ esset Senatusconsultum; pervicere tribu-
 „ ni denunciando, impedituros se delectum
 „ ut consules de bello, ad populum ser-
 „ rent. l. 4. c. 30. Vid. Tesm. b.*

Decretis civitatum] „ Nam ibi non u-
 „ nius erat arbitrium, sed omnium; sta-
 „ tus quippe erat popularis: adeoque com-
 „ muni decreto opus erat.

AD §. VI.

ACCURATE distinguenda sunt]

Immo omnes hæc distinctiones & ratione, & usu carent. Nos præter ea, quæ jure natura debentur, nullam obligationem inter gentes agnoscimus. Sane, ex honestate nullum jus oriri, certum est. Sed & jus gentium voluntarium non existere, nedum effectus quosdam juris particulares inde oriri, supra demonstravimus. Conf. *Diss. proæm. IV. §. 13. seq. junct. §. 29. seq.* Tandem probavimus, ea, quæ ex peculiaribus populorum quorundam institutis oriuntur, esse merum jus civile. *Vid. dict. diss. IV. §. 24. junct. diss. IX. §. 168.*

Naturali jure] Mens Auctoris hæc est: 1°. jure naturæ non requiri denunciationem, sed unumquemque vel vim vi arcere, vel ab eo, qui deliquit, poenam deposcere, vel unumquemque vi rem suam vindicare posse, etiam citra interpellationem, §. 6. n. 1. 2°. aliud esse si aliud pro alio petitur, vel alius pro alio convenitur; tunc enim necessariam esse interpellationem, *d. §. 6. n. 2. & l. 2. c. 10. §. 2. n. 1. 3°. ex honestate etiam priori casu denunciationem requiri: 4°. jure Gentium voluntario iidem semper requiri denunciationem ad obtinendos illos effectus particulares, qui non nisi ex bello solenni, i. e. publice denunciato, sequuntur. *ibid. §. 6.* Causam autem, cur gentes ad bellum solenne denunciationem requirant 5°. non eam fuisse, ait, ne quid clam, aut dolo agerent; sed ut certo constaret, non privato ausu, sed voluntate utriusque populi, aut populi capitum geri bellum: inde enim natos esse, ait, effectus peculiare, qui in bellis minus solennibus non obtinent. §. 17.*

Nihil hic, quod juri naturæ conveniat, traditur. Verum enim 1°. in genere non est, unumquemque, etiam privatum, (nam id statuit Auctor. *Vid. diss. proæm. VIII. §. 17. Diss. VII. §. 65. seq. Diss. I. §. 80.*) vim vi arcere extra necessariam defensionis terminos, aut poenam deposcere, aut rem suam propria auctoritate vindicare posse; jure

naturæ enim id jus solis patribusfamilias concessum est. *Vid. diss. proæm. XII. §. 612. 2°. Verum non est, in hoc casu solo necessariam esse interpellationem, si aliud pro alio petitur, vel alius pro alio convenitur: semper enim clarigatio præcedere debet. Diximus 3°. honestatem in disciplina juris naturæ nullum juris habere effectum. Diximus 4°. bellum solenne, cui gentes solennitates quædam præscribere, quæ peculiare quosdam effectus juris producerent, fabulam esse. Unde 5°. concludimus, causam, cur gentes denunciationem requirant, veram hanc esse, quia necessitas defensionis non incipit, nisi ex quo alter reparationem negat.*

Cæterum, principia juris naturæ simplicissima, ac per se clara sunt, adeoque tot ambagibus, verborumque, & distinctionum involucris, ac tot fictis juriæ speciebus opus non est: quod ex sequentibus magis elucescet.

Ubi aut vis illata arceatur] Adeoque in bello defensivo denunciatione opus non est.

Aut ab eo ipso, qui deliquit, poena deposcitur] Duo hic errat Auctor: 1. quod gentem a qualibet gente poenam deposcere posse, statuat: 2. quod ei, qui injuriam mihi fecit, bellum denuntiandum non esse, putet. Prius refutavimus *L. 2. c. 20. §. 3. & §. 40.* posterius mox refutabimus.

Nulla requiritur denunciatio] Res ita se habet: Jure naturæ aliud est clarigatio, aliud denunciatio belli. ILLA est solennis, & publica rerum, aut cujusque juris clara voce facta repetitio, *Plin. l. 27. Hist. c. 2. in fin.* quod fiebat consultis Fœderalibus, *Liv. l. 36. c. 3. Modum, & ritus apud Romanos refert Alex. ab Alex. l. 5. c. 3. originem, & formulas refert Gellius l. 16. c. 4. Liv. l. 7. c. 32. Conf. supra l. 2. c. 23. §. 4. & §. 8.* HÆC sequitur clarigationem: si enim alter neget satisfactionem, bellum denunciatur.

Differunt igitur clarigatio, & denunciatio belli, quod illa contineat repetitionem rei, hæc intimationem, seu insinuationem belli: unde utriusque plane alii, & proprii ritus, ac formulæ sunt. *Alex. d. 7. Liv. l. 5. c. 32. Cic. de off. l. 1. c. 11.*

Omnia

Omni *clarigationi* inest eventualis belli denunciatio, & omni *denunciatio* inest conditio *clarigationis*, ni scilicet satisfecerit alter. *Vid. Grot. §. 6. & 7.* Unde etiam indicto bello spatium aliquod antequam actu bellum inferatur indulgendum esse, sunt qui statuant. *Vid. §. 13.*

In bello *offensivo* semper necessaria est vel *clarigatio*, vel *belli denunciatio*. Nam 1. jus belli, uti actio, oritur ex injuria, quæ aliter reparari nisi vi non potest; at non constat, num reus reparare velit nisi petita sit reparatio, & querela mota: sane, ignorat lædens, quid, & quantum læsus postulet. 2. Injuria non fit nisi ei, cui jus denegatum est; non potest autem videri jus denegatum, ubi exactum non est. 3. Inter privatos moram non facit reus, nisi interpellatus, *l. 88. ff. de reg. jur.* quia non tenetur offerre si nescit requiri, & peti aliquid; sed sufficit, petenti moram non facere. *Vid. supr. l. 2. c. 10. §. 1.* Idem ergo multo magis obtinet inter Principes. Sane, 4. ab executione natura inchoare non licet, quia nescitur ane alter in dubio cedere velit. Hinc 5. cum Galli a legatis Romanis violarentur, erant qui extemplo Romam eundum censerent: at vicere Seniores, ut legati prius mitterentur questum injurias, postulatamque ut pro jure gentium violato Fabii derederent. *Liv. l. 5. c. 36.* Tartari cum Sinenfium regnum invaderent, literis ad regem datis petiere satisfactionem, & se arma tum deposituros promiserunt: sed spreta est eorum petitio. *Mart. Mist. Sines.* Sabini raptis virginibus misere qui foeminas repolcerent, ut post repulsam necessarium videretur bellum. *Halicarn. l. 2. c. 39.* Ita Romulus prius repetit res ablatas a Fidenatibus, *d. l. 2. c. 54.* Veji a Romanis *ibid. c. 56.* & deinde secuta est invasio. Senatus Romanus cum legati ejus gloriarentur deceptum spe pacis regem, negavit eas esse artes Romanorum, *maiores suos indicere, priusquam gerere solitos bella.* *Liv. l. 42. c. 47.* Unde Gellius *l. 61. c. 4. bellum esse decretum*, ait, *volentibus res captas restituere, vel auctoribus injuria dedere.* De Romanis, ac Sabinis ait Livius: *utrinque injurias factas, nec eas repetitas.* Lepidus consul improbat, vagari cum terrore belli per nationes, quibus bellum indictum non sit, *Liv. l. 38. pag. 42.*

Dictum autem est, alterutram sufficere vel *clarigationem*, vel *indictionem* belli. Si quis enim denegat reparationem juris, neque petenti satisfacere vult, jam satis constat, alteri præter arma aliud medium reparandi juris non superesse. Et ex eo, quod alter repetit; itidem ei constare debet, alterum jus suum recipere velle legitimis remediis, quæ sunt bellum. Sed & denunciatio inest *clarigatio*, quia idea bellum denunciatur ut satisfiat: si proinde denuntianti bellum offertur satisfactio, desinit jus belli.

In bello *defensivo* neutro opus est, 1. quia qui invaditur non repetit, sed ab eo repetitur. 2. Denunciatur bellum futurum; at invasione ab altero facta cœptum jam est bellum. 3. Denunciatio præcedit bellum; at bello jam cœpto præcedere non potest. 4. In invasoris quidem arbitrio est statuere, an bellum gerere velit, adeoque si decreverit, hosti id nunciat; at invasus necessario se defendit, nec res arbitrii id amplius est. 5. Frustra quis denunciatur se bellum gesturum, qui ratione officii non potest non gerere. Idque 6. exemplo judiciorum confirmatur, ubi actor reo nunciat litem, non reus actori. Accedit 7. consensus gentium, quem Auctor allegatis exemplis probat. Similia allegat in *disputatione de clarigatione.*

Cessat *clarigatio*, 1°. si bellum non est; uti si cum prædone, vel cum subditis reagitur: 2°. si tutum hosti aditum non præstat hostis; uti si legatos interficit, nec literas mittendi copia, aut occasio est; nam tunc culpa ejus est, qui non vult admittere legatos: 3°. in bello *defensivo.* *Vid. §. 6.* 4°. jure talionis, si & alter non soleat denunciare. Hinc Gustavus Adolphus in literis ad Ferd. II. datæ se perspicere non posse, ait, qua ratione denunciatio belli, quæ a Cæsareo exercitu contra regem missa omiſsa fuerat, a se postularetur. *Vide arma Suecica.* 5°. si notorie constet, alterum satisfacere nolle; uti si bellum parat ad repellendam vim. Quod Cæsar innuit apud Dionem in Cæsare: *quædam esse bella, in quibus querela, & indictiones præcedere debeant; sed alia exoriri, quæ, tanquam jusservit necessitas, non possunt in disceptationem adduci.* *Vid. Alber. Gent. de jure belli l. 2. c. 2.*

Add

Additio.

„ In nupero bello Silesiaco Reginae Hun-
 „ gariae, quae dolebat bellum absque indi-
 „ catione inchoatum esse, duo regerebat
 „ Borussiae Rex 1. toties Ducatus Silesiae
 „ repetitos, & semper negatos fuisse. 2.
 „ Domum Austriae eosdem ducatus abs-
 „ que indicatione vi occupasse, adeoque
 „ eam improbare non posse quod in se pro-
 „ bavit. Vid. *Nabere Ausfuhrung des Ei-
 „ genthums des Königlichen Chärbaus Braun-
 „ denburg. §. 54. seq.*

Sthenelaidas] „ Immo plane de denun-
 „ tiatione hic quaestio non fuit, sed quaer-
 „ rebatur, an per judicia, i. e. per arbi-
 „ tros res decidenda sit, an per arma?
 „ Nimirum, Atheniensium legati in Conci-
 „ lio Spartano negabant, se injuriam fe-
 „ cisse, & controversias non bello, sed ex
 „ conventis dirimi debere, contendebant.
 „ His respondet Sthenelaidas, socios læ-
 „ sos haud dignos esse ut eorum causa
 „ iudiciis demum discutiat, & verbis
 „ cum non sint verbis læsi; sed ut vindi-
 „ cetur mature, & omni conatu. Hic igitur
 „ Ephorus non ait, denuntiationem
 „ non esse necessariam; neque enim de
 „ eo quaerebatur: sed iudiciis non esse
 „ certandum cum eo, qui notoriam inju-
 „ riam committit, adeoque de quo certo
 „ constat, cum satisfacere nisi coactum
 „ nolle.

A se repellere solet] „ Loquitur de bello
 „ defensivo, ubi verum est, denunciatio-
 „ ne opus non esse.

Sed a natura iudici, &c.] „ Quia
 „ bellum est defensivum.

Pleraque bella, &c.] „ Scilicet, defen-
 „ siva.

Aut indicto bello, &c.] „ Romani
 „ enim nondum denunciaverant bellum.

*Aut ita commisso, ut strictos gladios,
 aut sanguinem usquam factum audissent*]

„ Romani enim vnum intulerunt, non
 „ gladios strinxerunt, &c. adeoque nec ju-
 „ re necessariae defensionis excusare se po-
 „ terat Menippus.

*Ex his duobus alterum potuisse ad facti
 defensionem sufficere*] „ Prius in bello of-
 „ fensivo, posterius in bello defensivo.

*Si dominus rei sua manum injicere ve-
 rit*] „ Immo eadem hic ratio est, quae
 „ militat in casu, ubi quis pro injuria

Tom. III.

„ sibi illata arma sumit: necessaria, inquam,
 „ est vel clarigatio, vel denunciatio.

Quoties pro re usita res alia] „ Uti si
 „ nostra res vel perit, vel deterior reddi-
 „ ta est.

Aut pro debito res debitoris inoaditur]

„ Uti si contra personam agitur ex ejus pro-
 „ missio, & ideo res debitoris capiuntur.

Si res eorum, qui debitori subditi sunt]

„ Uti si res subditorum pro debito-princi-
 „ pis capiuntur. Vid. c. praec. §. 2. & seq.

Interpellatio requiritur] „ Toties igitur
 „ Auctor interpellationem necessariam pu-
 „ tat, quoties quis non petit rem sibi

„ ablatam, aut poenam polcit ab ipso de-
 „ linquente. Nos his quoque casibus inter-
 „ pellationem requiri, diximus.

*Qua conslet, alio modo fieri nequire ut
 nostrum, aut nobis debitum consequamur*]

„ At eadem ratio est si quis rem suam
 „ repetit, aut satisfactionem pro injuria

„ sibi illata petit. Lædens enim ignorat,
 „ num læsus repetere, an condonare ve-
 „ lit: sed nec læso constat, an lædens

„ satisfacere nolit nisi prius interpelletur;
 „ adeoque ex interpellatione demum con-
 „ stat, alio modo nisi bello reparationem

„ fieri non posse.

*Jus enim illud non primum est, sed
 secundarium, & surrogatum*] „ Auctor

„ enim in rebus non extantibus huma-
 „ no generi placuisse, ait, ut tu tenearis

„ in tantum, quatenus es factus lo-
 „ cupletior. L. 2. c. 10. §. 2. c. 12. §. 13.

„ n. 1. Conf. l. 2. c. 7. §. 2. & l. 3. c. 10.

„ §. 6. Hæc obligatio igitur, ex hypo-
 „ thesi Auctoris, non est primaria, sed ex

„ placito humani generis surrogata.

„ At negamus, jus hoc esse secunda-
 „ rium. Jus hoc, quo is, qui rem no-

„ stram restituere non potest, ad tantun-
 „ dem tenetur, æque primum est, &

„ in ipsa naturæ ratione fundatur, quia
 „ tantundem morali æstimatione idem est.

„ Unde nulla exinde sumi potest ratio dif-
 „ ferentiae quoad denunciandi necessitatem.

„ Adeoque hoc casu æque, ac ubi rem
 „ nostram vindicamus, denunciare bellum

„ tenemur, ob rationes ante allegatas.

Ut alibi] „ L. 2. c. 10. §. 2. Conf.
 „ l. 3. c. 2. §. 2. n. 1. & 2.

Interpellationem oportet intercedere] „ Quia
 „ satisfacere non potest & nescit quid pe-

„ tet, & an jure alter petat.

N A U A

Ex qua aut damnum dari censeatur] „ Si scilicet subditi ex debito tenentur.
Aut & ipse de inquirere] „ Si subditi ex debito tenentur.
 3 *Honeste tamen, & laudabiliter interponitur]* „ Dixi, jure quoque requiri denunciationem, in omni bello offensivo.
 „ Quæstio, quid honestatis sit, non pertinet ad disciplinam juris naturalis, de quo solo hic tractamus.
Quod cum specialiter illi populo datum sit, male a nominis cum jure gentium confunditur] „ Interpellatio, quam Deus hic præcipit, non est clarigatio; nam populi illi jus Israëlitarum non læserunt; adeoque hi frustra ejus reparationem postularent: sed Israëlitz vindicabant injuriam Deo illatam; indeque offerebant gentilibus pacem sub lege subjectionis, & tributi. Hoc præceptum omnino uni populo datum fuit.
Neque enim erat illa qualiscunque pax] „ Pax igitur non offerebatur sub conditione si repararent injuriam, quæ illata non fuit; sed si sese dederent sub lege tributi.
Humanius id existimant] „ Ibi secunda vice exegit tributum, & militem; nam antea rex Armeniorum id negavit: adeoque mere humanitatis fuit, cum jam constaret, eum neutrum præstare voluisse, denuo eum interpellare.
Jure gentium ad effectus illos particulariter] „ Dixi, non dari jus gentium, nec solennitates quasdam, quæ bellum solenne efficiant, a gentibus introductas esse; neque inde oriri effectus quosdam juris particulares. Denunciatio non demum ex jure aliquo ficto gentium, sed ab ipsa natura originem cepit, & locum habet in omni bello offensivo.
Non utrinque, sed ab altera partium] „ Si enim læsus denuntiat bellum, & lædens satisfacere recusat, hic denunciare bellum non tenetur; ex ejus enim hypothese bellum est defensivum.

A D §. VII.

2 *CONDITIONATA est aut pura]* „ Immo denunciatio belli semper est conditionata; & semper, tacite saltem, clarigationem continet. *Vid. supr.*
Conditionata, ubi cum rerum repetitio

ne conjungitur] „ Diximus, in omni clarigatione duo contineri: 1. repetitionem rei; eaque negata 2. deducationem belli.
Jus feciale] „ Quod de ritu belli statutum est; de quo vide *l. 2. c. 23. §. 4. & 8.*
Vindicationem ex jure domini] „ Quando quis rem sibi ablatam vindicat.
Sed & persecutionem] „ Quando quis petit id, quod ex contractu, vel quasi contractu debetur.
Aut criminis] „ Quando quis repetit id, quod ex delicto, vel quasi delicto debetur.
 „ *Ni punire fontem malint ipsi, que conveniuntur]* „ Nam in arbitrio eorum est, dedere, vel fontem punire. *L. 2. c. 25. §. 3. l. 2. c. 21. §. 4.*
Hanc rerum repetitionem dictam esse clarigationem] „ De qua B. Parens integram dissertationem scripsit.
Polybius] „ *L. 4. c. 53. & in excerpt. legat. 123.* Exempla alia sunt apud Livium *l. 1. c. 22. Res repetitum se venisse; ni reddantur, bellum indicere iustos. Liv. l. 4. c. 30. Tunc quoque ne confessum indiceretur, neve exercitus mitterentur, religio obstitit: feciales prius mittendos ad res repetendas censuere.* Hinc & dies præfigi solebat, intra quem satisfactio postulabatur: *Liv. 1. 32. si non deduntur quos exposcit Fecialis diebus tribus, & triginta peractis, bellum indicit. Addatur, Alexand. ab Alex. l. 5. c. 3. Tesm. b. lit. a.*
Romani veteres condicere] „ Condicere enim Jctis Romanis est, repetere id, quod ex erronea, vel injusta, vel non secuta, vel sine causa penes alterum est.
Pura denunciatio] „ Auctori pura est denunciatio, quando non continetur rei repetitio: sed statim bellum indicitur.
 „ At huic ipsi denunciationi tacitam inesse clarigationem, supra jam dictum est: et si debitor bello indicto offert satisfactionem, cessat bellum, quia per bellum nil nisi satisfactio quaeritur.
Qua specialiter indictio] „ Quia a belli inductione incipit.
Edictum] „ Aliquando enim per decretum bellum indicitur. *Vid. supr. §. 5.*
Ubi aut bellum jam alter intulit] „ Hic plane non opus est inductione, aut
 „ edi-

edicto, nedum clarigatione, quia agitur de defensione necessaria.

[Isidorum] „ Vid. *supr.* §. 5.

Aut ea deliquit ipse, qua panam merentur] „ Immo hoc quoque casu denunciatio tacitam continet conditionem, nisi injuriæ, quæ pœnam meretur, reparationem offerat.

Conditionatam pura subsequitur] „ Per puram denunciationem hoc casu reo significatur, bellum decretum in eum esse, quia reparationem negavit.

Quantquam id necesse non est] „ Nam sola clarigatio sufficit; si alter negat satisfactionem, non opus est nova indicatione, quia jam constat, eum satisfacere nolle, indeque aliud recuperandi medium, præter arma, non superesse. Hoc autem casu] „ Ubi scilicet conditionata præcessit.

Quod ad proximum præsidium rite fieret] „ Vera denunciatio regi, aut populo ipsi fieri debet. Sane, res peti ab iis non potest, qui non habent potestatem reddendi, aut satisfaciendi. Neque constat, an Principi innotuerit denunciatio, si alii fit. Certum ergo est, locum Livii allegatum agere de reiterata denunciatione; adeoque ubi clarigatio præcessit, & restitutio negata est; tunc enim plane non opus est speciali denunciatione, & si ad præsidium fit, ex superabundanti fit.

Ut feciales in Philippi Macedonis] „ *Liv.* l. 31. c. 8. Nam hoc bellum decem ante annis jam coeptum, & triennio prius depositum erat; adeoque non erat novum bellum. *Liv.* l. 31. c. 1.

Et postea in Antiochi causa] „ *Liv.* l. 36. c. 3. Consul deinde M. Acilius ex Scito ad collegium Fecialium rerulit, ipse Regi Antiocho indiceretur bellum, an satis esset ad præsidium aliquod ejus nunciare, &c. Feciales responderunt: nihil referre ipsi coram, an ad præsidium nuntiaretur: amicitiam renunciatam videri, quum legatis toties repetentibus res nec reddi, nec satisfieri æquum censuissent. Adeoque præcessit jam clarigatio.

Belli in Pyrrum indictio facta est uni militum] „ Nam Pyrrhus se jam hostem declaraverat, & Tarentinis, hostibus Romanorum, auxilia se laturum promiserat, ac exercitum in portu Tarentino actu exposuerat. *Justin.* l. 18. c. 1.

[Quod bellum saepe utrinque indictum est] 3
„ Si mutæ sunt injuriæ.

AD §. VIII.

CADUCERUS apud Græcos] „ Caduceus erat baculus, quem ferebat Fecialis bellum indicens; unde & caduceator vocabatur. Omnes fere gentes tali signo utebantur. Nam Indis anchora erat pro caduceo. *Philostr. in vit. Arol. Thyan.* l. 3. c. 3. Nergobrigibus lupi pelles. *Appian. de bello Hispan.* n. 282. Canadensibus le calumet. *La Hontan voyage de Canada.* In Historia Galliæ exemplum refertur, ubi Fecialis ibat Sago violaceo, aureis liliis variato; bacillo ad manum liliis itidem distincto; serico, & oblongo pileolo. *Gram. bist.* l. 8. p. 399. *Vid. Tesm. b.*

Sagmina] „ De modo legandi Feciales, & de verbena, seu sagmine, late egimus *supra* l. 2. c. 23. §. 4.

Apud Equicolas] „ Nam a Sabinis, & Equicolis, jus Feciale Romanorum originem duxit. *Liv.* l. 1. c. 32.

Renunciatio amicitia, & Societatis] „ Immo id jam fit si res repetitur, eaque negatur. *Vid. Liv.* l. 36. c. 3.

Triginta dies solennes] „ Triginta tres refert *Liv.* l. 1. c. 23. *Vid. Gron. b.* Triginta dies justos datos fuisse, ait *Macrob.* l. 1. *Saturn.* 16. *Gell.* 20. 1. Naturale esse, diximus, ut post clarigationem tempus aliquod expectetur, intra quod satisfactio fieri possit.

Qua proprie juris gentium sunt] „ Non dari jus gentium, nec proprie, nec improprie, certum est.

Suo tempore usurpari desuisse] „ Nam ex instituto Romanorum originem habebant, adeoque pro lubitu mutari poterunt.

Simul indictum, simul illatum est] „ Causa ejus belli fuit, quod Charthaginenses contra fœderis legem adversus Numidas parassent classem, & exercitum, ac Massinissæ fines territarent. *Flor.* l. 2. c. 15. Ideo Romani miserunt legatos, qui castigarent Senatam, & pacem inter eos, ac Massinissam pararent: at suavis Gisonis bellum adversus Romanos conisatum est, adeo ut legati, ne violarentur, fu-

„ ga sibi consulere coacti fuerint. Neque
 „ tamen adhuc justa belli causa visa fuit,
 „ sed per legatos ipsis denunciatum fuit,
 „ ut Carthaginenses classem exurerent, &
 „ exercitum dimitterent: quod cum face-
 „ re nollent, bellum ipsis indictum est.
 „ *Liv. epit. l. 48. §. 49.* Ex quibus con-
 „ stat, diu ante indictum bellum repara-
 „ tionem postulatam a Romanis fuisse.
 „ *Propria esse status popularis*] „ Populus
 „ enim delectatur solemnibus, & Pompa.

A D §. I X.

*SIMUL indictum censetur omnibus ejus
 non subditis tantum*] „ Queritur, an suf-
 „ ficiat, Principi indici bellum, an & sub-
 „ ditis indici necesse sit? Resp. sufficit
 „ denunciari Principi, 1. quia indictio tan-
 „ tum eos inter obtinet, qui jus belli
 „ habent; at subditi non habent jus bel-
 „ li: 2. quia repetitio tantum ab eo fla-
 „ gitari debet, qui potest restituere; sub-
 „ diti autem non possunt restituere. Sane,
 „ 3. subditi tenentur sequi judicium Prin-
 „ cipis, ejusque proinde solius arbitrium
 „ est rei restituendæ, vel armis decertan-
 „ di. Merito igitur Auctor ait, bello in-
 „ dicto Principi omnibus indictum videri,
 „ qui causam ejus sequuntur; adeoque &
 „ subditis. Quanquam exempla alleget Au-
 „ ctor, ubi Principi, & subditis bellum
 „ denunciatum est. *Add. l. 3. c. 2. §. 2. n. 3.*
 „ *Sed & qui se socios adiunguntur sunt*]
 „ Queritur, an hostis mei sociis bellum
 „ denunciari speciatim debeat? Negatur,
 „ si causæ hostis mei saltem accedunt,
 „ eamque defendunt. Nam ab illis injuria
 „ facta non est, adeoque nec ab illis res
 „ repeti potest. Neque de eorum causa a-
 „ gitur, cum saltem sint instrumentum,
 „ & accessio hostis clarigati. Auxilia, que
 „ mittuntur, sunt pars hostis, & priva-
 „ torum vices obtineat, quibus indici bel-
 „ lum non debet. Sane, in unoquoque
 „ bello una clarigatio sufficit: hic unum
 „ bellum est, cui assistit socius,
 „ Aliud est si singuli socii ex propria
 „ causa agunt, & unusquisque sociorum
 „ propriam causam persequitur; tunc enim
 „ duæ sunt diversæ injuriæ, duæ belli
 „ causæ: singuli igitur socii clarigare,
 „ & clarigari debent, quia tot sunt in-

„ juria, quot injuriantes; *arg. l. 9. ff.*
 „ *de Jurisdictio.* & sic tot actiones, seu
 „ repetitiones, quin tot bella separata,
 „ etsi coadunatis viribus hostem aggredian-
 „ tur; adeoque & tot clarigationes, seu
 „ intimationes.

„ *Ut qui accessio sint ipsius*] „, Et nudum
 „ instrumentum. *Vid. l. 1. c. 5. §. 3.*

„ *Diffidato principe diffidator ejus adheren-*
 „ *ter*] „, Quia tota causa diffidata est, cui
 „ accedunt socii.

„ *Nam indicere bellum vocant diffidare*]
 „ A veteri Germanica voce *sebde*; unde
 „ *besebden* idem est, quod aggredi aliquem
 „ vi.

„ *De eo ipso bello, quod adversus eum
 cui indictum est, geritur*] „, Adeoque suf-
 „ ficit, denunciationem fieri ei, qui injuriam
 „ infert, & satisfacere non vult.

„ *Quod ipsi palam se Antiocho adiunxis-*
 „ *sens*] „, Immo hæc non fuit vera omis-
 „ sionis ratio; adeoque exemplum *Æ-*
 „ *tolorum* huc non quadrat. Hi enim pro-
 „ priam causam egerunt: defecere a Ro-
 „ manis, *Liv. l. 35. c. 23*; neglecta di-
 „ gnitate Romanorum Antiochum judicem
 „ decrevere, *d. l. c. 33*; primi bellum
 „ inchoarunt, *Demetriadem, Chalcidem,*
 „ & *Lacedæmonem* aggressi sunt, *d. l.*
 „ *c. 34. 35. 36*; & tunc demum inter-
 „ venit Antiochus. *Liv. 35. c. 43.* Hinc
 „ Feciales rationes omittendæ indictionis
 „ non allegarunt, quod Antiocho se jun-
 „ xissent, sed quod *Ætoli bellum sibi ultra*
 „ *indixissent, quum Demetriadem socio-*
 „ *rum urbem per vim occupassent; Chal-*
 „ *cidem terra, marique oppugnatum essent;*
 „ *regem Antiochum in Europam ad bel-*
 „ *lum populo Romano inferendum trad-*
 „ *xissent.* *Liv. l. 36. c. 3.* Ex quibus ap-
 „ paret, de bello defensivo ibi agi ab *Æ-*
 „ *tolis* principaliter, (non tanquam sociis)
 „ & ultro inchoato.

A D §. X.

„ *A t eo bello absoluto*] „, Immo etiam
 „ nondum absoluto, sed durante bello,
 „ justa hæc belli causa est. Etsi enim so-
 „ cius, qui alterius causæ vi fœderis, vel
 „ pacti accedit, hostis non fiat, sed cum
 „ eo pax maneat, tamen injuriam facit ei,
 „ contra quem auxilia mittit, reparationi
 „ „ juria

juris ejus resistit; indeque hic justam inde belli causam habet.

Bello impetendi sunt] „ Nec tales socii pace comprehenduntur.

Ut effectus juris gentium consequantur] „ I. e. ut bellum sit jure gentium solenne; quod merum esse figmentum, toties diximus. Hoc ex ipsa ratione naturali sequitur.

Opus erit nova indictione] „ Quia novum bellum est, ex nova injuria ortum; quod cum prioris hostis mei socio geritur, non qua socio, sed jure proprio. *Sed ut principale aliquid*] „ Scilicet, ob propriam injuriam, quam assistendo hosti nostro nobis intulit.

Non fuisse justum jure gentium bellum, non Manlii in Gallo-Græcos, &c.] „ Quod factum late exposuimus supra l. 1. c. 3. §. 5. n. 4.

Aut Caesaris in Ariovistum] „ Factum hoc itidem examinavimus d. §. 5. n. 4.

Non enim jam ut accessio alieni belli, sed principaliter impetebatur] „ Immo allegato loco demonstravimus, Manlium Gallo-Græcis non ideo bellum intulisse, quod in exercitu Antiochi legiones Gallorum fuerint; sed quod omnes Asiæ civitates infestarent, agros vastarent, prædam abigerent, captivos immolarent. *Liv. l. 38. c. 12. & 45.* Caesaris bellum omnino justum fuisse ratione Gallorum, itidem demonstravimus; sed id saltem improbavimus, quod injussu populi id gesserit, d. §. 5. n. 4.

Sicut ex jure gentium indictio] „ In casu Manlii non opus erat indictione, quia bellum erat defensivum. In casu Caesaris fieri debuit indictio, & facta est. Nam ex historia belli cum Ariovisto gestis apparet, Caesarem colloquium ei proposuisse; quod cum negaret, ab eo postulavit ne Germanorum copiam in Galliam traduceret, & ne Æduos, cœterosque socios Romanorum injuria laceraret: si id omitteret, amicos, si non, hostes futuros. *Cæs. de bell. Gall. l. 1. c. 19. & 20.* En hic clarigationem cum eventuali belli indictione.

Ita ex jure Romano novus populi Romani jussus desiderabatur] „ Immo non Romano demum jure, sed ex naturæ ratione Dux belli novum populi consensum explorare debet, si novum ob auxilia

lata bellum, quod mandatum ei non erat, inchoare jure velit. Atque eo solo peccavit Cæsar, non Manlius.

Cum Antiocho vege, quiique sectam ejus secuti essent] „ Recte ait Auctor, inde jus belli novi, & separati in socios non sequi, nisi id in specie quoque mandatum sit. At ex alia defensionis necessitatis ratione factum Manlii a Senatu probatum esse, diximus.

Quod & observatum in decreto adversus regem Persea] „ Immo in decreto, quod est apud *Liv. l. 42. c. 18.* nihil tale extat: de causâ belli contra Perseum egimus supra l. 2. c. 20. §. 39.

Quamdiu cum Antiocho, aut Perseo bellum esset] „ At Manlius allegabat, bellum cum Antiocho nondum finitum fuisse salvis, & superstitibus Gallo-Græcis. Sed & præterea novum quoque bellum licitum erat, quia vim omnibus Asiæ civitatibus inferebant. Unde Manlio quoque triumphus decretus fuit.

Et de his, qui re ipsa ei bello, &c.] „ Adeoque bellum unum mandatum esse, ait, & in hostem, & in socios, quatenus hosti assistunt.

A D §. X L

A D bellum illud, quod jure gentium justum diximus] „ Et quale non dari, probavimus.

Non ea fuit, quam adferunt nonnulli] „ Nimirum *Albericus Gentilis l. 1. c. 2.* *Ne quid clam, aut dolo agerent*] „ I. e. ne videantur per insidias aggredi hostem. *Id enim ad fortitudinis præstantiam potius, quam ad jus pertinet*] „ Immo ad jus pertinet, ne clam, aut dolo bellum inferatur, sed ut indictio præcedat.

Sicut nationes quadam etiam prælii diem, & locum condixisse leguntur] „ Hoc meri est arbitrii: at quod clam, vel dolo non possit bellum inferri, non est res arbitrii. Exempla conditionis in diem de Tybarenis refert Cælius l. 18. c. 30. De aliis *Alex. ab Alex. l. 5. c. 3. in fin.* *Sed ut certo constaret, non privato assensu, sed voluntate utriusque populi, &c.*] „ Vera ratio est, quod ante clarigationem, seu belli indictionem, non videatur jus nobis denegatum. Cæterum, an pu-

blico consilio bellum initum sit, an non, hostis non est inquirere: quod legatis Romanorum responsum dedere Carthaginenses, cum illi de Annibale querebantur, quod iniussu populi Saguntum oppugnasset. *Liv. l. 38. c. 45.* Atque hinc male Catonem fuisse, dedendum esse Casire, demonstravimus supra l. 1. c. 3. §. 5. n. 4.

Nam inde] „ Scilicet, ex eo, quod constat, per indictionem belli non privato ausu, sed utriusque populi voluntate geri bellum.

Nati sunt effectus particulares] „ Qui sint illi effectus, vidimus initio hujus capituli.

Qui neque in bello adversus pradones] „ Alibi jam diximus, nec natura dari bellum in pradones, & male hæc bella vocari minus solennia. *Vid. l. 1. c. 3. §. 4.* Nam in pradones omnia nobis licent non jure belli, sed jure necessarii defensionis.

Neque in eo, quod rex gerit in subditos] „ Sed & hoc bellum non esse, diximus d. c. 3. §. 4. Nam subditos compellimus vi imperii per judicia, ubi indictione opus non est; sed requiritur precedens causæ cognitio, & sententia.

Aut gesta cum civibus] „ Geruntur igitur absque indictione: quia proprie, & vero sensu juris, non sunt bella.

A D §. XII.

Verum est, sed ex una dumtaxat parte] „ Scilicet, ex parte ejus, qui pradones, vel subditos rebelles vi petit, non contra.

Idque ex jure naturali] Quod solum in bellis ejusmodi minus solennibus obtinere, putat. *Vid. diff. præm. IX. §. 70.* Sane, jure naturæ capi res non possunt nisi justa adsit causa; quæ nunquam est in subditis rebellibus, & pradonibus. *diff. §. 169.*

Non ex jure gentium voluntario] Etsi enim jure gentium voluntario etiam qui ex injusta causa bellum gerit, capere possit, id tantum verum esse, fingit, si bellum solenne est: i. e. si inter duas summas potestates geritur, & indictum est. *d. diff. §. 63. seq.* At in bellis minus solennibus

non procedi, ait, ex privilegio illo gentium, sed ex jure naturæ; additque rationem, quia jus gentium tantum prospicit gentibus, non illis, qui gens non sunt, vel pars gentis. *Diff. §. 71. seq.*

Fabulam de bello jure gentium solenni, & minus solenni, passim refutavimus. Jure naturæ prædam capere non potest nisi qui justam causam habet rem vindicandi. Talis causa autem nunquam est in subditis rebellibus, & pradonibus. Quid inter populos, de quorum jure non constat, juris fit, alibi explicavimus: nimirum, judicium de justitia belli, adeoque de jure capiendi, suspendi usque ad finem belli. *Diff. præm. IX. §. 168.*

Ut quod gentibus tantum prospicit] „ I. e. illis, qui utrinque habent summam potestatem. *Vid. l. 1. c. 3. §. 4. n. 1.*

Non bis, quæ sine gente sunt] „ Ut pradones, &c. *Vid. l. 1. c. 3. §. 4. n. 2. junct. l. 3. c. 18. §. 6. c. 19. §. 2.*

Aut pars gentis] „ Ut subditi rebelles. *Vid. l. 1. c. 3. §. 4. n. 2. seq.*

Bellum sui tuendi, aut rerum tuendarum ergo susceptum indictione non egere] „ Si bellum defensivum intelligit, ubi de vi actu illata repellenda agitur, ipse erant. Nam belli indictio tunc non requiritur, supra §. 6.

Non quidem simpliciter] „ Quasi injuria sit non indicere.

Sed ad eos, quos dicere capimus, & mox explicabimus, effectus] „ Scilicet, ut capere in infinitum, & ultra debiti, ac pænæ modum, ut interficere, &c. hostes liceat, etiam ex non justa causa. At jam demonstravimus, bellum jure gentium solenne meram fabulam esse.

A D §. XIII.

Non statim atque indictum est, inferri bellum posse] „ Sed putant, expectant, dum esse nura forte reparationem sit oblaturus.

Cyrus in Armenios] „ *Vid. supra §. 6. n. 3.* Cyrus misit legatos, qui hortarentur Armeniæ regem ut cum tributo, & exercitu, quod ex foedere debebat, veniat. *Xenoph. Hist. l. 2. in fin. §. l. 3.*

„ l. 3. in pr. Quod cum negaret Armenius, & copias cogeret, ac Cyro obviam iret, indictione belli opus non fuit, d. l. 3. pr.

„ Equidem verum est, Cyrum ante indictionem occupasse montes inaccessibiles, in quos Armenus se recipere solebat: at ex historia constat, Cyrum non animo lædendi id fecisse, sed ne difficilior fiat juris reparatio; & promissit Cyrus, se reversurum ubi promissa præstiterit, d. l. 3. pr. interim a lædendis subditis abstinuit. d. l. 2. in fin. p. m. 66.

„ Romani in Charthaginenses] „ Vide supra in nos. ad §. 8. ubi Romanos in tertio bello Punico clarigationem præmisisse, probavimus.

„ Nam indictio nullum post se tempus jure gentium requirit] „ Ratio naturalis in apico est. Qui enim bellum indicit, tacite conditionem adjicere videtur, nisi, cui indicitur, injuriam reparare velit. Si proinde is, cui bellum indicitur, reparationem non offert, sed potius armare incipit, ridiculum foret hosti indulgere tempus, quo reparationem juris difficiliorem reddat. Amphitruo cum exercitu ingressus fines Telebeorum, legatos misit, qui rapta, & raptorem repeterent. Plaut. Amphitr. act. I. Sc. I. v. 48. seq. Sed & Cyrum occupasse montes Armenios, modo vidimus: ut si rex clarigatus tributum non solveret, statim ad reparationem juris agere posset. Idem exemplum secutus Rex Bo-

„ ruffiæ cum Ducatus hæreditarios Silesiæ vindicaret. Adeoque arbitrarium est, quod aliquando post indictionem adhuc 30. vel 33. dies indulgeri, vel certus dies præfigi soleat. Alex. ab Alex. l. 5. c. 1. Gentilis de jure belli l. 2. c. 1.

„ Ut ex naturali jure] „ Ei enim a quo reparatio postulatur, & qui eam non negat, tempus aliquod indulgeri debet, ut causam examinare possit: at recte ait Grotius, id sultem dandum esse tempus, quo quod petitum est commode fieri possit, ne hosti occasio detur vires suas augendi.

A D §. XIV.

„ Non ideo tamen denunciatione opus non erit] „ Sed tunc demum si tuto denunciari ei non potest.

„ Ad eos, quos dico, effectus] „ Bello solenni particulares. Sed figmentum hoc esse, jam dixi.

„ Sed sufficit, eam fieri quomodo fieri tuto potest, per literas scilicet] „ Uti in omnibus aliis injuriis reparatio peti potest, & debet, ante belli illationem, ita & si legati violati sunt. Modo tuto per legatos, vel per litteras, denuntiatio fieri possit. Idque non quoad effectus juris gentium particulares, (quos non agnoscimus), sed quoad effectus juris naturalis, quod & gentium est, obtinet.

C A P U T IV.

De jure interficiendi hostes in bello solenni, & alia vi in corpus.

- I. Belli solennis effectus generaliter exponuntur.
- II. Voss licere distinguitur in id, quod impiee fit, nec tamen sine vitio, & in id, quod vitio caret, etiamsi id non facere virtutis fit alicujus: additis exemplis.
- III. Effectus belli solennis in sua generalitate consideratos referri ad licere impunitatis.
- IV. Cur tales effectus introducti sint.
- V. Testimonia de his effectibus.
- VI. Ex hoc jure interfici, & offendi omnes, qui intra fines hostium sint.
- VII. Quid si eo ante bellum venerint?
- VIII. Subditos hostium ubique offendi, nisi lex alieni territorii obstet.
- IX. Jus hoc offendendi etiam ad infantes, & feminas porrigi:
- X. Etiam ad captos, & quovis tempore.
- XI. Etiam ad eos, qui se dedere volunt, nec recipiuntur:
- XII. Etiam ad deditos sine conditione.
- XIII. Perperam id jus ad causas alias referri, ut ad rationem, pertinaciam defensionis.
- XIV. Porrigi & ad obsides.
- XV. Jure gentium vetitum veneno quenquam interimere:
- XVI. Aut tela, aut aquas aliquas veneno insicere:
- XVII. Non & aquas aliter corrumpere.
- XVIII. Percussoribus uti, an contra jus gentium sit, distinguitur.
- XIX. Stupra an sint contra jus gentium.

Ad illud * Virgilii :

Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.

Servius Honoratus, cum juris feccialis originem ab Anco Martio, & ulterius * ab Equiculis petiisset, sic ait: si quando homines, aut animalia ab aliqua gente rapta essent populo Romano, cum feccialibus, id est, sacerdotibus, qui faciendis praesunt federibus, proficiscebatur + etiam pater patratus, & ante fines flans clara voce dicebat belli causam, & + nolensibus res captas restituere, vel victores injuria tradere, + jaciebat hastam, qua res erat pugnae principium, & jam licebat more belli res rapere. Ante autem dixerat: + veteres + ladere res rapere dicebant, etiamsi rapina nullum crimen existeret, similiter * satisfacere + res reddere dicebant. Quibus docemur, belli inter duos populos, eorumve capita

indicti

G R O W O V I T.

1 Jaciebat hastam] Cap. preced. n. 8.
2 Ladere] Quotumque damno, vexatione, va-

statione, injuria, incendio offendere.
3 Satisfacere] Quocumque modo placare, & gratiam resarcire, licet ipsae res proprio non redemptur.

G R O

indicti a effectus quosdam esse proprios, + qui bellum ex sua natura non sequuntur: + quod cum iis optime convenit, quæ ex jurisconsultis Romanis modo attulimus.

II. I. Sed + quod dixit Virgilius *licet*, videamus quò pertineat. Interdum enim licere dicitur id, + quod rectum ex omni parte, piumque est, + etiam si forte aliud quid fieri possit laudabilius; quale est illud Pauli apostoli: *πάντα μοι ἔξεσι, ἀλλ' ἔ πάντα συμφέρει. omnia +* (illius scilicet generis, cujus sunt de quibus agere cœperat, & acturus erat) *licet mihi, + sed non omnia expediunt.* Sic *b +* licet matrimonium contrahere, sed laudabilior est ex pio proposito + cœlebs castitas, ut ad Pollentium ex eodem Apostolo differit *c* Augustinus. Repetere quoque nuptias licet, + sed laudabilior est uno contentum esse matrimonio; ut recte hanc quæstionem explicat *c* Clemens Alexandrinus. Christianus conjux *d +* paganam conjugem licite relinquere potest, ut sensit *d* Augustinus, (quod + quibus circumstantiis verum sit, discutere non est hujus loci) + sed & potest retinere. Itaque addit ille: *utrumque quidem pariter + licitum est per justitiam, quæ coram Domino est: Ἔ ideo nihil horum prohibet Dominus, + sed non utrumque expedit.* Ulpianus de venditore, cui post diem præstitutum *e* vinum licet effundere: *e* si tamen cum posset effundere, non effundit, + laudandus est potius.

b 1 Cor. VI, 12.

c De Adulterinis conjug. Lib. I, c. 15. Et seq. d Ad Pollentium l. 1, c. 19.

e L. 1. §. licet. 3. D. de peric. & com. res vend.

2. e + Alias

GROTII.

a Effectus quosdam esse proprios] Crælius Saxoniconum XI, 5.

b Licet matrimonium contrahere, sed laudabilior est ex pio proposito cœlebs castitas] Tertullianus adversus Marcionem I. vacat abstinentia testimonium, si licentia eripitur. (Cap. 29.) Vide de hac re, & de fuga in persecutione eundem l. I. ad uxorem. Hieronymus adversus Helvidium, (Tom. II. pag. 14. in fin. Edit. Basil.) virgo majoris est meriti dum id contemnit, quod si fecerit, non delinquit. Adversus Jovinianum, (Lib. II. pag. 25. B.) ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum. Ad Pammachium: semper grandia in audentium ponuntur arbitrio. Non tibi imponitur necessitas, ut voluntas premium consequatur. (Epist. pag. 164. Tom. I.) Chrysostramus ad 1 Cor. VII. (vers. 9. pag. 359. Tom. II. Ed. Savil.) Βαρτίονα δεικνύσιν τὴν ὑπεράτειαν, μολιότιον ἀσθενεῖαν ἐπισημαίνουσα. Ad Rom. VII, 6. καὶ μὴ πειθαρχεῖτε τῷ νόμῳ ἵνα καταλάβετε, δεικνύσιν ὅτι ἔ τῆς φιλοκαρίας τῶν ἀγαθῶν τὰ ζητούμενα, ὅσπερ ἡ παρθενομία καὶ ἀκαμωσύνη, ἀλλὰ πάντως αὐτὰ ἠνοθεῖναι δεῖ, nisi præceptis obedimus, gebernam minibus est, ostenditque hæc, quæ postulat, non esse ex iis, quæ vertantes suoapte studio præstant, qualia sunt: auginitas, & possessionum abdicatio, sed omnino ea debent impleri. (Pag. 91. eodem Tom.) Secunda oratione de jejunio: ἀφεῖκεν ἔξω τῶν φαδίων, ἀφεῖκεν ἀνατίρας τῶν ἀγαθῶν τὴν παρθενομίαν. ἴνα καὶ οἱ καταρθεύοντες τὴν οἰκίαν μετὰ τὴν ἐπισημαίνουσαν, καὶ οἱ μὴ καταρθεύοντες τῆς συγνώμης ἀπολαύ- Tom. III,

erat τὰ δευτέρου reliquit extra stadia, reliquit supra certandi legem continentiam virginalem, ut & qui id præstant, animi sui ostendant magnitudinem, & qui non præstant, indulgentiam Domini fruuntur. (Tom. VI. p. 233.) Quod mox aptat & ad ἀκαμωσύνην, possessionum abdicacionem. Adjice quæ habet Gratianus ex Augustino, & aliis, in causa XIV. quæstione I.

c Clemens Alexandrinus] Stromaton IV. ubi inter alia de secundas nuptias faciente ait: Ἐπιθεῖται ἀμάρτανι μὴν κατὰ διαθήκην. ἔ γὰρ κειώλυται πρὸς τὸ νόμον. ἔ πληροὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ εὐχρηστικῶν πολιτικῆς τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα. non peccat si quidem in sedus: neque enim ulli lex est, quæ prohibeat, sed non implet excellentissimam evangelicæ vitæ perfectionem. (Lib. III. Cap. 12. pag. 548. Ed. Oxon.)

d Paganam conjugem licite relinquere potest, ut sensit Augustinus] Libro I. de adulterinis conjugis ad Pollentium cap. 14. & 18. ex quibus locis multa transcripsit Gratianus in causam XXVIII, quæst. I.

GROTII VII.

4 Cœlebs castitas] Si quis habeat continentie donum.

5 Quibus circumstantiis] Neque enim simpliciter hoc licet, sed si veri Dei cultus omnino impediatur.

6 Vinum licet effundere] Si ad diem dictum id non curet asportari emtor, ut scilicet suis valis ad alia utatur. (Vide quæ diximus ad PENDERBIUM nostrum, de Jure Nat. & Gent. Lib. V. Cap. 5. §. 3. Not. 2. alterius Editionis. J. B.)

O O O O

GRO-

2. ^e + Alias vero licere aliquid dicitur, non quod salva pietate, & officiorum regulis fieri potest, sed quod apud homines pœnæ non subiacet. Sic apud populos multos ⁷ + scortari licet: apud Lacedæmonios, & Ægyptios ^f Lib. III, ^a 6. + etiam furari licebat. Apud ^f Quintilianum est: *sunt quadam non laudabilis natura, sed jure concessa, ut in XII. tabulis, ⁸ + debitoris corpus inter creditores dividi licuit.* Est autem hæc vocis *licere* significatio ⁺ minus propria, ut ^g Cap. 19. recte notat Cicero Tusculanarum quinta ^g de Cinira loquens: *mibi contra non solum eo videtur miser quod ea fecit, sed etiam ⁹ quod ita se gessit ut ea facere ei liceret: etsi peccare nemini licet, sed sermonis errore labimur: id enim licere dicimus, quod cuique conceditur: ⁺ recepta tamen, ut cum idem Cicero pro ^h Cap. 5. Rabirio Posthumo judices sic alloquitur: *h* quid deceat vos, non ¹⁰ quantum liceat vobis, spectare debetis: si enim quod liceat queritis, potestis tollere e civitate quem vultis.* Sic regibus dicuntur omnia licere quia sunt ἀνυπεύθυνος, exempti a pœnis humanis, ut alibi diximus. At regem, sive Imperatorem in ⁱ De IV. formans Claudianus recte ait ⁱ:

Conf. Hor.
por. vers.
467.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit.
Occurrat.

^k Apud
Stob. Sermon.
XLVI. pag.
326.

Et Musonius ^k castigat reges: *μη τὸ καθήκει μοι λέγειν μεμεληκότας; ἀλλὰ τὸ ἔξεσι μοι, qui in more habent dicere, ⁺ hoc mihi licet, non hoc me decet.*

^l Lib.
XXX. C. 8.
^m Lib. v.
Epist. 14.
ⁿ Cap. 3.
^o Cap. 16.
^p Decl.
251.

3. Eoque sensu sæpe opponi videmus quod licet, & quod oportet, ^f ut ^l Seneca patre in controversiis non semel. Ammianus Marcellinus: *l* *sunt aliqua, quæ fieri non oportet, etiamsi licet.* Plinius in epistolis: *m* *oportet quæ sunt inhonestâ, non quasi illicita, sed quasi pudenda vitare.* Cicero ipse oratione ⁿ pro Balbo: *est enim aliquid quod non oporteat, etiamsi licet.* Idem ¹¹ + pro ^o Milone ^o *his esse ad naturam, licere ad leges refert.* Et in declamatione patris ^p Quintiliani est, ¹² + aliud esse jura spectare, aliud justitiam.

III. ⁺ Hoc ergo modo ⁺ lædere hosti hostem licet & in persona, & in rebus,

G R O N O V I I.

^e Alias vero licere aliquid dicitur, non quod salva pietate, & officiorum regulis fieri potest, sed quod apud homines pœnæ non subiacet] Tertullianus in exhortatione ad castitatem: *licentia plerumque tentatio est disciplina.* (Cap. 8.) Ibidem: *omnia licent, sed non omnia pro salute.* Chrysostomus de pœnitentia VIII. *ὁ ἀκρίδης ἐκ βοτάνων ἐσθίου ἢ μέλι ἀγρίον, τὸ τὴν λαμπρὰν παραδεισάδα ἢ βασιλικὴν τρώσκων ἢ αὐθεντίας προσήκει, ἀκ ἔξ. σοι. καὶ τοι ἐδοκε βασιλεὺ πάντα ἐξίναι hic, qui herbarum cacuminibus vescabatur, & fero melle, illi splendidam, & regiam mensam sibi apponere solito, cum auctoritate edicit, non licet tibi. Atqui videtur regi omnia licere.* (Tom. VI. pag. 308.) Columella præfatione libri VII. *Nec sane est vincendum nobis quicquid licet: nam summum jus antiqui putabant summum vincem.* Hieronymus ad Jovinianum ⁺ *est vixi pro summum*

summum malitia. (Locus Columellæ est Lib. I. Cap. 7. Hieronymi autem, non ad Jovinianum, sed ad Innocentium, Tom. I. pag. 235. J. B.)
^f *Ut a Seneca patre]* Inter alia controversiarum libro IV, 25.

G R O N O V I I.

⁷ *Scortari licet]* Ubi lupanaria permittitur fund.
⁸ *Debitoris corpus]* Gellius 20, 1. (Vide Ampliif. BYNCKERSHOEK Objerv. Jur. Civ. Lib. I. Cap. 1. J. B.)

⁹ *Quod ita se gessit]* Quod evexit se supra leges armata tyrannide occupata. Flor. 3, 21.

¹⁰ *Quantum liceat]* Quod possitis impune facere pro potestate.

¹¹ *Pro Milone]* Cap. 16. quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret.

¹² *Aliud jura, aliud justitiam]* Tanquam plus sit in justitia, quam in jure.

G R O

rebus, id est, non ei tantum, qui ex justa causa bellum gerit, + quique lædit intra eum modum, quem naturaliter concessum initio hujus libri diximus, + sed ex utraque parte, + & indistincte: + ita ut eam ob causam nec puniri possit in alio forte territorio deprehensus, + tanquam homicida, aut fur, + nec bellum ipsi ab alio talis facti nomine inferri. + Hoc sensu apud Salustium & legimus: *cui omnia in victoria lege belli licuerunt.*

IV. + Causa cur id gentibus (aa) placuerit, hæc fuit: quod inter duos populos de jure belli ¹³ + pronuntiare velle, periculosum fuerat aliis populis, + qui ea ratione bello alieno implicarentur, + sicut Massilienses in causa Cæsaris, & Pompeji dicebant, + neque sui iudicii, neque suarum esse virium, discernere utra pars justiore haberet causam: deinde, + quod etiam in bello justo vix satis cognosci potest ex indiciis externis, quis justus sit se tuendi, sua recuperandi, aut pœnas exigendi modus, + ita ut omnino præstiterit hæc ¹⁴ + religioni bellantium exigenda relinquere, quam ad aliena arbitria vocare. Achæi in oratione ad (bb) senatum apud Livium, *quoniam modo ea, quæ jure belli acta sunt, in disceptationem veniunt?* + Præter hunc effectum licentiæ, id est, ¹⁵ impunitatis, + est & alius, ¹⁶ domini scilicet, de quo posterius + agemus.

V. I. + Illa autem, quam nunc tractare cœpimus, lædendi licentia + primum ad personas porrigitur: de qua + multa exstant apud probos auctores testimonia. Græcum est proverbium & ex tragœdia Euripidis:

Καθαρὸς ἅπας τοι πολεμίας ὃς ἀν κλάνη

¹⁷ Purus profecto est quisquis hostem occiderit.

Itaque more Græcorum antiquo cum his, qui extra bellum occidissent hominem, (cc) + lavare, cibum, aut potum sumere, multoque magis sacra facere fas non erat; + cum his, qui in bello, fas erat. Et passim occidere, ¹⁸ jus belli vocatur. Marcellus apud Livium: *quicquid in hostibus feci, jus belli defendit.* Apud eundem Alorcus ad Saguntinos: *sed hæc patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra: rapi, trahique ante ora vestra conjuges,*

GROTII.

[*En tragedia Euripidis*] Ione, (vers. 1334.)

GRONOVII.

¹³ Pronuntiare] Judicem se facere, utrius sit justior causa.

¹⁴ Religioni bellantium] Conscientiæ.

¹⁵ Impunitatis] Ut plecti nemo possit ob ea, quæ in bello, ut fit, adversus hostem patraverit.

¹⁶ Domini] Ut bello partorum, quæcumque fuerit ejus belli causa, justî domini finus.

¹⁷ Purus profecto] Non pollutus homicidio.

¹⁸ Jus belli vocatur] Hasdrubalis uxor ad Scipionem apud Appianum, *Σοὶ μὲν ἂν νίμους* in

Σοὶ μὲν, ἢ Πολεμίας ἐστὶ γὰρ πολεμίας ἐστράτευσας.

(aa) Non opus est heic ullo consensu Populorum: sed ex ipso Jure Naturæ rationes peti possunt, quæ in omni Bello, etiam non solemnī, valent. Fusè diximus in Notis nostris Gallicis. J. B.

(bb) Non ad Senatū, sed ad Appianū Legatū, in Concilio Achæcorum. Inspice locum à me distinctè indicatum. J. B.

(cc) Vide supra Lib. 1. Cap. 3. §. 5. n. 3. Adde duo loca luculenta ANTIPOHONTIS, Orat. XIV. XV. pag. 93. Ed. Hebel. & Orat. XVI. pag. 139. Vide & MEURSII Themid. Attic. Lib. I. c. 15. J. B.

O O O O 2

GRO-

judges, ac liberos belli jure smatis. Idem alibi cum narraffet Astapenses occisos, addit, *factum jure belli.* Cicero ² pro Dejotaro: *tibi vero inimicus cur esset, a quo cum vel interfici belli lege potuisset, regem se, & filium suum conjunctos esse meminisset?* Et pro M. Marcello: *nam cum ipsius victoriae conditione + jura ¹⁹ omnes occidissimus, clementia tuae judicio conservati sumus.* Cæsar Hæduis significat *suo beneficio conservatos, quos jure belli interficere potuisset.* Josephus in bello Judaico: *καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πόλεμος νόμῳ, τῆτ' ἔστιν ὑπὸ τῶν κρατέων pulchrum in bello occumbere, sed belli jure, id est, vitam adinente victore.* Papinius (Thebaid. XII, 552.)

Nec querimur casos: hæc bellica jura, vicesque Armorum.

¹ Lib. XXVIII. cap. 23.
² Cap. 9.
³ Cap. 4.
⁴ Comm. de Bell. Gall. VII, 41.
⁵ Lib. III. Cap. VIII. §. 5. divisi Hudson.

2. Jure autem belli cum dicunt hi scriptores, *non tale intelligi, quod actum culpa omni liberet, sed qualem dixi impunitatem, ex aliis locis apparet.* Tacitus dixit, *in pace causas, & verita spectari, ubi bellum ingruat, innocentes, ac noxios juxta cadere.* Idem ^e alibi: *nec illis aut honorare ²¹ eam eadem jus hominum, aut ulcisci ratio belli permittebat.* Neque aliter sumendum jus belli, quod abstinuisse Achivos Ænea, & Antenore, memorat ^f Livius, eo quod pacis auctores semper fuissent. Seneca in tragœdia Troadibus, (vers. 335.)

^d Ann. I. v. 48.
^e Hist. III. v. 51.
^f Lib. I. v. 1.

Quodcumque libuit facere, victori licet.

Et in ^g epistolis: *que clam commissa capite luere, tum quia ²² paludati fecerunt, laudamus: & Cyprianus ^b, homicidium cum admittunt singuli, crimen est. virtus vocatur cum publice geritur. impunitatem sceleribus acquirit ²³ non innocentia ratio, sed sceleris magnitudo.* Deinde: *consensere ²⁴ jura peccatis, & capit esse licitum, quod publicum est.* Sic Lactantius: Romanos, ait, *legitime injurias intulisse.* Nec alio sensu ^k Lucanus: *iusque datum sceleri.* VI. ⁺

^g Epist. 207.
^h Epist. II. sen Lib. ad Donat. p. 5. 7. Edit. Fell. Brem. i. Hist. Div. VI. 9.
^k Phars. 2. 2.

G R O T I I.

¹ *Hæc bellica jura*] Servius in excerptis Fulgentibus ad II. Æneidos: (vers. 538.) *jure bellico Politen Pyrrhus occiderat: sed cur ante oculos patris? Spartianus Severo: præter eos, quos jus prælii abjicit.* (Cap. 14.)
ⁱ *Que commissa capite luere, tum quia paludati fecerunt, laudamus*] Confer que supra libro II, cap. I. §. I.

G R O N O V I I.

¹⁹ *Omnes occidissimus*] Perissimus, occidi jure potuissimus.
²⁰ *Actum culpa omni*] Quo quod actum est, probum, & pium sit, nec reum peccati apud Deum faciat.
²¹ *Qualem dixi impunitatem*] Ut ob id, quod

in bello moribus gessit, etsi durum sit, eadem mnari, aut in jus vocari nequeat.
²² *Tacitus hist. III.] 51.*
²³ *Eam eadem*] Fratris in diversa parte militantis.
²⁴ *Paludati fecerunt*] Imperatores belli: nam apud Romanos ejus, cui summa belli commissa esset, vestitus militaris erat paludamentum, sive palliolum cocceum: quod religiose, atque inter vota in Capitolio fumebant: & inde statim ad portam profecti exiisse paludati dicebantur. Liv. 2, 61.
²⁵ *Non innocentia*] Non quod mihi male feceris, sed quod feceris in multos, & cum multis.
²⁶ *Jura peccatis*] Quibus adversari, & pœnas irrogare debebant.
²⁷ *Jusque datum*] Belli nomine permittum occidere cives, amicos, propinquos.

VI. + Late autem patet hoc jus licentiæ; nam primum non eos tantum comprehendit, + qui actu ipso arma gerunt, + aut qui bellum moventis subditi sunt, + sed omnes etiam, qui intra fines sunt hostiles: quod apertum fit ex ipsa formula apud Livium: *hostis sit ille, + quiq; intra presidia ejus sunt.* Nimirum, + quia ¹ ab illis quoque damnum metui potest, + quod in bello continuo, & universali sufficit ut locum habeat jus, de quo agimus: + aliter, quam in ² pignorationibus, + quæ, ut diximus, ad exemplum onerum impositorum ad luenda civitatis debita introductæ sunt: quare mirum non est, si, quod Baldus ^m notat, + multo plus licentiæ sit in bello, quam in pignorandi jure. Et hoc quidem, quod dixi, + in peregrinis, qui ³ commisso, cognitoque bello intra fines hosticos veniunt, dubitationem non habet.

VII. At qui ante bellum eo iverant, + videntur jure gentium pro hostibus haberi ^k + post modicum tempus, intra quod discedere potuerant. Nam sic Epidamnium ⁿ obsefuri Corcyraei + peregrinis primum discedendi faciebant copiam, denuntiantes alioqui pro hostibus futuros.

VIII. I. Qui autem + vere subditi sunt hostium, ¹ ex causa scilicet permanente, + eos offendere ubique locorum jure hoc gentium licet, si ipsorum personam respicimus. Nam cum alicui bellum indicitur, + simul indicitur ejus populi hominibus, + ut supra ostendimus in formula indictionis: sic & in decreto, ^o *vellent, juberent Philippo regi, Macedonibusque, qui sub regno ejus essent, bellum indici.* + Hostis autem qui est, ubique secundum jus gentium impeti potest. Euripides ^p:

Νόμος γὰρ ἐχθρὸν ὄραν ὄπῃ λάβῃς κακῶς,

+ Ubicumque presum jura ladi hostem sinit.

Marcianus ^q jurisconsultus: *transfugas licet, ubicumque inventi fuerint, + quasi hostes interficere.*

2. Interfici ergo possunt impune + in solo proprio, + in solo hostili, + in solo nullius, + in mari. ² In territorio autem pacato, + quod eos interficere, aut violare non licet, + id jus non ex ipsorum venit persona, ¹ sed

G R O T I I

^k Post modicum tempus] *Bemius VII. historia.* Ea defensione utitur *Cicero* pro *Ligario.* (C. 2.) Exemplum habes apud *Livium* libro *XXV. c. 22.* de civibus *Campanis.* Alia apud *Thucydidem* libro *IV. (Cap. 105.)*
^l Sed ex jure ejus, qui ibi imperium habet] Confer dicenda infra cap. VI, §. 26. & *Athericum Gentilem* *Hispanicarum advocatum* lib. I, c. 6. *Wachnerum* in consilio *Franconico* 92.

G R O N O V I I

² Ab illis quoque damnum] *Utpote quibus*

interpretetur etiam facultatem datam nos lædendi, qui metus in bello toti genti, & omnibus ejus hominibus indicto sufficit ad producendum illud jus.

²⁹ Pignorationibus] *Repressaliis. 3, 2. 7.* his enim in complures, quamvis victitent, & deprehendantur inter eos, quorum iusta clarigatio, vel presentio est, uti non licet; & in quos licet, tantum ad summam debiti licet.

³⁰ Commisso, cognitoque bello] *Videntur enim se immiscuisse, & causam illam probasse.*

³¹ Ex causa permanente] *Qui domicilium habent in hostico, & jus civitatis.*

³² In territorio pacato] *Esus, qui cum neutra parte bellum habet.*

O O O O 3

G R O

ex jure ejus, qui ibi imperium habet. + Nam civiles societates constituere potuerunt, in eos, qui in aliquo sunt territorio, nihil per vim agi, nisi iudicio tentato: sicut ex Euripide r citavimus,

v Lib. II.
c. 21. §. 6.

*Si crimen istis aliquod hospitibus struis,
Jus impetrabis: vi quidem hinc non abstrahes.*

Ubi autem judicia vigent, ibi ³³ personarum spectantur merita, + & cessat ³⁴ jus istud promiscuum nocendi, quod inter hostes introductum dicimus. Narrat ^m Livius, septem triremes Pœnorum fuisse in portu ³⁵ ejus ditionis, cui Syphax imperabat, cui pax eo tempore erat cum Carthaginensibus, Romanisque; advenisse eo cum duabus trirētib; Scipionem, opprimique a Pœnis potuisse priusquam portum intrarent; sed vento acriore illatas in portum antequam Pœni anchoras molirentur: tum vero Pœnos + nihil ausos in regio portu.

v Lib.
XXVIII.
c. 17.

IX. I. Cæterum, ut ad rem redeam, quam late + licentia ista se protendat, vel hinc intelligitur, + quod infantium quoque, & feminarum cædes impune habetur, & isto belli jure comprehenditur. + Non huc adferam, quod Hesbonitarum feminas, & pueros ⁶ Hebræi occiderunt, & quod idem ⁷ fieri imperatur in Cananæos, ⁸ & quorum connexa cum Cananæis erat causa: ⁹ Dei ista sunt opera, cujus in homines jus majus est, quam hominum in bestias, + ut alibi differuimus. Illud propius accedit + ad testandum morem communem gentium, quod in ¹⁰ Psalmo beatus dicitur + fore qui ¹¹ Babyloniorum infantes petræ allidet, cui par est ¹² Homericum illud, (*Iliad.* XXII. 63.)

v Deute-
ron. 11. 34.
v Deute-
ron. XX. 16.

v Psal.
CXXXVII.
vers. 9.

καὶ νήπια τέκνα
βαλλόμενα προτὶ ἄστυ αἰνῆ δῆϊοτῆτι

Illis quoque

G R O T I I.

^m Livium] Vide simile factum Venetorum Græcos impediendum ne in portu juris Veneti Turcis noceant, apud *Chalcocondylam* lib. IX. de Venetis, & Turcis apud Tunetem, *Bembum* lib. 4. de Pffanis, & Genuatibus in Sicilia, *Bizarum* bello Pisano, de Rostochio, & *Gripwaldia Paulinum Gotthum*.

ⁿ Et quorum connexa cum Cananæis erat causa] Ut Amalecitz, de quibus *Josephus* libro VI, 8. in Saulis rebus: ἐπὶ σφαγῆν γυναικῶν ἢ νηπίων ἐχώρησεν, ἅδην ὡμὸν ἢ ἀνδρωπίνης σκληρότερον διαπρασσέσθαι φύσεως ἠγώμενοι, πρῶτον μὲν πολεμίας τὰυτὰ δεῖν, ad cædem feminarum etiam, & puerorum processit, nihil existimans se crudele, aut naturæ humanæ adversum in eo facere, primum quod hostes erant, in quos id sebat, &c. (Cap. 7. §. 2. divis. *Hudson*.)

^o Homericum illud] Ex eodem Homero Severus in Britannos his verbis usus (apud *Xiphi-*

lix. pag. 342. *Ed. H. Steph.* Locus est *Iliad.* VI. 57.)

G R O N O V I I.

³³ Personarum spectantur merita] Singulorum, vel privatorum, & probitas, & pravitas, non gentium, vel populorum.

³⁴ Jus istud promiscuum] Sine discrimine, noxii sint etiam ex sua persona, an innocii.

³⁵ Ejus ditionis, cui] Eorum finium, quibus, vel portu, qui esset in ditione Syphacis Malzfulorum regis.

³⁶ Dei ista sunt opera] Hoc non fecerunt Hebræi ex jure gentium, sed ex Dei singulari mandato, qui devotos illos populos volebat extingui: itaque non possumus iade in alios populos exemplum petere.

³⁷ Babyloniorum] Nam hi non erant in numero devotorum populorum.

G R O

*Illisæque corpora terra
Infantum, sævus dum concutit omnia Marors.*

2. + Thraces olim capta Mycaleſſo feminas quoque, & infantes occiderunt; narrante * + Thucydeide. Idem de Macedonibus, + cum Thebas cepiſſent, narrat † Arrianus. P + Romani capta Ilurgi urbe Hispaniæ, *ἐκτειναν ὀμαλὰς καὶ παιδία καὶ γυναῖκας, sine discrimine interemerunt etiam mulieres, & pueros*, quæ verba sunt † Appiani. Germanicus Cæſar Tacito † narratur vicōs Marforum (+ Germaniæ is populus) ferro, flammisq̄e pervaſtaſſe, additurque: + *non ſexus, non ætas miſerationeui attulit.* + Titus Judæorum etiam (dd) pueros, & feminas in ſpectaculo feris laniandos propoſuit. Et tamen hi duo ingenio minime ſævo fuiſſe creduntur: + adeo ſævitia illa in morem verterat. Quo minus mirum + ſi & ſenes interficiuntur, ut a + Pyrrho † Priamus.

+ X. I. † Ne captivi quidem ab hac licentia exempti. Pyrrhus apud Senecam † ex recepto tunc more:

Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.

In Ciri Virgiliana belli lex hæc dicitur, etiam in feminas captivas. Ita enim ibi † Scylla:

At belli ſaltem captivam lege necaſſes.

Sed

G R O T I I.

— *μὴδ' ὄν τινα γαστέρι μῆτηρ
Κῆρον ἰόντα φέροι, μὴδ' ὅς Φύγοι αἰπὼν ἄλεθρον.*

— *nec qui latet abditus intra
Viscera matris adhuc fugiet crudelia fata.*

p Romani capta Ilurgi] Scipio capta Numantia: Juliani milites in mulieres Daciris relictas. *Zosimus* III. (c. 15.) Idem Julianus capta Majoramalcha. *Sine ſexus discrimine, vel ætatis, quicquid impetui reperit poteſtas iratorum abſumit: ait Ammianus libro XXIV. (cap. 4. pag. 436.)* (Quod de Scipione dicit Auctor, nullo auctore dicit. Contrarium patet ex eo, quod narrat APPIANUS, *Bell. Hispan. pag. 311. Ed. H. Steph. ex ſuperſtitibus Numantinis Scipionem quinquaginta tantum triumpho ſervaſſe, alios vendidiſſe. Immo alii volunt, Numantinos ſe ipſos omnes concremalle, ut ne unus quidem ſuperſuerit. Vid. FLO RUM, Lib. II. Cap. 18. ibique Interpretes. J. B.)*

† Ne captivi quidem ab hac licentia exempti] *Elifzus apud Joſephum: τὸς γὰρ νόμος λαβέντας πολέμους, ἀποκτείναν ἔδειξε δικαίον. belli jure captos interfici, juſtam dicebat. (Antiq. Jud. Lib. IX.*

C. 4. §. 3. Ed. *Hudſon.*) Itaque Virgilius captivum inducit rogantem:

*Per patrios manes, per ſpes ſurgentis Juli,
Te precor hanc animam ſerves natoque, patrique.*
(Æn. X. 524.)

LXX. millia Slavorum captorum ab Ottone interfecta narrat *Witikindus* lib. III. (pag. 34. Ed. *Wechel. 1577.* ubi tamen *Septingenti captivorum tantum capite caſi* dicuntur.)

(dd) Nihil hac de re apud JOSEPHUM. Immo diſertè hic ait, captis *Hieruſolymis, Titus* vendi juſſiſſe omnes, qui infra decimum ſeptimum annum eſſent. *Bell. Jud. Lib. VI. Cap. 9. §. 2. diviſ. Hudſon.* Hauſit Auctor noſter ex *ABERICO GENTILI, Lib. II. Cap. 21. pag. 425.* qui tamen nullum alium teſtem adfert, niſi *CARDANI* Encom. *Neron.* ubi hic adverſus *Titum* debacchatur, quali *Neroni* comparandum, eo quod *uno ſpectaculo aliquot millia Judæorum, in quibus PUERI, ET MULIERES, feris dilaniandos expoſuerit.* Cujus rei auctorem adfert amicum *Titus, JOSEPHUM, Tom. I. p. 207. Opp. Cardan. Ed. Lugd. 1663.* At *Joſephus* ne γὰρ quidem de pueris, & mulieribus habet, d. loc. *J. B.*

G R O

et Epist. Sed & illo Senecæ loco de femina, Polyxena nimirum, occidenda agebatur, Hinc illud Horatii :

Vendere cum possis captivum, occidere noli.

Ponit enim licere : & Donatus *f*, + servos dictos, qui servati essent, quibus eos occidi ¹³ oporteret jure belli : + ubi illud oporteret, improprie, pro liceret positum videtur. Sic a Corcyraeis interfecti captivi ex Epidamno, narrante *s* + Thucydide. Sic quinque millia captivorum ab *h* Annibale occisa : & a *M. Bruto* ; non pauci. Apud Hirtium bello *h* Africano Scipionem sic alloquitur centurio Cæsarianus : *tibi gratias ago, quod mihi vitam, incolumitatemque belli jure capto polliceris.*

2. + Nec ¹³ tempore ullo excluditur potestas occidendi tales servos, id est bello captos, + quantum ad jus gentium pertinet ; + etsi legibus civitatum hic magis, illic minus adstringitur.

XI. Quin & ⁴⁰ + supplicum occisorum passim occurrunt exempla, ut ab Achille apud Homerum ^l, apud Virgilium ^m Magonis, & Turni : quæ ita narrari videmus, ut defendantur simul + illo, quod dixi, belli jure ; nam & ⁿ Augustinus laudans Gothos qui supplicibus & in templa perfugientibus pepercerant : *Quod belli jure fieri licuisset, ait, + illicitum sibi esse judicant.* + Nec qui se dedunt, semper recipiuntur, ut in pugna ad Granicum Græci ⁴¹ qui (ee) Persæ militabant : apud + Tacitum ^o Uspenses veniam liberis corporibus orantes : *quod aspernati, inquit, sunt victores, ut belli potius jure caderent.* + Nota & hic belli jus.

XII. Sed & ^r acceptos in deditionem ⁴² + sine conditione ulla + legas interfici, ut a Romanis Pometiæ ^p principes, a (ff) Sulla Samnites, a Cæsare ^r Numidas, & ipsum ⁿ Vercingetorigem : immo nos hic ferme perpetuis Romanorum in hostium duces, sive captos, sive delitos, ^s + ut triumphi die occiderentur, quemadmodum Cicero nos docet quinta ^v Verrina, Livium tum alibi, tum libro ^h XXVI, Tacitus Annal. ⁿ XII, & alii multi. Eodem

GROTII.

^r Acceptos in deditionem sine conditione ulla legas interfici] Vide Thuanum libro LXX. in anno MDLXXX. in rebus Hiberniæ.

^s Ut triumphi die occiderentur] Simile apud Reginoem in anno DCCCC V. (pag. 436. Edit. Argentor. 1609.)

CRONOVII.

³⁸ Oporteret] Q. d. cum sommeruissent, ut occidii recte possent.

³⁹ Tempore ullo] Quasi cum in primo furore occisi non essent, postea occidi non possent.

⁴⁰ Supplicum] Qui se ultro positis armis dediderunt, & veniam petiverunt.

⁴¹ Græci, qui Persæ militabant] Non impetraverunt veniam ab Alexandro, sed interfecti sunt.

⁴² Sine conditione ulla] Sine pacto salutis.

(ee) Nescio unde hoc habeat Auctor, & voveo ut memoria cum sefellere. Nihil hac de re invenio apud Scriptores historicæ Alexandri Magni. Immo ARRIANUS disertè ait, quotquot mercenariorum militum vivi in potestatem venerunt, victos in Macedoniam ad ergastula missos fuisse, Lib. I. Cap. 17. Vidè & finem ejusdem Libri. J. B.

(ff) De Samnitibus nihil tale reperio, nec apud Plutarchum, nec apud Appianum Alexandr. Sequitur est Noster, sine examine, *Albericum Gentilem*, Lib. II. Cap. 17. pag. 364. Et hic videtur confudisse quod legerat de *Antemnatibus*, in *Vita Syllæ*, à PLUTARCHO conscriptâ, p. 471. D. sed in quo fuit insignis perfidia. J. B.

GRO-

dem * Tacito memorante, Galba ⁴³ decimari jussit, quos deprecantes in si- ^{2 Hist. 1.}
dem acceperat: & * Cæcina, in deditionem accepto Aventico, in Julium ^{37.}
Alpinum e principibus, ut concitorem belli, animadvertit: cæteros veniæ, ^{37.}
vel scvitæ Vitellii reliquit. ^{68.}

XIII. 1. † Solent interdum historici causam interfectorum hostium, captorum præsertim, aut supplicum, † referre aut ⁴⁴ ad talionem, aut ⁴⁵ ad pertinaciam in resistendo: † sed hæ causæ, ut alibi † distinximus, ⁴⁶ suasoriae magis sunt, quam justificæ. Nam talio justa, & proprie dicta in eandem ^{2 L. II. C. 1.}
personam, quæ deliquit, exercenda est, ut intelligi potest ex his, quæ de ^{§. 1. C. 1.}
pœnæ communicatione dicta sunt † supra. Contra vero in bello plerumque ^{XXII. §. 1.}
id, quod talio dicitur, in malum redundat eorum, † quorum in eo, quod ^{2 L. II.}
accusatur, nulla est culpa. Cujus morem sic describit ^{C. XXI.} Diodorus Siculus: ^{§. 12. seq.}
*ὁ γὰρ ἠγνόων δι' αὐτῶν τῶν ἔργων μαθόντες, ὅτι τοῖς διαπολεμῶσι κοι- ^{b Biblioth.}
νῆς τῆς τύχης ὑπαρχούσης, ἀμφοτέρως κατὰ τὰς ἡττὰς τοιαῦτα ἀνάγκη ^{XIV. 47.}
πάσχειν, οἷα ἂν αὐτοὶ πράξωσιν εἰς τὰς ἀτυχήσαντας* neque enim ignora-
bant ipsis rebus edocti, cum bellantium par sit fortuna, alterutris, si male rem-
gessissent, id expectandum, quod ipsi in victos statuisent. Apud eundem † Phi- ^{Lib.}
lomeius dux Phocensium, *διὰ ταύτης τῆς κολάσεως τὰς ἐχθρὰς ἐποίησε ^{XVI. Cap.}
μελαβέσθαι τῆς ὑπερηφάνειας καὶ δεινῆς τιμωρίας* † pari pena exacata effecit, ^{31.}
ut hostes a superbo, & insolenti supplicio temperarent.

2. † Pertinax vero studium in partes nemo est qui ⁴⁷ supplicio dignum ³
judicet; ut apud Procopium † Neapolitani Belisario respondent, quod tunc ³¹
maxime obtinet, † cum partes illæ aut ⁴⁸ a natura assignatæ, † aut hone- ^{Cap. 2.}
sta ratione electæ sunt. Immo tantum abest ut in eo crimen sit, ut pro cri-
mine habeatur si quis ⁴⁹ præsidio decesserit, præsertim † veteri † jure mili-
tari Romano, quod hic nullam ferme admittebat metus, aut periculi excu- ^{e Polyb.}
sationem. *Præsidio decedere apud Romanos capitale est*, ait † Livius. ^{lib. I. c. 17.} † Ob ^{§ VII. c. 35.}
utilitatem ergo suam quisque summo illo rigore, ubi visum est, utitur: ^{f Lib.}
† defenditur autem ⁵¹ rigor ille apud homines eo gentium jure, de quo ^{XXIV. c. 37.}
nunc agimus.

XIV. † Idem jus † & in ⁵² obsides usurpatum, nec in eos tantum, † qui ⁶³ se

G R O T I U S

† Solent interdum historici causam interfectorum hostium, captorum præsertim, aut supplicum, referre aut ad talionem, aut ad pertinaciam] Ut Calaneo dylæ libro VIII.

† Pari pena exacta] Vide eundem Diodorum de Spondio, & Amilcare Barca in excerptis Perizonius. (Pag. 277.)

C R O N O V I U S

43 Decimari] Decimum quemque forte ad supplicium duci.

44 Ad talionem] Quasi non parcatur illis, quia ipsi antea nemini hostium pepercerunt.

45 Ad pertinaciam] Quod tam diu repugnando tempus misericordie contempserint.

Tom. III.

46 Suasoria magis quam] Non tam purgant, quam impellunt, & stimulant severitatem.

47 Supplicio dignum] Cum sit argumentum fidei. (In hoc loco Procopii, non Neapolitani id respondent Belisario: sed duo Patroni, Pastor, & Asclepiodotus, alloquuntur Neapolitanos, & Gothos. J. B.)

48 A natura assignata] Quoties pugnavimus pro populo, aut principe, sub quo nati sumus, aut cui iustas ob causas obhasimus.

49 Præsidio decesserit] Liv. 24, 37.

50 Ob utilitatem] Non ob culpam ejus, in quem crudeliter consulitur.

51 Rigor ille] Illa severitas.

52 Obsides] Si cum dati essent fidei, & amicitie pignus, respectu illorum non cessavit hostis fieri, qui dedit.

P P P P

G R O

⁵³ se obligaverant quasi ex conventionem, + sed & in eos, qui ab aliis traditi. A Theffalis occisi olim & ducenti quinquaginta, a (gg) Romanis Volsci
^a Aurunci ad trecentos. Notandum autem, solitos obsides dari + etiam pue-
^b ros, ut ⁱ a Parthis, (hh) quod & + a Simone Macchabæorum ^k uno factum legimus, + & feminas ut a Romanis Porsenæ temporibus, & a Germanis (ii) narrante ^l Tacito.

^{Ann. XII.} XV. I. + Sicut autem jus gentium permittit multa, ⁵⁴ + eo permittendi modo, quem jam explicavimus, quæ jure naturæ sunt vetita, + ita quædam vetat permiffa jure naturæ. Nam quem interficere liceat, + eum gladio, an veneno interimas, nihil interest, + si jus naturæ respicias: jus inquam naturæ: + nam generosius quidem est ita occidere, ut qui occiditur ⁵⁵ + sui defendendi habeat copiam: + sed ⁵⁶ non debetur hoc cuiquam, qui mori meruit. + At jus gentium, + si non omnium, certe meliorum, + jam olim est, ne hostem veneno interficere liceat: + qui consensus ortus est ex respectu communis utilitatis, ⁵⁷ + ne pericula in bellis, quæ crebra esse cœperant, nimium intenderentur. + Et credibile est a regibus id profectum, quorum vita ab armis ante alios defenditur, + a veneno minus, quam aliorum, tuta est, + nisi defendatur juris aliqua religione, + & metu infamæ.

^m Liv. ^{Libro XLII.} 2. + Claudeflina scelera vocat ⁿ Livius de Perseo loquens: nefas Claudianus ^o agens de insidiis in Pyrrhum a Fabricio rejectis, & Cicero ^p scelus eandem historiam tangens. + Communis exempli interesse ne tale quid admittatur, ajunt consules Romani in epistola ad Pyrrhum, quam ex Cl. Quadrigario recitat ^q Gellius apud Valerium Maximum ^r est, *armis bella, non venenis geri debere.* Et ^r Tacito memorante, cum princeps Cattorum Arminii mortem veneno promitteret, rejectit Tiberius, ea se gloria æquans præficatoribus.

G R O P I I

* *Et metu infamæ*] Senatores ad Pyrrhum: *ἡμῶν μὴ τὸ σὸν πᾶσι* ^o *ἢ μὴ διαβολὴν ἐπιγῆσθαι* ne nobis infamiam adferat si quid tibi acciderit. (Non Senatores, sed Consules C. Fabricius & Q. Æmilius, hoc dicunt, in Epistola ad Pyrrhum, apud PLUTARCHUM, Vit. Pyrrh. pag. 396. C. J. B.)

G R O N O V I I.

⁵³ *Se obligaverant*] Qui sponte vitam oppignoraverant pro fide suorum.

⁵⁴ *Eo permittendi modo*] Nempe, ut impune fiant, neque ex factis persecutio detur.

⁵⁵ *Sui defendendi*] Ut sit non tantum in acie, ac confictu, sed propemodum in omni parte belli, modo ne quis sibi desit ipse. Sic Alexander agebat, se didicisse adversus vires hostium, non adversus calamitates contendere. *Just.* 11, 12.

⁵⁶ *Non debetur*] Occidi potest etiam indefensus, etiam quiescens, & dormiens.

⁵⁷ *Ne pericula*] Ut aliquis modus esset discriminum, quam iussisset, quod gladiis, & telis

corpora exponunt, & obiciunt pugnantes.

(gg) Vide etiam LIVIUM, Lib. II. C. 16. num. 9. J. B.

(hh) TACITUS, loco in orâ libri distinctè indicato, loquitur tantum de liberis Parthorum Regum: ut & in loco *Maccabæorum* sequente, est simpliciter *videt*. Sed vide SUBTONIUM, *Culig.* cap. 19. & 45. ubi disertè *pueros obsides* memorat. Unde validior efficitur conjectura, quam JUSTUS LIPSIUS elicit è loco STRABONIS, *Geogr.* pag. 748. *Ed. Paris.* Sed alia sunt exempla in Historiis, puerorum, qui obsides dabantur, ut *Demetrius*, Filius *Seleuci Philopatoris*, Regis *Syriæ*, duodecimimum agens annum: *APPIAN.* *Syr.* pag. 116. *El. H. Steph.* A Romanis etiam obsides datos *impuberes*, patet ex historiâ *Clælii* illius nobilis, apud LIVIUM, Lib. II. Cap. 13. J. B.

(ii) *Libro IV. Hist.* quem Anctor heic in margine indicat, nihil tale de Germanis: sed in *Germania* descriptione, Cap. 8. n. 2. J. B.

G R O

ratoribus. Quare y qui licitum volunt hostem veneno occidere, ⁵⁸ ut ex (kk) Vegetio y Baldus, + respiciunt merum naturæ jus; + illud autem, quod a gentium voluntate ortum trahit, prætervident.

XVI. I. Distat a tali veneficio nonnihil, + & ad vim accedit propius, + spicula veneno inficere, & ⁵⁹ geminare mortis causas, quod z + de Getis tradit Ovidius, de Parthis u Lucanus, de Afris quibusdam w Silius, & nominatim de Æthiopicis y Claudianus. a + Sed hoc quoque contra jus est gentium + non universale, sed gentium Europæarum, + & si quæ ad Europææ melioris cultum accedunt; + quod recte a Salisberienfi observatum est, z ⁶⁰ cujus hæc sunt verba: *nec veneni, licet videam ab infidelibus aliquando usurpatam, ullo unquam jure indultam lego licentiam. Ideo ferrum infamare veneno dixit w Silius.*

2. + Nam & fontes veneno inficere, ⁶⁰ + quod ipsum quoque aut non latet, aut non diu latet, Florus b ait, esse non tantum contra morem majorum, + sed & contra fas Deum: sicut + jura gentium Diis adscribi auctoribus solere, ⁶¹ + alibi quoque a nobis annotatum est. Neque vero mirum videri debet, + si ⁶² ad minuenda pericula tales sint quædam bellantium tacitæ conventiones, cum olim Chalcidensibus, & Eretrienfibus + manente bello c convenerit *μη χρῆσθαι τηλεβόλοις, ne missilibus uti liceret.*

XVII. Cæterum, non idem statuendum + de aquis b sine veneno ita corrumpeudis ut bibi nequeant, quod Solon, & Amphictyones d leguntur in barbaros justum censuisse: & Oppianus de Piscatu, quarto, ut suo sæculo solitum commemorat. Id enim perinde habetur quasi ⁶³ avertatur flumen, aut

G R O T I I.

y Qui licitum volunt hostem veneno occidere] Vide de Venetis Bembum sine libri III. z De Getis tradit Ovidius] De Scythis Plinius libro XI, 53. Scythæ sagittas tingunt viperina sanie, & humano sanguine: irremediabile id scelus mortem illico adfert levi tactu. De Serviis vide supplementum Helmoldi c. 4. a Sed hoc quoque contra jus est gentium] Ideo Ilus Mermerides in Odyssæ A. Ulyssi negat venenum ad spicula, (vers. 263.)

Hæc δὲ τὰς νεμεσίτας αὐτῶν ἰότρως.

Veritas vim Divinam morte carentum.

b Sine veneno] Cadaveribus, asbesto, quibus usus in oblatione Auximi Belisarius. Procopius Gothicorum II. (Cap. 27.) calce, ut Turcæ ad Dibiram. Nicet. lib. I. de Alexio Isaac fra- tre. (Cap. 9.) Sunt talia & apud Ottonem Frisingensem, & Guntherium Ligurino. (Locus Oppiani, quem Auctor laudat in contextu, legitur in fine Lib. IV. vers. 685, & seqq. Sed ibi agitur de aquis veneno infectis: nec de more sui temporis loquitur Poeta, verum de eo, quod so-

lent hostes, quicumque sint, facere. J. B.)

G R O N O V I I.

58 Ut ex Vegetio Baldus] Verba Baldi: & licet hostem veneno occidere, sicut docet Vegetius de re militari.

59 Geminare mortis] Justin. 12, 20. sagittas veneno armant, atque ita gemina mortis vulnere hostem summovert.

60 Quod ipsum quoque] Etsi vix clandestina sit ista pestis, aut certe non diu sit, sed mox deprehendi, & caveri possit ex paucorum casu.

61 Alibi quoque] 2, 19. 1.

62 Ad minuenda pericula] Qui vitam ferro sub armis cernebant, id fati humane fragilitati putasse, & exceperunt quædam genera periculorum consensu mutuo, quibus alium ab alio infestari fas non esset.

63 Avertatur flumen] Fossis ductis aliò derivetur.

(kk) Apud Vegetium nihil tale legitur, ut jam observavit ALBERICUS GENTILIS, De Jure Belli, Lib. II. Cap. 6. pag. m. 256. J. B.

aut e fontis ** venæ intercipientur, + quod & natura, + & consensu licitum est.

XVIII. I. An vero + hostem interficere immisso percussore per jus gentium liceat, quæri solet. (II) + Sed omnino discrimen adhibendum est inter percussores, qui fidem expressam, vel tacitam violant, ut + subditi in regem, vasalli in ** seniorem, + milites in eum, cui militant, + recepti ut supplices, aut + advenæ, aut transfugæ in eos, qui receperunt, ** + an vero nulla teneantur fide, quomodo d Pipinus Caroli Magni pater uno comitatus satellite trajecto Rheno hostem in cubiculo interfecisse narratur: quod & a Theodoto Ætolo in Ptolemæum Ægypti regem simili modo tentatum refert e Polybius; οὐκ ἀναδρον τόλμην, virilem audaciam vocans. Talis & ille + laudatus ab historicis e Q. Mutii Scævole conatus, quem ipse sic defendit f, hostis hostem occidere volui. Porsena ipse in hoc facto nihil nisi virtutem agnoscit. Valerius Maximus s pium, ac forte propositum vocat: laudat & Cicero b pro P. Sextio.

e Lib. v.
e. 31.

f Liv. lib.
II. c. 12.

g Lib. III.
c. 3.

b Cap. 21.

i Justin.
II. c. 11.

k Livius
lib. XXVII.

l Tac.
i. 27.

m De Off.
lib. v. c.
22.

n cap. 40.

o Vido I.
Macc. VI.

p seq.
45, & seq.
o Liv. lib.
II. c. 12.

q. 3.

2. + Nimirum, hostem occidere ubivis licet, non naturæ tantum, + sed & gentium jure, ut supra diximus: + nec refert quot sint, qui faciant, aut patiantur. + Sexcenti Lacones cum Leonida castra i hostilia ingressi, recta tentorium regis petebant. f Paucioribus idem licuit. Pauci erant, qui Marcellum k consulem ex insidiis circumventum occiderunt: & qui l Petilium i Cerialem parum absuit quin in lecto confoderent. s Laudat Eleazarum m Ambrosius, quod n elephantem supereminentem cæteris adortus est, arbitratus ei insidere regem. Neque tantum qui hæc faciunt, + sed & qui aliis faciendi auctores sunt, jure gentium inculpati habentur. Scævole ad audendum o fuerunt auctores illi in bellis adeo sancti veteres Romani senatores.

3. Neque movere quenquam debet, quod deprehensi tales + exquisitis suppliciiis

GRONOVII.

e Fontis venæ intercipientur] Vide Priscum in excerptis legationum. (Pag. 29. Ed. Hæschel. ubi de Genserico, Vandalorum Rege: οὐκ ἀναδρον τὸ τόλμην.)

d Pipinus] Vide Paulum Warnæfrædi lib. VI. (Cap. 37.)

e Q. Mutii Scævole] Qui Plutarcho ἀνὴρ εἰς πάντας ἀρετὰν ἀγαθὸς vir ad omnem virtutem egregius. (Vit. Poplicol. pag. 166. B.)

f Paucioribus idem licuit] Valens pecuniam promissit ei, qui Scythæ cujusquam caput attulisset. ita pax obtenta. Zosimus IV. (cap. 22.)

g Laudat Eleazarum Ambrosius] Et Josephum antiquæ historiæ XII. (Cap. 9. §. 4. divis. Hudson.) Factum non dissimile Theodosii in Eugenium est apud Zosimum libro IV. (Cap. 58.) Gallorum in regem Persarum, apud Agathiam: Persarum decem in Julianum, apud Ammianum XXIV. (Cap. 4.) & Zosimum III. c. 20. Alexii Comneni in Torulæ, apud Nicetam Choniaten lib. IV. de Manuele: (Cap. 4. ubi tamen de An-

drónico agitur, non de Alexio Comnena.) Bulgarorum in Nicephorum Imperatorem apud Zonaram. (Lib. XIV. Cap. 15. Ceterum, quid sibi voluerit Auctor, ubi ex Agathia factum Gallorum in Regem Persarum indicat, planè nescio. Apud illum enim Historicum nil de Gallis, nedum in Regem Persarum. J. B.)

GRONOVII.

64 Venæ intercipientur] Ut Marius Saturninus factionem, quæ Capitolium tenebat, abruptis fistulis aqueductus ad deditionem compulit Flor. 3, 16.

65 Seniore] Dominum feudi. 2, 3, 14.

66 An vero nulla teneantur] de] Voluit dicere: & inter eos, qui nulla venentur fide.

67 Petilium Cerialem] Vespasiani cognatum.

(II) De hæc quæstione fusè diximus in Notis nostris Gallicis. Non ferebat modus istarum Notularum, ut quis de totâ hæc re sentiamus, hec explicaremus. J. B.

GRONOVII.

placis affici solent: nam id ipsum non eo evenit, + quod in jus gentium deliquerint, + sed quia eodem jure gentium 68 in hostem? quidvis licet: + gravius autem, aut levius malum statuit quisque pro sua 69 utilitate. Nam sic & exploratores, + quos mittere jure gentium haud dubie licet, quales misit Moses, qualis fuit ipse Josue, + deprehensi pessime tractari solent: (ἐθὼ τῶν καλασκόπων κτείνειν, mos est exploratores interficere, ait Appianus) + juste interdum ab his, qui manifeste justam habent bellandi causam: + ab aliis vero 70 licentia illa, quam dat belli jus. Quod si qui reperiuntur, h + qui tali opera oblata uti noluerint, id ad animi celsitudinem, & virium apertarum fiduciam, + non ad justitiam, injustive opinionem referendum est.

p L. 3. §. ult. ad L. Corn. de Sicariis.
q Bell. Punic. 2. 21.

4. At + de his percussoribus, 71 quorum facto perfidia inest, aliter censendum; neque enim ipsi tantum + contra jus gentium faciunt, sed & qui eorum utuntur opera: quanquam enim in rebus aliis, qui 72 malorum opera in hostem utuntur, + peccare censeantur apud Deum, + non autem apud homines, id est in gentiam jus, quia ea in parte (mm),

Mores leges perduxerunt in potestatem suam:

Et decipere, ut Plinius loquitur, + pro moribus temporum prudentia est: tamen 73 + intra jus interficiendi constitit hæc consuetudo; nam hic, 74 qui aliena utitur perfidia, + violasse jus non naturæ tantum, sed & gentium creditur. Hoc docent illa Alexandri ad Darium: Impia bella suscipitis; Et cum habeatis arma, 75 licitamini hostium capita. Et mox: qui ne belli quidem jura in me servaveris. Alibi: + ad internecionem mihi persequendus est, non ut justus hostis, sed ut percussor veneficus. Eodem referendum + illud de Perseo: non justum apparere bellum regio animo, sed per omnia clandestina grassari scelerum atrociorum, Et veneficiorum. Marcius Philippus de iisdem factis Persei agens: + ea omnia quam Diu quoque invisæ essent, sensurum in exitu rerum suarum. Pertinet huc illud Valerii Maximi: + Viriati cedes duplicem perfidiam accusa-

Lib. VIII. Epist. sola ad Rufinum, 18. num. 7. Curt. l. 4. c. 1. Lib. IV. c. 11. Liv. lib. XLII. c. 18. Liv. lib. XLIV. c. 1. Liv. lib. 7. Lib. IX. c. 6.

GROTII.

h Qui tali opera oblata uti noluerint] Vide Ciceronem pag. 113. (Lib. V.)

GRONOVII.

68 In hostem quidvis licet] Vel tantum occidere, vel post diros cruciatus occidere.

69 Utilitate] Ducit autem utile sibi, quum egre possit sibi cavere ab hac obrepentium audacia, magnitudine supplicii abittere homines, ne quis id conetur.

70 Licentia illa] Non illa quidem justitia, quæ apud Deum valet, sed illa, quæ apud homines.

71 Quorum facto perfidia] Qui subornantur adversus eos, quibus fidem, obsequium, honorem, gratiam debent, 3, 1. 21.

72 Malorum opera] s. 26. 5.
73 Intra jus interficiendi] Animis illorum ira, & manibus utendi, sine perfidia.
74 Qui aliena utitur] Percussorem immittit adversus eum, qui percussor ipse sacramento obstrictus est.
75 Licitamini] Mercedem addicitis: pecuniam promittitis ei, qui occisurus est hostem vestrum.

(mm) Versus est PLAUTI, Trinummus. Act. IV. Scen. III. vers. 30. J. B.

GROTII.

i Viriati cedes] Scriptor de Viris illustribus. (Aurélius Victor, Cap. 71.) quæ victoria, quia emptæ erant, a senatu non probata. Eutropius: cum interfectores ejus præmium a Cæpione consule peterent, responsum est, nunquam Romanis placuisse,

PPPP 2

Impo

accusationem recepit: in amicis, quod eorum manibus interentus est; in Q. Servilio Cephione consule, quia is sceleris hujus auctor impunitate promissa fuit, victoriamque non meruit, sed emit.

5. Causa cur hic aliud, quam in rebus cæteris + placuerit, ea ipsa est, quam de veneno supra * attulimus; ne nimium intenderentur pericula eorum maxime, qui eminent. Negabat * Eumenes, credere se, *quenquam ducum se velle vincere, ut 70 ipse in se exemplum pessimum statueret.* Apud (nn) eundem ^b cum Bessus Dario manus intulisset, dicitur exempli, & communis ⁷⁷ regum omnium esse causa: & Oedipus regis Laji cædem vindicaturus apud Sophoclem sic ait ^c:

2 §. 14.

e. 1.

a Just. l.

XIV. c. 1.

b Lib. XII.

c Oedip.
vers. 139.

Κείνω προσαρξῶν ἐν ἑμαυτὸν ὠφελῶ.

Et apud Senecam in ejusdem argumenti tragœdia, (vers. 242.)

Regi tuenda est maxime regum salus.

2 Apud
Aut. Gell.
III. 8.

Consules Romani epistola ad Pyrrhum: ^d *communis exempli, & fidei visum est, ut te salvum velimus.*

6. + In bello ergo solenni, + aut inter eos, qui belli solennis indicendi jus habent, + id non licet: ⁷¹ + extra vero bellum solenne habetur pro licito, + eodem gentium jure. Sic in Gannascum defectorem structas ^k + infidias tales degeneres negat ^e Tacitus. + Curtius ^f Spitamenis perfidiam minus, ait, invisam esse potuisse, quia nihil ulli nefastum in Bessum interfectorem regis sui videbatur. + Sic & in latrones, & piratas perfidia vitio quidem non caret, + sed apud gentes odio eorum, in quos committitur impunita est.

a Annal.
XI, 19.
f Lib.
VII. c. 5.

Imperatorem a suis militibus interfici. (Lib. IV. cap. 7.) ubi forte legendum, a Cephione consule promissum. Sic quod in Sertorium admittum est, damnat Ammianus libro XXX. (Cap. 1. in fin. Non video ex aliis Auctoribus constare, de promissa illo premio à Cephione consule. Adeoque minimè necessarium supplementum in Eutropii verbis. Rejicit etiam hanc emendationem Heumannus, in notis ultimæ Editionis, quam curavit Clariss. Havercampius J. B.)

^k Infidias tales degeneres negat] Sic de Florentio, & Barchalba, qui defectorem Procopium adduxerant, Ammianus, [Lib. XXVI. Cap. 9. in fin.] si principem legitimum prodidissent, vel ipsa iustitia jure casus pronuntiaret. Si rebellem, & opagnatorem interne quietis, ut ferebatur, amplius ei memorabilis facti oportuerat defari mercedem. Sic laudatur Artabanus occiso Gontharide apud historicum Procopium, sine Vandalicorum secundi. [Cap. 28.] Adjice de Suchodolii cæde Cromerius libro XXVIII. [pag. 604. Ed. Basil.]

G R O N O V I I.

76 Ut ipse in se] Ut aliis ostendat viam in-

vitabilem in se grassandi, qua ipse in alios usus fuit.

77 Regum omnium] Quia omnibus idem metuendum.

78 Extra vero bellum] Quum persecutio est defectoris, rebellis, latronis; quo jure excusavit rex Hispaniæ, quod in Guilhelmi Auriaci caput præmium statuerat, tanquam subjecti rebellantis. Sic & Atheniensis, quod XXX. tyrannos ad colloquium progressos, ut victimas pacis trucidarunt. Just. 5, 30.

(nn) In prima Editione heic legebatur: Apud Curtium. Et reverà CURTIUS ita de Bessio loquentem Alexandrum inducit: *Quem quidem cruci adfixum videre festino, omnibus Regibus & Gentibusque fidei, quam violavit, meritis penam solventem.* Lib. VI. Cap. 3. num. 14. Sed quum aliquid huc faciens, quamquam non ita diserte, Auctor noster postea reperiret apud JUSTINUM, Lib. XII. Cap. 5. num. 11. addidit in ora libri XII. & in ipso contextu posuit Apud eundem, scilicet Justinum, quem tamen tantum in margine supra indicat. J. B.

G R O.

XIX. 1. + Stupra in feminas in bellis passim legas ⁷⁹ & permiffa, & im-
 permiffa. Qui permiferunt, + spectarunt injuriam folam ⁸⁰ in alienum cor-
 pus, cui subjacere quicquid hostile est, juri armorum non incongruens ju-
 dicabant. Melius alii, + qui ⁸¹ non folam injuriam, fed ipsum efferatæ li-
 bidinis actum hic confiderarunt, + & ⁸² quod is neque ad fecuritatem per-
 tineat, ⁸³ + neque ad pœnam, + ac proinde non bello magis, quam pace
 impunitus esse debeat: atque hoc posterius jus est gentium non omnium,
 fed meliorum. Sic + Marcellus antequam Syracufas caperet, & legitur ^l gessit
 fe curam pudicitæ etiam in hoste fervandæ. Scipio apud Livium ^b & sua,
 & populi Romani interesse, ait, *ne quid, quod + uspīam sanctum esset, apud*
ipfos violaretur. uspīam, id est, apud moratiores populos. Diodorus Siculus
² de Agathoclis militibus: *ἔτε τῆς εἰς γυναῖκας ὑβρεως καὶ παρανομίας*
ἀπέσχοντο, ne a mulieribus quidem ^m vim nefariam abstinerebant. Ælianus cum
 narrasset a Sicyoniis victoribus feminarum, ac virginum Pellenæarum pudici-
 tiam prostitutam ^k, sic exclamat: *ἀγριώτατα ταῦτα, ὧ θεοὶ Ἕλληνοί,*
καὶ εἰδὲ ἐν βαρβάροις καλά, κατάγει τὴν ἐμὴν μείαν. *crudelia hæc per*
Deos Græciæ, & quantum memoria complector, ne ipsis quidem barbaris probata.

^g August.
 de Civ. Dei
 lib. I. c. 6.
^b Liv.
 XXVI. c.
 49.
ⁱ Biblioth.
 XIX, 8.

^k Libro
 VI. var.
 bist. c. 12.

2. Atque id ⁿ + inter Christianos observari par est, non tantum ut disci-
 plinæ militaris partem, sed & ut partem juris gentium: id est ut qui pu-
 dicitiam vi læsit, quamvis in bello, + ubique pœnæ sit obnoxius. Nam nec
 Hebræa lege ^l impune quisquam id tulisset, ut intelligi potest ^o ex ea parte,
 quæ de captiva ducenda, neque vendenda postea, constituit. Ad quem lo-
 cum Bechai magister Hebræus: *voluit Deus ut castra Israelitarum sint sancta,*
non projecta in scortationes, & abominaciones ceteras, ut castra gentium. Ar-
 rianus ^m cum narrasset captum Roxanes amore Alexandrum, *οὐκ ἐδεήσατο*
ὑβρίσας

^l Deut.
 XXI, 10.

^m De Ex.
 per. Alex.
 IV, 19.

G R O T I I.

[^l Gessit curam pudicitie] Et Lucullus narra-
 te Xiphilino. (Immo DIONE CASSIO,
 Lib XXXV. pag. 2. A.) Vide editum Mauri Ca-
 baonis apud Procopium Vandalicorum I. (C. 2.)

[^m Vim nefariam] Appianus Mithridatico de
 Chiis captis: τὰ γύναια καὶ τὰ παῖδια βαρβαρικῶς
 ὑπὸ τῶν ἀγροῦτων ὑβρίζοντα. mulieres, & pueri
 barbarum in morem ab eis, qui ducebant, stuprati.
 (Pap. 201.)

[ⁿ Inter Christianos] Servarunt id Belisarius
 ubique, Totilas captis Cumis, & Roma capta.
 Procopius hæc tradit Gotthiicorum III. (Cap. I.
 & 20. ubi de Belisarii solita agendi ratione, &
 de Totila, eodem modo se gerente, postquam
 Romæ potitus est. Sed Cumis Auctor heic posuit
 pro Neapoli. Vide Cap. 2. ejusdem Libri. J. B.)

[^o Ex ea parte, quæ de captiva ducenda] Quam
 facunde explicat Philo libro περὶ Φιλανθρωπίας,
 (pag. 706, & seqq.) Josephus altero contra Ap-
 pionem: τῶν αἰχμαλώτων περιόνοσεν ἕπως αὐτῶν
 ὕβρις ἀπῆ, μάλιξ δὲ γυναικῶν lex etiam pro hel-
 lo captis curam gessit, ut ab eis continetur,

maxime a mulieribus. (Pag. 482. §. 29. division.
 Hudson.)

G R O N O V I I.

⁷⁹ Et permiffa] Apud alios concessa, apud
 alios vetita.

⁸⁰ In alienum corpus] Ut apud Statium Lycur-
 gus 3. Theb. 686. Si vilem, tanti premerent cura
 pœtora luctus, In famulam jus esse ratus domi-
 que, ducique.

⁸¹ Non solum injuriam] Non quæ paterentur
 personæ, sed quid fieret, & qua ex causa, nem-
 pe opus fœcæ voluptatis ex flagrante libidinibus,
 & incontinentia animo.

⁸² Quod is neque securitatem] Quod neque ho-
 stium quidquam demitur violatis mulieribus,
 neque additur salvis. Justin. 93, 3.

⁸³ Neque ad pœnam] Quia non est hoc ita
 comparatum, ut pro pœna possit haberi. Vera
 enim, & justa pœna est, quam qui sumit, su-
 mendo non peccat, neque ipse quid committit
 flagitii. At qui matronarum, & virginum pudor-
 um violat, rem facit per se damnatam, & im-
 probam.

G R O

De for-
tun. Alex.
Orat. II.
pag. 332.
Parall.
pag. 308,
309.

ὑβρίσαι κατὰ πῦρ ἀιχμάλωτον, ἀλλὰ γῆμαι γὰρ οὐκ ἀπαξιώσαι. noluisse ea ut captiva per libidinem abuti, sed matrimonio dignatum, adjicit facti laudationem. Plutarchus de facto eodem: " ἔχ' ὑβρίσεν, ἀλλ' ἐγῆμε φιλοσόφως, non per libidinem abusus ea est, sed uxorem duxit, ut dignum philosopho. Et Torquatium quendam, quod hostili virgini vitium obrulisset, Romanorum decreto P⁺ in Corsicam deportatum, annotavit Plutarchus °.

G R O T I I.

Chosroës enim, qui Apameæ puellæ vim intulerat, cruci affixit. Procopius Persicorum II (Cap. 11.)

[In Corsicam deportatum] At Perfarum rex

HENRICI DE COCCEII COMMENTARIUS

I N

HUGONIS GROTTII

LIB. III. CAP. IV.

GROTTIUS hoc capite, & in capitibus sequentibus exponit, quid liceat in hostem jure gentium voluntario: & in genere tradit, lacerare hostem licere & in persona, & in rebus. *Vid. infr. §. 3.* Adeoque 1^o personam hostis interfici, & capi, i. e. in servitutem redigi. *Vid. cap. b. §. c. 7. ac 2^o res hostis capi, & vastari posse, ait. Vid. c. 5. 6. 8.*

Jus interficiendi hostem jure naturæ his nititur principiis.

PROPOSITIO I.

Ledens, qui reparare injuriam detrebat, nec judicem habet, & vi resistere paratus est, non potest aliter ad reparandum compelli, quam vi, & armis.

DEMONSTRATIO.

Vis igitur tunc unicum medium est, jus nobis ablatum recuperandi; eoque licita est. *Vid. supra l. 3. c. 1. §. 1.*

PROPOSITIO II.

Vis ergo omnis licita est, quatenus est necessaria ad defensionem juris.

PROPOSITIO III.

Cum igitur adigi non possit nisi victus,

& subactus, omnia licita sunt, sine quibus vinci, & subigi, re bene perpensa, non posse videtur.

DEMONSTRATIO.

Cum enim natura jus meum vi, & armis contra hostem defendere, eumque vincere liceat, omnia quoque ex medii necessitate licita sunt, sine quibus finis ille obtineri nequit. Adeoque laeso omnia licent, quibus vires hostium minuuntur, vel nostræ augentur, sive id fiat interficiendo hostes, sive prædando res, sive capiendo personas eorum.

PROPOSITIO IV.

Unde e contrario apparet, illicita in bello ea esse, quæ ad victoriam non faciunt.

DEMONSTRATIO.

Non ergo pertinent ad medii necessitatem, quæ cum sunt, nec vires nostras in bello augent, aut firmant, (uti si infantes, furiosi, &c. occiduntur, vel res sacræ vastantur, &c.) nec hostium vires infringunt: uti ex iisdem exemplis apparet.

P R O.

PROPOSITIO V.

Hinc interficere licet hostem, quæ midiu restit. Vid. infr. §. 6. Non si captus, vel simplex est, vel obsidem se dedit. Infr. §. 10. usque ad §. 14. nedium infantes, mulieres, aliosque actu non militantes. infr. §. 9.

PROPOSITIO VI.

Ex eadem ratione arma, quæ non sunt necessaria ad juris nostri reparationem, adhiberi jure non possunt. Vid. infr. §. 10. seq.

Antequam ad ipsam explicationem Auctoris nos accingamus, tria in genere notanda sunt.

Primo Auctorem non tractare quid jure naturæ in bello liceat, sed quid jure gentium secundario, & in bello solenni. Cum tamen id, quod juri Gentium tribuit, ex ipso naturæ jure sequatur.

Secundo : male confundi cum jure naturæ ea, quæ virtutis sunt, & quæ homo perfecte quidem agit, sed licite omittit; nam ea non ad jus naturæ, sed ad Ethicam pertinent: unde frustranea sunt ea, quæ a capite XI. usque ad caput XVII. tractat.

Tertio : cavendum esse ab eo, quod sequitur, supposito jure vitæ, & necis in captos. Nam hoc suppositum merus fuit abusus gentium : in captos nullum amplius jus victori competit vim inferendi; cessat tota necessitatis, & defensionis ratio, ex qua solum jus interficiendi hostes competit. Unde ex eo jure, vel potius abusu juris, nulla auctoritas capi potest.

Additio.

Systema Grotii de licentia in hostem examinavimus capite præcedente §. 1. in pr. Diximus, eum distinguere inter licentiam, quæ ex jure natura venit, & inter eam, quæ jure gentium introducta est.

Jure natura nihil in hostem licere, ait, nisi justa belli causa adsit: atque hoc solo casu omnia licere, quæ ad finem juris consequendi sunt necessaria, L. I. c. 1. §. 1. seq. c. 10. §. 3. intra modum debiti, & poenæ.

Hinc si vitam aliter servare, vel res meas aliter defendere non possum, vel si justam alter poenam mihi debet, etiam extra territorium hostile, c. b. §. 8. jus mihi esse, ait, vi qualicumque, etiam adhibito veneno, & percussoribus, coercere eum, qui illam impetit. L. 3. Tom. III.

c. 1. §. 2. n. 1. c. 4. §. 15. c. 10. §. 2. Non ergo interfici posse, statuit, eos, qui actu non militant, adeoque nec feminas pueros, &c.

At jure gentium statutum esse, fingit, ut etiam ex causa non justa in hostem favere, & eum interficere liceat si bellum est publicum, & jure gentium solenne. Vid. l. 3. c. 1. §. 1. seq. Et infra §. 4. non vero in alieno territorio. Vid. §. 8. Idque jus extensum esse, ait, etiam ad eos, qui actu non militant, vid. §. 6. ut pueros; infantes: vel qui non amplius resistunt, ut captos, deditos, obsoles, &c.

Non tamen vi qualicumque occidere licere hostem: jure gentium enim prohibitum esse veneno, & percussoribus uti, vid. §. 15. seq. at non ubique prohiberi supra Vid. §. 19.

Cæterum, speciali capite temperamentum circa jus interficiendi in bello justo quoque affert, vid. l. 3. c. 11. cujus regulas tum ex virtutum præceptis, tum ex honestatis regulis desumit. Vid. l. 3. c. 10. §. 1. Quod examinabimus ibidem.

Vera principia juris naturalis (nam jus gentium non agnoscimus; præcepta virtutum autem ad disciplinam juris naturalis plane non pertinent) exposuimus supra §. 1.

AD §. I.

Juris specialis originem] Gell. lib. 14. c. 4.

Ab Equiculis] Vid. supra c. 3. §. 8. Etiam pater patratus] De jure fecialium, & in specie de patre patrato late actum est supra l. 2. c. 15. §. 3.

Nolentibus res captas restituere] Adeoque hic est clarigatio, quam sequitur belli indictio. Gell. l. 16. c. 4.

Veteres ladere res rapere dicebant] Rapina igitur non semper inferit crimen.

Res reddere] Etiam tantundem restituendo.

Qui bellum ex sua natura non sequuntur] Immo id non docemur ex loco allegato, sed contrarium potius inferretur: nimirum clarigationem præcedere, & bellum indici debere, quo facte res hostis rapere crimen non esse. Hæc

licentia igitur ex ipso naturæ jure sequitur; neque enim jus aliquod gentium voluntarium Romanis cognitum fuit.

Quod cum iis optime convenit, quæ ex JCTis Romanis modo attulimus] „ Scilicet, capite precedenti §. 1. sub rubr. quinta. At notavimus ibidem, JCTos loqui de jure naturæ, seu jure gentium primævo. Recte enim, & ex ipsa naturæ ratione Pomponius, & Ulpianus statuunt, bellum tantum esse inter summas potestates Recte Paulus, & Ulpianus ex eodem naturæ jure statuerunt, servum non fieri nisi bello captum, eumque solum postliminio uti, non vero eum, qui bello civili, vel a prædone captus est: cujus rei rationem infra explicabimus.

AD §. II.

1 QUOD dixit Virgilius licebit] „ Scilicet, certare odiis, & res rapere.

Quod rectum ex omni parte, piusque est, &c.] „ Quædam enim etiam naturæ socialis, & juri naturæ laxiori sensu sumto convenire, ait, etsi forte aliud quid fieri possit laudabilius. Quam hypothesein exposuimus in *diff. præm. II. §. 8.* & 9. Conf. infra c. 10. §. 1.

Etiamsi forte aliud quid fieri possit laudabilius] „ Nam hoc non ad rationes juris pertinet, sed ad disciplinam Ethicam.

Illius scilicet generis] „ Quæ per se non sunt prohibita. *Add. 1. Cor. 10. v. 23.* & *Eccl. 37. 31.*

Sed non omnia expediunt] „ Quia laudabilius pro temporis ratione omittuntur.

Licet matrimonium contrahere, sed laudabilior est ex pio proposito cælebs castitas]

Adeoque laudabile est matrimonium contrahere, utpote quod voluntati creatoris, & motui naturali omnibus animantibus indito quam maxime convenit; sed si religionis propagandæ causa id omittitur, hic finis laudabilior est, & ipsi matrimonio præfertur.

Sed laudabilius est uno contentum esse matrimonio] „ Immo nihil hic video, quod vituperium mereatur. Secundæ nuptiæ æque laudabiles sunt, ac priores, & voluntati divinæ, motuique nobis in-

dito æque conveniunt. Odium illud secundarum nuptiarum, de quo *Socrat. Hist. Eccl. l. 5. c. 21. Nov. 22. c. 20. §. 1. seq. Can. apostol. 7. &c.* & quod in prima Ecclesia viguit, ex mala interpretatione sacre scripturæ ortum est. Quod vero Jure Romano pœnæ in secundas nuptias statutæ sunt, id in favorem liberorum prioris matrimonii, & ex ratione mere civili factum est, quia præter ad secunda vota properans, personam vitrici induere præsumitur. *Nov. 2. c. 1. seq.*

Paganam conjugem licite relinquere potest, ut sensit Augustinus] „ Quia divortia jure naturæ sunt permixta, modo justa causa adit. Qualis quoque est si ex mutatione religionis odium inter conjuges existat, vel alias verus Dei cultus inde impediretur.

Quibus circumstantiis verum sit] „ Sola religio id non efficit, nisi alia legitima causa accedat.

Sed & potest retinere] „ Etsi legitimam divortii causam forte habeat.

Licet per justitiam, quæ coram domino est] „ i. e. Jure naturæ.

Sed non utrumque expedit] „ Aliquando enim laudabilius est retinere paganam uxorem.

Laudandus est potius] „ Si alia vasa vel conducatur, vel emat.

Aliis vero licere aliquid dicitur, non quod salva pietate, & officiorum regulis fieri potest, sed quod apud homines pœnæ non subiacet] „ In juribus civilibus hæc distinctio usum habet; sæpius enim magistratus ob utilitatem publicam dissimulat quædam, quæ jure improbantur, nec pœnam jure debitam in facta statuit: at inter gentes talem licentiam contra juris naturalis rationes introductam esse, nulla ratione probari potest. *Scortari licet]* „ Ubi scilicet lupanaria permixta sunt: ut in Belgio, &c. At diximus, ea licita non esse, sed jure civili impunita. Quin nec defunt pœnæ: liberi enim non succedunt, non sunt integre famæ, &c.

Etiamsi furari licebat] „ Immo verum furtum non fuisse, nec furem rem sibi acquisivisse, probavimus. *supra l. 1. c. 1. §. 10. n. 4. not.*

Debitoris corpus inter creditores dividendum licet]

hinc] „ Hoc jure in poenam decoctorum,
 „ & ut alii deterreantur, fieri potuit:
 „ adeoque nihil hic, quod pietati, & of-
 „ ficio regulis repugnet, occurrit.

Mirus propria] „ Verum enim jus non
 „ datur, sed saltem impunitatem.

Recepta tamen] „ In sensu juris nun-
 „ quam recepta est; sed intuitu facti id
 „ verum est.

Hoc mihi licet] „ Scilicet, ut diximus,
 „ ad effectum impunitatis.

Pro Milone] „ c. 6. At Cicero hic non
 „ opponit id, quod licet ei, quod oportet;
 „ sed opponit jus naturæ juri civili,
 „ atque fas ad illud, ad hoc licere refert.

Aliud esse, jura spectare] „ Idem hic
 „ opponuntur jura civilia juri naturæ: illa
 „ enim plurima permittunt, quæ jure na-
 „ turæ: omitti deberent, quia leges civi-
 „ les cum sensu imbecillitatis humanæ fe-
 „ runtur. L. I. c. 4. §. 7.

AD §. III.

Hoc ergo modo] „ Nimirum, voce
 „ licere sumta non pro eo, quod salva
 „ pietate, & juxta officiorum regulas fieri
 „ potest; sed quod effectum saltem exter-
 „ num domini producit, vel apud homi-
 „ nes poenæ non subjacet. *Vid. §. preced.*
 „ n. 2. pr. De qua differentia vide *Diss.*
 „ proæm. IV. §. 18. seq.

Ladere hosti hostem licet & in personas,
 „ *& in res*] „ Scilicet, in bello jure gentium
 „ solenni. *Vid. c. preced. §. 4. seq.*

Quique ladit intra eum modum, &c.]
 „ Ex hypothese enim Auctoris intra hos
 „ fines etiam naturæ jure hostem ladere
 „ licet. Quam hypothese latius explicavi-
 „ mus in *diss. proæm. IX. §. 54. seq.*

Sed ex utraque parte] „ Adeoque et-
 „ iam a parte ejus, qui bellum ex causa
 „ injusta gerit. Hinc jam constat, quæ
 „ causa sit inventi Grotiani inter bellum
 „ jure gentium solenne, & mirus solenne.
 „ Recte enim judicavit Grotius, de ju-
 „ stitia causæ inter duas summæ potesta-
 „ tes, quatum utraque jure se agere af-
 „ ferit, quæri non posse, neque tamen
 „ bella utrinque justa dari.

„ Hinc supponit, gentes constituisse in
 „ quibusdam bellis (*Vid. cap. præc. §. 4.*
 „ *seq.*), ut utrinque causa pro justa ha-

„ beatur, ad eum effectum, ut is quoque,
 „ qui injustam causam tuetur, ladere per-
 „ sonas, & capere res hostis possit, &c.
 „ At alibi probavimus, tale statutum gen-
 „ tium nec probari, nec per naturam pro-
 „ bari posse.

„ Sed & admitti non potest, utriusque
 „ causam a gentibus vere pro justa ha-
 „ beri; sed illæ judicium suspendunt,
 „ quia facultas judicandi eis non com-
 „ petit.

„ Cum ergo de justa belli causa con-
 „ stare non possit, & uterque justitiam
 „ causæ sibi asserat, neque tamen utrius-
 „ que causa justa esse possit, merito quæ-
 „ ritur, quisnam jure, quis injuria agit?
 „ Adeoque quisnam ladere hostem jure
 „ possit? Equidem vix est ut inter bel-
 „ lum gerentes uterque in bona fide
 „ esse possit; ea enim est rationis nostræ
 „ conditio, ut examinatis rite rationibus,
 „ adhibito prudentum consilio, Gentes fa-
 „ cile discernere justum ab injusto possint:
 „ is igitur semper injuria agit, qui scit inju-
 „ stam sibi esse causam, vel saltem de
 „ ea dubitat.

„ At ponamus, utrumque in bona fide
 „ esse. Sane, neque jure naturæ, ubi u-
 „ nius tantum causa justa esse potest, nec
 „ jure gentium voluntario (quale non ex-
 „ istit) concedi potest, utrumque jure
 „ agere. Igitur *questio de justitia causæ* sus-
 „ penditur, usque dum Deus bellorum
 „ arbiter per sententiam, i. e. per ulti-
 „ mam victoriam, eum, qui injuria agit,
 „ declaraturus est. Quæ latius demonstra-
 „ vimus in *Diss. proæm. IX. §. 168.*

Et in iustitiam] „ i. e. ultra modum de-
 „ biti, & poenæ, *dict. diss. §. 63. & 68.*
 „ cum jure naturæ non plus exigi posse.
 „ statuat, quam quod alter debet, vel
 „ meritis est. *Dict. diss. proæm. IX. §. 62.*

Ita ut ob eam causam nec puniri possit
 „ *in alio sorte territorio*] „ Effectus hujus
 „ belli jure gentium solennis ex hypothe-
 „ si Auctoris plures sunt, quos collegimus
 „ in *Diss. proæm. IX. §. 65. 67. 68.* At
 „ sæpius dictum est, totum hoc inven-
 „ tum suave esse somnium Auctoris.

Tanquam homicida, aut fur, &c.]
 „ Quia gentes utrinque causam pro justa
 „ habent; adeoque utrique licentiam de-
 „ dere sese interficiendi. Effectum enim

inter alios hunc Auctor tribuit juri huic gentium, ut is, qui contra jus illud agit, & v. g. dominium illud externum alii eripit, a qualibet gente ideo puniri, & bello peti possit, ac infamis fiat. *Vid. infra §. 15. n. 1.*
Nec bellum ipsi ab alio talis facti nominis inferri], Sed potius ipse, & omnes, qui ab eo causam habent, in possessione talium rerum a qualibet civitate defendendi sunt, *l. 3. c. 6. §. 2. 7. n. 1. c. 7. §. 6. n. 1. 2. §. 7. c. 10. §. 1. 5. n. 1.* Aliæ enim gentes nec judices sunt, nec ipsis injuria facta est.
Hoc sensu], Immo Sallustius non loquitur de jure gentium voluntario, quod in bello solenni obtineat; tale enim Romanis cognitum non fuit; sed agit de bello, quod Sulla gessit, adeoque quod civile est, & sic nec ex hypothesi Auctoris ad bellum solenne pertinet. Loquitur autem Sallustius de licentia, quæ bellum civile sequi solet, & laudat Sullam, ejusque moderationem, quod cum juxta consuetudinem bellorum civilium omni in victos crudelitate genere uti potuisset, id tamen non fecerit, *de republ. ord. orat. 2.*

A D §. IV.

CAUSA, cur id gentibus placuerit, *hac fuit]*, Mentem Auctoris explicavimus in *Diff. proem. IX. §. 63.* Frustra autem queritur de causa, cur id gentibus placuerit, quia nondum probatum est, gentibus id placuisse.
Promuntiare velle, periculosum] Immo & illicitum erat, quia gentes invicem sunt æquales, nec alia in aliam jus sibi arrogare, aut de justitia alterius causæ cognoscere potest.
 Quod adeo verum est, ut qui alterius causam justam asserit, eo ipso hostis fiat.
Qui ea ratione bello alieno implicarentur], Eo ipso enim, dum unius causam injustam judicant, causam ejus defendunt, alterumque pro homicida, & fure habent.
Sicut Massilienses], Hi naturæ jus secuti abstinerunt a judicio: etsi Cæsar ideo urbem Massiliensium postea obfidio

ne cinxerit, & occupaverit. *Vid. Suet. in Cæs. c. 24.*

Quod etiam in bello justo vix satis cognosci potest], Quid si cognosci posset? quia facultatem judicandi inter duas gentes dedit aliis gentibus? Dixi, fabulam esse, quæ de bello jure gentium solenni, ejusque effectibus particularibus finguntur.

Ita ut omnino præstiterit, hæc religioni bellantium exigenda relinquere], Quæ jure naturæ reliqui populi possint inter duos populos litigantes judicium ferre. *Conf. l. 2. c. 15. §. 13. §. c. 16. §. 13. Præter huic effectum licentia, id est impunitatis]*, Mentem Grotii illustravimus in *Diff. Proem. IX. §. 65.*

Est & alius, domini scilicet], Ut scilicet bello capta jure gentium voluntario utrinque acquirantur capientibus, etsi justa bellandi causa non sit; at saltem ad effectus domini externos. Quam hypothesein exposuimus, in *diff. diff. IX. §. 65.*

A D §. V.

ILLA autem, quam nunc tractare cepimus, *ledendi licentia]*, Quæ scilicet ex jure gentium secundario oritur, & saltem impunitatem inter gentes infert.

Primum ad personam porrigitur], Auctor ergo jus occidendi hostem naturaliter non liberare, ait, a culpa, aut pœna; sed jure gentium dentum impunitatem indultam esse.

Multa exstant apud probos Auctores testimonia], At illa non de jure Gentium voluntario, sed de jure naturæ testantur. *Lavare, potum sumere]*, Usque dum expiatum esset crimen, *l. 2. c. 24. §. 10. n. 3.*

Cum bis, qui in bello, fas erat], Fas autem est ipsum jus naturæ. *Vid. l. 2. c. 18. §. 6. §. supra §. 2. n. 3.*

Jure omnes occidissimus], L. c. victoriz jure periissimus.

Non tale intelligi, quod actum omni culpa liberet], Quod justum est non juxta justitiam internam, sed externam saltem. *Vid. diff. proem. IX. §. 65. Add. Grom. b.*

Seq

Sed qualem dixi impunitatem] „ Ut
 „ propter occisum hostem , aut res ejus
 „ raptas , apud alias gentes deprehensus
 „ nec pro fure , nec pro homicida habe-
 „ ri possit. *Vid. Supr. §. 3. & dict.*
 „ *diff. §. 65.*

Ex aliis locis apparet] „ At omnia illa
 „ loca loquuntur de eo , quod fit , non
 „ quod jure fieri debet.

Ubi bellum ingruat , innocentes , ac no-
xios juxta cadere] „ Non ait , jure gen-
 „ tium id licitum esse , sed actu id con-
 „ tingere.

Nec aliter sumendum jus belli] „ Im-
 „ mo Livius non intelligit licentiam , quæ
 „ dat impunitatem , sed verum jus ; quia
 „ naturæ jure seivire in eos licet , qui ar-
 „ mis nobis resistunt. Cum enim vi capta
 „ esset civitas , Æneas æque , ac Antenor
 „ jure occidi potuissent ; at mera erat be-
 „ nignitas Achivorum , qui illis peperce-
 „ re , *Liv. l. 1. pr.* quia dissuaderunt bel-
 „ lum. Quatenus culpa ad singulos , qui
 „ per majora suffragia victi sunt , (ut in
 „ hoc exemplo Æneæ) transeat , expli-
 „ cavimus *l. 2. c. 21. §. 7.*

Epistolis] „ Adde *de ira c. 8. & de*
vita beata c. 12.

Et Cyprianus] „ De patrum circa bel-
 „ lum judicio legi merentur ea , quæ Au-
 „ ctor supra *l. 1. c. 2. §. 10.* monuit. Sa-
 „ ne , Cyprianus ipse non improbat mili-
 „ tiam *d. §. 10. n. 3.* sed ejus abusum ,
 „ sevitiam , &c.

Legitime] „ *i. e. ex sensu Auctoris im-*
 „ *pune.*

Nec alio sensu] „ Scilicet , quoad ef-
 „ fectum impunitatis saltem.

A D §. VI.

In bello , & quid in eo liceat , de
 tribus quæri potest : 1. de militibus , qui
 actu militant : 2. de subditis non militan-
 tibus actu : 3. de advenis.

Milites occidi possunt , quia actu resi-
 stunt reparationi juris nostri. *Subditi* occi-
 di non possunt , quia actu non resistunt ;
 nec ob futurum metum , quod in extrema
 necessitate resistere teneantur , licentia hæc
 competere potest , sed capi , & , si tum
 resistunt , qua hostes occidi possunt. In
advenis distinguendum , an intra hostios

fines degant , an vero saltem transeant.
Priori casu hostium loco haberi , & ut re-
 liqui hostium subditi capi , ac si resistunt ,
 occidi possunt. Neque enim opus est ut
 actu eorum ope utatur hostis ; sed sufficit ,
 si vel extrema necessitate ea uti possit ad
 resistendum : quia non potest sperari repa-
 ratio quoad hosti vis ad resistendum super-
 est. Illa ergo vis omnis ubicunque est , in-
 fringi potest , quia reparatio non potest
 fieri nisi tota fracta sit. Milite enim solo
 occiso nondum repetere jus meum possum ,
 quia alii supersunt , ex quibus miles legi
 denuo potest ; quo & advenæ degentes in
 territorio hostili pertinent. *Posteriori* caso
 transeuntes lædi non possunt ; illi enim suo
 jure naturæ utuntur , quod eis gentes bel-
 lum invicem gerentes auferre nequeunt.
 Neque eis augentur vires hostium ; quia
 nec sequuntur causam , ac judicium eorum ,
 neque ut sequantur , cogi possunt. Idque
 verum est , licet aliquandiu in hostico solo
 commorentur ; nam id est pars transitus.

Additio.

„ Ego alibi probavi , occidi quoque
 „ posse *subditos* actu non militantes : tum
 „ quia accedunt causæ sui Principis , ejus-
 „ que judicium probant , tum quia opibus
 „ suis reparationi juris nostri resistunt ,
 „ adeoque causa sunt cædium , rapinarum ,
 „ &c. quæ ex judicio nostræ civitatis in-
 „ juria committuntur. In hos ergo subdi-
 „ tos captos tanquam reos criminum anim-
 „ advertere licet. Quoad *advenas* verum est
 „ se puto , in eos quoque jus belli obti-
 „ nere si ad onera publica contribuunt :
 „ quo pertinent mercatores extranei , qui
 „ tabernam in civitate hostili habent , ibi-
 „ que per intitorem commercia peragunt ;
 „ hi enim onera (*Handlungs-Accise* , &c.
 „ solvunt , eoque vires hostium augent.
 „ Cæterum , facultas emigrandi offerri se-
 „ let subditis mediocum in civitate obses-
 „ sa degentibus ; quod nuper in obsidione
 „ Dantiscana factum legitimus.

Late autem patet hoc jus licentiæ] „ Quod
 „ scilicet impunitatem dat , non jus.

Qui actus in se arma gerunt] „ Adeoque
 „ qui reparationi juris nostri vi resistunt ,
 „ & quos proinde violare licet jure ne-
 „ cessariæ defensionis.

Aut qui bellum moventis subditi sunt]
 „ Adeoque qui tenentur sequi causam Prin-

7, cipis, eamque bonis, & operis suis de-
7, fendere. Atqui hi non semper resistunt,
7, quia plerumque conductio milite utun-
7, tur Principes. Resp. resistunt omnino
7, pecunias largiendo Principi, adeoque ha-
7, ctenus quoque tanquam hostes occidi
7, possunt.

Sed omnes, etiam qui intra fines sunt
hostiles] ,, Hoc verum non est si medii
,, saltem transeunt, n. c. vi resistunt. Vid.
,, supra L. 2. c. 2. §. 7.

Quique intra praesidia ejus sunt] ,, Adeo-
que actu resistunt.

Quia ab illis quoque damnum metui po-
test] ,, Immo metus ille ab advenis, &
,, saltem transeuntibus non est, nisi actu
,, resistit nt.

,, B. Parens opinionem ipsam Grotii de-
,, fendit, at rationem ejus refellit, in Dissp.
,, de jure belli in amicos §. 22. usque ad
,, §. 30. Verba ejus haec sunt.

S U S R porro est aia bella in amicos,
sive eos, qui ipsi hostes non sunt, & in
eorum tum personas, tum res. In personas
eorum bellum est, si intra hostium fines de-
prehendantur; adeo ut formula quoque ex-
pressum fuerit: Hostem fore illum, qui-
que intra praesidia ejus sunt. Grot. de J.
B. ac. P. l. 3. cap. 4. §. 6. Et licet ex-
pressum non esset, tamen tacite contineri,
statuit Cx. Manlius apud Liv l. 38. c. 48.
Cujus rei non illa ratio est, quod nocere
possint, vel quod intelligantur hostium par-
tibus se immixtisse, easque probasse, sed
quod, cum sub imperio, & potestate ho-
stium sint, teneantur, & cogi possint eo-
rum causam tueri, & nobis nocere, at-
que adeo vires hostium augeant. In eos igitur,
qui etsi animis hostes non sunt, tamen
praesentis officii necessitate in nos armantur,
vel armari possunt, vicissim nobis jus belli
integrum erit.

Unde sane dicendum videtur, nihil in-
teresse, bello jam commisso, cognitoque,
an ante bellum ad hostem pervenerint, con-
tra, ac sentit Grotius dict. cap. 4. §. 7.
ejusque interpretes, qui ita eos discernunt,
ut ante bellum ad hostem profectis tribuant
modicum tempus, intra quod discedere pos-
sint; quod si negligunt, praesumantur jam,
qui hostili consuetudine utuntur, hostili in
nos animo esse.

Verum & illi, qui exorto bello hostes
adeunt, glia, & necessariis causis ad

hostem proficiscendi, & qui ante bellum eo
profecti sunt, apud hostes manendi habere
possunt; adeoque vel utrisque spatium in-
dugendum est, vel neutris. Neque vero est
incertis praesumptionibus certum jus naturae,
inprimis quo potestas in vitam hominis sta-
tuitur, inferri debet, neque ex sola pote-
state nocendi hostis aestimari. Denique nititur
hac res potestate, & necessitate juris
nostri tuendi, qua natura nobis competit,
quocumque animo sint qui inter hostes degunt.

In utrisque igitur par jus, & ita qua-
dem statuendum est, ut distinguatur inter
eos, qui saltem transeunt per terras hosti-
les, & eos, qui ibi commorantur. In hos
jus belli exerceri potest per rationes §. 22.
In illos non potest. Nec enim pacati, qui
per hostium terras transeunt, detineri ibi
possunt, cum jure gentium liber transitus
omnibus pacatis debeat, atque adeo ra-
tiones d. §. 22. quod praesentis officii ratio-
nibus ad juvandam civitatem, ubi commo-
rantur, opugnandosque hostes adigi possunt,
tamen omnino cessent; & contra, qui libe-
rum transitum eorum impediunt, & ad mun-
ia belli adigunt, contra jus gentium com-
mittant.

Quod ipsum procedit quoque, etsi trans-
euntes vel valetudinis, vel rerum suarum
causa ad tempus ibi subsistere cogantur; cum
hoc ipsum quoque ad jus transitus perti-
neat, & cui transitus debetur, ea quoque,
qua ad transitum necessaria sunt, vel sine
quibus commode transiri nequit, committant:
modo animum tamen transire tantum,
non commorandi habeant, ac retineant.

Atque idem hoc obtinebit quoque eadem
distingtione in pacatorum navibus, plae-
stris, equis, &c. uti si praeternavigandi,
aut transeundi causa eo pervenerint, nullum
in eas res jus belli sit; secus vero si apud
hostes commorentur. Si vero ad usum belli
ea parata sunt, Krieges-Schiffe, Heer-
Wagen, &c. ad res bellicas pertinent,
quo & equi, inprimis cursorii referendi;
qui proinde pro mercibus contrabando ma-
gis habendi.

Etsi igitur advena sint, qui domicilium
perpetuum eo loco non habent, sed vel con-
tagionis, vel alterius periculi evitandi, vel
rerum suarum, negotiorumque causa com-
morantur, uti pro temporum necessitatibus
ad munia belli, resistendumque hosti cum
ceteris adigi possunt, ita & mutua in eos
armarum licentia erit. Et

Et licet æquum videatur, ut iis, qui ante bellum jam apud hostes morati sunt, spatium aliquod indulgeatur, quo discedere possint, non magis tamen illi, quam cives hostium ipsi, qui non minus præstitem discedendi jure gentium habent (l. 12. §. 9. ff. de capt. & postlim.) id exigere possunt, cum utriusque sint sub hostium Imperio, & intuitu præsentis periculi jus civitati natum sit ejus propulsandi causa eos detinere; quod jus in transeuntes, qui saltem transeunt, & ideo jure Gentium libero utuntur, non competit.

Quod in bello continuo, & universali sufficit ut locum habeat jus, de quo agimus] „ Scilicet, jus impune lædendi eum, qui intra fines hostiles est. At verum id non esse, diximus, in iis, qui transeunt saltem, nec resistunt sive arma gerendo, sive pecunias contribuendo.

Aliiter, quam in pignorationibus] „ Immo eadem utrobique est ratio. Nam subditi & pignorari, & violari non ex alia causa possunt, quam ea, quod sequi judicium principis, ejusque causam defendere teneantur. Utraque ratio cessat in advenis, qui transeunt saltem per hostilem terram.

Quæ, ut diximus, ad exemplum onerum impostorum, ad luenda civitatis debita introductæ sunt] „ Auctor statuit, advenas, qui transeundi, aut moræ exiguæ causa in hostili territorio commorantur, pignorari non posse, quia ad tuenda civitatis debita non tenentur. Vid. l. 3. c. 2. §. 7. Occidi posse, quia damnum ab eis metui potest. At utrobique eadem est ratio; adeoque verius est, advenas illos nec pignorari, nec occidi posse: quia cum subditi perpetui non sint, civitatis illius factum nec approbant, nec defendunt, nec defendere tenentur.

Multo plus licentiæ fit in bello, quam in pignorandi jure] „ Hoc non eo intuitu asserit Baldus, quasi advenas occidere, non pignorare liceat: neutrum enim fieri jure potest. Sed hæcenus plus est licentiæ in bello, quam in pignorandi jure, quod in pignorationibus capere saltem personas, & res in securitatem debiti, in bello vero occidere hostem, & capere res ejus jure dominii liceat. Vid. supra c. 2. §. 2. propos. 8.

In peregrinis, qui commisso, cognitoque bello intra fines hosticos veniunt, dubitationem non habet] „ Si quis in hostico solo deprehensus extraneum se esse probat, qui vel lucri, vel ægritudinis causa ibi commoratur, nec operis, aut opibus hosti assistit, is nulla ratione occidi, vel violari poterit. Sane, humano generi jus transeundi, quod a natura committitur, ob controversiam duarum gentium auferi nequit. At quia non constat, an quis advena sit, an non, & quilibet se pro transeunte venditare possit, capi omnino donec id probet potest. Unde transeuntes per hostile territorium litteris protectoriis se munire solent, quas passports vocant, unde constat, eos non hostes esse, sed advenas, & quibus exhibitis tuti etiam in hostico territorio esse solent.

AD §. VII.

Videntur jure gentium pro hostibus haberi] „ Immo eadem horum est ratio. Nam nec hi causam hostis sequuntur, aut defendunt, sed jure suo transit utuntur: quod ipsum confirmatur exemplo Corcyræorum, quod Auctor allegat. Post modicum tempus] „ Immo arbitrium est transeuntis, quanto tempore in hostico territorio commorari velit; neque enim juri transeundi certum natura præscriptum est tempus.

Peregrinis primum discedendi faciendam copiam] „ Si cum possint discedere, & obsidionis pericula evitare, malint se calamitatibus belli exponere, tunc ex sua voluntate fiunt hostes. Exemplum Campanorum vide apud Liv. l. 25. c. 22. & l. 26. c. 12.

AD §. VIII.

Verè sunt subditi hostium, ex causa permanente] „ I. e. qui animum perpetuo in territorio hostili commorandi habent, l. 3. c. 2. §. 7. Eos offendere ubique locorum, jure hostium licet] „ Immo non jure hoc fito gentium id licet, sed ipsa naturæ ratione; quia opera, vel opibus suis, resi-

„ resistunt reparationi juris nostri, adeoque
 „ opem, ac auxilium delinquenti præstant.
 „ At hoc verum saltem est si in terra ho-
 „ stili inveniuntur; secus si in terra me-
 „ dia: de quo mox.
 „ *Simul indicitur ejus populi hominibus*]
 „ *Vid. cap. præced. §. 9.*
 „ *Ut supra*] „, d. §. 9. & L. 3. c. 2. §. 2.
 „ n. 3.
 „ *Hostis autem qui est, ubique secundum*
 „ *jus gentium impeti potest*] „, Si scilicet in
 „ terra hostili, vel mea reperitur.
 „ *Ubicunque presum*] „, In mea, vel
 „ hostili terra.
 „ *Quasi hostes interficere*] „, Sive in no-
 „ stro, sive in hostili territorio invenian-
 „ tur.
 „ *In solo proprio*] „, Interfici possunt tan-
 „ quam criminis rei, qui ex judicio no-
 „ stræ civitatis cives nostros Injuria occi-
 „ dunt, res civitatis rapiunt, vel saltem
 „ injuriam suæ civitatis approbant; & de-
 „ fendunt.
 „ *In solo hostili*] „, Tanquam hostes, quia
 „ hostis causam defendunt.
 „ *In solo nullius*] „, Jure necessariæ de-
 „ fensionis.
 „ *In mari*] „, Scilicet quod occupatum
 „ non est: vel quod occupatum quidem
 „ est, sed ubi deficit præsentis judicis
 „ copia. *Vid. L. 1. c. 3. §. 2. n. 1.*
 „ *Quod eos interficere, aut violare non li-*
 „ *cet*] Hostis ergo meus in pacato solo capi
 „ nulla ratione potest, non ex jurè, quod
 „ hosti competit, sed quia obstat jus terri-
 „ torii. Nemo enim armatus in pacati terri-
 „ torium intrare, & ibi vim exercere invi-
 „ to domino territorii potest. Effectus hujus
 „ rei insignis hic est, quod capiens injuriam
 „ faciat non hosti, (is enim ubique hostis
 „ est) sed domino territorii, cui inde om-
 „ nino tenetur. Atque hæc violatio territo-
 „ rii est justa belli causa.
 „ Simile exemplum est in jure Romano,
 „ ubi nemini licet alterius fundum venandi
 „ causa ingredi; si quis tamen ingreditur,
 „ fera quidem capta cedit capienti, quia res
 „ nullius est, sed dominus fundi agit inju-
 „ riarum contra eum, qui prohibente domi-
 „ no fundum ingressus est, l. 13. in f. ff.
 „ de injur.

vi fit: omnis autem vis dependet ab at-
 bitrio istius territorii. Atque hinc cum bel-
 lo Genuenses inter, & Mediolanos gesto
 civis Genuensis captus per Pontificis terri-
 torium duceretur ad castra victoris, Immo-
 lentis Jctus a Pontifice consultus respondit,
 victorem injuriarum teneri, &, si id desi-
 deretur, ad exhibendum. *Cons. Petrinæ*
Bell. p. 2. tit. 13.

Additio.

„, Ducere captivos per alienum territo-
 „ rium, est actus jurisdictionis, ac impe-
 „ rii; adeoque absque requisitione impe-
 „ rantis id fieri nequit.

Id jus non ex eorum venit persona] „, Di-
 „ ximus enim, hostem ubique hostem
 „ esse.

*Nam civiles societates constituere potue-
 runt in eos, qui in aliquo sunt territorio,
 nihil per vim agi nisi tentato judicio*] „, In
 „ genere assertio Auctoris vera non est;
 „ quod enim in alieno territorio vi non a-
 „ gere liceat, id non demum ex statuto
 „ civitatis civili obtinet, sed ex ipsa na-
 „ turæ ratione. Nititur autem sententia Au-
 „ ctoris perpetuo illo errore, quod qui-
 „ libet privatus delinquentem quemcum-
 „ que ubi vis punire possit. *Vid. diss. pro-*
 „ *æn. VII. §. 6c.*

Et cessat jus istud promiscuum nocendi]
 „, Quia uterque jam superiorem habet in-
 „ tuum ejus subdit, qui in terra pacati
 „ invenitur.

Nihil aufos in portu regio] „, Et pa-
 „ cato.

A D §. IX.

LICENTIA illa] „, Juris scilicet gen-
 „ tium, quæ in bello solenni jus dat oc-
 „ cidendi hostem promiscuum.

Quod insontium quoque, & seminarum
cales impune habetur] Immo inter gen-
 „ tes moratioris hic mos nunquam obtinuit.
 „ Adeoque nec jure naturali, nec jure gen-
 „ tium, has personas occidere licet; quia
 „ infantes non resistunt reparationi juris no-
 „ stri. Hæc autem unica, & sola causa est,
 „ cur hostis occidi possit. Unde merito ex
 „ eadem causa excipiuntur fenes, & clerici,
 „ Agricola, & Mercatores, &c. *Vid. infr.*
 „ c. 11. §. 10. 11. & 12. Alexandri effectum
 „ lau.

laudari solet : cum feminis , & captivis non solum bellum gerere , armatus sit oportet , quem oderim. *Curt. l. 4. c. 1.*

Atque ita sentiunt Camillus apud *Livium l. 5. c. 27.* & Alexander apud *Curtium l. 7. c. 9. in fin.* Duæ tamen sunt exceptiones : 1. si feminæ quoque militant , eoque reparationi juris nostri resistunt : 2. si discerni nequit ætas , vel sexus , ut in obfidione civitatis. Si enim id prohibitum natura esset , nunquam juris reparatio exigi posset.

At capi possunt & feminæ , & infantes : 1. quia litron ab his captis solvi debet , quo augmentur vires nostræ , hostis autem minuuntur ; captura itaque juvat ad victoriam , non mors. 2. Ob amorem uxorum , & liberorum , facilius componi bellum potest. Sane , Alexander Darii matrem , & uxorem , filiasque captivas duxit. Neque id ipse Darius improbat.

Additio.

„ Quætionem hanc examinavimus in „ *Diff. præm. XII. §. 743. 744.* & infra „ *c. 7. §. 1.* explicabimus.

Non huc adferam] Recte Auctor ait , exemplum non esse sumendum ex sacra historia ; quia Israëlita ex speciali Dei mandato , qui plenissimum jus in vitam hominum sibi reservavit , egerunt. Unde etiam id saltem obtinuit in damnatis populis , *Deut. 20. v. 16.* non aliis. *Ibidem v. 14. & 15.*

„ *Ut alibi differuimus*] „ *L. 2. c. 20. §. 4.* „ *n. 2. c. 21. §. 14. n. 2. l. 3. c. 1. §. 4.* „ *n. 3.*

„ *Ad testandum morem communem gentium*] „ Quo cædes infantium , & foeminarum licitæ erant.

„ *Fore qui Babyoniorum infantes petra alidit*] „ Deus ibi in pœnam talia Baby- „ loniis minatur , *Pf. 137. v. 9.* idque re- „ petit Propheta. *Esai. c. 12. §. 16.* Illi „ igitur , qui mandata divina exequuntur , „ beati dicuntur. Neque hic infantibus fit „ injuria , quia Deus arbiter est vitæ , & „ necis , qui quo vult modo eam adime- „ re infantibus potest ; neque hæc pœna „ est infantium , sed Deus suo jure uti- „ tur ; pœna autem est intuitu parentum , „ *Vid. l. 2. c. 21.*

2 „ *Thracæ olim*] „ Fuere gens ferocissima , „ *Liv. l. 42. c. 52.* atrocissimi vitam agens , „ *Tom. III.*

„ *Liv. l. 38. c. 46.* adeoque exempla juris „ a tali gente desumi nequeunt.

„ *Thucydide*] „ *L. 7. p. m. 296.* qui „ factum hoc improbat , addens : *equidem* „ *Thracum genus barbarico proximum , u-* „ *bique non timet , severissimum se præbet.*

„ *Cum Thebas cepissent*] „ Thebani legi- „ timo bello victi paruerunt Macedonibus , „ *Curt. l. 1. c. 8.* postea rebelles præfidia „ Macedonica expellere studebant , ac cri- „ minis veniam toties ab Alexandro obla- „ tam respuebant , *Curt. l. 1. c. 13.* Hinc „ vi capta urbe nec foeminis , nec infan- „ tibus pepercere milites. *Diod. l. 17. c. 13.* „ ubi addit , *Macedones severius , quam in* „ *hostem deceret , saviisse. Conf. Arrian. 1.* „ *3. 17.*

„ *Romani capta Purgi*] „ Exempla , quæ „ hanc in rem afferri solent , vel a fero- „ cibus gentibus , vel in furore conflictus „ peracta sunt , adeoque consensum gen- „ tium non inferunt.

„ *Germania is populus*] „ *Tac. de M.* „ *Germ. c. 2.*

„ *Non sexus , non ætas miserationem ot-* „ *tulit*] „ Furor is potius militum fuit , „ qui expiare seditionis crimina voluere : pu- „ tabant enim , non aliter posse placari com- „ militonum manes , quam si pectoribus „ impiis honesta vulnera accepissent. *Ta-* „ *cit. ann. l. 1. c. 49.* Accedit , quod „ Germani eodem jure uti soliti fuerint ; „ unde jure talionis paria in eos statui po- „ tuerunt. Germanos enim genus militum „ atrocissimum vocat Tacitus *Hyst. l. 2.* „ *cap. 32.*

„ *Titus*] „ Ego id apud Josephum non „ invenio : contrarium potius apparet ex „ ejus historia de bello Judaico *l. 7. c. 16.* „ ubi ait , majores se , tendecim annis bo- „ stis , & ferro consumendos distributos „ esse ; qui vero infra illum annum age- „ rent , venditos fuisse. Cæterum , verum „ est , militem occupata urbe promiscue „ etiam in foeminas , & infantes seviisse , „ *d. l. 7. c. 11. & 16.*

„ *Adeo scititia illa in morem verterat*] „ Immo mos ille inter gentes non nisi ex „ caulis singularibus usurpabatur ; uti in „ singulis exemplis demonstravimus.

„ *Si & senes interficiuntur*] „ Quia & hi „ hostes sunt , & consilio , ac opibus in- „ juriam civitatis suæ defendunt : quan- „ quam & hos salvos inter Judæos devi-

R r r r

„ etos

„ Etos esse voluerit Titus , apud Joseph.
 „ bell. Jud. c. 16. Conf. infra c. 11.
 „ §. 9. n. 4.
 „ A Pyrrho] „ Mirum il non est in
 „ Pyrrho , qui homo ferocissimus descri-
 „ bitur apud Senec. in Troad. v. 330.

A D §. X.

QUÆRITUR , an in captos sœvire liceat ? Auctor jure naturæ id tunc concedit , cum victor justam causam habet , & punit intra modum pœnæ , & delicti : jure Gentium autem sœvire licere , ait , in infinitum , si bellum est solenne , quoad effectum scilicet impunitatis . At verius est , jure naturæ captos interfici non posse , quia hostis statim , ac in potestate nostra est , delinit esse hostis , nec amplius reparationi juris nostri resistit , eoque fit substitutus . Licentia igitur illa non est jus , sed abusus gentium .

Additio.

- „ Prolixius mentem suam explicat B.
 „ Parens in Disput. de armis illicitis §. 27.
 „ 28. Nos infra c. 7. demonstrabimus , omnia in hostes tanquam criminis reos ipso jure naturæ licere .
17. *Ponit enim licere*] „ Scilicet , ad effectum impunitatis inter gentes .
 „ Servos de Tos , qui servati essent] „ Florentinus Jctus ait : Servi ex eo appellati sunt , quod Imperatores captivos vendere , ac per hoc servare , nec occidere solent . L. 4. §. 2. ff. stat. hom.
 „ Ubi illud oporteret improprie pro liceret positum videtur] „ Cum alias opponatur quod licet , & quod oportet . Vid. supr. §. 2. n. 3.
 „ Thucydide] „ Et Livio l. 7. c. 19. Alia exempla allegavit Auctor supra §. 5. Quibus adde Just. 7. 6. Diacon. Miscell. 3. 10. §. 17. 39. Thucyd. 2. p. m. 120. Polyb. 1. c. 81. §. 82. Appian. Pun. n. 72. Curt. 4. 6. §. 3. 12. Commin. 3. pag. 295. Frossard. 2. p. 135. Nicephorum in Hist. Alex. c. 6. Term. b.
 „ Nec tempore ullo excluditur potestas occidendi] „ Ita ut servati quocunque tempore occidi possint , & finito quoque bello .
 „ Quantum ad jus gentium pertinet] „ Ni-

„ mirum , ad effectum impunitatis . Nos id ex ipso jure naturæ sequi , ostendemus suo loco .

Est legibus civitatum hic magis , illius minus adstringitur] „ Legibus Romanorum , imprimis sub Christianis Imperatoribus , conditio servorum longe mitior facta est : inter Christianos omnis servitus sublata est , quin nes jure talionis in Turcas eam exercere licet . Adversus Indos jus servitutis hodieque obtinet .

A D §. XI.

SUPPLICUM nociforum passim occurrunt exempla] Hæc itidem non probant jus gentium , sed abusum ejus . Sane , delicti non amplius resistunt reparationi juris nostri , non amplius sunt hostes ; adeoque deficit necessitas , quæ unica silem ratio , & causa est , cur lædere hostem liceat . Idque Auctor exemplis firmat c. 11. §. 15. Quæ in contrarium afferuntur exempla , abusum juris gentium , non usum probant .

Additio.

- „ Supplices occidi jure naturæ quoque possunt : quod rationibus naturæ demonstrabimus infra c. 7. Exempla vide de apud Flor. 3. c. 21. n. 24. Sallust. Jugurt. 91. Liv. l. 2. c. 17. §. 9. 31. §. 14. Thuanum l. 45. p. m. 889. Burgers obs. 29.
 „ Illo , quod dixi , belli jure] „ Scilicet , ex jure illo particulari , quod gentes in bello solenni statuerunt .
 „ Illicitum sibi esse judicaverunt] „ Loquitur de perfectione , de regulis charitatis . Sane , generositatis est , putare , non omnia sibi licere , quæ jure belli facere licet .
 „ Nec qui se dedunt , semper recipiuntur] „ Nam id voluntatis est .
 „ Tacitum] „ Annal. l. 12. c. 17. ubi duplicem hujus facti rationem affert ; 1. quia tanta multitudo tuto custodiri non potuit : 2. quia excidio Uspensium metus reliquis injici debuit .
 „ Nota §. hic belli jus] „ Nimirum , jus , quod ex bello jure gentium solenni oritur , & quod saltem impunitatem tribuit , non verum jus dat . Nos infra demonstrabimus , id jus ex vero naturæ jure sequi .

A D §. XII.

SINE conditione ulla] „ Nam datur
 deditio conditionata. *Vid. l. 2. c. 15.*
 §. 7. n. 2.

Leges interfici] Hoc itidem ex abusu ju-
 ris gentium originem cepit. Nam nullum
 hic jus est lædendi eum, qui amplius non
 resistit reparationi juris nostri. Neque hac
 cæde minuuntur vires hostium, nec nostræ
 augentur: quod gentes moratioris quoque
 agnovere. *Vid. infr. c. 11. §. 14.* Unde
 cum urbs Capsa facta deditione nihilomi-
 nus diruta, puberes interfecit, & reliqui
 venundati essent, Sallustius ait, id faci-
 nus contra jus belli, non avaritia, nec
 scelere Consulis admissum, sed quia locus
 Jugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis,
 genus hominum mobile, infidum, ante
 nec beneficio, neque metu coercitum.

Additio.

„ Nos acceptos quoque in deditionem,
 nulla salutis adjecta conditione, occidi
 jure naturæ posse, *infra cap. 7.* demon-
 strabimus. Talis deditio vocatur, *se ren-
 dre a discretion*, Germanis, *Sich auf
 gnad und tugnade ergeben*. Exempla Tes-
 marus allegat *b. ex Camdeno l. 2. p. 312.*
Tbuan. l. 8. p. 159. Frossard. l. 1. p. 36.
Liv. l. 31. c. 17.

Ut triumphi die occiderentur] „ Livius
 l. 26. c. 13.

A D §. XIII.

REPERRE aut ad talionem, aut ad
 pertinaciam in resistendo] Recte Auctor
 ait, jus lædendi, captos inprinis, & sup-
 plices, non defendi posse, nec prætextu
 talionis, quæ non obtinet nisi in ipsos de-
 linquentes; nec prætextu pertinaciæ, quia
 id officii subditorum est, & magis lau-
 dandum.

Additio.

„ Infra demonstrabimus, sævitiam hanc
 naturæ jure illicitam non esse.
 Sed hæc causæ] „ Sensus est, quod hæc
 causæ sævitiam illam justam non reddant,
 sed ob utilitatem eorum, qui eo rigore u-
 tuntur, allegari soleant. Huncque rigo-
 rem, ait, apud homines defendi jure

„ Gentium in bello solenni. At dictum
 „ sæpius est, non dari bellum solenne;
 „ adeoque hanc sævitiam ex, eo jure de-
 „ fendi non posse. Diximus porro, rigo-
 „ rem illum non contrariari juri naturæ,
 „ quod solum inter gentes obtinet.

In eandem personam, quæ deliquit]
 „ Tantundem enim nemo pati potest, ni-
 „ si qui malum fecit. Regula vera est, at
 „ applicatio fallit: nam subditi, & socii,
 „ qui eandem causam operis, vel opibus
 „ defendunt, omnino malum alii inferunt,
 „ adeoque in eos quoque, si capiuntur,
 „ si supplices se dedunt, &c. animadverti
 „ jure talionis potest. *B. Par. in dssp.*
 „ *de jure Talionis §. 47. seq.*

*Quorum in eo, quod accusatur, nulla
 est culpa*] „ Immo infra videbimus, sub-
 „ ditos captos, vel supplices, omnino es-
 „ se in culpa: adeoque jure naturæ in-
 „ terfici posse.

*Pertinax vero studium in partes nemo
 est qui supplicio dignum judicet*] Præfecto
 enim, & militibus loci defensionis mandata
 est: tenentur igitur jure naturali ad exa-
 ctissimam diligentiam, i. e. ex omnibus
 viribus defendere locum custodiæ eorum
 commissum; adeoque hæcenus ipsorum per-
 tinacia non tantum justa, sed & maxi-
 me laudabilis est. Si vero nulla superfit de
 loco illo defendendo spes, non ultra te-
 netur præfectus, quia non potest ultra
 exactissimam diligentiam obligari. Si pro-
 inde omni spe sublata præfectus nihilomi-
 nus resistit, hosti quoque injuriam facere
 videtur, quia mandata tantum ipsi est de-
 fensio, adeoque ultra defensionis terminos
 privatus resistit. Et sic hosti tenentur pro-
 prio nomine, quia ex quo implevit fines
 mandati, adeoque mandatum deficit, vide-
 tur privatus proprio odio resistisse, ac da-
 mnnum dedisse. Cum igitur jus amplius re-
 sistendi ei non competat, puniri ideo, ubi
 in potestatem nostram venit, potest. Un-
 de Henricus I. Rex Galliæ quosdam cap-
 tos suspendi jussit, quod contra militiæ di-
 sciplinam locum debilem, & qui defendi
 nulla ratione posset, contra regias copias
 defenderunt: quanquam Belisarius contra-
 rium statuit, & contraria exempla ipse Au-
 ctor allegat *infra c. 11. §. 16.*

Sed de suo Principi tenetur, si fines
 mandati excedendo plus damni dat con-
 sumto milite, quem servare potuit.

R r r r

Ad

Additio.

„ Quid jure naturæ obtineat, late infra
 „ explicabimus. cap. 11. §. 16. Certissi-
 „ mum est, nos in pertinaciter resistentes
 „ pœnam statuere non posse: judicium enim
 „ nostrum non est, quousque defensio ho-
 „ stis necessaria sit; alias semper pro per-
 „ tinacia judicare, eoque prætextu punire
 „ prædictum posset: unde moratiores gen-
 „ tes quoque a tali cæde abstinuisse, le-
 „ gimus. Add. Sen. de ira c. 29. l. 3.
 „ Plin. 3. ep. 9. Curt. 4. 6. & 8. 14.
 „ Cic. Pison. 32. Conf. d. c. 11. §. 15.
 „ seq. Sane, hosti nostro non fit injuria;
 „ in eum enim omnia licent. Et si ultra
 „ mandatum illi, qui resistunt, azunt,
 „ ideo suo duci obligantur, non hosti.

Cum partes illæ aut a natura assignata]
 „ Uti si subditus urbem defendit.
 „ Aut honesta ratione] „ Ex lege societa-
 „ tatis, & fœderis.
 „ Jure militari Romano] „ Lib. 3. §. 5.
 „ ff. Re milit. Sact. in Aug. c. 24.
 „ Ob utilitatem ergo suam quisque summo
 „ illo rigore utitur] „ Adeoque ul. g. ri id
 „ solet tanquam causa suaforia, quali cul-
 „ pa ejus sit, in quem talio exercetur.
 „ Defenditur autem rigor ille apud homi-
 „ nes eo gentium jure, &c.] „ Adeoque
 „ causa illa suaforia ex mente Auctoris
 „ jure gentium justificata facta est, si id,
 „ in bello solenni contingit; ad effectum
 „ nimirum impunitatis. Quod verum non
 „ esse, mox videbimus.

A D §. XIV.

IDEM jus] „ Quod in bello solen-
 „ ni occidi possint.

Et in obsides usurpatum] Immo nulla
 „ moratorum gentium jus sæviendi in obsi-
 „ des unquam probavit. Deficit necessitas,
 „ quæ sola jus dat sæviendi in hostes. Con-
 „ trarium potius apparet ex exemplis ab Au-
 „ ctore allegatis infra c. 11. §. f.

Additio.

„ Exemplum pro mitiori sententia oc-
 „ currit apud Comminæum. Comment. 2.
 „ p. 258. Antequam eo veniret, convo-
 „ cato consilio deliberaverat, quid de ob-
 „ sidibus statuendum esset. Dicebant ali-
 „ qui, necandos esse. Contra in primis,

„ cuius sententia præter morem, & inge-
 „ nium ipsius, visa mihi fuit admodum a-
 „ trox. & pag. seq. In primis cavendum
 „ esse, ne Deus aliquo scelere offendatur.
 „ Debere Carolum ita se comparare ut hoc
 „ uno facto clarum faciat, quæ non sit
 „ crudelis, aut vindictæ cupidus; sibi vi-
 „ deri dimittendos esse obsides, qui suo-
 „ rum fidem secuti pro salute patriæ in dis-
 „ crimen venissent. Conf. Camd. p. 4. p. 665.
 „ Liv. l. 28. c. 34.

„ Quid jure naturæ obtineat, apparet
 „ ex dictis in dissertatione proœmiali XII.
 „ §. 848. & ex dicendis infra c. 11. §. 18.

Qui se obligaverant quasi ex conventio-
 „ ne] „ Qui sponte oppignoraverant vitam
 „ pro fide suorum. Gron. h. Q. od Au-
 „ ctor fieri posse, negavit supra L. 2.
 „ c. 21. §. 11. Add. infra c. 17. §. f.
 „ Sed & in eos, qui aliis traditi] „ Ita
 „ Apud Liv. l. 9. c. 5. obsides 600. dati,
 „ qui cogere deberent, si pacto non staretur.
 „ Apud Cambrerum obsides dati sunt, ea con-
 „ ditione, ut si quid contra pacti ones sa-
 „ cerent, integrum esset, supplicium de
 „ his sumere. p. 2. p. 257.

Etiam pueros] „ Plerumque liberi, aut
 „ cognati. Vid. Liv. 2. 3. Thuan. l. 1.
 „ p. 11. Camd. p. 2. p. 189. & p. 5. p.
 „ m. 95. Term. h.

A Simone] „ Qui fratris filios Tripho-
 „ ni obsides dedit pro redemptione Jonathæ.
 „ Et feminis] „ Inter quas præ aliis no-
 „ ta est Clelia.

A D §. XV.

SICUT autem jus gentium permittit
 „ multa] „ Quæ hypothelin Grotii expli-
 „ cavimus, & exemplis illustravimus in
 „ Dissert. proœm. IV. §. 14

Permittendi modo, quem sum explicavi-
 „ mus] „ Scilicet, ad effectum impunitatis,
 „ & ne inter gentes pro homicida, aut
 „ fure haberi possit. Vid. supra §. 5.

Ita quadam vetat permissa jure naturæ]
 „ Quod itidem juxta principia Grotii exa-
 „ minavimus dict. diss. IV. §. 15.

Eum gladio, an veneno interimas, nihil
 „ interest] Quæritur, an armis per se turpibus
 „ in hostem uti liceat? Auctor id jure naturæ
 „ fieri posse, affirmat; at rectius negamus.

Media

Media enim turpia, etsi aliter quis vincere nequeat, in bello illicita sunt. Sane, cum questio sit de vi a natura, i. e. ex Dei voluntate licita, tota ratio necessitatis cessat si Deus salva perfectione ea velle nequit, uti non potest, quæ per se turpia sunt.

Sed & cum Deus iudex sit belli, quod geritur, pugnaret cum ejus perfectione, turpia permittere remedia. Denique necessitas, quæ allegari posset, non est a natura, sed ex imbecillitate humana, quæ contra jura naturæ nihil indulget. Idque ex consensu gentium infra probabimus.

Turpia autem arma sunt, quæ nullam virtutis speciem præ se ferunt, sed ex animi molliæ, fæditate, & timiditate ita adhibentur, ne adversus ea hosti nostro defensionis pateat: & ut verbo dicam, quæ omnem defensionis facultatem ita excludunt, ut ab homine provideri nequeant.

Turpitudine illa de erigitur 1. si ea admissa caveatur in jus malum, adeoque medium turpe benignius sit honesto: 2. si agitur de necessaria defensione vitæ, quæ contra notorium invasorem aliter servari nequit: 3. injulium sæpe delet admiratio virtutis, ut in Scævola, Judith, &c. Denique, & 4. excipitur ab illa regula si jure talionis adhibentur talia arma. Talio enim apud Deum quoque excusat, & valet.

Additio.

„ Materiam hanc, intricatam admodum,
„ & hæcenus non satis extricatum, ex
„ professo tractavit B. Parens in Disputatio-
„ ne de armis illicitis. Contenta vide supra
„ §. 1. Prop. IV.

„ Nos cum Grotio statuimus, vix dari
„ arma illicita. Cum enim omnia jure na-
„ turæ liceant in hostem tanquam in cri-
„ minis reum, qui cives nostros interimat,
„ res nostras rapit, vastat, &c. vel con-
„ silio saltem, & opibus suis reparatio-
„ nem juris nostri impedit, &c. nulla ar-
„ ma vetita esse putarem, quæ hostem
„ destruere, vires ejus minuere, eoque
„ viam nobis ad juris nostri reparationem
„ sternere possit.

„ Hinc igitur 1. etiam veneno hostem
„ necare possum. Nam quem interficere
„ licet, gladio, an veneno interimis,
„ nihil interest. *Grot. b. c. §. 15. n. 1.*

„ Sane, cum hostem e longinquo, & ex
„ insidiis quoque globo transfodere possim,
„ nullam video rationem cur non veneno
„ eum tollere queam.

„ Adeo ut nec vetitum natura sit, globis,
„ vel sagittis venenatis uti, quia hostis si
„ non ex vulnere, tamen ex veneno periturus
„ est: adeoque vires hostis minuantur.

„ Præterea 2. nullam video prohibendâ
„ rationem, cur non & percussorem im-
„ mittere in hostem liceat; quæ enim per
„ plures, eum etiam per unum occidere pos-
„ sum. *Grot. b. c. §. 8.*

„ Nec distinguenda mihi arbitror, an perfidia
„ conjuncta sit, an non: quæ ad repa-
„ rationem juris nostri etiam opera malorum
„ hominum uti possumus. Sane, experien-
„ tia docet, hostem hostis sui milites ad de-
„ ferendum præmio promisso invitare, &
„ transfigurare, i. e. perfidorum opera uti
„ solere. *Disput. Grot. d. §. 18.*

„ Cur ergo inter Christianos, aliisque mo-
„ rariis gentes, hi modi defensionis adeo
„ improbantur? Resp. Quia religio Christi-
„ ana, quæ etiam infidelibus diligere jubet,
„ omnes abhorret reprobos in diis, qui
„ non præcise, & absolute ad juris nostri
„ defensionem sunt necessarii: quales non
„ sunt venena, & percussores; his enim mo-
„ dis quidem vires hostium minuantur, sed
„ bellum ideo non finitur.

„ Præcipua autem ratio hæc est, quod
„ hosti, quem veneno interficimus, eodem
„ jure utendi ars daretur. Indeque vicissim
„ nostræ civitatis milites, & duces non
„ tantum veneno, & inmisso percussore in-
„ terimunt, sed & capti propter mala hosti il-
„ lata, per tormenta, & cruciatus necari
„ possunt. Metuo igitur metu litigantes de-
„ terreri, & obmerum talionis prohibere bel-
„ lum gerentes solent, ne ejusmodi armis
„ milites utantur. *Vid. not. in r. §. 16. in fn.*

„ Denique is, qui justam sibi arbitratur esse
„ belli causam, falli, & causâ cadere po-
„ test. Quo casu eo majorem daturus est præ-
„ nam tum Deo, tum hominibus, quo plus
„ mali adversario forte injuria intulit. Ipsi igitur
„ religio bellum gerentes cautes reddidit,
„ ne ulla defensionis media adhibeant, quæ
„ vindictam magis, quam reparandi necessi-
„ tatem inferunt. Certissimum igitur est, non
„ dari arma illicita, nisi modus defensionis
„ per se crimen inferat. Hinc supra diximus,
„ in feminas hostiles adulteria nunquam per-
„ mitteri, *vid. Grot. b. c. §. 19.* mensura
„ enim delicti per aliud delictum fieri non
„ potest. *Vid. l. 2. c. 20. §. 1. prop. VII.*

„ Sed & si alii innocentes, adhibito v. g.

R r r r 3

„ vene-

veneno, periculo subjicerentur, ut si aquæ,
 quarum usus communis est; veneno cor-
 rumpuntur, modum hunc reparandi illicitum
 esse, putamus; jus enim eorum, qui
 hostes non sunt, inde læderetur.

Si jus naturæ respicias] Aliud enim in-
 troducitur, ait, jure gentium.

Nam generosius quidem est] Id ad regulas
 perfectionis pertinet; nos, quid homines
 inter se jure facere possint, quærimus.

Sui defendendi habeat copiam] Ut fit in ac-
 cie, & conflictu; non si veneno res agitur.

*Sed non debetur hoc cuiquam; qui mori
 meruit*] Hostis enim injuriam nobis facit,
 reparationi juris nostri resistit, nos; no-
 strosque promiscue cædit, eoque nostro
 judicio mortem meretur.

At jus gentium] Scilicet, voluntarium;
 quale non existere diximus.

Si non omnium, certe meliorum] Vix
 enim dari aliquod jus gentium universale,
 ipse Auctor statuit l. 1. c. 1. §. 14. n. 1.

*Jam olim est, ne hostem veneno interficere
 liceat*] Immo id non ex jure gentium obti-
 nuit, sed ex mutuo metu; uti id ita-
 tum explicabitur. *Cons. §. 6. n. 2.*

*Qui consensus ortus est ex respectu commu-
 nis utilitatis*] Unde id, quæso, apparet?
 Unde probari potest, gentes in id com-
 muni consensu ivisse? *Cons. Dissert. pro-
 æm. IV. §. 29.*

*Ne pericula in bellis, quæ crebra esse cœpe-
 rant, nimirum intenderentur*] Quæ ratio
 obligationis inter gentes? unde constat;
 gentes id voluisse, & ex ea ratione id vo-
 luisse?

Et credibile est; a regibus id profectum] Fabula hæc est; ingeniosa equidem, sed
 quæ juris gentium existentiam magis sus-
 pectam reddit.

*A veneno minus, quam aliorum, tutus
 est*] Ex hac hypothesi sequeretur, uti
 veneno ex jure gentium inter reges saltem
 recepto, esse prohibitum, non si inter
 respublicas bellum sit, quia metus a vi-
 ta regum desumptus ibi cessat.

Nisi defendatur juris aliqua religione] Cum jus gentium voluntarium non de-
 tur, nulla inde potest esse religio. Mu-
 tuus metus sufficit ad deterrendos bellum
 gerentes.

Et metu infamiae] Cum jus tale gen-
 tium non existat, frustra metuitur infamiae

ex ejus violatione? quis, quæso, sciet
 ret infamiae hujus inter gentes effectus?
Clandestina scelera] Ita dicta, quia
 alter non habet sui defendendi copiam.

Vid. n. 1.

Communis exempli interesse] Causam
 communem hominum esse.

Respiciunt merum jus naturæ] Jure
 naturæ enim quem interficere licet, cum
 gladio, an veneno interimas, nihil in-
 terest. *Vid. n. 1.*

*Illud autem, quod a gentium voluntate
 ortum trahit; præevident*] Et merito,
 quia tale jus non existit.

A D §. X V L

Et ad vim accedit propius, &c.] A-
 deoque contra quam alter se defendendi
 habet copiam.

Spicula veneno inficere; &c.] Ut si
 non ex vulnere, saltem ex veneno per-
 eat hostis.

De Getis tradit Ovidius] *Add. idem*
Trist. 3. v. 31. 10. & Plin. l. 11. c. 53.

*De Persis idem testatur Arist. lib. de Plan-
 tis; de Ambigeris Justin. l. 12. c. 10.*
& Curt. l. 9. c. 8; De Slavis; Leonis
*Tactica c. 18. them. 108; de Indis Ae-
 lianus var. l. 6. c. 18; de Venetis Bema-
 bus lib. 3. de Hispanis Thuanus l. 46.*
*p. 962; de Pyrenæis Beccman. de origi-
 leg. pag. 186.*

Sed hoc quoque contra jus gentium] Veri-
 ssimum est quod Auctor ait, jure natu-
 ræ non prohibitum esse veneno inficere spi-
 cula. Rationem modo explicavimus.

Non universale] Distinctionem inter
 jus gentium universale, & certarum gen-
 tium, ex mente Auctoris exposuimus in
Diss. proæm. IV. §. 11. Nos passim pro-
 bavimus, non dari Jus Gentium nec uni-
 versale; nec Europæum.

Et si quæ] l. e. casum, quæ cum
 Europæ Gentibus confines sunt.

Quod recte a Salisburiensi observatum est] Inmo is non ait, jure Gentium Europæo
 demum id fuisse prohibitum, sed ipso ju-
 re naturæ.

Nam & fontes veneno inficere] Exempla
 de Utero Britannorum rege refert *H. Boe-
 thius lib. X.* quod ex fonte jussu Occæ Sa-
 xonum regis infecto bibens mortuus sit. De
 Afris

„ Afris vide *Appian. Civ. l. 2. p. 455. De*
 „ *Clystene Siconio Frontin. l. 3. 7. 6. Conf.*
 „ *Dubrav. lib. 18. Buchanan. Hist. Scot.*
 „ *p. 211. Galfrid. Hist. Brit. VIII. 24.*
 „ *Zwinger. Theatr. vit. hum. Vol. 2. l. 7.*
 „ *p. 506. Zeevocot. ad Flor. l. 2. in f. Zigler,*
 „ *in not. ad Grot. b. p. 540.*

„ *Quod ipsum quoque aut non latet, aut non*
 „ *diu latet]* „ Adeoque quod præ-veri potest
 „ ex paucorum casu, indeque pro clandestino
 „ armorum genere haberi nequit. *Gron. b.*
 „ At verius est, hoc armorum genus natura
 „ illicitum esse, quia innocentes æque, ac
 „ nocentes inde perire possunt.

„ *Sed & contra fas Deum]* „ i. e. Contra
 „ jus naturæ.

„ *Jura gentium Diis quoque adscribi, &c.]*
 „ *Vid. diff. prox. IV. §. 8. Immo cogni-*
 „ *tum Auctoribus veteribus non fuit jus gen-*
 „ *tium voluntarium; adeoque illud per fas*
 „ *gentium intelligere non potuerunt.*

„ *Aliibi quoque a nobis]* „ *Vid. l. 2. c. 19.*

„ *§. 1. n. 1. c. 20. §. 44. n. 6. & l. 3. c. 6. §. 2.*

„ *Si ad minuenda pericula tales sint quedam*

„ *bellantium tacita conventiones]* „ Quid non

„ prætextu tacitarum ejusmodi conventio-

„ num fingi posset? quænam sunt istæ gen-

„ tes, quæ ita tacite convenerunt? Quid

„ si gens, quæ armis ejusmodi turpibus uti-

„ tur, neget sænunquam consensisse, contra-

„ rium quis probabit? Sed & si probari pos-

„ set, inter duas forte gentes adhibita ejus-

„ modi arma non fuisse, unde constabit,

„ alias gentes in id consensisse, vel eas ab-

„ stinuisse animo paciscendi, & jus consti-

„ tuendi? Quid si alter alleget, se id fecis-

„ se, quod alia sese defendendi mediâ tunc

„ non fuerint? &c.

„ *Manente bello convenerit]* „ At id non

„ erat ex tacito pacto, aut ex jure aliquo

„ gentium voluntario, sed ex pacto expres-

„ so, unde jure naturali quoque obligatio

„ oritur, utpote quo pacta servari debent.

„ Exemplum similis conventionis an. 1675.

„ Argentorati factæ assert *Kulpisus in Col. leg.*

„ *Grot. Ex. 11. §. 7. ubi art. 57. prohibe-*

„ *tur: Dasse man sich keiner drabt, vergif-*

„ *teten, gesjirmen und ungewohlichen Ku-*

„ *gel ins kunstige gebrauchen solle.*

A D §. XVII.

„ *De aquis]* „ Ita aquam elleboro corrupit
 „ *Clisthenes Syconius Frontin. III. 7. 6.*

„ *Metallarii Bohemiæ, in bello inter Alber-*
 „ *tum I. & Wenceslaum Pachum, fluvium*
 „ *scoriis, & aliis purgamentis metallicis cor-*
 „ *ruperunt. Dubrav. Hist. l. 18. Hæc res il-*
 „ *licita non est, quia nihil interest, ferros,*
 „ *an sibi hostem ad reparationem adigam.*

„ *Quod & natura]* „ Quia tendit ad repara-
 „ tionem juris nostri, adeoque necessarium
 „ est.

„ *Et consensu]* „ Scilicet, tacito, seu jure
 „ gentium voluntario: quale non existere,
 „ dicimus. Immo hic ipse consensus Gen-
 „ tium jus naturæ probat.

A D §. XVIII.

„ *Hostem interficere inanis periculisore]*
 „ Hoc insidiarum genus & illicitum, & turpe
 „ est, si quis nimirum tanquam latro, forte pec-
 „ unia conductus, hostis castra ingrediatur, &
 „ duccem hostis structis insidiis occidit: nisi con-
 „ juncta sit generositas, & fortitudo maxima,
 „ uti in facto Scævola, qui palam ingressus in
 „ castra regem petiit; & Judithæ, quæ animo
 „ liberandi populum Dei Holofernem occidit.

„ *Additio.*

„ Quæstionem hanc, an percussorem in
 „ hostem immittere liceat, late explicat B.
 „ *Parens in Dissert. de Armis illicitis §. 47.*
 „ *usque ad §. 58. Locum delibavimus supra*
 „ *§. 1. Prop. IV. Nostram sententiam expo-*
 „ *suimus supra §. 15.*

„ *Sed omnino discrimen adhibendum]* „ Au-
 „ ctor putat, percussorem, qui hosti fidem
 „ debet, non posse immitteri, quod facto per-
 „ fidia inlit; si fidem non debet, posse:
 „ quod supra refutavimus. *Add. d. diff. §. 48.*

„ *Subditi in regem]* „ Qui fidem jurarunt.

„ *Militis in eam, cui militant]* „ Et cui sa-

„ cramento obstricti sunt.

„ *Recepti ut supplices]* „ Nam per deditio-

„ nem judicio, ac arbitrio victoris se, sua-

„ que submitunt.

„ *Advenæ]* „ Qui scilicet animum perma-

„ nendi, non saltem transeundi habent. *su-*

„ *pra §. 6. 7 & 8.*

„ *Au vero nulli teneantur fide]* „ Adeoque

„ nec subditi, nec vasalli, nec advenæ sunt.

„ *Laudatus ab historiis]* „ *Martial. l. 8.*
 „ *epigr. 30.*

„ *Nim rura, hostem occidere ubi vis licet]*
 „ Quia resistit reparationi juris nostri.

„ *Sed & jure gentium]* „ Intelligit volunta-

„ rium, quale non agnoscimus.

Nec

Nec refert quot fiat] ,, An plures ab uno,
,, an unus a pluribus, an unus ab uno occi-
,, datur.

Sexcenti Lacones] ,, *Justin.* 2. 11. Diodo-
,, rus Siculus quingentos fuisse, refert *l. 11.*
,, c. 9. Alii trecentos tantum. *Herod.* *l. 7.*
,, 224. *Ælium.* 1. var. 24. Simile de paucis
,, Gallis tentorium Persarum regis petentibus
,, refert *Marcell.* 19. 13. *Vid. Tesm. b.*

*Sed & qui aliis facienti auctores sunt, ju-
,, re gentium inculpati habentur*] ,, Hæc exem-
,, pla non probant jus gentium, sed ipsum
,, jus naturæ.

3] *Exquisitis supplicii affici solent*] ,, Conf.
,, *l. 3. c. 7. §. 6. n. 4. in f.*

Quod in jus gentium deliquerint] ,, De-
,, linquere non possunt in jus, quod place-
,, re non existit.

*Sed quia eodem jure gentium in hostem
,, quidem licet*] ,, Non jure Gentium demum
,, in hostem omnia licent, quia tale non da-
,, tur, sed ipso jure naturæ.

*Gravius autem, aut levius malum statuit
,, quisque pro sua utilitate*] Communis senten-
,, tia gentium fuit, favere licere in hostes ca-
,, ptos, nedum ergo in ejusmodi hostes, qui
,, in meo inveniuntur territorio animo mihi no-
,, cendi. At alibi diximus, hunc abusum esse
,, juris gentium. Jure naturæ hostis statim, ac
,, captus est, desinit esse hostis; adeoque fa-
,, vore in eum amplius non licet, nisi contra jus
,, naturæ aliquid commiserit, uti percussores.

Additio.

Nostram sententiam exposuimus *sup. §. 15.*
,, *ad rubr. quartam.*

*Quos mittere jure gentium, haud dubie li-
,, cet*] ,, Jure naturæ enim quin exploratores
,, mittere liceat, dubium non est: actus enim
,, per se nihil turpitudinis habet; præterea
,, id necessarium est ad juris nostri repara-
,, tionem.

De rebus possessione tractari solent] ,, Quia
,, hostes sunt, in quos alteri bellum geren-
,, tium æque omnia licent.

*Jusse interdum ab his, qui justam habent
,, bellicandam causam*] ,, Intelligit justitiam inter-
,, nam, quæ ex jure naturæ oritur, & ubi
,, Auctor præcise requirit justam causam.

*Ab aliis vero licentia illa, quam dat jus
,, belli*] ,, In bello scilicet jure gentium solenni:
,, quæ licentia tantum jus externum tribuit,
,, & impunitatem. Equidem verum est, jure
,, naturæ tantum eum, qui justam causam
,, habet, jura belli sibi arrogare posse: cum
,, vero uterque justitiam causæ sibi asserat,

,, nec superior sit, qui de ea cognoscat, &
,, decidat, suspensam esse, diximus, quæ-
,, stionem de causæ justitia, donec per ulti-
,, mam victoriam, i. e. per sententiam Dei,
,, bellorum arbitri, constet, uter jure, uter
,, injuria egerit. Atque tunc in victum omnia
,, licent, illeque tum Deo, tum victori, jure
,, poenas dabit.

Qui tali opera oblata uti noluerint] ,, Ma-
,, thias Hungaria rex hostem Georgium Po-
,, diebraccium advertit de insidiatore. *Bisfol-
,, dus de arte, jureque belli c. 5. Subn. XI.*
,, f. 92. Fridericus Wilhelmus Elector Bran-
,, denburgicus idem denunciavit Turrenio.
,, *Valkemier Europ. perturb. p. 4. pag. 489.*
,, *Renzschius in Brandenburgischen Zedern-
,, Hayn, in vita Frid. Wilh.*

Non ad justitiam, injestive opinioem] ,, Quasi
,, dubitaverint, an jure id fieri possit.

*De his percussoribus, quorum pacto perfi-
,, dia inest, aliud dicendum*] ,, Rationem dif-
,, ferentiae exposuit Auctor *supra. c. 1. §. 21.*
,, 22. Nos diximus, utroque casu jure na-
,, turæ licitum esse percussore uti.

Contra jus gentium faciunt] ,, Scilicet vo-
,, luntarium; quale non dari, sæpius dictum
,, est.

Peccare censeantur apud Deum] ,, Per-
,, cussor peccat quia perfidiam committit;
,, non autem is, qui ejus opera in hostem
,, in quem omnia licent, utitur, adeoque
,, qui perfidus non est.

*Non autem apud homines, i. e. in gentium
,, jus*] ,, Jure gentium, i. e. jure naturæ, ope-
,, ra malorum hominum uti licere, Cicero
,, docuit *supra l. 2. c. 56. §. 5. Conf. l. 21.*
,, c. 17. §. 20. n. 1. *L. 3. c. 1. §. 22.*

*Intra jus interficiendi constitit hæc consue-
,, tudo*] ,, Sensus est, jus illud gentium, quo
,, opera malorum hominum in hostes uti li-
,, cet, approbasse saltem cædes hostium, non
,, vero ut perfidos quoque eos, qui fidem ho-
,, sti debent, reddere possimus. Diximus,
,, frustra de effectu juris gentium voluntarii
,, quæri, cum tale jus plane non existat.

*Violasse jus non natura tantum, sed &
,, gentium, creditur*] ,, Neutrum admittimus:
,, jure naturæ omnia in hostem licent, &
,, actus ille saltem turpis est intuitu percus-
,, soris; jus gentium autem non dari, toties
,, dictum est.

Placuerit] ,, Rationem asserit, cur gentes
,, prohibuerint percussore uti si perfidia con-
,, juncta est, non vero si ea cessat. Nimirum,
,, quia capita bellum gerentium nunquam tuta
,, futura

6 futura essent. At frustra de illa ratione quaeritur, cum tale jus gentium non existat.

6 *In bello ergo solenni*] „ I. e. in bello publico, quod inter duas summam potestates geritur, & indictum est.

6 *Aut inter eos, qui belli solennis indicendi jus habent*] „ Intelligit illos, qui pro parte imperium habent. vel qui inæquali foedere juncti sunt. *Vid. c. 3. §. 4.*

6 *Id non licet*] „ Scilicet, percussoribus uti, quorum facto perfidia inest.

6 *Extra vero bellum solenne habetur pro licito*] „ Quid sit bellum minus solenne, ex principiis Auctoris exposuimus in *Dissert. proem. IX. §. 70.* In hoc bello jura naturæ obtinere, ait *L. 1. c. 3. §. 4. n. 1. & 2.* Jure naturæ autem in rebelles, & latrones, malorum opera uti licere, statuit, etiam perfidia conjuncta sit.

6 *Eodem jure gentium*] „ Atqui Auctor passim inculcavit, jus gentium non disponere de his, qui gens non sunt, aut gentis pars.

6 *Vid. sup. c. 3. §. 12. L. 1. c. 2. §. 4. n. 2.*

6 *Insidias tales degeneres negat*] „ Tacitus non ait, Gannasum per percussores, quibus perfidia conjuncta erat, perisse, sed per missos Corbulonis, qui Gannasum dolo aggressi sunt, & per insidias eum interfecerunt. *Tacit. Annal. l. XI. c. 19.* Hoc factum non contra hostem, sed transfugam, & perfidum commissum, non improbat.

6 *Curtius Spitamenis perfidiam minus, ait, invisam esse potuisse*] „ Alexander non fuit Auctor hujus perfidiæ; adeoque hoc exemplum thesin Auctoris non probat. Sed nec perfidiam Spitamenis approbat Curtius; sed saltem ait, minus eam invisam jam esse potuisse.

6 *Sic & in latrones, & piratas, perfidia vitio quidem non caret*] „ Fides enim, quæ his qua talibus datur, omnino servanda est. *L. 2. c. 15. §. 14. l. 3. c. 23. §. 2.*

6 *Sed apud gentes odio eorum, in quos committitur, impunita est, &c.*] „ Repetit hæc Auctor passim infra *c. 12. §. 26. n. 1. c. 19. §. 6. & c. 23. §. 2.* Quasi gens jus puniendi delicta alterius gentis ullo casu habeat? Errorrem hunc Auctoris refutavimus *l. 2. cap. 20.*

Tom. III.

A D §. XIX.

STUPRA in feminas in bellis passim legatur & permissa, & impermissa] Regula generalis est, licita non esse in hostem, quæ ad jus consequendum, aut bellum finiendum nihil conducunt. Stupra enim nihil eo pertinent. Sane, quæ per se turpia sunt, nulla belli ratione excusantur, neque abusus ille juris gentium, quo jus vitæ, & necis in servos sibi arrogarunt hostes, ad pudicitiam extensus est. Unde hæc Romanis sancta visa fuit etiam in hoste. *Vid. Liv. l. 26. c. 69.*

6 *Spektarunt injuriam solam in alienum corpus*] „ Sed male: injuria enim in corpus hostis non licita est, nisi quatenus est necessaria.

6 *Qui non solam injuriam, sed ipsum efferatæ libidinis actum hic considerarunt*] „ Qui actus per se illicitus est, & ad vincendum nihil operatur.

6 *Et quod is neque ad securitatem pertineat*] „ Hostium vires eo neque minuuntur, neque nostræ augentur.

6 *Neque ad penam*] „ Esset enim novum flagitium.

6 *Ac proinde non bello magis, quam pace impunitus esse debeat*] „ Quia est actus per se omni tempore illicitus.

6 *Marcellus*] „ *Liv. 25. c. 25. Conf. Quintilian. declam. 3.*

6 *Uspiam, i. e. apud moratiores populos*] „ Apud quos jus naturale viget; nam inter gentes nihil aliud sanctum est, quam quod sanctione naturali ab omni violatione exemptum, non quod ex ficto aliquo gentium jure sanctum fingitur.

6 *Inter Christianos*] „ Immo ut partem juris naturæ.

6 *Ubique pœna sit obnoxius*] „ Hunc enim effectum juri gentium Auctor tribuit in illis casibus, ubi jus gentium quædam vetat, quæ jure naturæ sunt permissa. *Vid. diss. proem IV. §. 15.* At toties dictum est, non dari jus gentium, adeoque nec eo jure aliquid vetari posse, nedum sub pœna.

6 *In Corsicam deportatum*] „ Sunt & aliæ quæstiones circa arma, de quibus dubitari potest an licita sint, & quæ in sæpius laudata disputatione *de armis illicitis §. 57. usque ad §. 72.* recententur.

S s s

FINIS TOMI TERTII

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

